BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
4 M
36

5 - G - 25

5.1.26
G. 5
26

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

R. P.

D. BENEDICTI MANDINAE

EX CLERICIS REGVLARIBVS

Qui Theatini nuncupantur.

Ex Legato Ill.mi Cosini

Digitized by Google

Digitized by Google

Virga uigilans

Olla ſuccenſa

IN IEREMIÆ PROPHETIAM EXPOSITIONES.

Tomus primus

Complectens ea, quæ in primo capite continentur.

Opus Sacræ Scripturæ ſtudioſis, & verbi Dei Prædicatoribus vtillimum.

AVCTORE

R.P.D. BENEDICTO MANDINA CLERICO REGVLARI

Sacræ Theologiæ Profeſſore.

Cum triplici Indice, Rerum notabilium, locorum Sacræ Scripturæ, & Euangeliorum totius anni.

NEAPOLI M.DC.XX.
Ex Typographia Octauij Beltrani.
Superiorũ permiſsu.
& Priuilegiis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo,& Excellentiſſimo D.

D. MARINO CARACCIOLO

ABELLINENSIVM PRINCIPI,

ATRIPALDENSIVM DVCI,

BELLANORVM MARCHIONI,

Torellanorum Comiti, Sanſeuerinatum Regulo,

Magno Regni Neapolitani Cancellario, Equitum grauis armaturæ Præfecto, &c.

D. Benedictus Mandina Cl. Regularis F. P.

LABORES hoſce, Sacra Bibliorum, & Patrum, vel lectione, vel meditatione conceptos, ad te ſua ſponte confluentes, & neſcio quo ambitu conuolantes, vel primo operis molimine animaduerti. In primo namq. Ieremiæ Capite, (cuius Expoſitionem liber hic continet,) prodigioſam illam perſpexi virgam, oculo deſuper adnixo, à Deo vati præmonſtratam. Ea verò quaſi Hieroglyphicum non vulgare, plurima in ſe ſe claudit arcana. Principum enim Vigilantiam, mox Miſericordiam portendit, quam oculus neceſsitatis alienæ prouidus inſpector, ac benignus adiutor, deſignat. Prouidentiam quoque, Regni velut anteſignanam, quæ omnia circumſpicit, & tuetur, oſtendit, ac Iuſtitiam ſumma cum Pietate coniunctam innuit, cum index ſit virga Iuſtitiæ, oculus pietatis. Hæc verò omnia, fauſta interpretatione, incolumes, ſoſpitesq. in te collucentes, quaſi faces patefaciunt virtutes. Ad te igitur, & in tui regimine peruigilem, & in pauperes, Religioſosquè miſericordem, in Populum prouidum, in iudicijs iuſtum, & pium, oculata Prophetæ virga dirigitur. Verum enimuerò, hæc eadem Virga, turbulentioris fortunæ typum exprimit, infauſtiq. eſt ominis. Præſagium haud diù dilatum

SOC. IESV + BIBL. SEC. COLL.

Digitized by Google

eſt. Adhuc namq. dum hæc ſcriberem Læſa Aldobrandina Excellentiſsima Princeps, & Coniux tua, è medio tibi ſublata eſt. Nec diſſonum eſt, quod alij lectionis varietate ſcriptum reliquerunt, vbi *vigilantem virgam* editio noſtra profert, *virgam* ipſi ingerunt, *ex Amygdalo celeriter florentem*. Prima enim omnium floret, prima omnium euaneſcit Amygdalus. Ita tua Aldobrandina, vix floruit, imò in ipſo flore, eruptis inquam florum gemmis, erepta eſt. Et quod maius eſt, immaturos imò pænè exortos fructus,(infantes inquam filios) celer mors, vna cum matre ſurripuit.
Hieron. Recolo Hieronymum, qui virgam hanc, vncinum fuiſſe autumat, ſeu haſtam quamdam in ſummitate deſinens, in ferrum recuruum, quo rami obducuntur, vt poma decerpantur, quo interitus, ſeu mortis celeritas deſignatur, vnde eſt illud: *Et oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce vncinus*
Amos 8. 1. *pomorum: & dixit: Quid tu vides Amos? & dixi: vncinum pomorum; & dixit ad me: venit finis ſuper populum meum Iſrael.* Et vt idem Hier. ait, virga hæc Ieremiæ idem portendit, ac vncinus ille Amos; & ſicut vncino rami arborum deuehuntur, ad diſtantia poma carpenda, ita diſtans mortis tempus attrahit Deus, vt feſtina mors aduenîat; Arbor hæc non huius terræ, ſed cæli ſolo inferenda dabatur. Præmiſit Dei menſæ primitiuos primi temporis fructus, optimi viſi ſunt, properauit propterea arborem quoque ad ſe trahere, & quidem præpoperè, ideſt poſt paucos dies, dignus enim erat ea Deus non,mundus. His,igitur ſymbolis,noſtri Prophetę oraculũ, myſteria occulens, & fauſta, vt Principem tua ſtirpe, tua patria, te ipſo dignum proponas poſteris imitandum, & infauſta vt te ipſum conſtantia, roboreq. animi eximium omnes admirentur: exigebat ſuo iure ad te profluere. Ego verò libenter dico, vt quid gloriæ, quidquid ſplendoris à me inglorio, & obſcurato nunquam habere poteſt, à tua humanitate ſibi non mediocriter polliceatur, qua etiam fretus nihil à Momorum, vel Zoilorum rictu, nihil à temporis voracitate pertimeſcet. Excipe igitur, Excellentiſsime Princeps, hoc qualecunque munus, paruum quidem, amplitudiniq. tuæ minime reſpondens. Sed meæ erga te voluntatis, & obſequij qualequumq. valui ſignum. Interea Deum Optimum deprecor, vt te quàm diutiſsimè ſeruet, proſperet, atq. fortunet. Vale.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

CELEBRE *Chryſoſtomi dictum*, Si quid vel diſcere, vel ignorare opus ſit, in ſcripturis diſcemus; *ſemper in meo animo verſatum eſt: Hinc factum, vt quoties ſiue Philoſophorum, ſiue Theologorum libros fuerim interpretatus, ſemper aliquos ſcripturarum floſculos carperem, delibarem; diſcipuliſq; deguſtandos apponerem. Ex illa enim omnium ſcientiarum riuuli, quaſi à fonte effluunt, imò ex ea, dulciores eò hauriuntur aquæ, quò puriores ac nullis ſyllogiſmorum ambagibus turbidatæ. Hic enim (teſte Auguſtino)* Philoſophia quoniam omnes omnium naturarum cauſæ in Deo creatore ſunt; Hic Ethica, quoniam bona vita, & honeſta, non aliundè formatur, quàm cum ea, quæ diligenda ſunt, diliguntur, hoc eſt, Deus, & proximus. Hic Logica, quoniam veritas lumenq; Animæ rationalis non niſi Deus eſt. *Id ſi ſemper, præcipuè effectum eſt, cum iterum Sacram Theologiam vnà cum Patre D. Gregorio Caraſa annis elapſis interpretandam ſuſcepiſſem. Inſtituimus enim priuatos diſcipulorum conuentus, in quibus ſtatis diebus aliquid ex ſacra Scriptura interpretaremur, & conceptus eruendi modum præſcriberemus. Laudabile & ſalutare inuentum viſum noſtratibus, viſum exteris, ita vt cuidam ex diſcipulis commiſerim, vt quidquid diceretur colligeret, ne periret; non vt typis demanderetur, ſed vt omnes ſuo, ac quilibet aliorum labore frui potuiſſet. Collecta ſcripta legerunt aliqui, approbarunt, à me enixè poſtularunt, vt quod priuato diſcipulorum vſui accomodatum erat, palàm fieret. Annui ego votis, imò curam hanc ſuſcepi (Caraſa enim inuigilare propoſuerat, vt inuigilat in primæ ſecundæ Diui Thomæ expoſitione, vt quamprimum det in lucem) curaui propterea (iuxta temporis exiguitatem, & aliorum ſtudiorum ſollicitudinem) opus rebus augere, ſcripturis, eruditionibus cumulare. Ex florida igitur Ieremiæ virga, floridum hunc faſciculum compoſui: flores quidem tibi do;* (virgam *enim* ex Amygdalo, celeriter florentē, *vati à Domino præmonſtrata* Ier. 1. *eſt) daturus fructus in ſecundo capite, ibi enim* vt comederetis fructum eius, & Ier. 2. optima illius. *Et ſi hic cum Propheta, veluti pueriliter, & balbutiendo loquuti ſumus* a, a, a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum, *ſequenti volumine, quod præ manibus eſt clamoroſam ſpero, & magnificam cum eodem Propheta* Ier. 1. *edam vocem.* Vade & clama, in auribus Ieruſalem, *q eò facilius fiet, quò manum à Theologica lectione iam abductam (vt ijs morem geram, quorum arbitratu viuo) totam in exponendis ſacris ſcripturis impoſuerim; Duo à te, Amice Lector, peto, imò expeto; Vnum, vt rerum omnium hunc velut ἀποθήκην accipias,* erudit Ex Iſid. de ſum. bon l 3. enim mentis intellectum, & à mundi vanitatibus abſtractum hominem, ad amorem Dei perducit. *IE*; In ſcripturis inuenit ignorans quid diſcat, contumax quid Chryſoſt ſup cap. 14. Matt. timeat, laborans præmia, puſillanimis mediocris iuſtitiæ cibos, qui etſi pinguem non faciunt animum, mori tamen non permittunt; qui autem magni eſt animi, inuenit ibi ſpirituales eſcas, quæ perducunt eum propè ad Angelorum naturam; qui verò eſt vulneratus à Diabolo, inuenit ibi cibos medicinales, & ſalutem per pœnitentiam. *Secundum, vt multa excuſes, multis ignoſcas, conſideres*

breue

breue tempus, cui dilationis aliquid dare, amicorum continua expetitio non conceſſit. Si ordo, ſi ſtylus non tibi viſi fuerint, ſcias, quod: De ſcripturis diſputantem, non decet Ariſtotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tullianæ Eloquentiæ ducēdus eſt riuulus, nec aures Quinctiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ: ſed pedeſtris, & quotidianæ ſimilitudinis, & nulla lucubratione redolens oratio neceſſaria eſt, quæ rem explicet, ſenſum ediſſerat, obſcura manifeſtet. *Vale.*

Hier. epiſt. ad Demetriad.

Imprimatur.

Alexander Boſchius Epiſcop. Carin. Vicar. General.

Ioannes Longus Canonicus, & Cur. Archiep. Theol. Dep. vid.

Taruſius Taruſius Congregat. Oratorij, Deput. vid.

D. ANDREAS PISCARA
CASTALDVS

Præpoſitus Generalis Congregationis Cler. Regularium.

Opus cui titulus eſt. IN IEREMIAE PROPHETIAM, EXPOSITIONES. & Prioris Capitis Expoſitionem continet: Auctore R. P. D. BENEDICTO MANDINA, Noſtræ Congregationis Sacerdote Profeſſo, ac Sacræ Theologiæ Doctore, à Patribus Theologis, eiuſdem noſtræ Religionis, quibus id iniunximus, viſum, & approbatum; vt Typis tradi poſſit, (quantum in nobis eſt) concedimus. In quorum fidem, has noſtra manu ſubſcriptas, & ſolito noſtræ Congregationis Sigillo munitas, damus. Romæ apud S. Siluestrum in Monte Quirinali 4. Ianuarij 1620.

D. Angelus Maria Secret.

Digitized by Google

PROPHETIA IEREMIAE.

CAPVT PRIMVM.

1 VERBA Ieremiæ filij Elciæ, de ſacerdotibus, qui fue-
runt in Anathoth, in Terra Beniamin.
2 Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus
Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno
regni eius.
3 Et factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda,
vſque ad conſũmationem vndecimi anni Sedeciæ fi-
lij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Ie-
ruſalem, in menſe quinto.
4 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens.
5 Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua,
ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te.
6 Et dixi, A a a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.
7 Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer ſum: quoniam ad omnia, quę
mittam te, ibis: & vniuerſa, quæcumque mandauero tibi, loqueris.
8 Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego ſum vt eruam te, dicit Dominus.
9 Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad
me: Ecce dedi verba mea in ore tuo:
10 Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & de-
ſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.
11 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et
dixi: Virgam vigilantem ego video.
12 Et dixit Dominus ad me: Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo
vt faciam illud.

Digitized by Google

2

13 Et factum eſt verbum Domini ſecundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et di
xi: Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.
14 Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habi
tatores terræ.
15 Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait
Dominus: & venient & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu por-
tarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas
vrbes Iuda.
16 Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum, qui dereli-
querunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſua-
rum.
17 Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego
præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciem vul-
tum eorum.
18 Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream,
& in murum æreum, ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus eius,
& ſacerdotibus, & populo terræ.
19 Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait
Dominus, vt liberem te.

Digitized by Google

EXPOSITIONES IN CAPVT PRIMVM IEREMIÆ PROPHETÆ.

Verſiculus Primus.

VVLGATA.

Verba Ieremiæ filij Helciæ, de ſacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin.

SEPTVAGINTA.

Verbũ Dei, quod factum eſt ad Hieremiã filium Helchiæ, ex ſacerdotibus, qui habitabant in Anathoth.

CHALDAEA.

Verba Prophetiæ Ieremiæ filij Helchiæ, de principibus cuſtodiæ ſacerdotum, ex præpoſitis, qui erant in Ieruſalem, vir qui ſuſcepit hæreditatem ſuam, in Anathoth, in terra tribus Beniamin.

VATABLVS.

Sermones Ieremiæ, filij Helciæ, ex ſacerdotibus, qui erant in Anathoth.

PARAPHRASIS.

Verba Prophetæ Ieremiæ, filij Helchiæ, & Prophetæ, ex regali proſapia ſacerdotum habitantium in Anathoth vico, qui tertio ab Ieruſalem diſtat milliario, eſtq; ſitus in ſorte Beniamin.

Expoſitio.

Qualis fuerit Prophetia Ieremiæ, qui pater, & quæ patria.

1 VErba Ieremiæ. Prophetarum volumina, & ſi vno tantum ſpiritu reuelante conſcripta ſint, diuerſis ferè initijs prænotantur; etenim quæcumque vaticinati ſunt Prophetæ, modo ſub nomine viſionis, ſicut in Iſaia; *Viſio Iſaiæ.* Iſa.1.1. modo onus appellauere, vt, *Onus Niniuæ*, ſicut in Nahum; Nah.1.1. *Onus*, quoque, *verbi Domini*, vt in Malachia; Malac.1.1 tandem Verba, vt in Ieremia, *Verba Ieremiæ filij Helciæ.* talis igitur eiuſdem prophetiæ, nominis diuerſitas, eiuſdemque rei, nominis diſtinctio, aliquid profecto indicat latere, quod lectorem merito retardare poſſet. Quamobrem, vt dubium hoc ſolueret quidam, in comment. Oſeæ. Prophetiam, (inquit) viſio figurat, quia olim prophetæ videntes dicebantur, *olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque vadens conſulere Deum, venite, & eamus ad videntem, qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.* 1.Reg.9.9. Videbant enim occulta, & veluti aliorum oculi, quæ videbant alijs prædicebant. Verumtamen nil difficultatis hæc reſponſio remouet; ſatis enim dicta probarent ſi cæt. quoque prophetæ, nõ eſſent videntes. ratio igitur aſſignanda eſt, cur & ſi omnes videntes, non omnes tamen vaticinium[viſionem] appellant. Alter interpres cauſſam in verborum reijcit affinitatem, non quòd oculis prophetarum, ſpecies aliqua ſemper ſit oblata, ſed quia plerumque ad viciniorem ſenſum aliquid à propria ſignificatione traducimus, vti, vide quàm frigidum ſit! quàm ſit amarum! Idcirco, quæ à prophetis minime viſa ſunt, eorundem ſæpè ſcribant viſiones habuiſſe, vt; *Viſio Iſaiæ.* Hæc quoque ſententia non reſpondet ad obiecta, nec dubium ſoluit; non enim facile conſtat (poſtquam hæc dixerimus) cur plerique prophetarum, verborum traductionem ex propria

Digitized by Google

ſignificatione acceperint, dicendo *Viſio*, cæteri vero, vt Ieremias, proprietate contenti ſint, & dixerint verba, &c.

2 Itaque prius aliqua ſunt nobis prænotanda, vt deinde ex ijs veritas habeatur. & primo, ad duo genera, prophetia reduci poteſt, ſeu ad duos modos, quibus tribui ſolet, ad viſionem primo, ſecundo ad auditum, ſic ſæpè ſæpius Ioanni in ſua Apocal. contigit, videre nimirum, & audire diuina myſteria: ſic etiam de Paulo Apoſtolo rapto ad tertium cœlum, qui audiuit arcana Dei, quæ non licet homini loqui aliqui dicunt; raptus audiuit, vt vtrumque genus viſione, & auditu expertum ſe eſſe teſtaretur. Rurſus viſio tres habet ſpecies, intellectualem, imaginariam, & ſenſibilem, vt notant Auguſt. & D. Thom. (his enim tribus odis ſecreta Deus oſtendit, & futura.) Secundo auditus, vel loquutio duas habet ſpecies, internam, cum Deus internè, & in corde ſeu ad cor loquitur, abſque voce ſenſibili, ſic Paulo contigit audire arcana verba, quę non licet homini loqui; externam verò cum articulata formataque voce aliquid prophetæ denunciat, vt eidem Paulo, *Saule Saule cur me perſequeris?* Et ad Samuelem, *Samuel Samuel.* Prophetia igitur omnis, viſione, aut loquutione Dei traditur prophetis, & ſi inæqualia principia vaticinijs ſuis prophetæ dederint, vt viſionũ, oneris, &c. ſemper idem ſonant, ac prophetia, idemq; eſt, viſio Iſaiæ, ac Prophetia Iſaiæ, &c. Verumtamen, ne (quemadmodum ſupra citati authores) difficultati minus ſatisfacere videamur, (quæri etenim adhuc curioſius poteſt, cur & ſi prophetiam ſignificet viſio, ſicut & verba, *viſionem* vaticinium ſuum appellauerit Iſaias, *verba*, Ieremias) aduertendum eſt, omnes huiuſmodi reuelationes, & viſiones, & verba vocari; viſus enim, & auditus ſunt adeptarũ ſcientiarum organa principalia, & ſe habent in corpore diuiſim, in mente tamen vnitè; ita quòd minime organis diſtinguantur ſicut in corpore, ſed potẽtijs, analogia quadã, vt ait Bern. Quoniam verò quilibet prophetarum harum generum reuelationum particeps eſt; propterea verbum Domini fieri ad eos, & viſiones, & onera dicuntur: ſed in quo præcipuè abundarunt, ab eo ipſorum prophetiæ denominantur. Iſaias ergo ſic exorſus eſt, *viſio Iſaiæ*: plura enim Iſaiæ mentis oculis; quàm cæteris ſenſibus oſtenſa ſunt. Ieremias verò, Amos, & Michæas prophetiam, verbum vocant, vel quia res magis ad hominum mores cõfirmãdos, vel quia ad terrorem, familiariter prophetauerunt, vel quòd à verbo Dei expreſſiuo diuinitatis intra Deum, emanant verba prophetarum, vt in ſap. dicitur, quòd in animas hominum ſe transfert, & prophetas facit.

Actorũ 9. 4.
1. Reg. 6. 10.
S. Th. p. p. q. 1. art. 3. ad 2.
S. Bernar. ſerm. de cu te, carne, & oſſibus animæ.
Sapien. 7. 27.

3 Præterea cum ad prophetiam intelligentia requiratur, gradus prophetiæ ex varietate intelligentię acquiruntur; ille verò excellentior gradus eſt, vbi cæteris paribus, clarior eſt intelligentia. Primus igitur gradus eſt (inquit Lyran. in præfatione in pſalm.) quando cum viſione alicui communicata datur viſionis intelligentia, ſicuti Ieremias vidit ollam ſuccenſam, atque per hoc intellexit exercitum Babilonicum Hieroſolimorum excidio venturum ſignificari. Secundus gradus eſt, cum talis apparitio non fit, ſed vox tantum auditur, inſtruens de aliquo ſuper naturali, ſicuti Samuel audiuit vocẽ Dñi, nec talem ſibi vocem proferentem vidit: perfectior autem hic, primo gradu eſt, quia voces, ſigna ſunt magis expreſſiua quàm figuræ, hic etiam recenſe verba Domini ad Ieremiam *priuſquam te formarem in vtero noui te*, reliquos prophetiæ gradus idem Lyranus optimè proſequitur, vt hinc nobis pro noſtra ſententia colligere liceat vnam eandemq; prophetiam, ſępè ex diuerſa intelligentia, diuerſimodè nuncupari, qualeſque extitere prophetæ, ita ſibi communicatas eſſe prophetias. Ieremias ergo, quia verba audiuit, effigiemque non agnouit *verba* (inquit) *Ieremiæ*, ſeu *verbum Dei*, vt 70. vertunt, at Iſaiąs, vt ait Baſilius, quia oculis mẽtis alienationem populi à Deo, & alienantium pœnas inſpexit, ideo vaticinij ſui principium viſionem dixit. Etenim

Ier. 1. 5.

Digitized by Google

nim cum vtrumque præſtet,in 2.capite, & audiat,& videat *verbum* (inquit) *quod vidit*,idem vero, quod de Ieremia dicimus, & Iſaia, pari quoque ratione de ceteris dicendum eſt, vtrumque enim connectit Amos.*Verba Amos,qui fuit in paſtoralibus Thecue,quæ vidit ſuper Ieruſalem* & Abdias; *Viſio Abdiæ,&c. Auditum audiuimus, &c.*

Amos i. i.

6 [Onus.] 3.ſiue actiuè ſumi poteſt, ſiue paſſiuè. Primo modo acceptum; vaticinium triſte eſt(teſte Hieronymo) quibus abundat Iſaias; *Onus Damaſci, Onus Babilonis,& Onus Moab*. Eſtque loquutio tranſlata ex onere, quod iumentorum dorſum premere ſolet; idcirco quotieſcunque infauſta iubebantur nuntiare prophetæ,ea ſub nomine oneris prophetabant. Verumtamen, quia præter onus Damaſci, Babilonis &c. aliud quoque onus inuenitur, nempe *Onus verbi Domini in Malachiæ manu*. Præter id, quod minax, ac funeſtum eſt, onus verbi Domini cogimur aſſerere, quo prophetas ſuos onerat, Deus, cuius quidem oneris prophetarum, veſtigium hodie aliquod eſt reperire in principibus, ac magiſtratibus; ijs, inquam, qui demandatam adminiſtrationem ſuſcipiunt; plerumque enim regimen, ad quod aſſumũtur, onus appellare ſolent,& vulgo *[il carico di giudice]* hoc onus Ieremias ſuſcepit,dum excuſationem proferens ætatis, attamen,ſuper gentes, & regna conſtituitur,vt euellat, &c. excuſanti enim,ſe nullatenus, prophetico ſermoni idoneum, demandatum munus ſuſcipere poſſe;tanquam onus ei profetale officium iniunxit Deus;potius ergo propheta videtur onerari, quam Iſrael,ad quem loquitur. Dolet autem Ieremias (hac habita, oneris,de verbo Dei expoſitione) populum,inſidia, & contemptu,Onus, quod erat verbi Dei ad prophetam, peruertiſſe ad Iſrael ruinam;nempè, quod vaticinij erat, & prophetici ponderis,in grauem deriſoris populi ruinam, & pondus; infauſtarum rerum prædictione, verſum eſſe; *& onus Domini vltra non memorabitur, quia onus erit cuique ſermo ſuus & peruertiſtis verba Dei viuentis*.

Onus ſumitur actiuè, & paſſiuè.

Malac.i. i.

Ier.23.36.

7 At vero minime putandum eſt, Onus Domini prophetis faſtidio eſſe, vt graue aliquid inducat, quod ipſos oneret moleſtia, imò ſuaue, ac delectabile eſt,pondus non habet, quod illos premat, ſed onus eſt leue; teſtante ipſo Seruatore noſtro, *Onus meum leue eſt*. Quia & ſi, ea, quæ mundo annuntiant, onerant; deprimunt, & calcant; diuini tamen verbi pondus, oneratos prophetas extollit, & erigit. Vt enim auium corpora, natura grauia ſunt, & ſemper humi iacent,niſi plumarum,pennarumque beneficio extollantur, quæ nimirum pennę, & ſi maius aliquod pódus addunt,earum tamen,ea natura eſt,vt volucres in altum ſubleuent. Igitur aues, hoc pondere leues ſunt,ſine illo, graues; libratę, onere pennarum, per aeris aperta ſpatia feruntur: quæ ſi deſint, eo carentes onere, grauiores fiunt; pondus enim leue corporis grauitatem,leuem reddit.Quam obrem,his prænotatis,facile apparet, cur Ieremias dum ſe conteſtatur nequaquam verba Domini prolaturum, ſed officium propheticum deſerturum cum dicit, *Non recordabor eius, nec loquar vltra in nomine illius*, quaſi alas prophetiæ,& onus verbi Dñi,quo ad altiora efferebatur ſibi demeret ſubdidit, *& defeci ferre non ſuſtinens*, ac ſi diceret, ſtatim atq; prophetiæ onus abijcere propoſui, virtute deficiente,ad terram protractus ſum. Sciant, qui ad verbum Domini annuntiandum intrepide, vocantur, ſi ſe excuſauerint, excuſationis damna ſenſuros ex eo,quod ſe, ab eo retraxerint, quod maxima cum fiducia debebant aſſumere. Ionas quoq; onus abijciens verborum Domini, ſtatim à Dominico dorſo, vſque ad maris profunda deturbatus eſt;& ipſe ait,dum profugus iniunctum ſibi propheticum pondus auerteret: *& proieciſti me in profundum in corde maris*. Verbum ergo Domini prætermiſſum, quod onus, prophetæ
fuerit, demerſionis effectus oſtendit. 8

Matt.ii.30

Onus Dei erigit non deprimit. Simile.

Ier. io. 9.

Ionæ 2. 4.

Hic etiam obiter aduerte, fortiſſima arma,aduerſus contradicentes, prædicatoribus,eſſe verbum Dei:nec eos vlla vnquam

Digitized by Google

quam maiori, niſi verborum Dei protectione defendi: nec robur in corporis proceritate: nec in fauoribus: nec in militari diſciplina prodeſſe ijs, qui tantum verbo Dei muniuntur. Quod ſi aliquando contingit taliũ verborũ apparatum, pro armis, non opponere, & in ijs non confidere, dum vndiq; à mundanis oppugnantur: profectò vrgente contradictione ſuccũbent. Igitur Ieremiam, Deus, ſupra reges, & gentes, & regna conſtitutum: iamiamque cum hoſtibus tali firmandum dominio, congreſſurum: non armis onerauit; non externa protectione tueri pollicitus eſt; nec pro ſe ſtare militantium cateruas

Verſ. 8. oſtendit; ſed (inquit) *ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, vt eruam te.* Chald. *quia in adiutorium tuum erit verbum meum.* Et verbo meo adiuuaberis, ipſo prophetiæ munere protegeris. At vero cum propheta deinde ſtatuit ſe nunquam in nomine Domini loquuturum, virtutemque prophetiæ, à qua abſtinere decreuit penè dimiſit indignabundus; manifeſtum fuit (patrocinio verborum deficiente) inſultationibus contradicentium patuiſſe. Ideo *non recordabor*

Ier. 20. 9. *eius* (inquit) *neque loquar vltra in nomine ipſius*, & ſequitur. *Audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu, perſequimini, & perſequamur eum, &c. & præualeamus aduerſus eum, & conſequamur vltionem ex eo.* Quaſi prius Ieremiam lædere hoſtes non auderent, cum verbo Dei protectus, ipſorum inſidijs, & machinationibus, & viribus illuderet; talis deinde expers auxilij inimico ſubderetur.

7 Itaquè, vt ad onus leue verbi Domini, quod prophetas erigit, atque ad altiſſima

Prædicatores currus Dei, & populi. rerum arcanarum munera prouehit, iterum redeamus. Onus verbi Domini eſt, quod prophetas onerat, ideò ſtridorem vocemque Domini, ſe audiſſe dicit Amos ſicuti plauſtrum onuſtum fœno. Prophetæ namque currus ſunt, vti ſcribitur. *Pa-*

4. Reg. 2. 12. *ter mi currus Iſrael, & auriga eius.* Præterea apud Zachariam. Vir apparuit aſcendens, ſuper equum rufum inter mirteta; & equi fortes, ac varij, qui mittuntur per omnem terram; ij vocantur prædicatores verbi Dei, quod de varijs etiam ordinibus Monachorum, & Mendicantium interpretatur Abbas Ioachim; & patrum quamplurimi. Hi enim verè equi ſunt ferentes Dominum quocumque locorum; idcirco Io: Damaſc. Baſilium, & Dioniſium, Chriſtiferos, & Deiferos appellat. Denique ab Iſaia, Paulo, & Iſa. 52. 7. Roma. 10. 15.

Nah. dicuntur ſpecioſi pedes euangelizantium, ex eo quia in euangelij propagatione nullibi quieſcunt; quid vero euange- Nah. 1. 15. Iſa. 61. 1.

lizans ferat, idem cecinit Iſaias, dicens, *Spiritus Dñi ſuper me, euangelizare pauperibus miſit me.* Super ſe dicit eſſe ſpiritũ nõ intra ſe, quaſi diuino ſubiectus oneri, cœleſtem ſpiritum latè diſcurrens ferat; quod etiam de Paulo adnotari poteſt, qui electus eſt, vt nomen Domini coram gentibus portaret.

Poteſt etiam, & alia eſſe oneris expoſitio, quo videlicet nomine, peccatum, ſeu ſcelus intelligatur, propheticum dorſum premens, ac Diuinum; etenim Dauid teſtatur dicens. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores*, & alibi. *Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Iſaias quoque. *Iniquitates eorũ ipſe portabit.* clarius, *Vos eſtis onus.* Pondus vero cũ nimis graue eſt: humeroſq; portãtis fatigat, ſtatim proijcitur. Itaq; cum ſe nimio peccatorum pondere, premi ſentit Deus, onus abijcit; præcipuè vero obſtinatorum peccata, quæ magis, ac magis obdureſcunt, vſque dum lapidis, & grauitatem induant, & duritiem; vt legimus de Nabale Carmelo. *cuius* (inquit ſcriptura) *cor emortuum eſt, & factus eſt quaſi lapis.* Obduratumque obſtinati cor Pharaonis abiecit in mare, dicente ſcriptura. *Equum, & aſcenſorem deiecit in mare: deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* Taleſque Ieremias contemptores, ac irriſores, pondus, ait, eſſe nimis graue Domino; fore autem vt à Dominico dorſo excutiantur, & decidant: dicit ergo infra. *Dicent quod eſt onus Domini? dices ad eos vos eſtis onus, proijciam quippe vos dicit Dominus.* Non abſimilis fuit Saul ruina, qui dum dominica præterit imperia, ſuo ipſe conſilio grauis, Domino abijciente, ab altiſſimo regni fa-

8 Pſal. 12. 13 Pſal. 37. 5. Iſa. 53. 11. Ier. 23. 33. Simile. Obſtinatos proijcit Deus. 1 Reg. 5. 37 Exo. 15. 21. Ier. 23. 33.

Digitized by Google

gni faſtigio vſque ad inferna cecidit deturbatus. Et Samuel inquit. *Pro eo, ergo quod abiecisti ſermonem Domini, abiecit te Dominus ne ſis rex*. Subſtinet namque Deus multo tempore vaſa irę aptata in interitum, ſed tandem vaſa huiuſmodi in interitũ ſibi debitum proijcit; ſic enim peccatorum grauitas poſtulat; tandem in hac re controuerſa hæc adnotata ſint.

1.Reg. 15. 23.

9 Enim vero Hieronymus diuerſorum prophetiæ principiorum nequaquam rationem adducens, & cur plerique, *verba*, initium ſcribant, plerique (*viſio*) cum nihil à verbis, diſtare viſionem autumet: quid vnumquodque principium præſeferat, diligenter expendit, in illis Ieremiæ verbis. *Si igitur interrogauerit, Verbum* (inquit) *Hebraicum, Maſſa, Aquila, Onus, interpretatur; Symmachus, & 70. & Theodotio, Aſſumptionem, vbi ergo graue eſt, & plenum ponderis, & laboris, pondus dicitur, vbi autem proſpera promittuntur, vel poſt comminationem, meliora, viſio dicitur, vel verbum* Domini; *& perſpicuum eſt, ex ipſo titulo prophetiæ, ponderis, vel viſionis, vel verbi* Domini, *qualis vaticinatio ſequatur, &c.* Alius quoque prophetarum loquendi modus, in hac re eſſe ſolet, *verbum* ſcilicet, quod in manu factum eſt. *Factum eſt verbum Domini in manu Malachiæ, & ſæpè alibi*. Siquidem Prophetia ad praxim Theologiæ pertinet, & ad operatoriam. Etenim, (ſicut ait D. Thomas.) Triplex eſt prophetæ munus. Primum præparare mentem ſuam, ita vt diuina pati poſſit ac ſuſcipere; ſicut de S. Ierotheo dicebat S. Dioniſius. Alterum munus eſt, à Deo verba, ſuſcipere, vt viſiones; atque ita eos illuſtratos eſſe oportet lumine ſancto, vt nunquam à cacodæmonibus ludificentur. Propterea, inquit Apoſtolus *Spiritus Prophetarum, prophetis ſubiecti ſunt*. Non enim prophetæ ſunt illi, quos Hieronymus redarguit. *Ex quo Montani deliramenta conticeant: qui in extaſi, ac cordis amentia, prophetas putat futura dixiſſe, nihil eorum quæ dicebant intelligentes; nam ſi illa non intelligebant, quomodo videre dicuntur, & videntes appellantur?* Sed de hoc S. Thomas.

Mala.1.1.

2.2.q.73. art.3.

1.Cor.14. 32.

Hieron.in Iſai.1.

2.2.q.73. art.4.

10 Tertium, munus prophetarum eſt, ea quæ prædixerint, & miraculis (ſi opus eſt) & operibus, comprobare; ſi de miraculis agitur, inquit Paulus. *Signa tamen apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, prodigijs, & virtutibus*. Et Chriſtus Dominus. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur*. Secundo loco, quæ ad opera ſpectant infra in expoſitione capitis, pluribus percurremus. Præterea quicumque intellectuali prophetia pollent, (quæ altioris gradus eſt, quam cæteræ) non debet vita, atque operibus, à viſione, & prænuntiatis diſſentire, etenim Dauid ait, ijs intellectum eſſe bonum, qui exteriorum actuum perfectione, quod docent ore, quodue credendum proponunt, prius vitæ, exhibent, & confirmant ſanctimonia. *Intellectus* (inquit) *bonus omnibus facientibus eum*. Ideſt vt Agellius hic ex græco, Chriſoſt. & alij, ijs eſt bonus intellectus: qui faciunt ea mandata, vel eam ſapientiam, rerumque intelligentiam, quæ ipſis à Deo manifeſtantur. Ex quo licet è conuerſo inferre, quod intellectus malus prophetis eſt, qui non faciunt eum: quàm ſit autem malus, prophetarum intellectus moribus, à vaticinio, & viſione diſſentientium, vel ex hoc intelligi poteſt, quod Balaam auri ſpe illectus, non agnoſcit videns, quidquid Aſina, vt annuntiaret ore rudibili, magiſtra prophetæ loquuta eſt. Tandem ad eandem ſententiam ſpectat illud Dauidicum. *Intellectibus manuum ſuarum deduxit eos*. Enim vero ita paſſionum ſuarum frænare debet incentiuum propheta ſanctus, vt nullius neque nubecula imperfectionis ſentiat (quantum fas eſt) mentem obuelari; ille enim intellectum habet meliorem ad diuina conſilia recipienda, qui totius ſe culpæ ſentit contagio perpurgatum; neſcit enim prophetici lumen intellectus, peccati tenebras, acumenque mentis diuina perquirens, nullus retardet affectus, niſi eos dixerimus, quemadmodum Caiphas, & Balaam, & Ananias, & ſexcenti,

2.Cor.12. 12.

Mar.16.17.

Pſal. 110. 10.

Prædicatores facere debẽt, quę p̃dicant.

Pſalm.77. 72.

ore.

ore prophano vera prophetaſſe. At vero nos hunc non inſtituimus prophetam,ſed ſanctum,& bonum habentem, ac facientẽ intellectum. Quam verò debeat eſſe tranquillus,purgatuſque,& innoxius prophetantis animus, oſtendit Eliſeus, qui dum indignatus contra Regem Iſrael paullum turbatus eſt: *Dixit autem Eliſæus ad Regem Iſrael: quid mihi,& tibi eſt? vade ad prophetas patris tui,& matris tuæ. viuit Dñs, &c.* Minimè tunc prophetare voluit, niſi prius muſica tranquillior euaderet armonia, & indignantis animi motum,cãtu,fidibuſq; ſedaret. Vnde ſubdit, *Nunc autem adducite mihi pſaltem:cumq; cãtaſſet pſaltes facta eſt ſuper eum manus Domini, & ait &c.* Hinc docemur,quomodo purgatum defæcatumq; gerere debet animum, qui euangelica inſignitus dignitate, verba pronuntiat dominica, populoſq; cœleſtibus imbuit monitis; nulla enim eum perturbare debet affectio, nec paſſionũ tenebræ, nec lucri cupiditas, nec reſpectus,quin intrepidè prædicationis munus expleat,exemploq; confirmet.

4. Reg.3. 15.

Purgatus debet eſſe affectus p̃dicatoris.

ỷ.15.

11 *Verba Ieremiæ.]* Verba dicuntur Ieremiæ, non quod ipſe omnium verborum author extiterit (quippe cum Domino dictante, ſolum protulerit ea, quæ in conſequentibus ſcripta ſunt:) neque prophetæ cæteri,de quibus omnibus Petrus, *Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt Sancti Dei homines.* Sed, quod oris, ipſe miniſterio; vaticinij expleuerit officium. *(Verbum Dei,)* perinde vertunt 70.(vt in vtraque verſione, vtriuſq; munus, & Dei dictantis, & Ieremiæ proferentis exprimatur) *Verba Ieremiæ, Verbum Dei,* ſeu, quod placet Hieronymo, quia verbum Ieremiæ verbum erat Dei.

2.Petr.1. 21.

12 Hic primo ſatis oſtendit,verbis Dei loquutos eſſe prophetas ſanctos; prædicatores quoque in eo munere,ad quod aſſumuntur,ea dignitate præfulgere,vt Dei vices in arguendo,& corrigendo gerant: quemadmodum omnem habet in tali munere Pontificis authoritatem,is, qui legatus a latere præficitur. Enim verò, cum tali fungantur officio prædicatores,ſimili quoque authoritate pollent. Pro Chriſto (inquit Paulus) *Legatione fungimur, tanquam Domino adhortante per nos,* & alibi, *notum facere miniſterium Euangelij pro quo legatione fungor.* Notandum eſt, quod dixit. *Domino exhortante per nos.* Ergo verbum Pauli, verbum erat Dei. Quòd verò prædicatores ſint Dei legati,atq; oratores,patet ex verbo græco πρεσβεύομεν *[Oramus.]* Chriſtus enim cũ in cœlum rediret, Apoſtolos ſuos, Vicarios,atq; Oratores reliquit: quamobrem, legatione fungi,nihil aliud eſt,quàm eius loco, Prædicatores orare. *Non enim* (ait alibi) *vos eſtis,qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Loquũtur autem Apoſtoli pro Chriſto,ideſt (vt Chriſoſtomus ait) *Chriſti vice*, atque addit, *Nos ipſi eius muneri ſucceſſimus, quod ſi hoc magnificentius tibi dictum videtur, audi,quæ ſequuntur, &c. Ex quibus Apoſtolus perſpicuum illud facit, quod non Chriſto dumtaxat,ſed patri quoq; vicariã operam nauent nam ob id etiam adiunxit tanquam Deo hortante per nos, non enim per filium, tantum ſuum,ſed etiam per nos quoque, qui ipſius muneri Vicarij ſucceſſimus,exhortatur; quamobrem, ne extimetis vos à nobis rogari: Chriſtus ipſe vos rogat, Pater ipſe, per nos, vos orat, atque obſecrat.* Legatum ergo, & Oratorem agens propheta, inde eſt, quod ſuis Diuiniſq; verbis legationem obit. Manifeſtum eſt itaque, quaſi Vicedeos in terra Prophetas eſſe, & comunibus cum Deo verbis profari. *Qui vos inquit, ſpernit, me ſpernit, & qui vos audit, me audit.* Idcirco verba Dei audit, qui audit verba Ieremiæ: rectè igitur dictum eſt. *Verbum Dei, verba Ieremiæ.*

Prædicatores legati Dei à latere.

2.Cor.5. 20.

Ephеſ.6. 20.

Matth.10. 20.

Luc.10.16

13 Vlterius, Verba Ieremiæ, verbum ſunt Dei: ipſe enim dicit *Dabo vobis os,& ſapientiam cui non poterunt reſiſtere, & cõtradicere omnes aduerſarij veſtri.* Vtrũq; neceſſarium prophetis eſt, vt & ſapientiã Domini,& de ore Dei prophetent: idcirco falſis prophetis dicitur. *Hæc dicit Dominus exercituum nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & de-*

Luc.21.15

Ier 23.16.

cipiunt

Digitized by Google

cipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. Sapientia etiam præter os neceſſaria eſt; hæc enim habet Bonauentura in his verbis. *Hic ſpiritus dat ſapientiam, & dat eloquentiam, ſapientiam in corde ſecundum Ioannem, cum venerit ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, & Iob; ſpiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Altiſſimi dat intelligentiam, qui ſpiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita ea, quæ Dei ſunt nemo cognoſcit niſi ſpiritus Dei: & ideo Sapiẽs, ſenſum tuũ quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiã, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſſimis?* Vtrumque Ieremiæ tribuit, os primum quando tetigit os, *& tetigit os meum,* & infra ideo dicit, *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Dedit inſuper ſapientiam. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Quod etiam comperimus Moyſi fuiſſe conceſſum. *Perge igitur ego ero in ore tuo, doceboque, quid loquaris.* Proinde recte inquit Dominus, *Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum,* & ipſe Dominus. *Ego ipſe, qui loquebar ecce ad ſum.* Ideſt qui loquebar per os ſanctorum, ecce nunc vobis coram loquor. Cum ergo, & verba, & os Domini probauerimus eſſe, verba, & ora prophetarum; meritò, quod in vulgata dicitur, *verba Ieremiæ,* 70. vertunt, *verbum Dei.*

[Margin: Bon. in ca. 21. Luc. — Ioan. 16. — Iob. 32. 8. — 1. Cor. 2. 11. — Sapien. 9. 17. — Ier. 15. 19. — Ier. 1. 10. — Exod. 4. 12 — Iſai. 63. 1. — Iſai. 52. 6.]

14 Non ſolum, autem dat ſapientiam, ſed etiam os, vt agnoſcas vtrumque prophetis opus eſſe, & eò facilius, atque conuenientius verbum Dei tractari a prophetis, quò magis in charitate exiſtentes non ſapientiam ſolum habent diuinam, ſed ipſam ſancto ore profundũt, atque eò efficacius, gladius verbi Dei vibratur, & penetrat vſque ad diuiſionem ſpiritus, & animæ, quò ore ſeu brachio charitatis diuinæ impellitur. Gladius eſt os prædicatoris, ſeu prophetæ, *Poſuit os meum, quaſi gladium acutum,* Per manus ſapientia deſignatur, vt infra probabitur: ait enim. *Extendit manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit mihi ecce dedi verba mea in ore tuo,* vtrumque eidem prophetæ obeundum eſt. Expetebat princeps Trachum, Solimanus, enſem Scanderbergh, quo hominum multitudinem quam maximam facillimè interſecabat; dedit ille enſem, dono, Solimano, qui minor viribus, non illum gladium ſibi datum eſſe conqueſtus eſt, quo talia cum audierat perpetraſſe; reſpondit ille, gladium miſiſſe non manum, & otioſum eſſe gladium, quem manus impar tractaret: brachium ergo, quo hominem ictu contrucidaret, mittere non poſſe. Brachiũ proinde ac enſem æqualis virtutis ægregius habeat prædicator; nam verba Domini, non ore tamen Domini profudit Balaam, eadem Caiſas, & ſexcenti prophetæ, qui licet ſpiritu prophetarum, ore tamen profano ſermones Domini effundebant. Vim autem, & efficaciam habet verbum Dei ex ſui ipſius virtute; iniuſto licet improborum prophetarum ore proferatur, vt per ſe conſtat; *viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax,* nec aliunde vitam, niſi ex ſemetipſo ſumit; maioris tamen virtutis in vniuerſum eſt ſi opere complet, quod ore prædicator docet, quàm plurimum namque miniſtri verbi Dei vita, & mores, auditoribus adiumento ſunt, & gladius ſpiritus, qui eſt verbum Dei, facilius pertingit ad cordis penetralia inſecanda. En quomodo Ieremiæ vtrumque præſtitum eſt, habuit verbum Dei. *Dedi verba mea in ore tuo,* ſed ſimul cum gladio miſit manum. *Miſit manum ſuam, & tetigit os meum.* Hinc dicitur. *Verbum Domini in manu Ieremiæ,* & Malach. *Onus verbi Domini ad Iſrael, in manu Malachiæ.*

[Margin: Iſai. 49. 2. — Ier. 1. 10. — Dicere, & facere debet prædicator. — Hebr. 4. 12 — Ier. 50. 1. — Malach. 1. 1.]

Vnum verò Dei verbum dicitur; Ieremiæ verò plura, ab vno enim, licet multa ſint verba Ieremię, verbo Dei originãtur, ait hic S. Thom. Nec præter rem exiſtimo id eſſe cauſæ, quòd videlicet vnico tantum verbo id præſtat Deus, quod pluribus humana verba. *Pſalm. in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum,* hoc de Apoſtolis, qui fidem noſtram pluribus diſſeminarunt intelligendum eſt, & vt aduertas in 15

[Margin: Pſalm. 18.]

eadem

Pſalm. 67. 12.

eadem re verbum Dei vnum eſſe. *Dominus* (inquit) *dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Quod ergo vnicum in ore Dei eſt, plura in ore ſunt prophetarum, quæue in ore Ieremiæ plura ſunt, vnicum eſt in ore Dei: ideo *Verba Ieremiæ: verbum Dei. Verbum Dei, verba Ieremiæ.* Vt oſtendatur, quòd plura licet ſint Diuina eloquia, adhuc tamen vnico dictata ſpiritu, quamuis diuerſis diſtincta temporibus, vnum ſunt: quare Gregorius in illis verbis. *Et aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris,* hæc habet, *rectè ſacra eloquia viſioni maris ſimilia narrantur, quòd in eis magna ſunt volumina ſententiarum, cumuli ſenſuum,* & inferius, *Vna eſt ſimilitudo ipſarum quattuor; quia Diuina eloquia, & ſi temporibus diſtincta, ſunt tamen ſenſibus vnita. Rota intus rotam eſt teſtamentum nouum, (ſicut diximus) intra teſtamentum vetus; quia, quod deſignauit teſtamentum vetus, hoc teſtamentum nouum exhibuit.*

Greg. Hò. 6. ſuper Ezecch.

17 Atque Hæc ordinatio Ieremiæ in prophetam omnino non eſt abſimilis, imo conſentit cum ordinatione Moyſis. Moyſes enim vocatus à Domino linguæ profert impedimentum, & verba Domini portentis virgæ confirmantur. Ieremias à Domino vocatur, excuſationem profert ætatis, vltimo tandem prophetiæ munus oſtenſione virgæ ſuſcepit. Si ergo Pharaoni datur ille in Deum: Babilonicis, & gentibus hic datur in Deum: & hoc eſt quod verba Ieremiæ, verba Dei dicantur; Deus enim erat prædicatione conſtitutus. Propterea, Hilarius de Moyſe dicit; *Datur ille in Deum Pharaonis, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur:* Et Ieremias datur in Deum, dum plantat, ædificat, euellit, ac deſtruit.

Hylar. in Exam.

18 Secunda cauſa cur detur in Deum, humilitas cenſenda eſt; ille enim obeundæ legationis ſe minus æſtimauit idoneũ *Incircunciſis* (inquit) *labijs ſum, & obſecro Domine non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius.* Rupertus hic. *Proinde datus eſt Pharaonis Deus, in quem accedere verebatur; quoniam eius, humilitas roboris eſt, vt ſupra regnantem, humilem, Deum faciat, Reginaque humilitas, humilem, Deum fecit.* Si ergo humilis Moyſes, quoniam à munere prædicationis ſe retrahit, & ideo datur in Deum; eodem modo Ieremias (vt infra dicemus) qui ob ætatem, & linguæ imperitiam, ſuper omnes humiles, prophetiæ refugit onus, datur in Deum, & ideo; *verba Ieremiæ, verbum Dei.* Gregorius præterea, hæc habet: *per Deos namque ſublimes, & ſapientes deſignantur; nam, & ad Moyſem Dominus dicit, poſui te Deum Pharaonis. Et in legis etiam mandato præcipitur. Dijs non detrahes.* Quis autem ſapientior extitit Ieremia, quo cum ſapientia in habitauit? *Ego ero tecum.* Et quis ſublimior, dum ſupra Reges, & regna fuerit conſtitutus, vt diſperderet, vt diſſiparet? recte igitur gentibus datur in Deum, & verbum Dei, verba ſunt Ieremiæ. Denique ſi cum Deitate graditur celſitudo; *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes,* Ieremias, qui excelſus Domino interpretatur, Deus dici debet, cuius etiam verba, ſint verbum Dei; modo, intellige, quo Moyſes fuit appellatus Deus.

Humilis Deo ſimilis. Exod. 6. 30. 1. Reg. 6. Ier. 1. 19. Pſal. 81. 6. Hier. S. Th. Lyran. & omnes.

19 Hæc propinquitas amicorum Dei, vt Dij etiam ipſi appellentur ita oſtenditur: ſerui Dei vnum ſunt cum Chriſto, ſed Chriſtus vnum eſt cum Patre, & vnum ergo eſt ſeruus Dei cum Deo (vnione intellige gratiæ, non naturæ quomodo verbum cum Deo eſt) Ioannes proinde ait, *vt omnes vnum ſint ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnũ ſint, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus, ego in eis, & tu in me.* Si ergo pater, & filius ſunt vnum, quia alter in altero eſt ſecundum naturam; hi ſerui erunt vnum cum Deo, vnum gratia, quia in eis Chriſtus eſt, & Deus in Chriſto. Quæ vero vnum ſunt, ſi alterum dolet, alterum quoque dolet, idque dicas etiam in honore, vt Dominus oſtendit Ezech. *Domus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me, &, qui vos audit me audit.* Tanta eſt amicitia Dei, vt *verba* (dixeris) *Ieremiæ, verbum Dei.* Commune eſt amicis, quidquid eſt, vti ille dicebat. *Vetus*

Amici Dei veluti Dij. Ioan. 17. Ezech. 3. 7. Luc. 10. 16. Ter. Adelph. act. 5.

verbum

Digitized by Google

verbum hoc eſt, communia amicorum inter ſe omnia. Et Pithagoras amicitiam, æqualitatem eſſe, & eandem animam, amicum, alterum ipſum, vnde prouerbium, *amicitia æqualitas, amicus alter ipſe.* Quod egregiè oſtendit Alexander; Intrauit hic in tabernaculum vxoris Darij cum Epheſtione, (is erat Regi cariſſimus, ſecretorum omnium conſcius, cum eo etiam educatus) ergo Regina, illum Regem eſſe rata, ſuo modo venerata eſt; vnde ex ſpadonibus captiuis, quis Alexander eſſet monſtrantibus, Siſigambis aduolata eſt pedibus eius; ignorationem nunquam antea viſi Regis, excuſans; quã manu alienans Rex, non erraſti (inquit) mater, nam, & hic, Alexander eſt. Sentijt hac reſponſione egregius princeps, amicitiæ vinculum, animos ad inſtar ſanguinis connectere. Plus itaque aliquando poteſt ex connexione animorum, quam materno ex vtero deducta propinquitas, atque, vt communia omnia in amicis eſſe, mores, mentem, animoſque ipſos probaret quidam, aiebat, *vt in diapaſon,*
Paul.Man. *tantus eſt concentus, vt vox eadem eſſe videatur, ita veri amici, vnus ſunt animus.* Quid ergo non cenſeas amico Ieremiæ, tributum eſſe à Deo amico, qui verba Ieremiæ, non vocẽ tantũ, ſeu ſonũ, ſed ſenſũ ipſũ verborum, & ſuũ quoque eſſe profitetur; *Verbum Dei, verba Ieremiæ.* Quicumque ergo amici Dei, ad verborum æqualitatem (aliquo modo) euecti ſunt: ad maiora etiam ſupra cæteros, euehuntur. *Ego dixi Dij eſtis, & filij*
Pſal.81. 6. Pſalm. 138 16. *excelſi omnes,& Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* Et ſtatim imperandi poteſtas adiugitur. *Nimis confortatus eſt principatus eorum,* meritò igitur verba ſuſcipit Ieremias, & ſuper Gentes, & regna conſtituitur.

19 Aliam quoque poteris inuenire rationem, cur Dei verba, verba etiam prophetæ dicantur: quæ eſt huiuſmodi. Ea cupiunt Sancti Dei ex prædicatione exurgere incrementa, vt quæcumque in diſſeminatione verbi pepererint, dum Deo tribuunt, ſibi etiam aſſumant, & cauſam Dei, non vt alienam, ſed vt propriam tractent, non quòd ſibi ipſi fructum ex Dei prædicatione arrogent; ſed cupidi gloriæ Dei; dedecus, & honorem, animarum ſalutem, prædicationiſque prouentus, vt proprios habeant; gaudantque de fructibus, tamquam ſi proprij eſſent. Atque hic idem Dei mos eſt, proprium reputare quidquid, vel mali, vel boni prophætis, ac prædicatoribus euenit; tanquam is, qui verba ſua ad profectum, & vocationem peccatorum, prophetis impertit. Eſtque hoc ſimile, tamquam ſi inter duos, mutua facta eſſet de Societate conuentio; vt vtriſque lucra, & dãna, in ſecunda, vel aduerſa fortuna, cædant, ſocietatemque communi ſubſtantia foueant. cuius ſocietatis, hæc lex eſt, vt inter ſocios lucra, & damna communicentur; prçter quam ex illicito quæſtu, vel cauſa quæſita, quia delictorum, turpis, & fœda communicatio eſt, vt iura ſtatuunt. Societas enim dicitur quædam fraternitas, ita vt, abſque alio pacto æqualitas ter ſeruanda ſit; pactum vero, quòd vnus habeat damnum, & alter lucrum, minime valet: id enim iniquiſſimum eſſet, & Leonina Societas. Quæ, cum ita ſint; appoſitis vtriuſque verbis, & Dei, & Ieremiæ, in ſocietatem; *Verba Dei, verba Ieremiæ;* Quis non videt Dei etiam gloriam tangere, ſeu lucra, ſeu damna Ieremiæ? vt cum prophetam, quis vlciſcitur, Deũ quoque vlciſcatur, iuxta illud. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Societatem vero prædicationis ibi etiam oſtendit, vbi dicit. *Vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciam illud;* Tu autem Ieremias ſocietatem, ſuper hoc verbo, mecum habebis, quia *vniuerſa quæcumque mandauero tibi loqueris,* Et in pugna, quam pro me experieris, me quoque ſocium, & comitem habebis, *Bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum.* Idem docet Paulus, illis verbis. *Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis.* Ideſt omnimodę ſocietati expoſiti, vtrãq; fortunam experiemini; cum tentatio exurgit, tentationum, & cum conſolatio apparuerit, conſolationum. Hoc quoque docuit Ioannes. *Ego Ioannes frater veſter*

Societas Dei cum iuſtis.

In l. quod aũt l. ſi no fuerit §. vltimo ff. p ſocio, & l. 1. in fine & l. ſi quis io. iut. ff. eod. tit. Tex in l. ſi non pariat in 1 col. ſi fratris in 1 & §. eod. Papi. in ff. eod. tit. L. ſi nõ fuerit § Ariſt. ff. p ſocio.

Zach. 2. 8.

Ier. 1. 12.

Ier. 1. 7.

Ier 1. 17.

2. Cor 1. 7.

Aug. ſerm. 74.

Apoc. 1. 9.

veſter, particeps in tribulatione, & Regno. Ex quo etiam colligitur eandem ſocietatem debere eſſe iuſtorum adinuicem; quam certè habuiſſe ſe, profitetur Dauid,cum ijs,qui Deum timebant,portionemque meritorum æqua parte diuidere. *Particeps* (inquit) *ego ſum omnium timentium te,& cuſtodientium mandata tua*. Noſter Agell.Genebr.ac fere omnes expoſitores,ad ſocietatem vitæ iuſtorum referunt, & communionem bonorum omnium, & gratiarum ſpiritualium.Huc ſpectat illud Pauli, *quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Hanc igitur habens ſocietatem Ieremias cum Deo, optimè quod Dei eſt,Ieremiæ dicitur. *Verba Ieremiæ, verbum Dei*. Diſcamus non noſtra quærere,ſed quæ Ieſu Chriſti,& nudum nudam ſequi Crucem: ſi namque Domino, & proximis, ex corde compatimur: ſimul etiam conglorificabimur.

Societas iuſtorum. Pſal. 118. 63. 2.Cor.11. 29.

20 *Verba Ieremiæ,Verbum Dei*. Videntur hæc eſſe contraria,ſi enim dixiſſet, verba Ieremiæ,quæ illi Dominus inſpirauit,nulla eſſet quæſtio, at quomodo idem verbum poſſit duplici ore, Domini ſcilicet, & Ieremiæ proferri, non ſatis clarè videtur. Sed huius quæſtionis ſolutio deſumi poteſt ex illo. *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius,qui miſit me*. Vbi Chryſoſtomus poſtquam dubitationem propoſuit circa illa verba, *mea*,& non *mea*. Breuiter,& luculenter eam ſoluit,dicens,quòd Chriſtus doctrinam ſuam dixit, quoniam docuerat, non ſuam, quoniam Patris erat doctrina. Ita Ieremiæ verba,dicitur prophetia, & eadem prophetia, quam Ieremias eſt vaticinatus,dicitur verbum Dei, quia Dei myſteria continet. Quid enim tàm proprium Ieremiæ, quàm ipſiuſmet verba?& quod tàm alienum ab eo,quàm verbum Domini, & diuina myſteria? Immò hoc ipſo,quod dicitur, *Verbum Dei*, ſatis oſtenditur, & ſui, & Domini vnum,& idem eſſe verbum,ac ſi diceret: verbum, quod os Domini loquutum eſt non ita eſt permutatum,aut diuerſum,ex eo quod illud idem Verbum, os meum loquitur: imò idem omnino, quod ore Domini promitur, per os meum transfunditur. Vel dicuntur *Verba Ieremiæ*, quatenus Ieremias particularis erat perſona, dicitur *Verbum Dei*, quatenus idem Ieremias perſonam Domini gerebat: qua perſonati Prophetæ illis verbis paſſim vti ſolent. *Hæc dicit Dominus*,cum tamen ipſi loquantur,non Dominus.Poteſt etiam denotare humilitatem, & gratitudinem Ieremiæ,quod ex eo quod vates à Domino fuerat conſtitutus, non ſuperbè elatus eſt,nec gloriabatur, quaſi non accepiſſet, ſed humiliter, in authorem Dominum, prophetiam ipſam gratias agendo refudit,vt in mare, vnde flumen prophetiæ exierat, reuerteretur.

Ioa. 7.16 Humilitas & gratitudo Ier.

21 *Verba Ieremiæ.Verbum Dei*,In miſſione prædicatorum tota Trinitas operatur, opera enim ad extra indiuiſa ſunt, & communia toti Trinitati. Porrò Gregor. hæc ait, *Verbo Domini Cæli firmati ſunt. Verbum enim Domini filius eſt patris, & vt tota Sancta Trinitas oſtendatur operata,ſubiungit,& Spiritu oris eius, omnis virtus eorum*. Cum ergo mittitur Ieremias,à Trinitate miſſus oſtenditur,primo dicitur, *Verbum Dei*,ideſt Verba Ieremię ſunt à Verbo Dei. Spiritus Sanctus eſt etiam operatus, infra enim dicit, *Miſit manum ſuam, & tetigit os meum*; digiti eſt tactus, & Spiritus Sancti ſymbolum, digitus eſt.Lyranus ſuper Dan. *Digiti apparuerunt ſcribentis in pariete*, De Sancto Spiritu interpretatus eſt,& Eccleſia canit, *Dextræ Dei tu digitus*. Vlterius *miſit* (inquit) *Dominus manum ſuam*, Hic brachium eſt mittens,manus, & digitus tangens,brachium cum ſit potentiæ ſymbolum,tribuitur Patri. *Fecit potentiam in brachio ſuo. & brachium tuum cum potentia*, & iterum *brachium Domini cui reuelatum eſt*. Tota igitur Sancta Trinitas operata eſt,proinde tripliciter factum dicitur verbumDei ad Ier.vt à tribus Perſonis miſſus oſtenderetur.

Sāctiſſimæ Trinitatis myſteriū. Homi. 30. in euang. Dan. 5.5. Luc. 1. 51. Pſal. 88. 14 Iſa. 53. 1.

22 Quod etiam munus, earumdem Perſonarum ſanctarum ordinatione, Iſaias accepit; dum enim videret Dominum exercituum,huiuſmodi myſterium Angelorum triplici clamore, cognouit; ideò

a d ami-

ad vnicam Trinitatis vocem *quem mittam?* reſpondit *mitte me*. Vt igitur par honor tribueretur Deo, Ieremias voce admirantis, ac confitentis tam latens Sacramentum, dixit triplici nota, *a.a.a.* ſeu vt 70. vertũt, *quis es Dominator* Domine? Triplicem admirationem vnico tribuit Deo. *Quis es Dominator Domine?* Spectat ad vnitatem eſſentiæ. Triplex illa nota *(a.a.a.)* ad perſonarum Trinitatem. eadem, & non alia nota repetita, ad earumdem æqualitatem.

22 *Filij Helciæ.* Lyranus prophetam aſſerit fuiſſe Helciam, ſed non adeò fama cognitum, hoc autẽ ex vulgata illa Hebreorum regula colligit cuius meminit Hieronymus, quòd quando initio prophetiæ, patris nomen exprimitur, prophetiæ dono pater etiam claruit. Hoc quidem laudi Ieremiæ quam maximè vertitur, vt non ſolum cæleſti dono ſanctus exiſtat, ſed etiam refuſa parentum virtute, prophetali etiam proſapia celebretur: atque etiam generis nobilitate conſpicuus (quippe quod, ex principibus extitit cuſtodiæ ſacerdotũ) morum grauitate, ac nobilitate, innatum familiæ ſplendorem, non modo conſeruauit, ſed etiam auxit. Degener namque à greco dicitur ἀγενής, eſtque id, quod ignobilis, à degenero, quod eſt à generis nobilitate deſciſco: fitq; cum retento naturali domus ſplendore, morum deinde prauitate, totius propaginis ſeriem à virtuoſa nobilitate deiectus degener obſcurat. Itaque Ieremias, non fuit ex ijs, qui diſſimili vita afferunt generi detrimenta, ſed maiorum virtus non ſolum ſeruata, ſed propagata in ipſo eſt. Non fuit (inquam) ex ijs vnus, quem inueniri poſſe negat Euripides.

Moralis

— ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
Εὕροις: ἂν ὅςις ἐςὶ μὴ χείρων πατρός.
Vnum forſan inter plurimos
Inueneris, qui patre non ſit nequior.

Et Demoſthenes *à viris* (inquit) *egregijs, quaſi fato id accidit improbos proficiſci filios.* Idcirco in hanc ſententiã ſcripſit Horatius.

Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem uitioſiorem.

Sed virtute, ſeu vitijs, filios plerumque parentibus propiores, vel parum admodum naſci alienos, ſcriptura ſancta, & prophanorum volumina teſtata ſunt. 23
Inde eſt, quod in Deut. filius contumax atque degener, qui vitiata ſobole, generis detrimenta ſuo facinore contraxit, lapidibus obrui iubetur; atque hæc ſunt textus verba. *Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audiat matris, ac patris imperium, & coercitus obedire contempſerit; apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos, filius noſter proteruus, & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus uacat, & luxuriæ, atque conuiuijs; lapidibus eum obruet populus Ciuitatis, & morietur.* Non itaque, imperatum eſſet, vt crudeles exiſterent in filios patres, niſi, vt opprobrium ſobolis degeneris auferrent.

Deut. 21. 18.

Qui vero ſtultus ex honeſtis naſcitur, non aliter quam vipera, quæ mox nata, matrem occidit. 24

Et moriens infauſto uipera partu.

Manc.

Paternæ domus dignitatem omnem, ac gloriam eliminat. Vipera. n. ingrata matri, contra matricidas, vt author eſt Pierius, cum Gallo, & Simia includi ſolita, ſupplicium ijs durum infert. Et quidem digna pena adinuenta eſt, vt qui nefarie mortem matri intulit, angue matricida periret. Non minus ergo degener in domus ſuæ nobilitatem conſpirat, quàm illa in matrem: hinc Ioannes Viperarum ſobolem Hebræam gentem, quæ à patris legibus iniqua ſuperſtitione deſciuerat, appellat, & arguit. *Genimina Viperarum, quis uos, &c.* Hoc vero non ad generationem pertinet, ſed ad mores: quod Ireneus hic ad Dauidicum illud ſpectare dicit, *Alienati ſunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero; furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, &c.* alienati ſunt à materni cultus obſeruatione, tanquam Vipera, quæ mox, vt è latebris materni ventris emergit, inſoleſcit in matrem, ita, & illi in legem matrem, & hic eſt furor

Simile.

Filij inobedientes vipere ſimiles.

Luc. 3. 7.

Matth. 23. 33.

Pſal. 57. 4.

Digitized by Google

viperinus, & ſimilitudo ſerpentis. Vtque tandem Viperæ, matrem deſpicientis, in improbis natis mõſtretur effectus, ait ſcriptura.

Prou. 10. 1

Filius ſapiens lætitia eſt patris, filius uero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ & deſpicit eam. Supra matris triſtitiam in partu, addit contemptum, i deſt ſupra dedecus, quod familiæ parit degener, nulla eum conſeruandi paternæ domus dignitatem tangit ſententia. Propterea nequã ſobolem veritus Salomon, quaſi tæderet ſe diuitiarum paratarum, ac induſtriæ:

Eccl 2. 18.

Rurſus deteſtatus ſum (inquit) *omnem induſtriam meam qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus heredem poſt me, quem ignoro utrum ſapiens, aut ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus ſudaui.*

25 Ea vero naturæ lex, vt videlicet à traducta generis dignitate morũ fœditate non deficerent nati, ita cuſtodiebatur à Lacænis matribus, vt altera Anonima filium deſertorem militiæ, non tm̃, vt ignarum, ac inobedientem abdicaret, ſed prorſus occideret, ſubdens.

Plut. in lacæn. apoph.

Germè iners abeas ad tartara teq; peroſus
Eurotas, ceruis, nec det aquam timidis.
Ignauus catulus, mala ſors, hinc uade ſub Orcũ.
I Sparta indignus, quẽ nec ego peperi.

Matres filios degeneres abdicantes.

Plut. ibid.

Altera vero Damatria filium, belli non ſe ſtrenue gerentem, domum redeuntem abdicauit etiam, deinde interemit, nequaquam ſubdens conuenire ex fortiſſimis parẽtibus natum ignauũ ſuperſtitem eſſe. Ad quod reſpondet illud Horatij.

Hor. 4. car 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

26 Multum verò intereſt ad filij exaltationem probitas patris, vt domus firmetur, atque vt ipſius ad filium accedant merita. Plura enim ſunt ſcripturæ loca, quæ probant, præmia probitatis, filijs fuiſſe poſt mortem parentum perſoluta ad quartam vſque, & quintam generationem. Sic poſteri Jehu ad quartam generationem obtinuerunt regnum Iſrael, & Dauid meritis heredes, impij ſeruati ſunt. Dauid autem, de retributione iuſtitiæ patris loquutus, hoc dixit.

Merita patrum in filios.

Pſal. 102. 17.

Iuſtitia illius in filios filiorum his, qui ſeruant teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea, quaſi meritum paternæ iuſtitiæ, natis reſeruetur, à paterna iuſtitia non recedentibus; ſed Agell. hoc idem alio pacto vult intelligi, vt non illis tantum filijs, ſancti parentis meritum tribuatur, qui ab eius iuſtitia non receſſerint; ſed de patribus ipſis dictum vult, quibus teſtamentum Dei ſeruantibus, redditur iuſtitiæ meritum; cum eorum filij, à patrum virtute declinauerint. Quod verò patrem diuina reſpiciat benedictio exemplum eſt in ſcriptura. Iacob enim dum nepotibus benediceret (quaſi benedictio ſupra patrem eorum caderet) ſic ait *benedixit Iacob filijs Ioſeph*, Hebreus codex *benedixit Ioſeph filio ſuo.* Benedixit ergo patri licet manu filiorum ſignaret benedictionem, dum in retribuendo, Deus, filijs, patris iuſtitiam intuetur.

Iuſtitiã parentũ De' aliquando reſpicit in natis improbis.

Geneſ. 48. 5.

27 Itaque Ieremias ita inſignis extitit prophetiæ dono, quia proprijs etiam, & parentis meritis auctus eſt. Quamobrem, cum domum aliquam fortunis ditari, ac donis etiam cœleſtibus inſpicimus ornari, certum eſt Deum aliquando maiorum iuſtitiam, filijs in probitatis premia rependere. Sicuti è contra obſeruatum eſt, patres nequitiæ pœnas, non euaſiſſe, qui improbitatis monimenta filijs dedere, ſed Diuinam iram eos ipſos, in ipſis natis vltum iſſe: quod teſtatus eſt Dauid.

Pœnæ patrum in filios.

Pſal. 16. 13 14.

De abſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorum: ſaturati ſunt filijs, & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis. Locum hunc Pſalmi, pro noſtra ſententia interpretatur Euſebius, abſcondita namque ait, eſſe pœnas, & ſupplicia, quibus Deus populum illum mulctauerat, de quibus adimpletum dicit ventrem eorũ, ideſt ad ſatietatem vſque punitum: reliquias vero harum pœnarum filijs, & nepotibus illius irrogaſſe: ſcilicet ad filios improbi parentis, & iuſtitia domini punita, flagella deſcendiſſe. Ait autem Euſebius. *Scio te iuſta ſupplicia non modo ipſis illaturum, ſed etiam liberis, & nepotibus; qui parentum nequi-*

Digitized by Google

nequitiam fuerint imitati. Per magno æſtimanda igitur eſt erga patres filiorum obedientia, & obſequium, ac paterni moris imitatio; etenim poſtquam hominis timentis Deum, proſperitatem deſcripſiſſet Dauid, illius nempe, qui vt vndiq; probitatis fructus, percipiat vxorem, filioſq; ab ſcelerum ſorde habet alienos; vxorem quidem, quę in penetralibus domus, ſerijs, modeſtiſque rebus vacat. Subdit deinde (explicans quales filiorum mores eſſe debeant) *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*. Hoc verò pro maximo beneficio cæleſti, ducere debet pater, qui huiuſmodi filios habet, *ſicut nouellæ oliuarum*, ideſt ſemper in bonis operibus virideș ac fructuoſos, non ſicut oliuæ, inquit, ſed *ſicut nouellæ oliuarum*, vt virtutibus ſemper abundare deſcribantur. In circuitu menſæ parentis obſequentes filij dicuntur eſſe, quod intelligendum eſt, quia huiuſmodi liberi, patris ſubſtantia contenti ſunt, nec hinc inde, commeſſationibus vacantes, & luxuriæ, diſcurrunt, monita ipſius prætereuntes. Addicti ergo dicuntur menſæ, quaſi paterna excipiant mandata, & omnino illi ſubijciuntur, & paterna frugali menſa, contenti ſunt. tunc infert *Sic benedicetur homo, qui timet* Dominum.

Pſal. 127. 4

28 Hoc quidem donum diuinum eſt, quod vt plurimum parentibus confertur, qui huiuſmodi filios habent, ſua ipſorum temperantia, ac diſciplina, in timore quoque Domini inſtructos; non enim ſua caret retributione probitas; quin à patre in filium, & à probo filio in patrem ſanctum refundatur, quòd verò à miſeria reuocatus ſit filius pdigus; hoc credo diuinę prius miſericordię, & paternę iuſtitię effectum fuiſſe, vt inde eum patris merita reuocarent, quò ſua ipſius ſcælera perduxerunt. Cæterum, tunc benedicitur filius cum ſancti patris monitis adhæret, à quo deinde diſcedens, totius infelicitatis ſe obnoxium ſentit. probat Chryſologus. *Filium data facit egere ſubſtantia quem diuitem, negata ſeruabat: ut penes ſe, deficeret habendo, qui penes patrem abundauerat, non habendo*. Et infra. *Beati filij, quorum tota eſt in patris charitate ſubſtantia: beati, quibus manet tota in obſequio patris, in patris cultura poſſeſſio*. Et Paulo poſt, *Ciuem denique in peregrinum, filium in mercenarium, in egenum locupletem, liberum mutauit in ſeruum, iuxit porcis à patre pijſſimo, quem ſeiunxit, ut ſeruiret cœnoſo pecori, qui pietati ſanctę parere contempſit*. His in commune conſideratis ad Heldam Ieremiæ parentem deſcendamus. Helcias igitur interpretatur, *Lenitas Domini, portio*, ſiue *pars Domini*, ſiue *Hamus* Domini, ſiue *Rex Dominus*, *conſilium*, vel *Regnum* Domini, tandem *Impera* Domine. Quæ quidem, nominis eiuſdem, ſignificationes, aliquid pro re morali, conſiderandi occaſionem tribuunt. Et primo quod Ieremias *excelſus* Domini, ortus eſt ex Helcia lenitate Domini, quia lenitatem ſequutus eſt, nec aliam à manſuetudine, & abiectione matrem legimus eum habuiſſe, qui Deo excelſus extitit, hinc eſt quod pro eodem acceptum eſt lenitas Domini, & Rex Domini, neque enim aliquo modo apud Deum magnus aliquis computatur, qui ſe paruum non reputauerit. Simili quoque modo angelo præmonente, Ioannes magnus coram Domino vocatus eſt, qui vocem ſe eſſe, ideſt auræ tranſeuntis ſonum, confeſſus eſt. Præterea *Regnum dicitur* Domini, fuit & ſedes Dei B. V. quæ ſe humilem nominauit, & ancillam. Super lenem, & humilem requieſcit Dominus, ipſius quoque eſt humilis prætioſa poſſeſſio. Quod ſi alio quoque ſenſu idem eſſe lenem, humilemque dicas, ac regem; hoc ſtatim ſcriptura probabit, quæ teſtatur lenitate, ac manſuetudine Dauid ad regnum aſcendiſſe, *de poſt fœtantes accepit eum*, fœtarum ouium, qui greges cuſtodit, magnam curam adhibere debet, vt per tutum iter illas perducat, neu præerupta ac ſalebroſa montium aſcendant, nec præcipiti paſſu illas vrgeat, nec proceræ ſinat ramos arboris, auido ore decerpere, ſed per aperta vallis, tuto permittat errare veſtigio. Itaque manſuetum nimis decet eſſe, ac patientem, quē fætantium cura tenet ouium; Patet ergo cur ad regnum

Ser. 1. de filio prodigo.

Moralis

Pſal 77. 71.

Digitized by Google

gnum dixerit Dauid de poſt fœtantes aſcendiſſe, nec ſimpliciter de poſt oues dixiſſe, quia gregum cuſtodia humilitatem, & fœtantium cura ſignabat lenitatem, ouis etiam, manſuetudinem, in ſacra ſcriptura ſignificat, & de Domino Saluatore dicitur. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Quod ſi *portio Domini*, velis interpretari, ſtatim lenem agnoſces portionem eſſe Dei, *ego* (inquit ipſe) *cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.*

Iſa. 53. 7. Io. 10. 14.

29 Humilitas ad Regnũ euehit.

Manifeſtæ nobis humilitatis Dauid exemplum dedit, cum inimici dolis appetitus, regno inſidiantis, regnum ſibi ſtabilire, & inimicos confundere humilitate decreuit: nec fortiori præſidio, præter hanc virtutem, nec validioribus armis victoriam reuehere exiſtimauit; ait proinde perſecutione vrgente. *Verumtamen Deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea.* Dum agebatur de regni, & vitæ incolumitate, potius erant expediendi ad pugnam milites, dirigendus exercitus, & cuncta debuerant armis contra rebelles perſonare; at vero ſecurius duxit ſedẽ regni, cuſtode humilitate, conſeruare, & facinoroſorum inſidias, ea ipſa virtute confringere. Eſt ergo ſenſus, prætium meum, & gloriam meam, & prætioſam rem meam, quæ regnum meum eſt, cogitauerunt repellere; ſed tu anima mea Deo eſto ſubiecta; idelt humiliare, quoniam ab ipſo eſt ſpes mea, vt regno non ſpolier. Qui quidem ſenſus ex Hebræo, Græco, & Hieronymo colligitur, eumque fuſius etiam alibi expendemus. Hoc autem, quod ſupra diximus non ignorans Ieremias, dum ſupra gentes, ac regna conſtituitur, ſciens ſe machinamento improborum doliſque circumuenientium oppreſſum iri, humilitatem, tamquam arma ad conſeruationem regni, & ad conterendos hoſtes, nimis opportuna, in primis exerit dicens a a a, & ſtatim à dominica voce roboratur, & ſecuro animo eſſe iubetur, *Ne timeas à facie eorum, conſtitui te ſuper Gentes, & regna, & poſui te hodie in ciuitatem munitam.* Deus ergo eſt, *qui ponit humiles in ſublime*, vt ait B. Iob, & Salomon, *Superbum ſequitur humilitas; & humilem ſpiritu excipiet gloria.*

Pſal. 61. 5. Ier. 1. 10. Iob. 5. 11. Prou. 29. 26.

30 At vero Ieremiam humilem, natum in vículo humili, in domo paupercula, filium manſuetudinis: portionem ſuam habet Deus, ac cognoſcit, ait enim, *priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.* Atque, vt cognoſcas, quod dicitur *oues meæ vocem meam audiunt. In Anathoth*, ideſt obedentia dicitur natus, & manu Domini tactus, ſtatim ad imperata exequenda conſurgit, igitur de Ieremia intelligimus dictum, quod inquit Iſaias. *Ego mandaui ſanctificatis meis.* Strabus interpretatur *obedientibus meis*, vtrumque noſtro prophetæ dictum videtur, eo quod ſanctificationis gratia claruerit, & quod obedientia inſignis extiterit, quod autem iſtiuſmodi homines, cognoſcat, & reſpiciat Deus, ſcriptura teſtatur, quam ſupra adduximus. *Omnia hæc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus, ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* At videamus quomodo tremat ſermones Dominicos Ieremias, poſt quam Dominus loquutus eſt, *Et prophetam in gentibus dedi te.* Tremens reſpondit ipſe *a a a, Domine Deus, &c.* quaſi ad Dei vocem reuerentia quadam extimuerit: ſic enim vertit Vatab. *ad hunc autem reſpiciam, ad eum, qui eſt humili, & fracto ſpiritu, & qui ad verbum meum reuerentia quadam contremiſcit.* Verba autem illa *noui te*, & vigilans virga, oſtendunt quantum Deus Ieremiam reſpexerit.

Ier. 1. 6. Io. 10. 3. & 16. Iſa. 62. 2.

31 *Hamus* (deniq;) Dñi interpretatur. Cũ verò hamus dicantur prædicatores, clare innoteſcit, quid Elcias fuerit. Ad expiſcandas quippe extrahendaſque mari iniquitatum animas, cum prædicatores deſtinentur, ab Origene, Ambroſio, & Hieronymo, meritò appellantur hami: homines etiam piſces appellauit Abacuc, *facies hominis ſicut piſces maris*; & profecto hami dicun-

Vocab. Hebrai. Bibl. Complut. Ambr. de virg. 3. Hiero. ſuper Abac. 1. Abac. 1. 14

Digitized by Google

dicuntur prædicatores, quorum inſtrumentorum, in re piſcatoria inutilis eſſet vſus, niſi blanda eſca tegerentur: igitur piſcis non ad hamum accurrit, ſed ad eſcas, & ſua ipſe voluptate deceptus, dum pabulo credit, hamo capitur; & hoc quoque concionatoris denotat officium; neque enim ſtatim nudum verbi Dei hamum oſtendere debet, ne in principio ſermonis, parum accomodatum audientis animum, ad fugam potius, & iracundiam, quàm ad amorem cœleſtium, & ad pœnitentiam conuertat. Eſto igitur in eſca conditus hamus, ideſt in verborum religioſo apparatu, atque in ſerijs, ac modeſtis blandimentis ſermonum, auditorum animum captans: eaque primo oſtendat, quæ peccatorem allicere poſſint, vt deinde verborum, ac ſententiarum oblectatione captus, hamo quoque correctionis capiatur. Propterea non debet ſtatim ad lamenta, ad minas recurrere, ſed prius leni rerum, ac verborum compoſitione, improborum corda obtinere, & deinde ſub compoſita oratione abſcondito repræhenſionis hamo, animas vitijs deditas abſtrahere. Hoc dicebat Iudith, cum peccatorem Olofernem trucidare optabat, & in ipſius typo, prædicator dans mortem peccato, *capiatur* (inquit) *laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum labijs charitatis meæ.* Vatab. *inſertoque viduæ manui meæ robore; quod animo concepi, per labia falſa mea, ſeruum ſuper principem, ſuperque principem ſeruum trucidando manu fæminæ frange ipſorum ferociam,* pulcrè dicit, *per labia falſa mea,* quod vulgata dicit, *labijs charitatis meæ*; falſum enim, & doloſum eſt, quod aliud apparet; atque aliud eſt, eo quoque modo eſca prædicatorum eſſe debet, vt licet blanda appareat foris, tamen non habeat delectationem pro fine, ſed quaſi doloſa pietas ſit, & hamum punctionis, ſeu compunctionis abſcondat, & peccatores ſua expectatione dulci quodam modo fruſtretur, vt eo ipſo, ex quo voluptatem capiebant, vti mox diximus, capiantur. Nathan hoc confirmat, qui cum Dauide prædicatorem egit.

Hamus Dei eſt prędicator.

Iudid.9.10

Enim verò, cum Dauid, licet prius, manſuetus, ac miſericors, in peccatum prolapſus adulterij, adulterio quoque addiderit ſæuitiam, hominem belli diſcrimine nequaquam perculſum, & de fato Vriæ cogitantem certe aduerſo militiæ euentu minime à furore, & indignatione abhorrentem, furore ac indignatione ſtatuit expiſcari; at vero Dauidis tunc procliuis ad cædem animus vel ex hoc cognoſci poteſt, quod illum commouendum cenſuerat Ioab dũ hæc mandat nuntio. *Si eum videris indignari, & dixerit quare acceſſiſtis, vt præliaremini, an ignorabatis, quod multa ex muro tela mittantur? quis percuſſit Abimelech, &c.* Verumtamen, minime Dauid interfectorum cura tetigit, paratam reſponſionem Ioab fruſtra compoſuit, ſed rei euentum excuſans, ait, *varius eſt enim euentus belli.* Itaque qui dolet prius oram Saul clamidis abſcidiſſe, quique habuiſſet mortem Nabalis in ſingultum, nunc exercitu trucidato non mœretur. At vero ſolertis prædicatoris officij erat, aliquid irato; ac commoto Dauid proponere, quod illum oblectans; etiam ad ſæuitiam inuitaret; texuit ergo fabulam de oue, & vi raptore; quare regem ſtatim attentum reddidit, & pronum ad iras, indignatione maxima fecit exardeſcere; *iratus autem Dauid indignatione aduerſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan viuit* Dominus, *quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc;* alia verſio, *exæſtuauit autem naſus* Dauidis *vehementer aduerſus hunc virum, & dixit ad Nathan viuit* Dominus, *qui hoc deſignauit, morte dignus eſt.* Igitur ea ipſius eſca, quam placitam Dauid Nathan propoſuit, rex captus eſt, ſubiunxit enim lata ipſius ſententia, *Dixit autem Nathan ad Dauid, tu es ille vir, qui feciſti rem hanc, &c.* & ſtatim dixit Dauid ad Nathan *peccaui Domino,* artem hic prædicatoris, vel correptoris agnoſce, qui eſcam voluit peccatorem guſtare, qua guſtata, ſtatim reduxit ad pœnitentiam.

2. Reg. 11. 20.

1. Reg 24. 7
1. Reg. 24. 31.

2. Reu. 12. 5

Vatab.

Ibidem 7.

32 Verumtamen ne prætermittere videamur, patrum, ac filiorum merita recenſentes, quod maioris negotij eſt, nempe

Digitized by Google

cognita Helciæ, ac Ieremiæ probitate, quis Helcias iſte fuerit, qui ſacerdotali 4.Reg.2. 2.Paralip.34. dicitur offitio clarus, & pater Ieremiæ, ſatis exploratum non habent plurimi: fuerit ne Helcias ille, qui tempore Ioſiæ regis Iuda inuenit in domo Domini librum legis multis ante annis deperditum, Pontifex maximus; an verò præter ipſum aliquis alius? Negatiuæ ſententiæ vt faueat, plures adducit quidam recentior coniecturas, & quaſi primus huius opinionis inuentor illam defendit. Libens ego aſſero aliū eiuſdem nominis eſſe hunc Helciam, non Pontificem illum magnum. Sententiam verò hanc, author iſte non defendit primus, ſed à Matthia Thoringio doctiſſimo viro accepit, iiſdem que, quibus ille, argumentis vtitur. Sed & Caſtrius idem prorſus ante cenſuit, neuter tamen à Thoringio, ſe accepiſſe fatetur. Diſcrepo à Caſtrio non in re de qua agimus, ſed quòd immeritò in oppoſitam ſententiam B. Hieronymum trahat; imò nec Chaldæus Paraphraſtes, nec Maldonatus diſſentiunt ſi bene expendantur. Profectò S. Hieronymus parum conſideratè lectus eſt à Caſtrio in Lib.1.Paralip.1. 4.Reg.22. QQ. Hebraicis ſupra Paralip. eius verba hæc ſunt, *Iſte eſt Helcias Sacerdos Magnus, qui librum legis inuenit tempore Ioſiæ, & dicitur fuiſſe pater Ieremiæ prophetæ*, dicitur (inquit) ideſt alij dicunt. Itaque non ex ſua ſententia loquitur B. Hieronymus, ſed ex aliorum. Et meminiſſe debebat Caſtrius, quod Xiſtus Sen. Xiſtus Sen. lib.4.adnotat. ſolere B. Hieronymum aliorum opiniones à ſe non probatas in medium afferre, vt eas lector ipſe iudicet. Et verò alibi, non ſemel de Ieremiæ genere, Hieronymus agit; de ſummo tamen ſacerdotio Helciæ patris, ne verbum quidem. Præfatione in Ieremiam, *Fuit Ieremias propheta ex ſacerdotibus*, & in comm. ſupra cap.1. *Fuit autem Ieremias de genere ſacerdotum, &c.* Ita ne frigidè, ac ieiunè de patre Ieremiæ, B. Hieronymus loqueretur ſi fuiſſet ſummus ſacerdos? Idem breuis, & aridus loquendi modus eſt in Epiphanio, Iſidoro, Dorotheo, & priſcis alijs, qui de Ieremiæ genere ſcripſerunt. Accedit, ipſummet Hieronymum innuere, Helciam Ieremiæ parentem diuerſum eſſe ab Helcia Summo Pontifice, nam in comment. ſuper cap.32. Ieremiæ, explicat Helciam, & Sellum fratres fuiſſe ex viculo Anathoth, & Ieremiam filium Helciæ, & Hanameelem filium Sellum fuiſſe patrueles; at Helcias Summus Pontifex prorſus Cap.22. 4.Reg.24. nullum fratrem legitur habuiſſe; diuerſos igitur fuiſſe cenſuit. Atque hæc de genere Ieremiæ dixiſſe ſufficiat.

De Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth. 33 Anathoth viculus erat contra Septentrionem, tribus millibus diſtans ab Hieruſalem, de ciuitatibus ſacerdotum, in ſorte Beniamin numerata. *De tribu* Ioſu.c.21. *autem filiorum Beniamin, Gabaon, & Gabæ, & Anathoth, & Almon, cum ſuburbanis ſuis ciuitates quatuor.* Veriſimile eſt ex Anathoth fuiſſe oriundum prophetam (vt quidam ait) ideo Chald. Paraph. Chald.paraph. *De principibus cuſtodiæ ſacerdotum, ex præpoſitis, qui erant in Ieruſalem: vir qui ſuſcepit hæreditatem ſuam in Anathoth, in terra tribus Beniamin.* In terra Anathoth turrim fuiſſe adhuc ſuo tempore (tradit Hieronymus) quæ turris Ieremiæ vocabatur; ex tanto viro nomen turri inditum eſt, quod ad nominis etiam, & generis dignitatem referri poteſt, vt ex tanti nominis excellentia, Ieremiæ turris appellaretur, vel quòd Ieremiæ turris extiterit, (veriſimile namque eſt hominem virtute, ac nobilitate inſignem, inter ſubſtantias domus ſuæ, hanc etiam turrim habuiſſe) quippe qui vir extitit (vt adnotauimus) ex principibus cuſtodiæ ſacerdotum: quapropter hæc de Ieremia ſcribit Lyranus. *Ex quo patet dignitas ſui generis, quia tribus ſacerdotalis commixta fuit tribui regiæ propter ſui dignitatem.* Anathoth verò pauperculam, ſiue obedientem, ſiue humilem poſſumus interpretari: Ieremiam verò excelſum Domini; ſublimitas in humilitate naſcitur: Ieremias in Anathoth. Nunc quidem, & illud Iob facile captu eſt, *& humiles*, (inquit) *ponit in ſublimi, & merentes erigit ſoſpitate*, quod etiam confirmat Iob.5. Dauid, *de ſtercore eleuat pauperem, vt* collo-

Digitized by Google

Pſal. iiz.6. *colloces eum cum principibus populi ſui*.Infra latè probabimus, Ieremiam figuram Domini geſſiſſe Saluatoris, ſicque excelſus Domino naſcitur in domo paupercula, ſicuti Chriſtus excelſus præomnibus Dijs naſcitur in Bethlehem, quod etiam nomen ex ortu Ieremiæ,licet exiguus viculus acceperit, dum ex ea prodierit excelſus, vrbis Bethlehem famam ſignauit, ex qua dum exiuit Chriſtus, obſcuri licet antea nominis ciuitatibus omnibus poſtea fuit celebrior, vt inquit propheta, *& tu Bethlehem terra Iuda nequaquã minima eris in principibus Iuda, ex te exiet dux, qui regat populum meum Iſrael*.

34 Quòd autem interpretatur obediens, ſiue humilis patet Ieremiæ celſitudinem ex obedientia, & humilitate originem traxiſſe. Quòd verò ad vtramque virtutem præmia ſtatim celſitudinis adijciantur inferius manifeſtatur; humilitatem quidem oſtendit Ieremias, dum dixit *puer ergo ſum, neſcio loqui*. Obedientiam verò atque animi ſubmiſſionem,ac promptitudinem, dum dicebat Dominus, *ad omnia,quæ mittam te ibis, & quæcumque mandauero tibi loqueris ad eos*, quale ergo præmium conſequitur ex his virtutibus? præmium celſitudinis nominis ſui ideo ſequitur. *Conſtitui te ſuper gentes, & regna,vt euellas diſperdas,&c.*

35 Itaque & hoc etiam præclariſſime in Chriſto monſtratum eſt, vt omnis eius gloria,& celſitudo ex humilitate, & obedientia ortum duxerit,*Humiliauit*,inquit Paulus,*ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem,mortem autem Crucis:propter quod*, ſubdit præmium. *Deus exaltauit illum,& donauit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomen*,quamobrem rectè inferimus à Ieremiæ laudibus nihil humilem patriam detrahere quin immò id maxime Ieremię munus ipſius,& dignitatem commendare. Apud prophanos plures inuenies,ſcientiarum, & virtutum gloria illuſtres, ex aliquo viculo, vel oppido in lucem emerſiſſe, ac tenebras obſcuræ patriæ proprijs ſplendoribus excuſiſſe.Biantem Pirenæum fuiſſe legimus. Pitagoram Samium, Ariſtotelem Stagiritem. Theophraſtum Lesbium, Tullium Arpinatem, & Chas medicorum Patrem, ac ſcultorum, & pictorum principes, Hipocratem, Phidiam, & Apellem tulit, nec Numę Pompilio,ad Romanum Regnum, nec Septimio Seuero ad Imperium obſtitit ſoli natalis humilitas.Nihil enim ęque ciuitates amplificat, vt ciuium virtus, ac gloria.Singulas namque vrbes, non ædificia,aut ferti litas,non mœnia, non templa marmorea, non militaris ardor adeo exornant, vt nobilitas virtutis, geſtarum rerum fama, & præclara ciuium facinora. Non ergo humilitas Anathoth celſitudini obfuit Ieremiæ, quam in patria Chriſtus elegit, dum,vti ait S. Leo. *Bethleem elegit natiuitati, Hieroſolymam paſſioni*.Quin imò Theophilactus,*Bethleẽ* (inquit) *Genuit Chriſtum, Nazareth educauit, Capharnaum incolam habuit,vt vitæ ſtadium, & in humilitate cæpiſſe, ac compleuiſſe monſtraret*. Naſcitur enim in terra humili Ieremias,vt ad prophetiæ, & paſtoralis officij culmen rectè conſcenderet, quod & in hominis creatione poteris obſeruare,vt hominem ſupra terrena omnia conſtituendum,cui ſubiecta parere debebat creatura, & terra fructum gignere, ac Paradiſus præparare habitationem,increata ſapientia, non in ipſo Paradiſi penetrali, quod domum homini fecerat,efformauit, ſed vt ordo humilitatis ad pręmia ſeruaretur,& gradus eius ad ſublimia, fòris tamquam in propria patria de limo areæ Damaſcenæ confinxit, hoc nimirum principium altitudinis eſt humilitas, vt homo recta operaretur cum humilitate præcedente admonitus,in ſublimitate poſitus non inſoleſcat.

Verum ne adeo Patriæ humilitati concedamus, vt etiam cuidam ex recentioribus tribuatur, quod ſentit contra D.Hieronymum,ex vico nempe Anathoth, minus vrbano, & culto,minime traxiſſe Ieremiam ſimplicem ſcribendi ſtilum, & ſubruſticam orationis formam;quas enim affert coniecturas, D. Hieronymi authoritatem tangere nequaquam poſſunt.Porrò ratiuncula illa; quam ſit futilis, nemo 36

non

Digitized by Google

non videt. [Fuit Ieremias è uiculo Anathoth proximo Ieroſolymis, ergo ſermone fuit nitido, & culto, vt Ieroſolymitani.] ad hunc ergo modum licebit inferre: [Puteolani, & Turrenſes ſunt propè Neapolim. ergo loquuntur vt Neapolitani,] * Hom. de Ierem. I. plus debemus Hieronymo, & * Chryſoſtomo credere, quorum alter diù incoluit Paleſtinam, alter fuit Syrus, ex Antiochia, non Græcæ linguæ ſolum, ſed Hebraicæ etiam peritiſſimus. Hieronymus ſcripſit, incultum ſermonem traxiſſe ex Anathoth oppidulo. Chryſoſtomus ineloquentem deſcribit, ſed eloquentes, & ſermone cultos liberè obiurgantem, &c. Hæc de re controuerſa ab hoc authore, nunc ad Ieremiæ Patriam Anathoth iterum redeamus. Pulcre deducitur, quare in vtero matris ſanctificatus Ieremias, in obedientia naſcatur, primò vt ſciret propheta ſupra cæteras virtutes, obedientiam ſibi quærendam eſſe, quod etiam Paulo lumine cæleſti illuſtrato, ſignificatum eſt, dura voce diuina proſtratus, & ex lupo rapaci mutatus in ouem, paſtoris curam iuſſus eſt Actor. 9. 7. quærere; *ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere.*

37 Vel dicas, hac virtute obedientiæ Significatum eſſe, quòd ſupra omnes inimicos quibuſcum eſſet dimicaturus, imperium ſuum eſſet erecturus Ieremias, & victoriam reportaturus; *vir enim obediens* Prou. 22. 28. (vti ait ſcriptura) *loquetur victorias*, in dominatione ſenſuum, in debellatione propriæ voluntatis, in ſubijciendo ſeipſum Deo, &, vt Ieremias, in hoſtium viribus prædicatione conterendis. Propterea, vt omnis abeſſet à ſuſcipienda pugna timor, obedientiæ remedia proponuntur; ipſa enim dum ſibi animum ſubdit, metum omnem externum fugat, ac eliminat; Paralip. I. 33. *Qui me* (inquit) *audierit, abſque timore requieſcet, & abundantia perfruetur, malorum timore ſublato*; quare obedientiæ viribus pugnare debebat propheta, vt quantò magis ſe ipſum ſubderet Deo, tantò ſibi alios ſubiectos haberet, timoremque omnem aduerſæ contradictionis quieſcens non timeret; ideo ſtatim infrà dicit Dominus; *ne timeas à facie eorum*, cauſamque ſupra retulerat; *quia ad omnia quæ mittam te, ibis, & vniuerſa quæcumque mandauero tibi loqueris ad eos:* proprium obedientis eſt pacatum, paratumque animum gerere, ac timorem expellere. Quare dum ibis ad ea, quæ mittam te, & loqueris quæcumque mandauero tibi vt loquaris, rectumque prophetam egeris, ne timeas ad hoſtium fraude; quoniam, *qui me audierit, abſque timore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.*

Poſſumus etiam Anathoth, reſponſiones, ſiue cantica, interpretari, quæ 38 quidem interpretatio expoſitione non vacat; ſiquidem terra cantici, ideſt locus orationis ille eſt, vbi oritur excelſus, & celſitudo. Hoc pacto euexit Deus Moyſem vſque ad nubes: ſcriptura dicente; *audiuit enim eum, & vocem ipſius, & induxit illum in nubem*; Eccl. 45. 5 excelſumque fecit Aaron orantem, ſonitum, & canticum orationis edentem; eadem hoc quoque ſcriptura teſtatur; *excelſum fecit Aaron fratrem eius*, & ſequitur, *dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo in memoriam filijs gentis ſuæ*, quòd autem dicit reſponſiones Dei ad orantem, & orantis, ad Deum reſponſionem ſignare poteſt. vterque reſpondet alteri, & ſicut citharœdus oblectatione regis, dum coram citheram pulſat, oblectatur, ita anima cum Deo. Vel cum alternatim chori modulantur, alter alterius gaudet armonia, ita vterque & Deus, & anima alter altero gaudet, orans Deo annuente, ac gaudente, & Deus anima concinente: hinc Dauid, *iucundum ſit ei eloquium meum; ego vero delectabor in Domino*, Pſalm. 103 ille propter meum eloquium erit iucundus, ego iucunditate ſua fruar.

In terra Beniamin. Nihil hic peculiare occurrit, præter ſupra dicta, quòd litteræ 39 expoſitione indigeat: proinde tropologiam ſequentes, aliqua adnotabimus. Beniamin ergo [filius dexteræ] interpretatur: dextera verò præmium ſignat, obedientis namque merita ſemper cum præmio coniuncta ſunt. Porrò hic expreſſe cognoſcimus

ſcimus

Digitized by Google

ſcimus in reuelationibus Ioannis, cũ legimus; Apoc. 1. 3. *Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ huius*, non tantum audire ſufficit, ſed animum oportet ad lecta perſoluenda promptum habere, dictiſque obedientem eſſe; hoc enim audire ſignificat, ſicuti; Pſal. 42. 12 *audi filia, & vide &c.* Verum quæ conſequitur obediens præmia? ſubdit, virum ſe conſpexiſſe, Chriſtum nempe, cuius ipſe formam deſcribit in dextera manu habentem ſtellas ſeptem: Stellæ dona ſignificant, Auguſt. l. 3 confeſſ. 10 & plerumque ſtellæ ſeptem, dona Spiritus Sancti. Hæc habet dona, qui audit, & dexteræ præmia dantur obſequenti; ideo ſequitur; Geneſ. 22. 19. *& poſuit dexteram ſuam ſuper me dicens, noli timere*: hoc expreſſit in Ioanne, quod conſequitur obediens, quaſi diceret, aduerte quod obediens, qui audit hæc omnia, meam dexteram habebit fautricem, ac donatricem: à quo omnis etiam auferetur timor. Dexteram hanc munificentiſſimam expertus eſt Abraham, qui dum paruit Deo pręcipienti, Gen. 22. 17 vt filium ſacrificaret, audiuit; *quia feciſti rem hanc, multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli*, ideſt donis omnibus, & onerata ſtellis dextera, ornaberis.

40 Dextera præterea facilius, quàm læua operamur, nec impedimenta brachij in operatione extortæ naturæ ſentit, corpori oportunius ſeruit, circumquaque impe rata leuior exequitur. Quod cum ita ſit, verum etiã eſt obedientiam leuia nobis efficere præcepta; quod .n. arduum, quodue videbatur impoſſibile, ſubducto mentis oculo, velata rati one, attenuat ipſa. Nihil enim tàm iugum Chriſti, alioqui aſperum, ac durum, iugum inquam, tribulationis, & crucis, leue reddit, ac ſuaue quàm obedientia; Matt. 11. 30 *iugum* (ipſe inquit) *meum ſuaue eſt, & onus meum leue*. Quam iugi ſuauitatem ſenſerunt Andræas, & Petrus, cum relictis retibus, cimbula, & omnibus artis piſcatoriæ inſtrumentis imperio Domini vocantis paruerunt; Matt. 4. 22 *relictis retibus ſequuti ſunt eum*. Tandem quid diſciplina aſperius, ac rigidius, & oculo paterno ſuauius? attamen illius aſperitatem obedientia in oſcula conuertit; *apprehendite*, (inquit Dauid) *diſciplinam*; Pſal. 2. 12. quæ quidem exhortatio eſt, vt indomita colla obedientiæ iugo ſubmittant; at vero, vt obedientiæ vim adnotes, quæ dexteræ tribuit facilitatem, Tigurina vertit; *oſculamini filium*. Adeo leue nobis erit ſubiectis, & dulce diſciplinam appræhendere caſtigationis, ac dulce eſt infantes natos oſculari, quo patri amanti nihil iucundius eſſe poteſt. Figurat item dextera Gen. 33. 24. potiora bona, vt fœlicitatem, proſperitatem, Exo. 10. 14 Reg. 11. & fortitudinem, quod ſi de fortitudine agatur, Hieron. ad principiũ non auro vicit, non gemmis, non eloquentia Eſther, ſed quoniam Auguſt. de eſſ. diu. & ſupra pſal. 120. 16. parebat Mardochæo, ſicut quando erat paruula; Amanis ſuperbiam fregit; difficile eſt enim vt obediẽs, Euch. for. ſp. 1. qui loquetur victorias Amanis inſidiantis dolo ſuccumbat; ideo Gregorius dicebat, quòd cæteræ virtutes inimicos impugnant ſola, obedientia expugnat. Quæ tandem virtus ſignum euidentiſſimum eſt gratiæ Dei, quod ita infertur: ille habet gratiam, qui habet charitatem, & ille charitatem, qui obedientiam habet, ita Chriſtus; Io. 14. 31. *vt cognoſcat mundus, qui diligo patrem*, at quęſo, quod ſignum dilectionis eſt? ſubdit; *ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio*. Cætera ad obedientiam pertinentia infra ſuo loco adnotabimus.

Verſi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Verſiculus II. & III.

VVLGATA.

Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius.

Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedechiæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Hieruſalem, in menſe quinto.

SEPTVAGINTA.

Quod factum eſt verbum Dei ad eum, in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, anno tertiodecimo in regno eius.

Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad vndecimum annum Sedechiæ fily Ioſiæ regis Iuda, vſque ad captiuitatem Hieruſalem, in quinto menſe.

CHALDAEA.

Quod factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad eum, in diebus Ioſiæ filij Amon regis tribus domus Iuda, in tertiodecimo anno regni eius.

Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis tribus domus Iuda, donec impletus eſt vndecimus annus Sedechiæ fratris eius filij Ioſiæ regis tribus domus Iuda, donec venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & obſedit Hieruſalem tribus annis, & tranſmigrare fecit populum, qui in ea erat, in menſe quinto.

PAGNINVS.

Quod fuit verbum Domini ad eum, in diebus Ioſijahu filij Amon regis Iehudah, tertiodecimo anno, quo regnauit.

Et fuit in diebus Iehoiachim filij Ioſijahu regis Iehudah, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sidchijahu filij Ioſijahu regis Iehudah, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem, menſe quinto.

VATABLVS.

Facto ad eum ſermone Domini, temporibus Ioſiæ filij Amons regis Iuda, tertiodecimo anno regni eius.

Fuit, & in diebus Iehoiacim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque dũ cõſumarentur vndecim anni Zedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſq; ad trãſmigrationem Ieruſalem, menſe quinto.

PARAPHRASIS.

Verbum autem iſtud, tunc temporis factum eſt ad Ieremiam, cum Ioſias filius Amon tertiumdecimum ageret regni ſui annum, ac per decem & nouem annos ſub hoc rege prophetauit. Sub filio quoque eius Ioachim, Ioachaz fratre defuncto, & ſub Sedechia eiuſdem Ioſiæ filio, vſque ad finem vndecimi anni regis huius, ventura prædixit; donec Sedechiam ipſum, Babilonius rex, vrbe diruta, in captiuitatem adegit.

Expoſitio.

De tempore prophetiæ Ieremiæ, & Ieroſolimitano regno.

Tempus prophetiæ in principio ſermonis appoſitum, & nomina re- 1
gum, ſeriem rerum ſignant, quæ tunc temporis euenerunt; tempus enim declarat prophetias; ideoque digeſto regnantium, ac temporis ordine, plena fides ex huiuſmodi obſeruatione Prophetis habetur; eſt enim prophetia futurorum prædicatio à procul fando, vt quidam volunt, potius ſecundum rem, quàm ſecundum vocem. Porrò, qui tempora, in quibus prædicta ſunt, ignorat, nunquam prophetiæ certitudinem habebit. Igitur ex temporum ratione, contra Ethnicos, Hæreticos atque Iudæos, diſputamus. Quamobrem hæc habet Petrus Apoſt. *De qua ſa-* Petri 1.c.1
lute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Pro- num. 10.
phetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuntiãs eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones,

Digitized by Google

nes, & poſteriores glorias.

2 Itaque ex temporum ſupputatione in prophetia, Iudæi de aduentu Meſſiæ facile conuincuntur, quòd videlicet in quarto millenario annorum mundi, correſpondente quarto diei creationis eius, in quo creatus eſt ſol typus ipſius, Meſſias venturus eſſet; in manifeſta mendacia prolabuntur, neſcio quid de dilato aduentu propter peccata deblaterantes, vſque ad aliud millenarium. Igitur ad

Luc.12.56

eos dicitur in Euangelio, *Hypocritæ faciem cœli, & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?* & Ieremias in perſona Dei *Miluus* (inquit) *in*

Ier.8.7.

cœlo cognouit tempus ſuum, Turtur, & Hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini, quomodo dicitis ſa-

Ier. ca.25. 11.12. Dan.c.29. 20.

pientes nos ſumus? Septuaginta præterea hebdomadæ captiuitatis Iudæorum ſignantur in Ieremia, quæ declarantur ab Angelo in Daniele de liberatione facta per Meſſiam poſt hebdomadas annorum. Qui ergo tempora non nouerit, neque veritatem prophetiæ de Meſſia intelliget.

3 Anno igitur ab orbe condito 4574. iuxta veriorem ſupputationem, & ante Meſſiæ aduentum 625. viri doctiſſimi præceſſerunt, quando Ieremias natus eſt, & Baruch eius ſcriba: Nempè Ferecides, Symonides, Steſicoro, Saphus, Olda prophetiſſa, Pythagoras, & alij. Natus eſt autem ſub Ioſia, qui fuit ante Chriſti aduentum anno 645. olimpiad. 33. anno 3. regnante Anco Martio, Numæ Pompilij nepote in Vrbe, anno Ioſiæ 4. & Ciazare Medorum rege, anno eiuſdem Ioſiæ 15. Phalaride tyranno ſiculo ænei tauri vnà cum Berillo inuentore, & Sodiate ſeptimo Lydorum rege. Prophetauit ergo Ieremias non ſolum Anci Martij, verum etiam Tarquinij Priſci temporibus, quem Romani habuerunt quintum regem, anno Ioſiæ 23. Auguſtinus illuſtres huius

Aug.li.18. de ciu.Dei cap.25.

ætatis viros contexit. *Apud hæbreos* (inquit) *regnante Sedecia, & Tarquinio apud Romanos, ductus eſt captiuus in Babyloniam populus Iudæorum, euerſa Ieruſalem, & templo illo à Salomone conſtructo; increpantes enim eos Prophetæ de iniquitatibus, & impietatibus, hæc eis futura prædixerant, maxime Ieremias.* Traditur fuiſſe eo tempore Pittacus Mithelenæus, vnus è ſeptem Greciæ ſapientibus, eoque captiuitatis Iudaicæ tempore, & Anaximander, & Anaximenes, & Zenophanes Phyſici claruerunt, & Pythagoras, ex quo cæperunt appellari philoſophi. Sed ad noſtræ veritatem hiſtoriæ redeamus.

Poſt Ioſiam regem, Ioachas tribus men- 4
ſibus regnauit, quo ſublato, regnum habuit Ioachim, Ioſiæ primogenitus, rex Iudæorum 20. vocatus Eliachim à Pharaone Nechao rege Aegyptiorum, contra quem venit Nabuchodonoſor Rex Aſſyriorum anno 4. quod Ieremias prædixit his verbis. *Quod factum eſt verbum* Ier 46.2.
Domini ad Ieremiam Prophetam contra gentes ad Ægyptum aduerſum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, in quarto anno Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda.

Itaque occiſo Pharaone captiuum du- 5
xit Nabuchodonoſor Ioachim, vocatum Ieconiam, ſponte ſe dedentem Aſſyrijs, prout ſuaſerat Ieremias. Aſſyrius verò pro Ieconia, patruum eius præfecit Sedeciam, qui regnauit 11. annis, & dictis Ieremiæ non obediens, dum rebellat à rege Aſſyriorum, rex Aſſyrius poſt longam obſidionem vrbe tandem capta, Sedeciæ filios interfecit, effoſſiſque ipſius oculis, vnà cum populo in Babylonem traduxit: diuitias quoque tum ſacras, tum prophanas combuſto templo diripuit, cultoribus tantum relictis, qui regionem minime ſilueſcere paterentur. At verò hic cum conſtet, præter Ioſiam, & Sedeciam, Eliacim, & Ioachas imperaſſe, manifeſtum eſt quare in regnorum ſupputatione, eos prætermiſerit Ieremias; dicti namque reges, tribus regnauere menſibus, vt ſcribitur; in ſcripturis autem exigua temporis ratio non habetur, ideo ſupputato tem- 4.Reg. ca. 23.31.
pore reges non adnumerantur. Poſt demigrationem autem Iudæ, prophetauit etiam in Aegypto adductus à reliquijs

Iudæ,

Digitized by Google

4.Reg.1.22 23.24.& 25. Iudæ, quæ illuc contrà verbum Domini ſe receperant, metuentes, ne iterum rex Babylonis Iudam inuaderet, & illius reliquias perderet.

6 Conſtat igitur, quadraginta ſupra vnũ annum prophetaſſe Ieremiam, ſub quinque regibus; ſub Ioſia, & tribus filijs, atque vno nepote. Videlicet, ſub Ioſia, qui regnauit vno, & triginta annis, prophetauit decem, & nouem annis; ſub Ioachaz filio eius, tribus menſibus, ſub Ioachim fratre Ioachaz, annis vndecim; ſub Ioachin filio Ioacim, tribus menſibus; ſub Sedecia filio Ioſiæ, & fratre Ioacim, vndecim annis; ſed illi menſes annum conſtituunt imperfectum, nec computantur ex more ſcripturarum, vt ſupra adnotaui- 4.Reg.23.33.& Ier.c.46.1 mus. Quare ex eodem vſu illud quoque declaratur, vt quidam obſeruat, Dauid enim dicitur regnaſſe in Hebron ſeptem annis, & menſibus ſex, deinde verò dicitur ſeptem annis regnaſſe, nec menſes adijciuntur: poſterius enim, exigui temporis ratio minime adnumeranda cenſetur. Extat aut cum dicta ſupputatione tempus annorum Ioſiæ, & Ieremiæ tempus, ſub eodem prophetantis; initio enim ter tijdecimi anni vaticinij ſumpſit exordium.

Rege in Babyloniam traducto, ſceptrũ 7 de Iuda defecit, ſed poſt annos 70. poſt ſabbathiſmum terræ ſanctæ ſub Eſdra, & Zorobabel Duce Iudæorum de linea Iechonię, liberati ſunt, ſicut Ieremias prophetauerat, per Cyrum regem Perſarum; & exinde, iuxtà vaticinium Iacob patriarchæ non defuerunt duces de fœmore Iuda, vſque ad aduentum Chriſti, poſt Gen.49.19 annorum prædictas hebdomadas, quando Herodes Aſcalonita, genere Idumęus in Iudæorum regnum euectus eſt.

Verſiculus IV. & V.

VVLGATA.

Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens.

Priuſquàm te formarem in vtero, noui te: & antequàm exires de uulua, ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te.

CHALDÆA.

Et factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad me dicens.

Antequàm crearem te in vtero præparaui te, & antequàm venires in mundum, paraui te: Prophetam propinantem calicem maledictionis populis conſtitui te.

VATABLVS.

Priuſquàm te formarem in ventre, cognoui te: & antequàm prodires de vtero, ſanctificaui te, & Prophetam Gentibus conſtitui te.

PARAPHRASIS.

Et dixit Dominus, priuſquàm in vtero materno formareris, notitia approbationis noui te, & ab originali purgãdo per gratiam ſanctificantem, adhuc te in matris latentem viſceribus ſanctificaui, & donis prædeſtinationis, & ſanctificationis auctum, libero iam vtentem arbitrio, prophetam te ad Iudæos, Gentium more viuentes, & ad ipſas quoque Gentes inſtitui.

Expoſitio.

MAgnitudine beneficij ſanctificationis commoti quidam, ſanctificationem à peccato originali in vtero matris, Ieremiæ negant, ſolumque aſſerunt, his vocibus deputatam, atque ad prophetale munus conſecratum extitiſſe, idemq; dicunt valere: *Sanctificaui te*, ac deſtinaui te Prophetam. Huic ſententiæ videtur fauere Auguſtinus, qui difficile aliquem in vtero ſanctificari concedit, cum nemo poſſit renaſci per gratiam, antequàm naſcatur; vnde quod dicitur de Ieremia *priuſquàm exires de vulua, ſanctificaui te, &c.* Qualis fuerit Ieremiæ ſanctificatio.

te,&c. Nonnulli,ait,hoc in typo Saluatoris accipiunt, qui regeneratione non eguit, quod etſi de Propheta accipiatur,poteſt ſecundum prædeſtinationem intelligi, ſicut Ioa.ii.52. *filij Dei dicuntur in Euangelio regenerari propter prædeſtinationem,cum dicitur; vt filios Dei,qui erant diſperſi congregaret in vnum.*

2 Quidam Rab.Dauid fabulatur,Ieremię parentes admonitos eſſe,vt ſanctè conuenirent,futurum enim inde eſſe, vt ſanctũ filium mundo darent: atque hoc modo ſanctificationem prophetæ negat potius, quàm aſtruit. Denique,& Ioannem Baptiſtam, & Ieremiam Hæretici minime, inquiunt, ab originali peccato ſanctificatione cuſtodios, ſed donum hoc illud eſſe, quod infantibus conceditur in vtero matris, vnde etiam ſanctificati dicuntur, quòd videlicet cœleſtes,in materno ventre fidei motus habeant, quemadmodum Ioannes exultando monſtrauit; atque ad hæc deliramenta comprobanda authori-i.Cor.7.14 tatem Pauli extorquent, fidelium filios infantulos, ſanctos, appellantis. Sed quamuis concedamus,de non dum renatis loqui Paulum, ſceleſtiſſimè tamen diuina hæc beneficia falſa interpretatione obſcurare contendunt; loquitur enim ibi Paulus de infantibus baptiſmo initiatis, qui nulla culpæ labe inquinati, neque, vt infidelium nati,idola venerantes,à D.Hieronymo candidati vocantur.

3 Somnijs Hæreticorum prætermiſſis, quidam per epexegeſim nihil aliud ſignificare hic,ait,*ſanctificaui te,* quàm illud; quod in primo membro verbis illis ſignificabatur,*noui te*, nihil enim in ſecundo epexegeſis addit, ſed tantum quod in priori membro eſt, ponderat,atque confirmat.Probat deinde,in ſcripturis, *ſanctificare*, non ſolum vſurpari pro ſanctificatione, quæ maculam delet, ſed quod idem ſit,ac ſegregare rem ad miniſterium aliquod ſacrum, quomodo ſanctificata Deut.15.19 dicuntur primogenita bouum, & armentorum,& ſanctificatum bellum. Sed præclariſſimum hoc beneficium, communibus ferè Patrum votis Prophetæ conceſſum, vanum eſt leuibus præſertim coniecturis adductos,à ſancto Ieremia remouere.At vero in hac re, quæ nulla Eccleſiæ definitione adhuc firmata eſt, quæ ducimus probabilia, Patrum authoritatibus confirmabimus,quorum in re controuerſa validiſſima vis eſt.

Sanctificationem igitur verà,& ab originali D. Thom. hic ſatis apertè tuetur, atque priuilegiatam aſſerit eſſe Ieremiæ ſanctificationem. Ad ſupradictam verò Auguſtini authoritatem quam ſibi obijcit nempe: *non poteſt renaſci niſi iam natus, nullus autem habet gratiam,niſi renatus, quia per gratiam fit quis filius Dei,*in hũc mundum reſpondet,*quia nullus poteſt renaſci lege communi,regeneratione,quæ eſt per ſacramenta, antequam ſit natus, quia non dum ſubiacere poteſt operationibus miniſtrorum Eccleſiæ per quos huiuſmodi gratia diſpenſatur: ſed Deus potentiam ſuam non alligauit ſacramentis, & ideo ipſe poteſt ſpeciali priuilegio aliquem ſanctificare.* Verumtamen, quoniam contrariæ ſententiæ Authores, in Auguſtini authoritate maximam vim faciunt, huic etiam D. Thom. verbis, expreſſius ſatisfaciendum exiſtimaui.D.igitur Thom.loquitur de Ioanne Baptiſta, & Ieremia,quærens, vtrum ſic ſanctificari, fuerit proprium Beatæ Virginis, hæc habet, *dicendum quod Auguſtinus in Epiſt. ad Dardanum dubiè videtur loqui de horum ſanctificatione in vtero, potuit enim ſanctificatio Ioannis in vtero,vt ipſe dicit, eſſe ſignificatio rei tantæ (ſcilicet, quod mulier eſſet mater Dei) à maioribus cognoſcendæ, non à paruulo cognitæ;vnde in euangelio non dicitur credidit infans in vtero,ſed,exultauit, videmus enim exultationem non ſolum paruulorum,ſed etiam pecorum eſſe. Sed hæc inuſitata extitit,quia in vtero,& ideo,ſicut ſolent miracula fieri,facta eſt diuinitus in infante,non humanitus ab infante. Quamquam etiam ſi vſque adeo eſt in illo puero acceleratus vſus rationis, & voluntatis,vt intra viſcera materna iam poſſit agnoſcere,credere conſentire, ad quod in alijs paruulis iam expectatur, vt poſſint,& hoc in miraculis habendum puto diuinæ potentiæ,ſed quia expreſſè in euangelio*

Marginalia: 4 — D.Thom. — Ab originali in vtero mundatur Ieremias. — 3.p.q.27. ad 6. — Luc.1.41. — Luc.1.15.

Luc.1.15. gelio dicitur, *quod Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & de Ieremia expreſſè dicitur. Antequam exires de vulua ſanctificaui te, aſſerendum videtur eos ſanctificatos in vtero*. Et infrà, Ier.1.5. cauſſam aſſignat cur Ieremiæ dumtaxat hoc ſingulare priuilegium, præter Ioannem ſit conceſſum, & cæteris alioquin ſanctiſſimis viris, & Chriſto Domino carne coniunctis ſit denegatum: *quia* (inquit) *fuerunt præfiguratores ſanctificationis per Chriſtum faciendæ, dum demonſtrauerunt media ſanctificantia, alter paſſionem, alter verò baptiſmum, his enim duobus medijs Chriſtus ſanctificauit mundum, paſſione vt inſtrumento coniuncto, baptiſmo, vt inſtrumento ſeparato*: ità exponit Caietanus. Caiet. Vnde præmiſſa expoſitione rationis neceſſariæ, hæc eſt ratio conuenientiæ. Atque ex hoc patet, cur Ieremiæ priuilegium hoc ſingulare, & non cęteris factum ſit: quod quidem contrariæ partis tuendę recentiori poteſtatem facit; non enim hac coniectura adductus, ſibimet ſuadere poteſt, quomodo reliquis prophetis ſit hoc beneficium denegatum.

5 Sed cæteras, quas ipſe adducit coniecturas repellamus, & Patrum authoritates, quas pro ſe ſtare dicit, ponderemus. Cap.20.14 [Neque deſunt (inquit) in ſacra ſcriptura huius cogitationis veſtigia, nam Ieremias maledictam appellat diem in qua natus eſt, quòd ſanè non videbatur dicturus, ſi purus à culpa à materni vteri latebris in communem hanc lucem emerſiſſet] propterea ſcilicet Idelphonſus deducit, Ieremiam non fuiſſe in materno vtero ab originali macula purgatum. Idel. in lib. de perpetua Mariæ Virg. Vnde ſcribit Idel. *& ſi Ieremiæ dies, ac Iob maledicta pronuntiatur, dies inquam natiuitatis eorum, tantum dies quando inchoata eſt fælix Mariæ natiuitas, beata pronuntiatur, &c*; & paullo poſt *nullius ergo natiuitas celebratur in mundo, niſi Chriſti, & eius, atque B. Ioannis. Ioannes quidem quia, & ipſe in vtero ſanctificatus legitur, &c*. Hæc ſunt Idelph. verba, quæ ex fide excepi: ſed nihil inuenio in Idelphonſo, quod Ieremiæ aduerſetur ſanctificationi, non maledictio dici, nec quòd eius natiuitas ab Eccleſia minimè celebratur, ſicuti illa Ioannis Baptiſtæ. & ad primum præſto eſt reſponſio; diuerſus enim Ieremiæ, ac B. Virginis ortus extitit, Maria namque ab omni culpæ inquinamento ſeruata eſt, attamen propheta veniales noxas ſanctificatione ſua non auertit, & author ipſe leniter ipſum peccaſſe tradit, cum indignatione quaſi commotus, dum à prædicandi officio ſe abdicauit, dixit Cap.20.v.26. *maledicta dies, &c*. Igitur ita ſanctificatus fuit, vt venialiter potuerit peccare. Et rectè Idelphonſus infert, quòd benedicta Virginis, atque felix natiuitas dicitur, alioquin maledicta dici poſſet, ſi idem ſanctificationis genus præceſſiſſet. Vel etiã ex ſententia Gregorij, remoto peccato Lib.4.moral.cap.4. deſperationis, affirmare poſſumus, in hoc minime lapſum eſſe Ieremiam, ſed quod in ſimilibus locis. *eò plenius ſcriptura intus innuit, quò foris rationabile nihil oſtendit*, additque extraneum eum eſſe expoſitorem, qui in ſola ſuperficie ligatur, nec nouit interna. Et tandem diſertè arguit eos, qui ſanctis Dei libenter, vel leuem peccati notam inurunt: ipſe verò in hunc ſenſum maledictionis verba deducit. *Sed quid perſona Prophetæ fluctuantis, niſi per pœnæ meritum, veniens humani generis mutabilitas deſignatur? & quid per patrem illius, niſi iſte, de quo naſcimur, mundus exprimitur? & quis eſt ille vir, qui natiuitatem ſuam patri annuntiat, niſi antiquus hoſtis qui cum nos in cogitationibus fluctuare conſiderat, malorum mentes, qui ex authoritate huius mundi præeminent, ad perſuaſiorem noſtræ deceptionis inſtigat, &c*. Vltimo tandem, quærere ſanctificationem Ieremiæ cur annua ſolemnitate non celebret Eccleſia, idem prorſus eſt, ac quærere cur veterum ſanctorum feſta ſicuti vſus eſt, in nouo teſtamento non recolantur?

Nec pro recentiori vllo modo videtur Chryſoſtomus, quem ipſe ad ſe conuertit: eadem namque Hom. quam eleganter noſtra confirmet, eius verba iudicare poſſunt, quæ vt plenam fidem facerent, in hunc locum reddere volui: ait ergo. *Magnum, inquam, magnum Ieremiæ meritum,* 6 Hom. de Ier. cap.1.

Digitized by Google

ritum, qui ante promeretur, quàm naſcatur: ante ſanctificatur, quàm edatur: ante propheta conſtituitur, quàm mundi exordio potiatur: dicuntur eius merita, & ab eo necdum exercentur officia; dona narrantur, nec tamen donorum cauſſæ tractantur: prẹmia dicũtur, & nõ dum promotionis negotium aperitur. Prius approbatio ponitur, deinde ſanctificatio, poſtremo ordinatio. Paraphraſim verò Chaldæam non ita legimus, vt adnotauit author ille, *Antequam venires ad ſeculum præparaui te prophetam:* ſed *præparaui te Prophetam propinantem calicem maledictionis populis inſtitui te.* Epexegeſis autem in re manifeſta, ad manifeſtum ſubterfugium minimè adhibenda eſt, ſed in aperta verborum redundantia, quæ ad augendam orationem concinnè valeat, vt idem author doctè obſeruat in comm. Iſaiæ in illis verbis: *parate viam Domini, &c.*

7 Tandem, quòd vltimò dicit, varias habere in ſcripturis verbum hoc *ſanctificare* ſignificationes, ità vt interdum ſegregare aliquid importet ad miniſterium aliquod ſacrum, quodcumque illud ſit, ſiue rationale, ſiue animatum, ſiue rationis, & animæ expers, quomodo Babylonicum bellum, & ſanctificata dicuntur primogenita boum, atque armentorum, & locus religioni ſacer, & dies diuino cultui cõſecrati, &c. atque hoc modo dicatur ſanctificatus Ieremias, quaſi ad miniſterium ſegregatus prophetandi; in hoc reſponſio eſt D. Thomæ his verbis: *Ad illud dicẽdum, quòd ſanctum dicitur vno modo, cultui diuino dicatum, & ſic res animatæ & inanimatæ ſanctificari poſſunt; aliquando verò dicitur firmum, vel mundum, vel à peccato, vel à carnali actu, & talis ſanctificatio eſt per gratiam, & tantum in hominibus poſſibilis. Cum autem omnis ſanctificatio ordinetur ad illam ſanctiſſimam filij Dei conceptionem, ſanctificatus fuit Ioannes Baptiſta, qui adhuc clauſus vtero clauſum in vtero oſtendit, & Ieremias, qui inter alios, expreſſius, modum illius ſanctiſſimæ conceptionis diſſeruit.* Verba illa: *ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus,* (vt obſeruat Fernandez) de ſanctificatione intelligit Auguſtinus, quæ fit per gratiam Spiritus Sancti. *Si ergo* (inquit) *ſequitur ſanctificationis nomen, manifeſtum eſt fluminis illius impetus, de Spiritu Sancto eſſe.*

Deut. 15. 19.

D. Thom. hic.

Porrò longum eſſet eos adnumerare, qui aſſerunt Ieremiam ab originali peccato ſanctificatione mundatum eſſe, inter quos ex Hieronymo obſeruat Pagninus, quòd ideo ſanctificationem obtinuit propheta, *quia* (inquit) *erat virginitatis beatitudini deſtinatus,* quaſi nulla carnis fœditate venerea polluendus, in vtero matris ſit dignus, vt à grauiore culpa ſanctificatione cuſtodiatur. Inter cẹteros ex primis in hac opinione ſunt D. Thom. pluribus in locis, Petrus Damianus, Origenes, Athanaſius contra Arianos, Ambroſius in Lucam, Nanziãzenus Lyranus hic, Fauſtinus contra Arianos, Rabanus, Hugo, Dionyſius hic. 8

S. Tho. hic & 3. p. q. 27 Petr. Dam ſerm. de S. Ioanne. Origenes. Hom. 1. in in Ier. Nazianz. orat. 4. Rabanus Vgo. Diony. hic

Ad primam verſ. partem de notitia approbationis, multa Scriptores congerunt, præſertim quòd D. Hieronymus admonet, Origenis, & Manichæorum, & Pythagoricorum hæreſim eſſe cauendam, ne ſequi videatur ex hoc, Ieremiam fuiſſe ante quam conciperetur, ſed quòd approbatus, & cognitus à Domino, propheta futurus erat. Origenes dixit animas ab initio creatas, varios ſtatus in hoc mundo ſortiri, iuxta earum opera. Manichæi verò tranſmigrationem animarum fieri contendebant. Atque hæc ad veritatem huius quæſtionis ſatis eſt præmiſiſſe. Verum quia Saluatoris typum egregiè geſſit Ieremias, vt ſupra aduertimus, ea quæ hic de ipſo dicuntur, de Chriſto (cuius ipſe figura præcæteris extitit) dici poſſe, Patres ferè omnes obſeruant. Rupertus in primis hic, Ambroſius, Dionyſius, &c. 9

Pſal. 50. lib. 2. & li. de bened. patriar.

Pro re morali prius ordo verborum obſeruandus eſt, *noui te,* inquit, *priuſquã te formarem in vtero,* deinde *ſanctificaui te,* vltimò tandem *prophetam dedi te,* prius beneficia præcedunt, officium deinde ſequitur prædicationis, quod vt rectè exercere poſſit Ieremias, ſingulari gratia donatur. Inde nobis licet aduertere, quod ſæpè Deus miniſtris ſuis, ac cooperatoribus 10 *Moralis*

Digitized by Google

bus dona ſpiritualia concedit ad proximorum profectum, & ſalutem, non pro ſe ipſis tantum: ideoque ſenſus horum verborum eſſe poteſt, *noui te, & ſanctificaui te, quia prophetam in gentibus dedi te*.

11 Simile. Agitque in hoc Deus quemadmodum in vſu eſt, viros illuſtres ruſticanis quandoque mulieribus, ac omnino rudibus, infantulos ſuos alendos committere, atque illas in patrio oppidulo, nudis pedibus, laneoue amictu incedentes, agreſtia poma pro delicatiore cibo habentes, hilari vitæ, & quieti inſuetas, ſeruituti addictas, alterius ſibi ſeruictis miniſterio ignaras, ſub tecta, ac laquearia depicta recipiunt; ſericio indumento veſtiri, & ad lautas menſas apponi iubent, longa quoque noctis ſpatia in ſomnis traducere, ac non antea cognitum vitæ ordinem ad ſalutis incolumitatem, ſedula medicorum cura adhibere, vſque dum ablactato puero ad primæ vitæ incommoda dimittantur. Hæc autem omnia, non ad ſalutem altricis tuendam Princeps ille, ſeu quiuis eſt, præſtare ſolet, nec illius cauſſa, vt videlicet vitam ſolatio plenam exigat, ſed quia pueri ſaluti plurimum confert, & ſana lactis nutrimenta producuntur, ſi ex integra nutricis ſanitate prodeant. Igitur infantuli conſulit incolumitati, qui ſaluam vult eſſe altricem, & lactis mammillam ſugentem, non ægris vult qualitatibus depaſci, qui ægritudinem filij, blanda cura ſaluat in altrice. Non abſimilis eſt quãdoq; pietas Dei, & cura in Prædicatores ſuos, qui nos materno fouent ſinu charitatis, & doctrinæ lactant vbere. Fit enim plerumque, vt ſingulari dono ad ſpiritualium filiorum ſalutem augeantur Prædicatores, ac Prælati; etenim quòd altrices ſint Prædicatores, Superiores, ac Prophetæ; Paulus teſtatur dicens. *Quaſi paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis, non eſcam*, qui quidem Paulus vas electionis datus eſt, non tantum vt pro ſe vno tali gratiarum cumulo dignaretur, ſed ſicut inquit Chriſtus, *vt portet nomen meum coram Gentibus*, electis quibuſque donis imbutus, ea illi dediſſe proteſtatur Deus, vt portaret nomen ſuum coram Gentibus.

Prædicatores, ac Prælati nutrices ſunt populorum.

Galen. lib. 1. de ſanitate tuenda cap. 9.

1. Cor. 3. 2

Act. 9. 15.

12 Pulcrè idem ipſe Paulus totum hoc oſtendit, *conſolatur nos*, inquit, *in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus, & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationẽ, qua exhortamur, & ipſi à Deo* vel vt Ambroſius vertit, *per cõſolationem, qua conſolamur, & ipſi à Deo*, ſubdit autem Paulus, *ſiue autem tribulamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute*. Eſtque ſenſus, vt idem Amb. *ſiue anguſtiam patimur, pro veſtri exhortatione, & ſalute, &c.* Idem confirmat Syriaca tranſlatio, *ſiue affligimur, pro veſtra cõſolatione, ac pro veſtri ſalute affligimur, ſiue conſolationem accipimus id fit, vt conſolationem accipiatis*. Tanti enim eſt apud Deum cooperatio ad ſalutem animarum, vt ij, qui adhoc deſtinati ſunt, muneris ſui ĩgẽtia præmia ſortiantur, & talia ſibi à Deo ſentiant eſſe conceſſa, quæ alioqui non recepiſſent.

2. Cor. 1. 4

13 Quòd autem dicit *affligimur pro veſtra ſalute*, id in prædicta nutricis ſimilitudine reperiri etiam poteſt: ea enim & ſi nec aduerſa valetudine detineatur, nec morbo correpta, læſi corporis detrimenta ſentiat, cogitur tamen amara ægrotorum pharmaca bibere, quæue imbecilla ætas infantis quem vbere ſuſtentat, ferre non poteſt, in ſuo corpore ad ipſius ſalutem ſalubria, ſed aſpera medicamina ſuſtinet, ideo inquit Paulus, *ſiue tribulamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute*, vt vos valeatis amarum tribulationum poculum, veſtram tantum ſalutem intẽdentes, haurimus, & alibi *omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur*, ideſt quidquid mali, & amari patior, totum dirigitur ad electorum ſalutem, errorum febre ægrotantium, & quia ſaluberrima tribulationum pharmaca adhuc infantuli ſuſtinere non poſſunt, ea ipſe libenter, hauſto, calice, patior ad ſuam ipſorum ſalutem.

Tribulantur prædicatores, vt ſalutem populi conſequantur.

2. Tim. 2. 10

14 Horum exemplum in Ieremia reperimus, qui ſanctificationis gratiam accepit, vt ſanctitatem omnem in populorum ſalutem refunderet, atque vt Nutricis ad

Prin-

Principis regiam adſcitæ ex oppidulo, ad puerum alendum, & ingentia ibi beneficia ob hoc expertæ, conditio monſtraretur in Ieremia, ideo in exordio prophetię patria ipſius adiecta eſt Anathoth, q̃ [domus paupercula] interp̃tatur, quaſi dictũ ſit, vide Ieremias quòd te à viculo ſuburbano ruſtico acceperim, & ſtatus originalis, contagio pollutum ſanctificatione purgauerim, vt dignior habereris, qui filios meos lactares, & conſtitui te ſuper regna, & reges, quia prophetam in gentibus dedi te, hęc beneficia ad illud confer, quòd te populorum Nutricem conſtituerim: calicem quoque amarum tribulationis hauſit Ieremias, vt populus conualeſceret, dum ſæpè pharmaca ſubſtinuit afflictionis.

Ieremias Nutrix populi.

15 Ruſticæ nutricis exemplum Iſaias etiã dedit, qui ad dignitatem hanc adſcitus obſtupeſcit ſe hominem ineloquentem, ac rudem, & inter ignaros, ac ruſticanos commorantem, ad tantam dignitatem euocatum eſſe, vt ciuium ſupernorum aſpectu frui, & inter ipſorum colloquia datum ſit inueniri; quamobrem ne prioris humilitatis aliqua veſtigia, ad alendos prædicatione populos Dei euectus, vllo pacto ſeruaret, ruſtici labij pollutio aduſti forcipis tactu purgatur, difformemque à priſtino, præſentem ſtatum conſiderans, atque admirans, ex eo, quia numquam prius contigit, ſe talia vidiſſe, dum adhuc humili ſui ſtatus teneretur oppidulo, *væ mihi*(inquit) *quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis*. & ſtatim angelico famulatu aliam conditionem indutus, dum rudis adhuc oris contagia remouet ſeraphim, beneficia prophetici muneris experitur, *& volauit ad me vnus de ſeraphim, & in manu eius calculus quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ, & dixit, ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*; ſed ſubdit cauſſam quare pollutum hominem adeò extulerit *quem mittam, & quis ibit nobis? & dixi, ecce ego, mitte me*, non alia ratione tibi hæc conceſſa ſunt, niſi quoniam nutricis officium prædicatione ſuſcipis. Idemque ipſe, ſibi datam eſſe alibi eloquentiam confeſſus eſt, non vt illam inter propria dona recenſeret, ſed inter ea, quæ ad cæteros confirmandos præſtita ſunt. *Dominus*, inquit, *dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo*; ſicuti lacte nutritur, & creſcit infans, ita qui in fide imbecilles ſunt, debiles, ac pueri, linguæ eruditione, ac perſuaſione confirmantur.

Iſai. cap. 6. — Iſa. c. 6. 20. — Iſai. 50. 4.

Nutricis etiam officio fungi ſe putauit Moyſes, cum Iſraelitico populo præeſſet. Vnde cum lamenta, populique tumultum amplius ferre non valeret, quaſi nutricium munus faſtidiret clamauit ad Dominum, *Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eã, vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iuraſti patribus eorum?* Notanda ſunt verba, & ſe enim cõcepiſſe, & genuiſſe populum negat, & ſe eiuſdem populi nutricem agere affirmat; quia profectò quos Deus gratiæ ſuæ fœcunditate concepit, & genuit, Prædicatoribus ſuis vti Nutricibus committit alendos. Quod præ ceteris illud ſeſe offert exemplum; cum enim Saulum ſpiritus ſui feruore concepiſſet ſimul, & peperiſſet Deus, quando velut parturiens clamabat, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* ſtatim optimam Nutricem requiſiuit, quæ lacte fidei, recenter natum nutriret, vnde ſubdens dixit, *Surge, & ingredere Ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid oporteat facere*, poterat quippe per ſemetipſum, qui genuit, inſtructionis lacte nutrire, ſed Regio more, Ananiam nutricem prouidit. 16

Nu. 11. 12. — Act. 9. 5.

Obſeruandum quoque eſt, quod nutrix, proprio dimiſſo puero ad pueros principis alendos acceſitur, & externo partui alimenta præſtat, quę proprio nato denegat, ſed domus paternæ miſerias, in dignitatem, & diuitias aulæ commutat, genitrix prius ignobilis, nobilis deinde nutrix infantis. Atque hoc modo Prædicator aſſumitur ſui ipſius rector ãntea, 17

Dignitas prædicatorum.

& priuati hominis obſcurus cuſtos, Nutrix deinde filiorum Dei, quos nouo alimento iterum videtur generare, ac parturire, ſicut aiebat Apoſtolus, *filioli mei, quos iterum parturio*. Denique, vt hoc quoque manifeſtum ſit, Dauid optimè quadrat exemplum, qui de ſeipſo dicit: *ſuſtilit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hereditatem ſuam*, ideo ſuſtulit de cura gregis, *vt paſceret populum*, vt ait Heb. & hereditatem Domini, & qui prius paſcendo vili pecori intentus erat, deinde vt paſceret regis hereditatem, ad regale faſtigium peruenit.

Gal. 4. 19.

Pſalm. 77. vltim.

18 Illud verò ſæpè accidit, vt ſi quando nutricis, lac, ſeu vitio quodam, ſeu caſu ſalubritatem amittit, vel ſugenti puero illud mammilla non reddit, ſtatim illa domo expellitur, quæ nullo adiumento puero eſſe poteſt. Hæc enim etiam Prædicatoribus oſtenduntur defutura diuinæ largitatis munera quæ ad filiorum, id eſt ad populorum ſalutem illis collata ſunt, ſi quando eueniet, vt lac prædicationis populo ſubtrahant, & à verbo Dei abſtineant. Recole quæ ſupra diximus de Ieremia, qui Diuino fauore deſtitutus eſt, cum prædicationem ſtatuit non amplius exercere; Hananias quoque qui lac vitiatum prædicationis, ac fallax populo dabat, audiuit à Ieremia, *Audi Hanania: non miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio: idcirco hæc dicit Dominus, ecce ego mittam te à facie terræ, &c.* quod deplorauit Ionas cum lac retinuit verbi Dei, *ego dixi, abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum*, quaſi quereretur, à Domo regia ſibi abeundum, qui dum verba Niniuitis ſubtraxit, ſe Dominicorum donorum conſtituit indignum. Propter quod ne talia pateretur Amos, cum iuſſus eſſet ab Amaſia prædicationis officium deſerere his verbis, *gradere, & fuge in terram Iudà, & prophetabis ibi, & in Bethel non adÿcies vltrà, vt prophetes, &c.* reſpondit ad tantam dignitatem euocatum à patria paupertate, & generis humilitate, vt nutricio Domini munere fungeretur, minime iterum incomoda domus ſuæ ſubire velle, ad quæ iterum reijceretur, ſi lac ſubtraheret prophetiæ, ideo nunquam commiſſurum, vt à prophetia abſtineret. *Reſponditque Amos, & dixit ad Amaſiam Tulit me Dominus cum ſequerer gregem, & dixit Dominus ad me, Vade propheta ad populum meum Iſrael, & nunc audi verbum Domini, &c.* ideo tulit me Dominus de armentis, vt prophetarem, & alimenta prædicationis populo non negarem, quod ſi iubes negare, à tanta dignitate, & dominica domo inutilis deturbabor, ideo, *Hæc dicit Dominus.*

Graue eſt prædicatoribus, vana docere

Ier. 26. 11. 15

Ion. 2. 5.

Amos c. 7. 12.

Prædicator, qui ſe a prędicatione ſubtrahit non eſt hoc munere dign'

Secundo, quod in his Dei verbis ad Ieremiam aduertere poteris eſt, quod Deus qualitatem, ac ſufficientiam eorum optimè prius conſiderat, quos ad dignitatis aduocat onus; ait enim antequam diceret, *prophetam in gentibus dedi te*, ait, inquam, *noui te*, quaſi diceret, vt B. Chryſoſtomus, olim mihi cognitus es priuſquā in materni vteri latebra formareris, non in incertum feror, dum tibi propheticæ dignitatis onus committo, expendi vitam, mores, & omnia quæ tale onus circumſtant. Ideoque in conſequentibus dum ſe cenſet indignum Ieremias, interrogat Deus, *Quid tu vides Ieremias?* & reſpondit, *virgam vigilantem ego video*, quaſi in hac viſione palam fieret quid diligentiæ, atque induſtriæ impenderit Dominus in deligendo Ieremia, & dixerit quod nos vulgò vſurpamus [non ſono andato alla cieca, ma c'ho aperto gli occhi] in hoc me vigilantem exhibui, vt idoneum eligerem, qui digne mea verba pronuntiaret, *noli dicere puer ſum*, ne te excuſes, quia iam huic operi idoneus inueniris. Nota hic quantam ſollicitudinem in ſuperiore creando Princeps adhibere debet, cum Dominus ſe in hoc vigilaſſe demonſtret. Veteres Egyptij ſolem omnibus præſidentem, in virga, ſeu ſceptro vni tantum oculo ſuppoſita figurabant; Sol enim oculus mundi luminis ſui efficacia regit omnia, etiam naturæ arcana, & moderatur; vnde rectè in oculo, virgæ, ſceptroque innixo expreſſus eſt. Quòd ſi hoc verum eſt, nos etiam inde deducere poſſu-

19 Optime Deus cōſiderat quos præficit.

Hom. in Ier. tom. 1.

Conditio, & mores prælatorū cognoſcendi priuſquam eligantur.

Digitized by Google

poſſumus luce clariora,conſilia, ætatem, & vitam Ieremiæ habuiſſe Deum, dum eundem in prophetam ordinauit, vt ſit ſenſus,non in obſcuro, ſed in aperta luce te meorum effeci diſpenſatorem verborum,ſicuti in manifeſta luce omnia cognoſcuntur,ita tua mihi conditio apta regimini, aperta,ac nota eſt; virgam profectò vigilantem ſeu ſolē bene vidiſti, quia nihil tui me latet. Illud nobis, etiam verba Iacobi confirmant hæc ſcribentis, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt,deſcendens à Patre luminum*, non dixit,à Deo,ſed *à Patre luminum*, vt profectò oſtenderet,quod dum agitur de donis, ac muneribus, in aperto lucis danda ſunt, & Patrem luminum ſe appellat Deus dum gratias confert dignis, ideo nos inſtruit,merita erigendi, omnibus luce clariora manifeſtari debere, nec ſecreta, & dubia noctis eligi, ne forte dum indigno collatum munus eſt,pudeat in publica luce demonſtrari, quod ſecreta humani reſpectus tenebra confectum eſt.

Iac.1.17.

20 Tota nocte luctabatur Iacob cum Angelo nec dimiſſus eſt, ea propemodum ratione, quia priuſquam illum benediceret,conſtituerat de meritis,& fortitudine illius periculum facere ne vnquam indigno benedictionis dona conferret, ergo luctatus eſt cum eo vſque mane tandem Angelus fortitudinem expertus,ait, *nequaquam, Iacob vocabitur nomen tuū, ſed Iſrael,quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti,quanto magis contra homines præualebis?* nec otioſè adiectum eſt,*ortuſq;eſt ei ſtatim ſol*,ideo enim moras in benedicendo nexuit angelus,vt prius (noſtro intelligendi modo) fortitudinem noſceret, & merita, deinde ne obſcura nocte beneficia diuina conferret, prius in nocte de fortitudine eius periculum fecit deinde adueniente Sole benedixit,vt indicaret in nocte prius ſtatus priuati,eos,qui eligendi ſunt experimenta ſui dare debere, deinde in ſole, ideſt in aperto totius populi ſuperiores conſtitui. Quicunque enim eos præficiunt, quorum vita impar muneri eſt,nec bene ipſorum actus, & ſufficientiam norunt, præficiunt inquam ad honores, ad quos non merita, ſed fauor extollit,fiet aliquando,vt propter ipſorum iniuſtam adminiſtrationem confundantur,id quod in Deo munerum largitore propter eos, qui ad dignitatem vocat,reperiri minime poteſt,de quo ſcriptum eſt,*exaltabit illum,& non confundetur*, quia dignos ad ſua quæque miniſteria conſtituit. Imò ipſe quos eligit, idoneos facit:Paulus namque ait,*fecit nos idoneos miniſtros noui teſtamenti,&c.* Sunt plerique qui in hoc quaſi diuinè ſapere volunt,eos, putantes, regimine conſtitui idoneos,quorum nulla vitæ merita antea præceſſerunt.Non ergo ſtultus,dignitate fit idoneus,ſed potius,quæ prius in homine priuato inſipientia latebat, publicè in rectore monſtratur. Solius ergo Dei eſt, habiles conſtituere dignitate, homines verò conſtitutam reſpicere debent habilitatem vti S.Thom.docet.Ieremiam Deus prius nouit,ſanctificauit,'abiorum abſterſit impedimentum,& deinde ſupra reges conſtituit. Idemque cum Moyſe balbutiente geſſit,& Iſaiæ labia calculo candenti purgauit,vt eruditionem in ſuadendo, & in reprehendendo acrimoniam impertiret.

Gen.32.25

Eccl.15.4. Confundū tur Principes, qui indignos eligunt.

2.Cor.3.6

Opuſ. 21. c.1.ſi ex.18 21.

21 Nec tantum hoc ſufficit, quod Princeps dumtaxat poſtquàm ad munus aliquod idoneum,aptumque miniſtrum elegerit,ipſius in probitate quieſcat,nec amplius ſibi credat inuigilandum: quin imò cum ſæpè contingat, occaſione dignitatis accepta,probos fieri improbos,hoc imprimis habere debet, vt quos ſemel euexit, ſemper inſpiciat,cumque errare eos contigerit, puniat. Probatur hoc ijſdem Domini verbis, *ſic vigilabo ego ſuper verbo meo*, verbum,ſuper quo vigilat, illud eſt, quod Ieremiæ prædicatione commiſit effundendum, quodue manu, ori ipſius admouit,at ne putes,inquit, poſtquā hæc fecerim me à vigilantia deſiſtere, ſed ſicut vigilaui, vt te idoneum conſtituerim,in impoſterum vigilabo,vt bene legationem obeas, neue error aliquis aliquando dignitate ſubrepat, & bene vigilantia in virga eſt, vt demonſtret vigilantiam

Poſt collatam dignitatem aliquis inuigilare debet principes. Ier.1.13.

cum correctione vnitam eſſe, & nunquã parcendum eſſe ei, qui obſeruatur improbus. Quod ſi hoc Ieremiæ Sancto, & cæleſti ſanctificationis beneficio ſupra prophetas omnes ornato dictum eſt à Deo, quomodo Principes cõteſtari ſubiectis, ac præſtare deberent, vt intentos oculos habentes, oculo ipſi adminiſtrent, quod alijs curandum mandarunt.

22 Tertiò, quod in Ieremia geſtum eſt adnotare debet quicumque dignitatis honores affectat; primò enim gratia præditi eſſe debent, qui vocantur ad regimen animarum, & ſupernaturalibus donis aucti. Sic ſanctificatus primo Propheta, poſtea Regibus, & Gentibus, prophetia, p̃ficitur.
Rom.1.5 *Per quem accepimus gratiam,* inquit Paulus, *& Apoſtolatum*, Auguſtinus notat prius datâm fuiſſe gratiam, deinde Apoſtolatum, vt imbuendo euangelica prædicatione mundo, dignus cœleſti gratia miniſter inueniretur. Quapropter gratia perficit miniſtrum in ſe ipſo, apoſtolatus verò ordinatur ad alios: prius ergo perfici debet in ſe, poſtea verò ad alios ordinari, & ſi enim nomine gratiæ apoſtolicum munus intelligi poſſit, iuxta illud ad
Eph.3.8. Galat.2.8. Eph. *mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc*, & ad Galat. *cum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi à Chriſto domino.* Vbi Theodoretus gratiæ nomine ſignificari putat ea gratiæ munera, quæ ad Apoſtolatus munus perfectè obeundum neceſſaria ſunt, ita etiam Ambroſius, & Orig. Prædicatorum non ex Deo prædicantium, neque ſe prius ad prædicationem vitæ ſanctimonia diſponentium, ſed populorum gratiam, & fauorem captantium, eorum quidem inutilis eſt conatus, & gratia Dei ſe oſtendunt indignos; rarò enim audientium mentes ædificat, quod non ex charitate procedit.
Lib.1.Reg. Quoniam verò lucerna eſt verbum Dei, vti ait Gregorius, manifeſtum eſt vento malorum actuum extingui, niſi bonę operationis oleo nutriatur, vt Ioannis lucernam de quo dicitur,
Io.5.35. *ille erat lucerna ardens, & lucens* (eratque ipſe totus lucerna, quia totus ipſe vox erat clamantis, & p̃dicantis) ieiunia, ſolitudo, & pænitentia ardentem lucentemque conſeruabant. Prædicatores lucernæ ſunt, & oleo operationis nutriri debẽt
Et in hac ſententia, inquit Chryſoſtomus, *ſicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleũ, extinguetur, ſic verbum fidei noſtræ, quod credentes accepimus, niſi aſſiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus ſcripturarũ, extinguitur, & non ſatis illuminat animam.* In 24. Matth. hom.52

Igitur quotieſcunque concionator in ſcurrilia, & prorſus inutilia in prædicatione verbi Dei prolabitur, dum fabuloſis, ac ludicris rebus potius delectare geſtit, quàm ſerijs ædificare; huius nouimus lucernam nullo nutritam ſpiritus pabulo, iam iam extingui. De quibus illud vult intelligi Caſſianus, *ſicut in auris aurea in naribus ſuis, ita mulieris malæ moratæ ſpecies.* Coll.14.c.16.18. Prou.11. Loquitur de ijs, qui immunda conſcientia, prædicationis rectæ gratiam minime conſequuntur: qui tametſi eloquentia præſtent, potius operum cœno ſpeciem ſcripturarum pterunt, quàm dictis exornant. Prædicatores inania prædicantes ſcripturæ pulcritudinẽ videntur fœdare. Quid enim prodeſt ornamentum eloquiorum cœleſtium, ſi eam lutulentis operibus, vel ſenſibus inhærendo, quaſi immundiſſimam terram ſubigendo confringãt, aut cœnoſis libidinum ſuarum polluant volutabris? fit enim, vt quod rectè vtentibus decori eſſe conſueuit, non ſolum iſtos ornare non poſſit, verum etiam maioris cœni colluuione ſordeſcant. Ex ore enim peccatoris non eſt pulcra laudatio, propterea qui rectè prophetæ munus obit, idem rectè ſe gerat, vt dignitas à vita non diſtet, & qui propheta datur, in omni opere ſanctificatus exiſtat; tũc .n. facile hoſtes ſuperabit, & conſtituetur ſuper Reges, & regna, &c. ideſt peccatorum elatas mentes ad ſe conuertet. 23

Enim verò ſi in animo Prædicatoris paſſionum tumultus armoniam verbi Dei confundit, (diſtantibus ab officio moribus) vim nullam muſica verbi Dei in auditorum cordibus habebit. Conſonantia muſica in prædicatoribus. Quemadmodum enim hæc artificialis muſica, quæ vocum conſonantia præſtatur, naturaliter habet, vt affectus, & varios motus excitet, vt inquit Caſſiodorus. *Dorius prudentiæ largitor eſt, & caſtitatis effector, Phrygius* 24

pugnas

Digitized by Google

pugnas excitat,votum furoris inflammat. Aeolius animi tempeſtates tranquillat, ſomnumque iam placatis attribuit. Lydius, intellectum obtuſis acuit,& terreno deſiderio grauatis,cœleſtium appetentiam inducit,bonorum operator eximius. Item conſonantia verbi Dei cum vita Prædicatoris, & auditorum voluntas cum prædicatore,gratam efficiunt melodiam.Denique & melodiam eſſe animorum, Senecas oſtendit. *Ad muſicum tranſeo;doces me quomodo inter ſe acutæ,ac graues voces conſonent, quomodo neruorum diſparem reddentium ſonum fiat concordia. Fac potius quomodo animus ſecum meus conſonet,nec conſilia mea diſcrepent. Monſtras mihi qui ſint modo flebiles? monſtra prius quomodo inter aduerſa flebilem non emittam vocem.* Hoc ſponſus expetit à ſponſa, *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis,&c.* Hinc Nanzianzenus in orat.de Epiſcopatu Aſinorum ait;Saulis prophetationem in prouerbium irriſorium abijſſe, *nunquid Saul inter prophetas?* quia organum prauum,ac diſſonum, decorem ac armoniam reddere nequit. Verumtamen quia muſico concentui prædicationem comparauimus, pulcrè etiam eſt cauſſam inquirere,cur plerumque à Prędicatore diſſentiunt auditores, & muſica (alterutra parte diſſonante) concors non eſt. Itaque illud cauſſæ eſt, quia cum ex multorum vocum concordia,conſtet cantilena, ſi voces vna non aptantur conſonantia, vt aiunt, melodia vtique diſcors eſt:debet ergo diuerſa, ſeu fidium pulſatio,ſeu cantus vocum,in vna conſonantia ſimul coaleſcere, quæ, non alia debet eſſe,quam Chriſtus;ſi ergo cuncti in Chriſto ſunt vniformes,& Chriſtum quęrunt, concors Symphonia conſurgit. v. g. ſi floſculis orationem ornat orator,id finem habeat Chriſtum:ſi delectationem quęrit, ſi nimio zelo feratur,ſi mitis nimium, id præſtet in Chriſto. Eodem modo dicendum eſt de ſuperioribus, qui diuerſum regendi modum habent, omnes tamen Chriſtum ſentiunt, atque hoc pacto concors erit diſcordia partium:ingratum per-[illegible] erit,hoc fine poſthabito,hanc melodiam audire:ſicut nimis ingratum eſt,muſicos quoſque,vocum concentum diuerſo toni cantu edere, & vociferatione clamare.

Epiſt.88.

Cant.2.14

1.Reg.11.12.

Prædicatores,& Prælati licet diuerſo modo canant debent tamen eādē conſonantiam habere.

25 Propterea illud intendens Nanzianzenus in Apologetico,aiebat, concionatorem eſſe veluti multarum fidium citharam, pluribus ſimul pulſibus ad armoniā percurrere:voluntates verò audientium eſſe cordas. Aeque ergo cordas pulſat, q̄ ſemper idem æquè ſentit, nempe Deum. Quod puto intellexiſſe Paulum,dum ait, *Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum* ideſt vno animorum conſenſu,ſicuti vnus conſenſus eſt fidium in vnico inſtrumento,dum velox articulus,diuerſo tactu, inæquali concentu,parem reddit armoniā; Quod autem conſonantia ſit Chriſtus, idem dicit, *idem ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtū, vt vnanimes,&c.* idem confirmat ad Philippenſes, *implete gaudium meum,vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes,vnanimes idipſum ſentientes.*

Rom.15.6.

Cap.2.2.

26 Hoc de muſica,& concordia inter Prælatum,& ſubditum,Prædicatorem, & auditores dictum eſt. Verum quia non eſt nouum apud Romanos linguam plectrū appellare, vt apud Ciceronem eſt inuenire,& Ambroſium; vnde Tranquillus, ait de Claudio,*plectra linguæ titubantia*,Manifeſtum eſt, diſſonum plectrum linguæ reddere, qui hanc aſſumit ad ſcurrilia, & nugas, vt illi, de quibus loquitur Ieremias, *extenderunt linguas ſuas quaſi arcum mendacij, & non veritatis*, arcum quippe mendacij extendunt, qui cor delectatione pungere videntur, & vanitate cum animum lædant. Igitur falsò modulatur, & diſſonè, qui primo non quærit Chriſtum, à quo concentus procedit cantilenæ. Quod autem ad vera exprimendum attinet, ideo dari dicitur Ieremias, *in murum æneum, & columnam ferream,* vt nullo vnquam reſpectu circumagi, & dimoueri poſſit. Quod cum ità ſit,etiam lingua ferrea erit, quam ad incudinem fabricatam Pindarus diceret,qui linguam ferream,Pithijs, veritates indicium ponit ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν

Lib.de natura Deorum

1.Hexamero.

Ier.9.3.

Digitized by Google

Pier. lib 33 de lingua. nā procul dubio lingua ſi ad incudinē fabricata fuerit, ferrea erit: ſi ferrea, ſolidiſſimę firmitatis: mendacia enim imbecilla ſunt, quia tempus, veritatem in lucem adducit, atque ità mendacium euaneſcit, & hodie vulgò dicitur, veritatem ad malleum durare, quod idem ferè eſt quod Pindarus ad incudinem dixit.

27 *Prophetam in Gentibus dedi te*, occaſione huius verſ. Victorinus martir adhuc viuere Ieremiam affirmat, quippe cum Propheta in Gentibus datus ſit, & In Apoc. ii adhuc tamen Iudæis tantum, & non Gentibus prædicauerit; ideoque aſſerit in vltima ſæculi ætate, prædicationem directurum ad Gentes. Quam quidem Victorini ſententiam Hilarius improbat; non enim Hilar. can. in Matt. 2. ex hoc aliquid colligi poteſt, quod ipſum viuere demonſtret, neque quod prædicationis officium in Gentibus ſit expleturus. Rationem innuit. D. Hieronymus hic dicens, ad Gentes mitti Ieremiam, quia non ſolum Ieruſalem, ſed multis in circuitu Gentibus prophetauit, atque has gentes eſſe opinor, quibus calicem furoris iuſſus eſt propinare, vt habetur infra Cap. 25. his verbis: *Sume calicem vini, & furoris de manu mea, & propinabis illum cunctis Gentibus ad quas ego mittam te, &c. & accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis Gentibus ad quas miſit me Dominus, Ieruſalem, & ciuitatibus Iudà, & cunctis regibus terræ, Auſitidis, & cunctis regibus terræ Philiſtijm, Aſcolonis, & Gazæ, & Accaron, & reliquijs Azoti, & cunctis regibus Tyri, & vniuerſis regibus Sydonis, & regibus terræ inſularum, quæ ſunt trans mare.* Reges, videlicet, incolas inſularum, quæ ſunt trans mare Mediterraneum, inſulas verò intelligit Cyprum, Modium, & Cretam, & eas, quas ſupra receuſuit, quæ Idola venerabantur, atque dum his calicem propinauit, etiam propheta in Gentibus dictus eſt, vnde & Ier. c. 45. Boſra minatur, quòd bibitura ſit calicem propter Idola, & Edom.

28 Quidam hunc locum interpretantur de prophetia ad Gentes transferenda, iuxtà illud Matthæi, *auferetur à vobis re-* Matt. 2. 43 *gnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*. Quod regnum Hieronymus, ſcripturas ſanctas, intelligit. Maldonatus conſtitui prophetam Gentibus vult, vt cantet victoriam Gentium contra Hieruſalem, *quia ecce ego conuocabo omnes Gentes Aquilonis, & veniet vnuſquiſq; & ponet ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem*. Ier. 1. 15. Verum libens abeo in eam ſententiam, quam mox retuli, vt ea etiam Ieremias prophetarit, quæ ad alias Gentes pertinent, & quæ ad Iudæos more Gentium viuentes; in hoc enim capite, malitiam arguit Iudæorum, qui Deo relicto, ad Idola conuertebantur, *& loquar iudicia mea cum eis, quia dereliquerunt me, & libauerunt Dijs alienis*, Ier. 1. 16. in conſequentibus autem ſæpè ad Babylonem dirigit prophetiam, ad Nabucd. ad Pharaonem, & ad cæteros reges, quos ſupra enumerauimus.

Verumtamen rigore litteræ prætermiſſo, ea conſideremus, quæ nobis ad morales ſenſus opportuniora videntur, cur, in 29 *Moralis* quam, dignitas hæc ſanctificationis, cæteraque inſignia dona, Ieremiæ in prophetam ordinato collata ſint; quod hoc ſimili manifeſtum ſit. Cum ingens inter duos Simile. exercitus vrget bellum, & hinc inde æqua vis eſt, nec validiori alterius exercitus potentia dirimi poteſt, deficiente militum robore, copijſque alterna cæde conſumptis, duorum militum pugna ſoluitur. Eligitur vtrinque, ex fortiſſimis miles, in quo totius exercitus fortuna reponitur, vt ſi vicerit ille, victor exiſtat exercitus eius, ſin minus, ſe ſuoſque imperio ſubijciat alterius. Huius Princeps exercitus, diem condictum anxius expectat, noctem ducit inſomnem, & antequam, diei lux erumpat, omnis impatiens moræ, militem pugnaturum adhuc dormientem adit, excitat, animo forti iubet eſſe, & ſuis ipſe manibus illum lorica, cæteriſque armis induit; ſæpius repetens, pugna ſtrenue, tu enim es is ſalus mea, in te vno, regnum, honor, fortuna, repoſita ſunt. Hoc Dauidi legimus eueniſſe cum Philiſtæo congreſſuro, *ſurrexit itaque*, inquit ſcriptura, *Dauid mane, &c.* Mane igitur Dauid conſurgit, & abit ad Saul, qui dixit ei, *vade,* 1. Reg. 17. 20.

&

1.Reg. 17. *& Dominus tecum ſit, & induit Dauid*
37.38. *Saul veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica.* Sed ad id quod dicebamus, contra rebellem populum bellare debebat Ieremias: *dedi te*, ait ſcriptura, vt vertit
Ier.1.18. Pagninus, *contra reges Iuda, & principes eius, contra Sacerdotes.* Eum verò elegit Dominus, qui vices ſuas teneret, vt conſtituit Moyſem Deum Pharaonis, quaſi Dei partes vindicaret contra Pharaonem. Porrò Ieremiam quoniam tale pondus ei demandatum erat, nimis mane vocat, & manibus proprijs armat, & militem conſtituit. *Priuſquam te formarem in vtero noui te, ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te:* ideſt priuſquam lux eſſet vitæ, & ad bellandum pergeres, armaui te armis gratiæ meæ, ſanctificationis præcipuè, ſicut etiam contingit Ioanni, de quo Iſaias. *Ab vtero*, inquit, *vocauit me:*
Iſa.49.6. en ex nocte materni vteri militem vocatum, *& nunc hæc dicit Dominus firmans me ex vtero ſeruum ſibi:* En quomodo Dominus manibus proprijs armat prophetam, en cauſſam ſuam commendat, *dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ*, quaſi diceret, ſalus mea, & populi mei à te vno pendet, ne timeas inimicum: & Ieremiæ dicitur,
Ier.1.19. *ne timeas, bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum:* me præſente vires accipies, meo aſpectu firmaberis, *ecce enim poſui te in murum æreum, & in columnam ferream*, quæ nulla re frangi poterit: his animum addidit militi, & vt oſtenderet ſe Ieremiam armaſſe: *ego*, inquit, *dedi te, &c.* verum quia aliquid aliud deerat, vt omnino procederet armatus, quod primò Ieremiæ non dederat, non vult ei per miniſtrorum manus conferri, ſed etiam ipſe confert; ait enim, cum dixiſſet Ieremias verba ſibi, & ætatem deeſſe:
Ier.1.9. *& miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum:* non Angelus, non Propheta, non quilibet alius, ſed ipſe Dominus miſit manum ſuam. Hac ergo de cauſſa ſanctificatum inuenimus Ieremiam, & in vtero matris formatum à Domino, vt contra Iudaicum populum, qui à Deo receſſerat, preliaretur; in vtero autē formatur, vt Dei in hoc vigilantia demonſtretur, qui ſatis diluculo militem ſuum excitat, & ad bellum dirigit, vt ipſe teſtatur dicens: *eo quod non audierint verba mea, dicit Dominus: quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas de nocte conſurgens, & mittens:* quod etiam hic idem Ierem. oſtendit dicens, *virgam vigilantem ego video: regem*, exponunt, alij, *nimis mane ſurgentem*, eandem vigilantiam oſtendit Dominus, dum ad Ioannem adhuc in vtero Luc.1.39.
latentem, feſtinus in vtero matris, in montana perrexit.

Taliter armatur, qui alijs, vt præſit eligitur, & ad prædicandum mittitur, quan- 30
tum enim dignitatis pondus eſt, tanta debent eſſe ornamenta præſidentis. Hinc licet agnoſcere, beneficijs diuinis virtutem noſtram reſpondere debere, quem enim Deus in altum extollit, æquum eſt virtuoſis actionibus, & probitate morum ornari. Non ergo Regnum, potentia, vires, & aurum, Regem, ac ſuperiorem fulciunt, ſed regnantis cum integritate ornamenta virtutum. Hoc cernimus in Ieremia, qui ſupra reges conſtituendus, nullius fuiſſe potentiæ, nullius facundiæ, ſed egregiæ ſanctitatis oſtenditur, non enim propheta ordinandus, firmatur robore, ſed ſanctificatione munitur. *Virgam*, ait Dauid, *virtutis tuæ emittet Dominus ex* Pſal.109.2
Sion (virgam) imperium, potentiam, atq; decus regium ſignificare legimus, apud Agellium, & Geneb. & Ieremias ait de Ier.48.17.
regno Moabitarum, *quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus?* & ſæpè Ezec. *factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra* Ezec.19.11
dominantium; virgæ ſolidæ, ideſt non curuæ, rectæ. Virga igitur dominium ſignat, qualis autem huiuſmodi virga, ſeu Rex, & omnis ſuperior eſſe debeat, oſtendunt quæ ſequuntur verba, *virgam virtutis tuæ*, ideſt virgam virtuoſam, regnum non auro, ſed virtute, innocentia, & iuſtitia firmatum: neque cuiuſcunque virtus hæc eſt, ſed: *virtutis tuæ*; Virtus enim quæ regnum, & omne regimen firmat, virtus Dei debet eſſe, vt ſi poſſibile eſt, virtutem Diuinam habeat, qui dominatur: *emittet*

Domi-

Dominus, non mundus emittat, ſed Deus ideſt non fauore temporali, ad prælationis faſtigium aſcendat, ſed mittatur à Domino, ſit vocatus à Deo tamquam Aaron. Sequitur *dominare in medio inimicorum tuorum*, ideſt ità principiare (dum hac rectitudine polles) vt ſemper credas eſſe inter inimicos, quoniam qui hac cogitatione dominatur, recta agit; ita debet dominari, vt ſe credat inimicos moderari, ac iura illis imponere, inde enim ſequitur admonitio Paul, *vt is*, inquit, *qui exaduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis*; ſubditus enim inimicus, etiam veſtigia ſignat prælati, quod dum nouit prælatus, ità actus ſuos componit, vt ipſi occaſionem oppugnationis, & murmurationis adimat. Ad Tim. 28.

31 Quot autem reges regno exciderunt, quia vitijs obruti maieſtatem regiam indecoro regimine fœdarunt, quorum multa in libris regnorum ſuppetunt exempla: quot etiam reperies, qui virtutes habuere, ſed non Dei, vt Alexander Macedo, Cæſar, cæterique, qui gloriæ cupidi, virtutum omnium ſplendorem ad captandam laudem populorum contulerunt, ſed non ex Deo regnandi virtus prodierat? Quot etiam inuenies, qui ſanctis moribus ornati, alioquin regnandi iura nunquam violarent, timorem Dei habentes, Rempubl. rectè gerentes, ſed dum propria virtus eos non extulit, veri paſtores cenſeri nequaquam poſſunt? Inter hos etiam illos enumera, qui inimicorum maledicta non ſubſtinent: ꝙ & ſi eos legitima virtus euexit, adhuc tamen probitate, & prudentia, murmurationis incendia non eſtinxerunt. In hoc ergo verſiculo ſuperioris habetur forma, & ſeriò licet aduertere, quòd in eo virtutis laus præcipua ſemper eſt, vt illud ſit quod regnum confirmet, vitæ ſcilicet innocentia, atque etiam cum dependentia à placitis diuinis euangelicorum præceptorum obſeruantia.

32 Figuram quandam regis huius, & eorum, que ad dominandum exiguntur habemus alibi. Rex quidam deſcribitur, qui ad regnum poſſidendum appropinquabat, & iubens regni portas ſibi aperiri; merita interim pro quibus talis poſſeſſio debebatur, aulicorum turba concinebat *attollite*, inquiunt, *portas principes veſtras* Pſal. 23. iſte dignus eſt cui referentur portæ, quoniam eius eſt terra, & plenitudo eius, dignus profectò eſt cui deferatur regnum, & poſſeſſionis iura ſoluantur. At reſpondent primates regni, ex hac potentia regem non agnoſcere, dicentes. *Quis eſt iſte rex gloriæ?* Non hæc ſola ſunt ſigna regis noſtri, non huc intrabit niſi cu nčta, ſigna dederitis. Reſpondent milites, ſi inde regem non agnoſcitis, agnoſcatis ſaltē quia. *Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ* ideſt gloriam ſuam, diuitias, & potentiam, decore virtutum exornat, vt rex virtutum meritò poſſit appellari. Si rex virtutum eſt, primates reſpondent, hæc ſunt veri ſigna dominantis, iſte noſter rex eſt; pandantur portæ ſubiectos legitimè populos habeat, &c. Pſalmum hunc variè Patres explicant: de Chriſto aſcendente intelligit Gregorius Nyſſenus, ac ferè omnes exponunt de Chriſto. Ser. de aſcenſ. Hebręi volunt dicta eſſe hæc verba cum arca Dei in ſancta ſanctorum inferretur, tempore Salomonis, dicique portas æternales, eò quia diutius eſſent permanſuræ, & firmas iam ſedes accepiſſent, cum antea ſæpè locum mutaſſent. Alij deſcenſum Chriſti ad infernum, his verbis, ſignificari putant. Aliorum quoque ſententia eſt, quia perſpiciebat tempus quo adueniente Chriſto pax ſumma ſequutura erat, ità vt gladij in vomeres, & lanceę in falces mutandę eſſent, ſatius proinde dicit eſſe, non regem potentem, ac tremendum habere, ſed placidum, & dominum virtutum, huc affer illud etiam. *Rex pacificus magnificatus eſt*. His ex aliorum ſententia appoſitis, noſtra moralis expoſitio, ſatis conducit ad virtutem principis oſtendendam. Licet verò plerique, *Dominus virtutum*, Dominus explicent, exercituum; nihilominus de virtutibus explicat S. Bernardus. Cuius etiam dominij rectitudinem ſatis voluere gentiles, licet hanc quam nos virtutem, & operum rectitudinem appellamus, ad gloriam militarem, quam probitas quædam

dam moralis comitatur (nulla veræ virtutis luce edocti) transferrent.

33 Philippus itaque Macedo vbi reſciuit Alexandrum filium conqueri, quòd pater ex pluribus fæminis gigneret filios, ſic illum hortatus eſt [ergo quam plures habens regni competitores, da operam, vt honeſtus, & fortis euadas, vt non per me, ſed per te ipſum regnum obtinuiſſe videaris] Hoc ſanè reſponſo ſignificauit, regnum non tantum ſucceſſione acquiri, quæ vitijs regnantis adimitur, ſed etiã virtute, & gloria hæredis parari; hinc quò plures haberet competitores eò magis ipſos meritis ſtuduerit ſuperare. Eodem modo filijs adhuc pueris interrogantibus, cui daturus eſſet Regnum, Pyrrus reſpondit [quicunque, inquit, veſtrum acutiorem habuerit enſem,] quaſi oſtenderet, non primogenita ſolum, non ſpeciem vultus, non quicquam aliud dignius præter enſem, & gloriam militarem ad regnũ ducere, quod verò de armis illi dicebant, & gloria militari, quæ quidem pro virtutibus habebant, hoc nos de ſanctis virtutibus dicimus: quod ſi ita eſt, quis neget ſolidum extitiſſe Ieremiæ regnum, dum ſupra reges, & regna conſtituitur, quia acutiorem præ omnibus habuit enſem (ſi ex ſententijs gentilium noſtra vnquam volumus comprobare) enſem videlicet, verbi Dei, quod penetrabilius eſt omni gladio ancipiti. Illum verò habuit proxime ordinandus, cum dixit Dominus *Ecce dedi verba mea in ore tuo, &c.*

Plut. in Apoch.

Ad Hebr. 4.12.

Verſiculus. V I.

VVLGATA.

Et dixi: A, a, a, Domine Deus. ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.

SEPTVAGINTA.

Et dixi: Quis es dominator Domine: ecce non ſcio loqui; quia iunior ſum ego.

CHALDAEA.

Et dixi: ſuſcipe deprecationem meam Domine Deus: ecce neſcio prophetare, quia puer ego ſum, & à principio meo tribulationem, & captiuitatem ego prophetizo contrà populum hunc.

VATABLVS.

Tum dicebam ego: Ah Domine Deus, en non noui loqui, quoniam puer ſum:

PARAPHRASIS.

At ego ætatem, & ineloquentiam meam conſiderans, ſubitò ad hunc ſermonem expaui, & reſpondi Domino, me eſſe elinguem, & in puerili ætate; nec ſatis eſſe ad tantum munus explendum, cum præſertim agatur de arguendo populo, & Ieroſolimitanæ vrbis excidio annuntiando.

Expoſitio.

Poſtquàm Ieremias beneficijs ſcientiæ approbationis, & ſanctificationis ab originali inſignitus eſt, dictum ei eſt à Domino, *Prophetam in gentibus dedi te.* Quibus verbis demandatum cognouit ſibi munus prædicationis, & prophetiæ. Conuerſus ipſe ad Dominum reſpondet: *A, a, a, Domine Deus ecce neſcio loqui.* Quid autem verbis iſtis, præcipue repetita illa nota, *A, a, a,* intendat Ieremias, non eodem modo ab omnibus exponitur. 1

Exiſtimant aliqui notam eſſe iniunctum ſibi munus cum admiratione, reſpuentis, & ex eo colligitur, quia quod vulgata habet, *A, a, a,* hebraicè legitur, אהה, vna dictione, qua more linguæ aliquid cum admiratione reſpuitur. Simile quid contigit Ezech. cum enim immunda iuberetur edere, dixit, *A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non eſt polluta, & morticinum, & laceratum à beſtijs non comedi ab infantia* 2

Ezec. 4.14.

D *mea*

Digitized by Google

mea vſque nunc, & non eſt ingreſſa in os meum omnis caro immũda, quaſi dicat. A, Domine nunquid ego immundus ſum, vt edere cogar immunda? & eiectamenta, ac morticina, quibus nec fœda quidem animalia viſcuntur? quòd ſi nec caro vnquam immunda in os meum ingreſſa eſt, quantum putas afferet horroris animæ meæ, id quod me per os iubes aſſumere, nec hominem decet quod ſordidum eſt, ſpurcum, ac impurum, quoduè etiam aſpectu horrent omnes, pro cibis habere. Simili quoque modo prælationis officiũ, & dignitatem miniſterij, ad quod aſſumebatur conſiderans Ieremias, ſuam quoque imbecillitatem prę oculis habens, imparem ſe exiſtimauit, ſicque iniunctum ſibi munus cum admiratione, & humilitate recuſauit dicens: *A, a, a, Domine Deus, &c.*

3 Eſt, & alia loci huius expoſitio: repetitam videlicet notam *A, a, a,* aliquid rude, infantile, ac incomptum exprimere, ità vt Ieremias pueriliṡ ætatis, & linguæ ineruditionem oſtenderet, & eſt ſenſus: vides Domine me loqui adhuc neſcire, neque adhuc vocis articulos in plura verba poſſe contexere, ob pueritiæ imbecillitatem, & tamen Gentibus, & regibus, ac regnis (quibus inſtruendis ſumma requiritur eloquentia, & firma ætas) ad prophetandum me mittis. His ſenſus ex vulgata colligitur, *ecce neſcio loqui quia puer ego ſum*, Confirmat Vat. verſio, *non noui loqui quoniam puer ſum*, & 70. *ecce non ſcio loqui quoniam iunior ſum ego*, quo ſenſu, Ieremiæ humilitas quam maxima commendatur.

4 Sunt etiam qui dicunt prophetam miſſum ad Gentes, atque ad eos qui receſſerant à Deo per idolatriam, mortis ſuæ imminẽs periculum cogitantẽ, inhorruiſſe, ſciebat enim infauſta nuntiantem, regibus præcipuè, haud quaquam futurum, mortem euadere poſſe, nec ignorabat, vt ait Lyranus hic prophetas, qui cum præceſſerant, perſequutiones vſque ad mortem ſubſtinuiſſe, maximè tempore Manaſſis regis, vt habetur 4. Reg. Mente etiam reuoluebat Iſaiam ſimili quoque prophetiæ cauſſa martirio occubuiſſe, atque hoc oppreſſus timore, à prophetandi onere ſe excuſat dicens: *A, a, a, &c.* Qui ſenſus à perfectione, & ſanctitate Ieremiæ nihil ponit alienum, neque eius conſtantiæ refert aliquid indignum, cum etiam Dominus mortem imminentem expauiſſe, & calicem paſſionis à ſe transferri petijſſe ſciamus, ait enim Euangeliſta: *cæpit pauere, & tædere*, & alibi: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Mar. 14. 33 Matth. 26. 39.

Eſt etiam litteræ conſonum, has notas, 5
de horrore prophetæ munus auertentis interpretari, quòd videlicet triſtem agere nuntium, & infauſta minari, extimuerit Ieremias; colligitur, hoc ex Paraph. Chal. qui hæc habet: *Suſcipe deprecationem meam Domine Deus: ecce neſcio prophetare, &c. & à principio meo tribulationem, & captiuitatem ego prophetizo contrà populum hunc.* Timuerat ergo, & reuerenter renuebat captiuitatem annuntiare populi, & calicem maledictionis propinare, quod etiam illi dictum eſt à Domino illis verbis: *prophetam in gentibus dedi te*, quæ Chaldęus idem vertit in hunc modum: *propinantem calicem maledictionis dedi te.*

Neque alienum à ſenſu horum verbo- 6
rum eſt, ſi dicamus flagella, quæ nuntiaturus erat populis, timorem Ieremiæ peperiſſe, ita vt nimio horrore fuerit correptus dominicam indignationem conſiderans, & nimis tremendum iudicium, cum trepidatione illud audiens, quod populis horrorem afferre debebat. Minas igitur diuinas, & iræ magnitudinem, & ſi alijs erat nuntiaturus; adhuc tamen mente reuoluens contremiſcit, & in has notas, horrentis, erumpit: *A, a, a.* Congruit adhoc explicandum locus ille Ioelis, in quo admonitus à Domino de pœnis, quas populus, vrbis ruina, daturus erat Aſſirijs, & Chaldæis: diem illum conſiderans vltionis, & iræ plenum, ſimili quoque exclamat interiectione: *A, a, a, diei, quia prope eſt dies Domini, & quaſi vaſtitas à potente veniet.* Quo videlicet loquendi genere nobis innuit infandum, ac tremendum illud Ioel. 1. 15.
eſſe

Digitized by Google

eſſe,quod ſub his vocibus latet,nec poſſe ſe propter horroris magnitudinem, integra voce, ſed interruptis notis, exprimere.

7 Tandem ſupradictorum verborum ſenſus eſſe poteſt, quòd humilitatem portendant, vt enumerata beneficia notitiæ approbationis, & ſanctificationis humiliter cognoſcat, & quod Deo gratiſſimum eſt, diuinis muneribus hac virtute reſpondeat, neque enim aliquo modo ſe dignas grates Deo rependere poſſe oſtendit,qui nihil ſibi adhoc promptum dicit ineſſe, neque verba, nec vires, nec quidquam aliud, idcirco ait: *A, a,a,Domine Deus:ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.*

8 *Moralis* At vero,vt(ſenſu litteræ expleto) aliquid pro re morali conſideremus. Libet primo loco, aliqua de humilitate (quæ ex prima,ſecunda, & poſtrema hac expoſitione colligitur) adnotare, vt non otioſum eſſe ſciamus, Ieremiam humilitate diuinæ reſpondiſſe munificentiæ,ac ex iactis,virtutis huius,fundamentis prædicationis,& regiminis ſuſcepiſſe primordia. Id enim maximè prophetæ, ac ſuperioris officium commendare videtur, (Humilitas ſuperioribus neceſſaria.) quandoquidem maximè præclara,ac vtilis in prædicatoribus, & in omnibus, qui quolibet modo præſunt, humilitas eſt; etſi enim omnibus virtutibus ornari debent, numquam tamen ſuſceptum munus laudabiliter dicentur exercere,ſi comitem non habeât humilitatem. Ieremias igitur ſanctificatus,à Domino vocatur, ſuper reges, & regna conſtituendus,vt veri rectoris, & prophetæ gerat officium,atque ob id in humilitate prius fundatur,& voce,hanc virtutem inſinuante, ait: *A,a,a, Domine Deus:ecce neſcio loqui*, illudque exequitur,quod alibi Eccleſiaſticus monet, *Rectorem te poſuerunt? noli extolli:* (Eccl.32.1.) non ſe extulit Ieremias ſuper Gentes,& regna conſtitutus, ſed ſapientis implens conſilium, maxima cum humilitate reſpondit:*A,a,a,Domine Deus,&c.*

9 Hæc autem non quæcunque eſt, ſed profundiſſima humilitas, dum enim audiuit à Deo prophetali ſe dignitate ornari, perfectiſſimæ humilitatis protulit exemplum, (Profunda humilitas Ieremiæ.) non enim reſpondit ſe ineloquentem eſſe,ideòque haud poſſe legationis munus obire,vti fecerat Moyſes,qui ſe excuſauerat dicens, *non ſum eloquens ab heri,& nudius tertius:* (Exo.4.10.) neque doluit ſe adhoc minus idoneum eſſe, quoniam os nón ita purum haberet ad enuntiandum verba dominica,ſicut Iſaias conqueſtus eſt: *Væ mihi,quia vir pollutus labijs ego ſum,* (Iſa.6.5.) ſed quo humilitus,& profundius dici nunquam poteſt, ita ſuam protulit excuſationem, vt diceret ſe vix primam Alphabethi notam,*A,a,a,* poſſe ex imbecillitate puerili proferre, ex hoc licet inferre quantum ſe ad tale onus æſtimauerit imbecillem.

10 Ea verò humilitas non ficta, & fucata fuit, vt non ab imo pectoris ſenſu prodierit,quippe cum nota,*a*,(quę propheticæ humilitatis inditium extitit) inter litteras alphabetharias ſola eſt, quæ ſedem habet in imo barathro pectoris, (Humilitas non ficta.) quam dum pronunciamus, pectus trepidare ſentimus, vt author eſt Pierius, (Pier.li.47. tit.de litteris 11.) quaſi ſedes infima, & trepidatio pectoris in pronunciatione, ſit cauſſa cur humilitatem ſignificet. Aliam etiam poſſumus aſſignare rationem,cur nota hæc,*a*, humilitatem ſignet,ex eodem enim Pierio conſtat litterarum characteres apud Aegyptios, (Pier.l.17. tit. de Ibi.) vt plurimum, animalium effigies fuiſſe, aſſerit quoque Plutarchus, Mercurium, qui primas litteras Aegyptijs communicauit,Ibin (quæ ciconiæ ſpecies omnino eſt) primæ litteræ, *A.*Figuram eſſe voluiſſe, vtpotè eam, quæ triãgularem habet effigiem,protenſis cruribus;Ibis autem natura ea eſt, vt aſſidue cum ſerpentibus bellum gerat, humi quoque ſemper adhæreat,quapropter,terrena omnia auerſantis,affectuſq; terrenos diſsipantis,animal hoc ſerpentem dilacerans, hieroglyphicum erat apud Egyptios. (Humilitatis Hieroglyphyca.) Cum verò animal ſit cœli gratia natum, humi tamen ſerpat, & humi nidificet, pro hieroglyfico quoque illud poſuere Aegyptij,vt animum ad humilia deiectum ſignificaret. Illa

ergo nota,*a*,optimè, vt diximus humilitatem oſtendit Ieremiæ,qui cum ſerpentibus, & venenatis ſcorpionibus bellum commiſſurus erat,idolatris videlicet, de quibus Dominus ait, *ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes,& ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici*, & Ezech.*cum ſcorpionibus habitas*,humi quoque propriæ abiectionis adhæſit,licet ſuper Gentes eleuatus fuerit,ſuper reges, & regna, & pennas habuerit diuinæ gratiæ in altum erigentis, ideſt ſanctificationis, & prædeſtinationis dona, attamen humi propriæ humilitatis conſtituit habitare. Hic obiter aduerte quòd prædicator parare prius ſibi debet humilitatem,qui bellum cum ſerpentibus ſuſcipit, ideſt cum peccatoribus, Lucas enim in ſupracitato loco oſtendit,Dominum tunc diſcipulis ſuis poteſtatem dediſſe calcandi ſuper ſerpentes, cum illos docuit humilitatem, prius nāque dixerat, *videbam Satanam ſicut fulgur de Cœlo cadentem,&c.*quibus verbis Satanæ ſuperbia punita demonſtratur, deinde ſequitur *ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, &c.* quaſi inferret,tunc fore, vt poteſtatem hanc haberent,cum per humilitatem,Satanæ ſuperbiam deteſtarentur. Additq́; Dominus, *nolite gaudere quia ſpiritus vobis ſubijciuntur*, & ſubdens rationem cur tali dono digni facti ſint Apoſtoli, ait,*confiteor tibi pater, Domine Cœli, & terræ,quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis.* Quæ inſuper monſtra infernalia humilitate deiecit,ac contriuit Beata Virgo,de qua Deus ad ſerpentem dixit, *ipſa conteret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius*. Inſidiantis verò ſerpentis contriuit caput,cum mater Domini dicta, reſpondit.*Ecce Ancilla Domini*,Ioannes præterea, qui humilitatem egregiè coluit, dum & ſe auram vocis eſſe confeſſus eſt; *ego vox clamantis in deſerto*, & infra,*cuius ego non ſum dignus,vt ſoluam eius corrigiam calceamenti*; gentem illam,quam progeniem viperarum appellet, hac virtute ſuperauit.

Luc. 10. 11
Ezech. 2. 6.
B.V. humilitas.
Gen. 3. 15.
Luc. 1. 38.
Ioa: Baptiſta humilitas.
Ioa. 1. 23.
Matt. 3. 7.

11 Vlterius non ex nota ſolum elementari,*a*, Prophetæ apparet humilitas, ſed ex ſequentibus quoque verbis, *quia puer ego ſum*, ideſt ſeruus, vt aliqui hic interpretantur, puer enim in ſcripturis, ſæpè ſeruum ſignificat, vt ferè omnes intelligunt verba illa Matthæi,*& ſanabitur puer meus*, nimis ergo ſe deprimit, qui ſeruilem conditionem longè, ait, à tot beneficijs diſtare, id quod etiam Dauid præſtitit, qui poſt commemorationem munerum diuinorum, poſtquā dignas retributiones minimè ſe inuenire dixiſſet, *quid retribuam Domino pro omnibus,quæ retribuit mihi?*ſtatim ad humilitatem confugit, dicens: *ò Domine quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ*, ideſt non emptitius, ſed vt vernaculus in domo tua natus, ac in tuo ſeruitio etiam ab incunabulis educatus,& ex ipſis maioribus, & genitoribus meis tuo dominio ſubiectus, quo dicendi more oſtendit Propheta quanta ſua ſit in Deum humilitas, & fidelitas, ſerui enim qui in dominorum ædibus naſcuntur,& humiliores,& fideliores exiſtunt,voluntate quoque,& neceſſitate,ſeu natura ſeruum ſe nominat, voluntate quidem in illis verbis,*ego ſeruus tuus*,neceſſitate verò dum ſubdit,*& filius ancillæ tuæ*, duplici autem voluntatis vinculo, *ò Domine quia ego ſeruus tuus,ego ſeruus tuus*, vnico verò neceſſitatis, *& filius ancillæ tuæ:* & rectè quidem ait:*filius ancillæ*,& non filius ſerui, filij enim matris conditionem ſequuntur,ita vt etiamſi pater liber ſit, ancilla autem ſit mater, ſeruilem ſortiatur conditionem qui naſcitur, ex iuriſtarum regula,*quod partus ſequitur ventrem*.Tres quoque humilitatis gradus in his verbis Dauidis adnotantur, dum tripliciter ſe ſeruum nominat, *ò Domine quia ego ſeruus tuus,ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ*,quos humilitatis gradus etiam Ieremias hic oſtendit,triplici illa nota:*a,a,a*, puerumque ideſt ſeruum ſe eſſe tandem profitetur.

Matt. 8. 8.
Pſal. 115. 5
L. partus C de rei uendicat.

12 Quod autem ter litteram,*a*, repetit, id ſignanter etiam dictum eſt, tres enim

ſunt

Digitized by Google

ſunt puerorum defectus,quos ex Paulo colligere poſſumus, inquit enim, *cum*
1.Cor.13. 11. *eſſem paruulus,loquebar vt paruulus,ſapiebam,vt paruulus,cogitabam,vt paruulus*, triplicem ergo pueritiæ ſuæ defectum, triplici excuſatione demonſtrat, atque ob id,à munere prophetiæ humiliter petit excuſari, ſapere ergo cogitare,ac loqui puerilia, ætatem decet puerilem,ideoque ait, *neſcio loqui,quia puer*
humilibus dona conceduntur. *ego ſum.* Sed triplicem hunc puerilis ætatis defectum, ſuæ gratiæ dono remouet Deus,& humili Ieremiæ excuſationi, liberali reſpondet ſuæ munificentiæ largitate: loqui ſe, vt paruulum humiliter fatetur Ieremias,*a,a,a. Domine Deus ne ſcio loqui,quia puer ego ſum:*& Dominus illi ſua communicat eloquia: *ecce dedi verba mea in ore tuo;miſit manum ſuam & tetigit os meum,&c.* Sed quid mirum ſi tantos diuinorum munerum theſauros pandit humilitas,quæ fores etiam
Humilitas regni cœleſtis prętiū. nobis aperit paradiſi? ſæpius Redemptor noſter volens nobis æterni Regni aditum reſerare, aptumque oſtendere prætium emendi cœleſtem patriam, præcipuam nobis commendat humilitatem, quod innumeris ſcripturæ locis probari
Matt. 18.3 poteſt,& primo,*niſi efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in Regnum cœlorum,* paruuli autem hic,humilitatem ſignant, eſtque ſenſus: niſi humiles efficiamini:
Mar.10.14. Matth.5.3 deinde, *ſinite paruulos venire ad me. talium eſt enim Regnum cœlorum;*&, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum,* humilis proinde hac ſibi humilitate emit cœlum,quæ validiſſimum prætium eſt, ita vt ad dominium etiam terræ valere deſcribatur in ſcriptu-
Matth.5.5 ris;*Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Littera hæc ter repetita, *a, a, a,* in antiquis quibuſdam numis ponebatur,& primum, *a,*aurum ſignificabat,ſecundum,argentum, tertium,æs,hoc au-
Pier.li.50. tit.de lauro. tem inueniebatur in Auguſti numis, & alibi,vt Pierius refert. Atqui vt prædiximus, etiam humilitatis ſigna ſunt: Ieremias proinde dum ponit in numis humilitatis triplex hoc,*a,a,a,*ideſt validam, & ſufficientem pecuniam reddit Domino, idcirco accepto hoc prætio Dominus ſtatim Regnum confert dicens, *ecce conſtitui te hodie ſuper Reges, & Regna,* ecce nunc tibi trado, quod pecunia ſoluta humilitatis tuo tibi iure vendicas. Aduerte hic quomodo prætium humilitatis ſemper gradatim deſcendat, ac deprimatur,prius enim in hoc numo aurum erat, quod inter metalla pretioſius eſt,deinde argentum,quod minus auro eſt,æs tandem his duobus inferius: in Tres humilitatis gradus.
quo quidem triplici metalli genere, per triplicem notam,*a,a,a,*ſignificatum,tres illi perfectæ humilitatis gradus à D.Tho D. Thom. 2.2.p.161. art 6.
ma ex Gloſſa aſſignati, aptiſſimè exprimuntur: *Perfecta, inquit ille,humilitas tres habet gradus, primus eſt ſubdere ſe maiori,& non præferre ſe æquali, qui eſt ſufficiens;ſecundus eſt ſubdere ſe æquali,nec præferre ſe maiori, & hic dicitur abundans;tertius gradus eſt ſubeſſe minori,in quo eſt omnis iuſtitia.* Vides quomodo vera humilitas ad ima ſemper deprimitur,*a,a,a,*aurum,argentum,æs,ſubeſſe maiori primo,inde æquali, tandem minori; in quo ſumma eſt humilitatis. Non ergo mirum ſi tantum ſoluens Ieremias humilitatis prætium, tantum inde recipiat premium celſitudinis.

Atque hæc deiectio non tantum valuit Ieremiæ ad Regni acquiſitionem, 13 Humilem Deus protegit.
ſed etiam,vt ab inſurgentium, & oppugnantium inſidijs, & contradictionibus cœleſti protectus ope erueretur:ſi namque illud aſſerere velimus, quod ſupra notauimus,extimuiſſe videlicet Ieremiã illos,ad quos mittendus erat, & propinaturus calicem maledictionis,ſeriò patet,cur ſe ita humiliauerit,ſic enim putabat illorũ manus euadere, ſi ſe omnino deprimeret,& ideo profert primũ,*a,* ꝙ aurum ſignificare diximus, deinde magis humiliatur per ſecundum, *a,* quod argentum valet, deinde omnino humiliatur per tertium,*a,*quod valet æs,quò enim magis liberari petierat, eò cognouerat poſſe fieri,ſi ad imam humilitatem deſcenderet; in quo quidem ſua eum non fefellit exiſtimatio, nam ſtatim audit à Domino abſque eo quod alia petitio

titio

Digitized by Google

titio præceſſiſſet , quæ Deum inclinaret ad ſui tutelam,niſi,*a,a,a*,ter repetitum, & ſemper magis depreſſum , ſtatim, inquam, audit,*ne timeas à facie eorum* , *quia ego tecum ſum,vt eruam te*,& deinde:*ego quippe dedi te in ciuitatem munitam,& incolumnam ferream, & in murum æneum:* aduerte quomodo reſpondeant dona diuina humilitati:ſe ipſum gradatim auxilia petendo attenuat Ieremias: & auxilia concedendo auget gradatim Dominus:aurum ille oſtendit, argentum deinde , poſtremò æs : hic verò illum dat in ciuitatem munitam, columnam ferream,& murum æneum , minus eſt ciuitas munita in fortitudine , quàm columna ferrea,quæ vt inquit Theodoretus hic,nulla vi poteſt dimoueri,deinde magis eſt columna ferrea murus æneus,primo murus ponitur,deinde ferrum,poſtremò æs,ſic reſpondet humilitati fauor diuinus,ſic,magis,ac magis ſe deprimendo liberatur humilis, & petita acquirit. Ad hoc inſignis eſt locus Dauid idipſum quaſi Ieremiæ periculum explicans , & non abſimilem indicans liberationem , nam cum Dauid in ſummo periculo verſaretur, oraretque ad Dominum his verbis, *dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ,* & infra, *tribulationem, & dolorem inueni,& nomen Domini inuocaui: ò Domine libera animam meam,* rationem vnde hoc debebat preſtare adiecit ſubdens, *cuſtodiens paruulos Dominus, humiliatus ſum,& liberauit me.*Hieronymus ex hæbreo:*cuſtodit paruulos Dominus,attenuatus ſum,& me ſaluabit :* nulli dubium eſt quòd eripiar à tribulatione, & me ſaluabit Dominus, quia ante ipſum iam paruulum me conſtitui , & attenuatus ſum , & quaſi ad nihilum me redegi humilitate , ideo ſaluabit me ab imminenti perſecutione . Ieremias itaque dum ſe ita deprimit, vt voces humilitatis exprimat puerilis, quid mirum ſi audit , *ne timeas , quia ego tecum ſum* . Hic quoque conſidera quomodo reſpódeat humiliter poſtulanti Deus , orat Dauid, *ò Domine libera animam meam,* hæc eſt prima petitio , deinde demonſtrat ſe paruulum eſſe, *cuſtodiens paruulos Dominus*, vltimò humiliatum, *humiliatus ſum*,atque infra ait,triplicem gratiam ſe recepiſſe , *quoniam eripuit animam de morte :* hæc reſpondet illi petitioni , *libera animam meam* , ſecundo, *oculos meos à lacrimis* , lacrimas abſtergit paruuli,vnde ſupra dixerat,*cuſtodiēs paruulos Dominus*,vltimo tandem,*pedes meos à lapſu*,hæc quoque verbis illis,*attenuatus ſum*,reſpondet,attenuati enim ſemper infirmo pede labuntur.

Pſal.114.

14 Ad humilitatem hanc in puerilibus verbis Ieremiæ explicandam,inſignis eſt locus ille Dauidicus , *Domine non eſt exaltatum cor meum , neque elati ſunt oculi mei,neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me,ſi non humiliter ſentiebam , ſed exaltaui animam meam,ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua,ità retuibutio in anima mea.*Quibus ille , verbis hoc indicat. Domine non ſum exaltatus, neque in me ob poteſtatem ſuſcepti regni dominata vnquam ſuperbia eſt, quin ſemper fui obſequēs, & propriæ intentus humilitati, nunquā de memetipſo magna cogitaui,& ſicuti puer ſemper humiliatus ſum,& ſicut infans,ſuam gloriam , & dignitatem , nec cogitat,nec expendit,ità ego animam meam , in tot præclariſſimis beneficijs : quod totum Origenes iuxtà hunc ſenſum , & proſequitur, & pueri exemplo confirmat, adducitque Matthæi locum, *niſi efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum cœlorum* , ideſt beneficium hoc omnibus excelſius minime conſeq; tur, qui paruuli humilitate non pollet . Ieremias ergo cum ſanctificationis , & prophetiæ, & prædicationis, audit muneribus ſe donari à Deo,vt tot dona vnica hac virtute compenſaret, oſtendit humilitatem, ſcilicet puerilem illam Dauidicam,dum alphabetharias notas neque ſe poſſe pronuntiare profeſſus eſt: *A, a, a,Domine Deus:ecce neſcio loqui*,ideſt humiliter de me ſentio , ſicut paruulus.

Pſalm. 30.

Humilis idē ac paruulus.

Matt.18.3

15 Poteſt etiam pſalmi huius , hic eſſe ſenſus : paruuli matris papillas ſugunt , vſque-

Digitized by Google

vſquequò ætas prouectior, virtutem, ac vires augeat, dentes aperiat, paſſus dirigat, vocem in articulos inflectat: tunc verò mater, puerum adigit ad ſolidiores cibos, beneficia denegat mammæ, & lactis nutrimento non illum amplius in amplexus inuitat, propterea, & ablactatus dicitur puer. Igitur quicunque paruulus eſt in humilitate, blanditias experitur Dei, qui tanquam mater illum lacte gratiarum, & conſolationis, nutrit, ac fouet: cum verò adoleſcit per ſuperbiam, & propriæ creſcunt vires æſtimationis, cum turgeſcit ſenſus, & inceſſu propriæ laudis fertur, cum vox extollitur arrogantiæ: tunc ab vbere diuino auellitur, & ablactatur, materni illum deſerunt amplexus, ideſt ſpirituales non ſuppetunt gratiæ, nec eum conſolationum munera lætificant, ablactatur, & à peculiari protectione, ad commune cæterorum reijcitur conſortium, cum antea tenero matris oculo reſpiceretur, & brachio geſtaretur, vt de humilibus dicit Iſaias, *vt ſugatis, & repleamini ab vbere cõſolationis eius, vt mulgeatis, &c. declinabo ſuper eam, quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem, gloriam gentium, quam ſugetis, ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis*, vt torrentem, vt fluuium ad humiles valles deſcendentem, declinaturum ſe dicit, qui videlicet montes elatos prætcrit, & humiles valles replet. Iiſdemque verbis in infantulos natos tota matris cura explicatur, & amor; ablactatos verò propter ſuperbiam, à talibus blanditijs arcet Deus. Itaque hic eſt verſ. huius intellectus. Domine ſi exaltaui animam meam, ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ità retributio in anima mea, ideſt ſicut ablactatur ab vbere gratiarum ſuperbus, ità mihi contingat; hæc ſit mihi ſuperbo, retributio, digno cui dona cœleſtia denegentur. Iuxtà hunc ſenſum patet, cur Ieremias ad fauores, infantiles humiles voces expreſſerit: quaſi diceret: inditium humilitatis meæ hoc eſſe poteſt, quòd neſcio loqui, *A, a, a*, adhuc vbere materno alor, non ſum propter ſuperbum ablactatus, nec alta vnquam ſenſi: Egregium in Saul exemplum habetur, qui dum initio, æquo adhuc ſceptro gubernaret, & humilitate in primis eſſet inſignis, vnius anni filius dictus eſt, *filius vnius anni erat Saul, cum regnare cæpiſſet*. Quaſi diceret, dum in humilitate contineretur, & imperanti ſubderetur Deo, ac regni faſtigium, non propria virtute ſuſcepiſſe, ſed Dei largitate ſibi delatum exiſtimaret, quem etiam nec iactantia, nec inflaret ambitio, profectò non adhuc ablactatus erat ab vbere diuino, nec annum excedebat, qui non excedebat humilitatem. Poſtremo ſuperbus, & de ſuſcepto regimine factus inſolens, proiectus deſcribitur, & à pectore fauorum expulſus: *proiecit te Dominus, &c. vſquequò tu luges Saul, cũ ego proiecerim eum?* & infrà, *abieci eum*. Hoc verò quod dixi humilitatem, Saul infantulum vnius anni oſtendiſſe, referente Samuele, ab ipſo Domino dictum eſt, qui cum exprobaret, Saul reiectum eſſe à fauoribus diuinis, atque à lacte beneficiorum Dei, prædicta omnia teſtatur ei contuliſſe, quoniam prius erat paruulus, & non adhuc propter ſuperbiam ablactatus, *nonne* (inquit) *cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribus Iſrael factus es?* in oculis, ait, tuis, vt nõ ætatem conſideres annorum, ſed humilitatem, ideſt nonne cum te paruulum faciebat humilitas, atque adeò amabilem repletus es ingentibus donis? cum autem ſuperbia adoleſcere cæpiſti, repulſus es?

16 Hæc humilitatis virtus quæ dum nos pueros æſtimatione conſtituit, ad ſubliomiora ſimul euehit, ſatis in Ieremia manifeſta eſt; illum namque humilitas fecit infantem, alioquin prouectæ ætatis, (vt infrà obſeruabitur) & dum annum ageret humilitatis, regnare cæpit, illo dumtaxat regnandi iure, de quo ei dictum eſt poſtquam puerum eum agnouit Dominus in abiectione, *conſtitui te ſuper reges, & regna, vt &c.* Humillimum deſtinat celſitudini, qua ſupra excelſos omnes extollit, hæc extulit B. V. hæc quoque

Humilis gratiarum lacte nutritur, ſuperbus ablactatur.

Iſa.76.ii.ii

1.Reg.11.1

Saul humilis lactatur ſuperbus ab vbere dimittitur.

1.Reg.15.23.

1.Reg.16.1.7.

1.Reg.15.17.

Humilitas regem cõſtituit.

que Apoſtolos, principes conſtituit, non enim alia ratione principatum terræ, niſi humilitate obtinerent (vt adnotauimus ſupra) idcirco, *ſedebunt ſuper tronos iudicantes duodecim tribus Iſrael*, quia ſequuti ſunt Dominum, *vos*, inquit, *qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper tronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* At verò ſequi Dominum abnegare eſt ſemetipſum, qui enim *vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c.* quod ſeruorum proprium eſt; abnegare ergò ſemet ipſum, obliuionem dicit, & cognitionem quam de ſe habet quis ità depellere, vt omnem à ſe reſpuat, quam habet æſtimationem, ſeu à dignitate, ſeu à naturæ viribus promanantem. Itaque tunc princeps quis conſtituitur in ſpirituali regno, cum ſeruit, cum ſemetipſum abnegat, cum poſt alium pergit, propterea rectè dicitur, vos, qui ſequuti eſtis me, & vos metipſos abnegaſtis, principes eritis ſuper omnem terram, & ſedebitis ſuper tronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Matth. 19. 28. — Matth. 16. 24. — Luc. 9. 23.

17 Hunc principatum habitum ex humilitate inuenimus in Canticis, dum ſponſus ornamenta decoris ſponſæ, ſub nomine caſtrorum commendat, his verbis: *quid videbis in ſunamitide, niſi choros caſtrorum?* videbis ſcilicet pulcritudinem eius, more caſtrorum, vim animis inferentem, & ſtatim partes ſingulas deſcribit. *Quam pulcri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis? iunctura fæmorum tuorum ſicut monilia: vmbilicus tuus crater tornatilis: venter tuus ſicut aceruus tritici, duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ: collum tuum, ſicut turris eburnea: oculi tui, ſicut piſcinæ in Heſebon: naſus tuus ſicut turris,* omnes decoris partes commendat, quæ ſimul vnitæ caſtrorum ordinem efficiebant. Gregorius, partes haſce ſanctis applicat prædicatoribus, & per ſingulas, aliquid virtutis in prædicatoribus, ait, deſignari. In naſo, videlicet, diſcretio exprimitur: in oculis piſcinæ, lacrymarum dona: in vberibus, fraternus amor: in fœmorum iuncturis, concordia: in vmbelico, vis in conuerſione populorum: in capite ſicut Carmelus, mens benè diſpoſita. Hæc omnia ad prædicatorem ſpectant, ſed cum hæc inſtar belli diſponantur, tamquam arma bellica, quam partem ex his dixerimus pugnando principatum obtinuiſſe? lacrimas nempè? concordiam? an diſcretionem, & populorum conuerſionem? nullam profectò præter humilitatem; ideo in calceamentis, ideſt in humilitate, vt ait hic Gregorius, ſolum inuenies adiunctum principatum, in humilitate inquam ſublimitatem, *quam pulcri ſunt*, inquit, *greſſus tui in calceamentis filia principis?* cæteræ virtutes pugnant, & minime acquirunt, ſine humilitate, quæ dum fugit, apprǽhendit, dum quaſi otioſa eſt, operatur, & dum deprimitur, aſcendit. Prior ergo laudatur humilitas, tamquam fundamentum cæterarum virtutum, & vt nec longè præmia videantur, nec coronam inſpiciamus abſque regno; ſtatim adiectus eſt principatus: *quàm pulcri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis.* Aequumque eſt, vt ſi ſuperbia vitiorum regina eſt, vti dicemus inferius, & coronam regni habet, Iſaia teſtante: *veh coronæ ſuperbiæ:* hæc humilitati non denegetur quæ initio ponitur, & quaſi laudes conſonas non inueniret ſponſus, quadam, illam, exclamatione extollit, *quam pulcri ſunt, &c.* Simile quid experimur ei contingere, qui in aliquem hortum intrat, arboribus conſitum, floribus vernantem æſtiuis quoque vmbris hoſpitalem, obliquo ibi videt fugaces vndas rigo præterire, fructus odoratos olentes ramos curuare, & flores mira varietate, cœleſte illud ſolum purpurantes: videt, inquam, hæc, delectatur pariter, & miratur. Quod ſi v.g. Roſam videat ſub viridi frondium cuſtodia latentem, odoris prodigam, purpureo colore verecundam, ſenſus illic vagantes retinet, & licet horti formam, & partium collaudet venuſtatem, Roſæ tamen pulcritudine captus, ſæpè exclamat: ò pulcherrimam omnium Roſam? cæteri me flores delectant, ſed ipſa magis. Sic inter ſponſæ virtutes, humilitatem

Cant. 6. 12. — Cant. 7. 1. — Cant. 7. 2. — Humilitati ſponſæ [illegible] de corona datur. — Iſai. 28.

tatem extollit ſponſus ad humiles pedes oculos dirigit,& quaſi verba ſufficientia adhoc non haberet,exclamat, *ò quam pulcri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis?* hac capior, nec poſſum illam, niſi admiratione quadam conſiderare.

18 Quando vult Dominus ſanctos ſuos prouchi ad altiora, atque virtutum culmen aſcendere,hos pedes, hanc humilitatem conſeruat,ac ſtabilit, ea dumtaxat ratione,quia ſi fundamentum,humilitatis,firmum,ac ſtabile eſt, nulla tentationum tempeſtas ingruens, molem deſtruet ſpiritualis ædificij. *Pedes*, ait Anna,*ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent,quia non in fortitudine ſua roborabitur vir*. Inſolitum profectò hoc beneficium eſt, quod à Domino confertur ſanctis,vt pedes tantum ſeruet,non manus, quibus non ſeruatis opus omne deſtruitur, non oculos, qui non cuſtoditi, cæcitati ſubiacent: non denique cæteras partes corporis, quæ omnes tantò imis pedibus præſtant,quantò earum operatio,& prọ ptior apparet, & validior: pedes ergo ſanctorum ſuorum ſeruat,quoniam ſeruatis pedibus ſeruantur omnia, ſeruata namque humilitate, cæteræ virtutes cuſtodiuntur:ipſa namque eſt,vt diximus, fundamentum virtutum omnium,quod ſi ſtabile erit, ac firmum, quis neſcit firmiora ſuperpoſita conſiſtere ædificia? Seruatur ẽt humilitas,vt ad perfectionẽ anima perueniat, & munus ſuũ diſſipatis vitijs recte p̃dicator attingat.Hac Iudith, confidentiæ prædicatrix effecta; cum Bethulia hoſtium copijs premeretur, ac proinde de deditione cogitaret, ducem exercitus,armata,confodit. Nihil adeo decorum in ea, præter humilitatem inuentum eſt;ſandalia pedum, humilitatis ſedes,corporis ornamenta vicerunt: licet toto munita decore proceſſerit, ſandalia ducem rapuiſſe ſcriptura teſtatur, cor inquam ducis, & vitam repuere. Ita ſeruatis à Domino pedibus,ideſt cuſtodita humilitate, vnde de ſe ipſa dicebat *humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio*,à tenebris vitæ huius, ad æternas Holofernem eiecit, de qua dici etiam poteſt,*pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit. & impij in tenebris conticeſcent*,regem exercitumque humilitate duce confodit, in pede humilitatis confidens.

Humilitatem ſancto rum cõſeruat Deus.

1.Reg.2.9

Iudith 9 16.

Ludus hodie in vſu eſt, quẽ antiqui, 19 latrunculorum vocant, vulgò dicunt, [ſcacchi]hic ergo diſponitur, in calculo 32. ſcrupis, gemina acie vtrinque directis,in quibus ſunt duo reges ad inuicem contendentes, duæ reginæ,quattuor eqtes, ſexdecim pedites,quattuor ſatellites,totidem centuriones.Itaque præter regem,regina, cæterique vagantur, liberè,& domus omnes,quaquauerſum tenere poſſunt, iuxtà ſcrupi ordinem:pedes verò,ſeu pedina vulgò domum tantum,greſſu tardo,atque otioſo tranſit,non autem recedere poteſt, nec per latera diſcurrere, ſed recto ſemper greſſu anteire: hoc tamen inter omnes diſcrimen eſt, & peditem, quòd videlicet cęteri,etſi vndequaque diſcurrunt,& quandam videntur habere dignitatem, attamen nunquam ad regios honores poſſunt peruenire, ſed vltima domo tacta, in qua regina conſtituitur recedunt poſtea,nulla aucti prærogatiua;pedes verò, & ſi inferior progrediatur paſſu pigerrimo, adhuc tamen ipſe in vltima domo regina creatur, atque omnibus præficitur,& qui prius ſuperiores cæteros habebat, illos deinde ſub ditione regia tuetur.Huic pediti, in ludo calculi, comparatur humilis, prius inferior ſeruiat omnibus, nulli præferatur,cumque alij potentes ad honores aſpirent, ipſe in ſua humilitate continetur,verum nulli tandem datur(& ſi potentia ac prę ſtantia, conditione, ſeu dignitate fulgeat) ad tale faſtigium dignitatis aſcendere, ſicuti humili; primus enim locus in gloria, ac etiam in hoc mundo humilium eſt, culmina præmiorum reſeruantur abiectis, quiue tardè videntur abſq; vlla ſpe,ac auxilio,omni prorſus conſolatione deſtituti, ad domum regiam aſcendere,ipſi cæteris poſthibitis aſcendunt.

Simile.

Humilis exaltatur.

dunt,& pedem humilitatis,ſecuri de me
rito, licet tardi videbantur, ſupra cæte-
ros glorioſos,ac ſublimes ponunt, hoc
explicat egregie Iſaias his verbis, *incur-*
Iſa.26.6. *uabit ciuitatem in excelſo, ciuitatem ſu-*
blimem humiliabit, humiliabit eam vſq́
ad terram,detrahet eam vſque ad pulue-
rem,conculcabit eam pes, pedes pauperis,
greſſus egenorum, magnanimos ſcrupos
in calculo,pedes abiectus conculcabit,
& habitantes in excelſo,inquit, ideſt in
maiori domo, pedes ſuperueniens con-
culcabit, quia ad reginæ honorem per-
ueniet;pedes igitur ille cõculcabit,quia
licet celeres alij extiterint in progreſſu,
ille greſſus habens egenorum, qui ſunt
tardi,ac pigri,attamen illos conculcabit.
Pulcre conſentit caſus Ioſeph cum fra-
tribus ſuis, in quibus milites omnes ma-
iores calculi reperies,qui Ioſeph germa
num ætate,ac humilitate minorem,ſicu-
ti peditem, parum affuit quin deuora-
rent (vt dici ſolet in tali ludo) quando
Geneſ.37.30. patri annuntiauerunt, *fera peſſima de-*
uorauit eum:ſed ipſe,& humili proceſſu,
per anguſtias ſeruitutis, & carceris, eò
peruenit, vt tandem rex fuerit appella-
tus,& ſupra fratres conſtitutus, quoſq;
proditores habuit,& inſultãtes, domuit
ſubiectos.Hoc idem de Dauid omnium
natu minimo exemplifica,qui regiæ,per
hos gradus,dignitatis, ſedem tenuit.

Ex ſupradictis licet nobis adnotare,
20 non ſolum, præcipuam humilitatis vim,
atque pręſtantiam,quæ talia à Deo pro-
meretur præmia, verum etiam illius ne-
ceſſitatem, ſuperioribus, ac præcipuè
Prædicatoribus verbi Dei; non enim an
tea mittit Deus ad prophetandum Iere-
miam,quàm hac illum virtute viderit in-
ſignitum,ac præparatum: Hinc eſt locus
Ephe.6.15 ille Pauli, *calceati pedes in præparatio-*
nem euangelij pacis;quaſi diceret, qui ſe
ad prædicandum præparant pedes de-
bent prius calcare, ideſt humilitate ſe
accingere, Gregorius autem verba illa:
1.Reg.2.4. *infirmi accincti ſunt robore*: de prædica-
toribus interpretatur in hunc ſenſum:
Gregor.in expoſ.in c. 1.Reg. *accingimur cum ad verbi miniſterium*
præparamur, bene itaque accincti robore
infirmi in alta loquutione gloriantibus
præponuntur, quia ij, qui in miniſterium Humilitas neceſſaria ſuperioribus.
mittuntur ſpiritus propter eos, qui hære-
ditatem capiunt ſalutis,priuſquam accin-
gerentur ad miniſterium,humiles fuerũt;
antea enim memoratur infirmitas, poſt
verò accinctio roboris, prius vos, inquit,
agnoſcite,& ſic vos ad aliorum ſalutem
præparate. Igitur Ieremias non in alta
loquutione gloriatur, qui ſe confitetur
infirmum,& elinguem,dicens:*A,a,a,Do-*
mine Deus: ecce neſcio loqui, hac enim
prius humilitate, deinde robore accin-
gitur, vt infra manifeſtabitur, iubetur
enim ſe accingere: *Tu ergo accinge lum-* Ier. 1. 17. 18.
bos tuos, robur præſtitum deſcribitur,
ſubdit enim Dominus:*ego quippe dedi te*
hodie in ciuitatem munitam, in colum-
nam ferream,& in murum æneum, &c.
Robur quoque dominicæ manus, forti-
tudinemque ad prophetandum cœle-
ſtem ſentijt Ezech. poſtquàm humilita-
te ſibi parauit animum,vnde & dicebat,
abij amarus in indignatione ſpiritus mei,
vertunt alij,*abij ſublimis*, ſequitur dein-
de,*manus enim Domini erat mecum con-* Ezech.3.14
fortans me, in ipſa amaritudine confor-
tatur,in humilitate erigitur,hæc amaritu
do, & afflictio affinem habet humilita-
tem,ſicuti Gregorius explicat,& multo-
ties idem ſignificat in ſcripturis,vt *ſi re-*
ſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, 1.Reg.1.11
& recordatus mei fueris, nec oblitus an-
cillæ tuæ,dederiſque ſeruæ tuæ ſexum vi-
*rilem,&c.*vbi in græco eſt,*ſi reſpexeris*
humilitatem ancillæ tuæ, ſimiliter quo-
que, *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*,
[afflictionem] monet aliquos legiſſe
Agellius, (quamuis propriè hic humili-
tatem cum vulgata transferendum.)
Itaque reſpexit etiam Dominus humili-
tatem Ieremiæ,quod virgæ viſione oſtẽ
dit, & manu conſolationis diuinæ vtrũ-
que prophetam humiliatum erexit,*ma-*
nus enim Domini erat mecum confortans
me,&, *miſit Dominus manum ſuam, &* Humiles conſolatur Deus.
tetigit os meum.

Cæterum proſequitur Ezech. demõ-
ſtrare quomodo conſolationem domi- 21
nicam experiatur,qui humilitate proſtra
tus,

tus, tandem inter ſolatia donorum diuinorum meretur reſpirare, ſequitur enim: *& veni ad tranſmigrationem ad aceruum nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxtà flumen Chobar, & ſedi vbi illi ſedebant, & manſi ibi ſeptem diebus mœrens in medio eorum*, deinde gloriæ meminit, quę humiliantes ſe manet, *ſurgens egreſſus ſum in campum, & ecce ibi gloria Domini ſtabat quaſi gloria, quam vidi iuxtà fluuium Chobar, ſtabat*, inquit, *gloria*, quaſi mœrentem expectaret, quaſi firmam, ſtabilemque haberet gloriam humiliatus: vnde verum illud eſſe experimento probatur, *gloriam præcedit humilitas*, & illud, *ſuperbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria*, à qua etiam prophetam ſuſceptum eſſe legimus infra. Quod cum ità conſtitutum ſit, patet non gloriam ſuperbas mentes ſuſcipere, ſed ruinam, dicente B.V. *depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.*

Prou. 15. 33. Prou. 29. 23.

22 Eſt autem ſuperbus, qui Deo reſiſtit, eiuſque legibus aduerſatur; Manifeſtum eſt autem reſiſtente quoque ipſis Deo, à ſede honoris aliquando deponendos eſſe, & ibi humiles ſeſſuros. Atque huius ſententiæ exemplum egregium eſt. in prophanis apud Plutar. tradit enim quòd Nero, vt aliquos illuderet, qui regi ſe ſimiles eſſe dictitabant, illos ad cōuiuium adhibebat, ac conſedere faciebat in ſubſellijs, quæ ſpeciem quidem ſedium habebant, ſed vtres erant vento inflati, ac deinde poſtquam conuiuæ ſederent, acu perforati, vtres ex præcepto Neronis, emiſſoque flatu contracti, ſeſſores vſque ad terram deturbabant, qui magno cum riſu, aulicorum manu erigebantur. Similis eſt ſuperborum caſus: ipſi in humana gloria, & ambitione, quaſi ſuper vtres vento diſtentos ſedent, de ſua ipſorum potentia turgidi, irriſores Cœli, ſemetipſos exiſtimantes Deos eſſe, ſed tactu Domini euaporato ſpiritu, deficientibus ſubſellijs, ruentes vſque ad ima demerguntur, dicente ſcriptura, quòd ſuperbos illuſores, illudit Deus, *Deus*, ait, *ſuperbis reſiſtit*, vbi Hieronymus: *Deus illuſores illudit*, hoc eſt illuſores, & ſuperbi, vt cæteris ludibrio ſint facit, ſic & Lucifer ſedem cogitans Aquilonis, à Domino illuſus, fœdè corruit.

Plutar. in apo.

Superbi pprio caſu deridentur.

Iac. 4. 6.

Huius rei exemplum habemus in ſcriptura. Baltaſſar enim Rex in conuiuio, quaſi ſuper vtres grauidus ſuperbia conſedit, irridens Deum, ait enim ſcriptura: *erat tumulentus à vino, & præcepit, vt afferrentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor rex pater eius de templo, quod fuit in Ieruſalem, vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxores, & concubinæ eius*; ſedit ergo vino grauidus, irridens Deum, ſed Deum, illuſorem illudentem obſeruemus, ſtatim apparuerunt digiti, qui diſtentum vtrem perforant: *apparuerunt digiti, & facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur*, verè dicitur illudi, q. faſtu turgidus, religionis expers, & contemptor, digitorum viſione pallescit, turbatur, ac contremiſcit: atque vt penitus ſicut conuiua Neronis illuſus corruiſſe monſtretur vtre ſuperbiæ ſpirante, ait ſcriptura: *eadem nocte interfectus eſt Baltaſar rex Chaldæus*; huius tamen caſus, & ruinæ aſſeruit Daniel cauſſam extitiſſe, eò quòd nimia ſuperbia in conuiuio repleretur. *Tu quoque Baltaſar non humiliaſti cor tuum, cum ſcires hæc omnia, ſed aduerſus dominationem Cœli eleuatus es*; quis rogo fuit modus ruinæ? profectò euaporatio flatus, & ideo ſequitur; *Porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, &c.* quis flatum extraxit? digiti certè miſſi. Hic eſt ſuperborum finis, vt quò altius eleuantur, eò grauiore lapſu ruant, vt cecinit ille: *Vt lapſu grauiore ruant, tolluntur in altum*, & ſcriptura loquitur, quaſi hoc ipſum inſinuaret; *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis*, eadem enim nocte interfectus eſt Baltaſar rex Chaldæus, & Darius Mædus ſucceſſit. Tandem in Euangelio iubemur in conuiuijs ideſt in huius mūdi bonis, vltimum humilitatis locum tenere

23 Dan. 5. 3. Pſal. 114. Eccl. 10. 17

nere, ne deinde inferius detrahamur: Luc 14. 8. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniens is, qui te, & illum vocauit, dicat tibi dà huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere*, & deinde Dominus ſuperbiam, hac egregia ſententia damnat: *omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.*

24 Superbos illudit De' Quòd verò Deus illuſores ſuperbos illudat, & quòd destructis ſuperborum ſedibus, mites faciat ſedere pro eis, puto manifeſtiſſimè hoc deſcribi in ſapientia, Sap. 4. 18. vbi hæc ſunt verba: *videbunt enim, & contemnent eum, illos autem Dominus irridebit, & erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia*, ecce quomodo illuduntur ſuperbi à Deo, & ruinam ſentiunt: cauſſam verò addit, quoniam ſunt perforati vtres ſuperbiæ, ait enim deinde, *quoniam dirumpet illos inflatos ſine voce, & commouebit illos à fundamentis*, & ſtatim addit quòd ſedere faciat mites pro eis, ipſi enim ſuperbi memores ruinæ, & ſcelerum ſuorum hic dicunt, *hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, &c. ecce quomodò computati ſunt inter filios Dei, &c.*

25 Quid autem hæc verba innuant, *diſrumpet illos inflatos ſine voce, & commouebit à fundamentis*, explicari manifeſtè poteſt, ſi ſuperborum ruinam ſequentis In vrbe Regina dum claſſi Sinã ducis illi obſideret. narratione hiſtoriæ deſcripſerimus. In vrbe quadam, dum omnia belli feruore præmebantur, proditor quidam, dum militem ageret, cum inimico pactus, obſeſſam vrbem incendio dirutam (ſi ſententia vnquam euentum felicem haberet) in manus hoſtium tradere decreuerat, adijt propterea arculas pulueris tormentarij, & aridæ funis alteram partem, pulueri admouit, alteram incendit: hoc nempe conſilio vſus, vt cum ignis linea illa nutrimenta abſumeret, pulueri denique admixtus, arcem, vrbemque euerterent incendia. Igitur dum ſtrenue ciuitas hoſtes expelleret, ignara mali, contrà, hoſtis in tetro illo machinamento ſecurus, omnem illius conatum deridebat, at Deo protegente, detecta fraude, proditor pede ſuſpenſus interijt, & inglorius inimicus longa cæde fractus eiectus eſt. Sic ergo, vt ad ſuperiora redeamus, manifeſtum eſt latentem ſuperbiæ ignem, qui adingentia ſerpit incendia, tempore deinde ſtatuto, ſuperbos, flamma ruinæ concremare; dicente Iob: *deridetur iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum*, Iob. 12. 5. diuites autem hic ſuperbi intelliguntur, teſte Gregorio, qui hæc habet, *quid hoc loco ſignificatur nomine diuitis, niſi elatio ſuperborum, qui venturi iudicij reſpectum non habent?* en ſuperborum caſus ex igne, qui in fortitudine, & iactantia eorum nutritur, euerſurus elationis ædificium: merito ergo dicit, quòd commouebit illos à fundamentis, & ad extremum deſolabuntur, ad extremum dicit, quia lampas contempta paratur ad tempus ſtatutum, vt quando ſe fortunatiorem crediderit ille, vltus igne diuinæ vltionis deſoletur; rectèque dicit, cauſſam ruinæ, & incendij lampadem eſſe contemptam, quia videlicet ignis ille, qui celſitudinem ruina abſumit, contemnitur à ſuperbo; & verè diſpenſatione ſuperna fit, vt quæcunque leuia eſſe credit inflatus, & deſpicit; illa ruinam inferant, & inde caſus inſurgat, vbi nulla ei videbatur ratio timoris. Superbiſſimum Aman appellat ſcriptura, eumque regali honore eleuatum, lampas contempta, ideſt Mardochæus, de quo eadem teſtatur, *quod pro nihilo ducebat, in vnum Mardochæum mittere manum*, vſque ad extremum deſolauit, Eſther. 13. 12. & ſuſpendio fecit deleri, *ſuſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo*; nec vlterius alia ratione factum puto, quod cum iuberetur in trabe ſuſpendi Mardochæi, altitudinis meminit trabis, *en inquit lignum quod parauerat Mardochæo, qui loquutus eſt pro rege, ſtat in domo Aman habens altitudinem 80. cubitos, &c.* Conſilium Amanis de ignominia Mardochæi in ipſum recidit, atque ideo hoc repetit

ſcri-

Digitized by Google

ſcriptura; decreuerat enim Aman, vt maiori, ſuſpenſus Mardochæus, ludibrio eſſet, altius eleuari patibulum; atqui ſuperbiſſimus, eadem conſilia, quæ ex ſuperbia nutrit, in ſuum caput parat.

26 At verò hoc prætermiſſo, ſatis quoque in Saul ſuperbo apparet lampas cõtempta, quomodo paretur in exitium ſuperborum; deſpecto namquam Dei præcepto de perdendo Amalecita, vt
1.Reg.16. dicit Samuel, *pro eo quòd abiecisti ſermonem Domini, &c.* Seruauit Agag regem viuum, at verò ignis, lampaſque contempta in magnificentia regis accenditur; itaque Saul reuexit triumphum ex hoſtibus, ſed igne lampadis contemptæ minime extincto per humilitatem, & veram pœnitentiam, dirutis regni fundamentis, flamma ſuperbiæ depopulante, fœde ſuo peremptus enſe corruit, regno, ac vita deſtitutus. Sed quis eum enſe confodit? vir profectò Amalecites:
2.Reg.1.8. *cui cum reſpondiſſem adſum, dixit mihi, quis nam es tu? & aio ad eum, Amalecites ego ſum, & dixit ad me, ſta ſuper me, & interfice me, &c.* diuino conſilio factum eſt, vt Amalecites Saulẽ occideret, à quo forſan credebat vita donari, qui enim ignem contemptum nutriuit, ardente flamma comburitur, & vt notes iam tempus ſtatutum aduenisse paratæ lampadis, ignis incendia in anguſtia animæ æſtuantis deſcribuntur: *anguſtiæ me tenent, & adhuc tota anima in me eſt.*

27 Superbia ignis eſt. Adeò verum eſt, quod ignis ſuperbia eſt, vt etiam ſcriptura dicat: *ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper,* quod proprium ignis eſt. Atque in ſuperbiſſimo quodam ignis ſuperbiæ apparuit, cum lampade æſtuante ſuperbiæ, ad terram fœdiſſimo interitu, protractus eſt; Antiochus enim, *eo quòd ſuperbe loqu-*
Machab.9.5 *tus eſt ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri iudæorum eam facturum, &c. vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta, & ſuper hoc autem ſuperbia repletus, ignẽ ſpirans animo in Iudæos, &c.* quid autem ſpiraret ſuperbus niſi ignem, à quo vritur, & ruinæ proximus incenditur? ſtatim enim ſequitur ruina poſt ignem, ideo ſubdit: *contigit illum euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari, &c.*

Sed adhuc humilitas Ieremiæ conſi- 28
deranda eſt. Gloſſa hic, & S. Thomas dicunt, per triplicem hanc Alphabethi notam, à Propheta expreſſam, triplicem ſui defectum voluiſſe oſtendere, & primum, *A,* propter defectum vitæ, ſeu ætatis; ſecundum propter defectum ſcientiæ; tertium verò propter defectum eloquentiæ, igitur triplex modus excuſationis, à totidem defectibus, originem habuit. Verum conſideratione dignum eſt, cur videlicet non vnica nota omnes defectus expreſſerit, ſed pro quolibet, *A,* particulare protulerit. Ea ratione factum credendum eſt, quia tot grates reddere debemus, quot nobis gratias Deus impendit, & aliquo humiliationis ſigno cuilibet beneficio reſpondere, vt ſupra etiam innuimus. Igitur Ieremiam obſeruemus, tribus fauoribus ſibi collatis, tres defectus, ſe humiliãdo, obieciſſe; terque, *a,* repetito, gratias egiſſe; beneficia verò impenſa, fuere notitia approbationis, ſanctificatio, & prophetia, *priuſquam te formarem in cetero noui te, & antequam exires de uulua ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te:* en ter ſe humiliat dicens, *a, a, a,* &c.

Triplici beneficio, triplici humilitatis nota reſpondit Ieremias.

Qui muſicam non ignorant manife- 29
ſtò cognoſcunt, vocum conſonantiam perfectè tunc coaleſcere in muſico concentu, quando vocem, quam cantum appellant, grauis vocis profunditas ſequitur, & quantò magis acuta eſt pars alta, & vocalior, eò Baſſus, vt inquiunt, grauitate, ac profunditate, cõſonantiam parem reddit, & æqualem. Ità quoque muſicam perfectiſſimam inter Deum, & Ieremiam obſeruamus; Deo, pars altiſſima eſt, incipit enim: *priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te;* at verò Ieremias

Simile.

Concẽtus muſicus inter Deum, & Ierem.

ima

ima humilitatis voce incipit canere, & tribus altiſſimis notis gratiarum, tres etiam notas percurrit abiectionis, dicens: *A,a,a,&c.* ſicque ex acuta, & graui voce, melos, & cãtilena ſuauiſſima prodijt. Simile quid non obſcurè in Gedeone obſeruamus. Gedeon cum Angelo cecinit, at cum audiret Angelum acuta voce, & præalta, hæc verba intonuiſſe.

Iudic.6.10

Vade, in fortitudine tua liberabis Iſrael, ſtatim ipſe voce graui ac profunda ſubſequutus eſt, alteram profundiorem partem agens. *Familia mea infirma eſt in Manaſſè, & ego minimus in domo patris mei;* totidem actus egit humilitatis, quot beneficia ſibi præſtita recognouit; nam ad laudes liberatoris, & fortitudinis, infirmitatem adiecit, & imbecillitatem. Hoc quoque modo cecinit, & reſpondit Moyſes; Deo namque ipſum eligenti in prophetam, & in Deum Pharaonis (qua quidem voce nil altius videbatur) ſonoram vocem, & imam reddidit humilitatis,

Exod.4.6.

atque reſpondit, *non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius, & quis ſum ego vt vadam, &c.* B.V. ab Elizabeth vocata mater Dei, & benedicta inter mulieres,

Luc.1.43. 48.

reſpondit: *reſpexit Deus humilitatem ancillæ ſuæ: & fecit in me magna, qui potens eſt.* binas humilitatis voces, binis etiam altitudinis laudibus adiunxit.

30 Verumtamen minime putandum eſt ad profunditatem vocis grauis, acutam, altitudinem ſuam omittere, & ad ima deſcendere: quin imò altiores notas, maxima cum ſonoritate percurrit, & eò magis Altus eleuantur, quò magis deprimitur Baſſus; nec in muſica inter Deum, & animam, cum anima humiliatur, & ad miſerias ſuas deſcendit humilitate, à Deo in humiliori ſtatu deſeritur, ſed magis in alta collatione donorum perſeuerat.

Humiliores ſublimius exaltantur.

quod in Ieremia etiam eſt inuenire, cum enim profundè abiectionem ſui indicaret Ieremias, grauis partem agens, in prędicto concentu, minime partem ſuam dimiſit Deus, non deſtitit altè concinere, ideſt maiora conferre beneficia, nam ſequitur, *conſtitui te ſuper gentes, & regna: vt euellas, &c.* & infrà, *dedi te in muriũ æneũ, &c. regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus, & populo terræ, &c.* at verò vt perfectam agnoſcas armoniam, quæ perfectionem accipit ex menſura, etiam in hoc concentu Deus vices ſubit magiſtri muſices, & ipſemet notas menſurat manu, vt in vſu eſt, ait enim ſcriptura hic: *miſit Dominus manum ſuam, &c.* ideſt inter canendum, Dominus ipſe menſurator eſt cantus; manus enim Domini ſuo libito diſpenſatrix eſt gratiarum, dum aperitur, & omne implet animal benedictione. In Ioanne Baptiſta etiam formatum concentum ex duabus vocibus agnoſcimus, ex alto, videlicet honoris, & dignitatis, & profundo humilitatis; en vocem humilitatis, *non ſum Helias,* ſed ecce alteram

Ioa.1.21.

Domini vocem præacutam, *ipſe eſt Helias,* Ioannes verò ſequitur profunda voce, *non ſum propheta;* Chriſtus è contra altitudine ſublimitatis, *pluſquam propheta.* Ioannes imis notis canit deiectionis, *ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calciamenti,* ſed Chriſtus ſuam vocem altè proſequutus intonat, *non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta;* denique ſi in hac cantilena perfectè ſonora, menſurantem manum vis agnoſcere, perlege quod dicitur, *etenim manus Domini erat cum illo.*

Matth.14. Matt.11.9 Ioa.1.27. Matt.11.11 Marc.1.66

31 Inter cætera verò humilitatis ſigna, egregium illud eſt, cum videlicet humilis diuinos fauores nititur abſcondere, beneficia namque diuina humilitate velanda ſunt. Enumeratis itaque à Domino tribus beneficijs, ſanctificationis, probationis, & prophetiæ, neſcit alio pacto glorificare Deum propheta, niſi ſe ita hæc beneficia abſcondere promittat, vt nec verba quidem ad ea manifeſtanda ſe demonſtret habere: *Et dixi, A,a,a, Domine Deus. ecce neſcio loqui,* non ſolum autem dicit ſe eſſe elinguem ad verba prophetiæ exprimenda, verum etiam ad dona recepta alijs reuelanda, atque hic ſanctorum mos eſt, grata ſemper memoria cęleſtes fauores humiliter tegere. Apparuit quondam in Rubo ardenti Deus Prophetæ Moyſi, eique beneficia omnia,

Beneficia Dei cœlare ſignum eſt humilitatis,

Digitized by Google

omnia, quæ populo conferre excogitauerat recenſet, ducem, qui tantæ multitudini præeſſet illum ordinat. Moyſes autem longè impar tot beneficijs, non alia ratione, gratum ſe exhibere poſſe Deo exiſtimauit, niſi oſtendendo in ſecreto cordis ſui, ſe tanta beneficia cœlaturum, linguamque inutilem adhæc exprimenda habere, *non ſum eloquens,*
Exod.4.10 *&c. impeditioris, & tardioris linguæ ſum, &c.*

32 Hoc autem ità verum eſt, quod humiliter celare fauores Dei, eſt ei grates
Prou.25.1 reddere, vt Salomon dixerit, *gloria Dei eſt cœlare verbum.* Quamobrem D. Paulus ad ſuperna raptus, prius beatus, quã fuerit ciuium ſupernorum comes, ſupernarũq; rerum diuino conſcius beneficio cum è tertio cœlo reuocaretur, ad mortalia, tantorum ſe fauorum beneficia rependiſſe arbitratus eſt, ſi quæ beatitudinis conſilia reuelatione cognouiſſet,
2.Cor.12. aſconderet; *non licet,* dixit, *homini loqui,* ideſt non licet homini, quæ ſecreto cordis retinenda ſunt propalare. Hoc itaq; exemplo Pauli inſtruimur quomodo beneficia cæleſtia ſilentio debeamus agnoſcere. S. Greg. hoc exprimens in noſtram ſententiã hæc Pauli verba adducit, *& audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Quanto,* ait, *fuere illa quæ dicere noluit, ſi ad hæc manifeſtanda coactus venit, non ea, quæ audiuit, & quæ homini non licet loqui vidit, & quæ homini non licet ſcire.* Ieremias ergo tot donis à Deo cumulatus non tantum pollicetur tacere, ſed ad loquendum neque verba habere ſe oſtendit, dum balbutiẽs loquitur. Verũtamen bonum eſt ſacramẽtum regis abſcondere, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt, ideſt quæ arcana habenda ſunt, & in arcano cordis humani beneficia Dei reconduntur, bonum eſt humilitate abſcõre: quæ autem ad profectum aliorum ſunt, opera Dei reuelare honorificum eſt; hinc eſt quòd Ieremias de duobus ſe excuſat, & de altero tantum reſpondetur ei; *neſcio loqui,* inquit, ideſt, vt ſupra diximus, haudquaquam beneficia valeo explicare, in ſecreto cordis contineo; *&*
puer ego ſum: placet autem Deo quod proprios fauores loqui neſciat, vnde non reſpondit, noli dicere, neſcio loqui, ſed, *noli dicere puer ſum.* hoc fecit quoniam agebatur de proprijs beneficijs, quæ cordis profundo, tumulari debuerant; at verò, ne cogitaret Ieremias ſemper ſibi fore tacẽdum, explicat Deus infrà quæcumque loqui deberet: *vniuerſa quæcumque mandauero tibi,* ait, *loqueris ad eos.* Aduerte modum loquendi, *quæcumque mandauero,* inquit, *loqueris,* non ea quæ tibi contuli, ſed quæ mandauero ad aliorum ſalutem pertinentia.

Nõ debet ea cœlare Prædicator, quę alijs prodeſſe poſſunt.

Verum ergo eſt quod bonum eſt ſacramẽtum regis celare non autem opera Dei in alios, & quæ ad aliorum, profectum pertinent. hinc Dauid, qui linguam ſcribæ ſe dicebat habere, linguam ſcilicet continuo cæteris opera Dei annuntiantem; cum de proprijs beneficijs agitur licet alij de ipſius pace iubilent, licet gratulentur, & exultent; adhuc tamen ipſe orationem, iubilum, & verba, quæ debebat effundere in hoc manifeſtando, in meditationem conuertit, & linguam orantem, facit meditantem, dum de proprijs fauoribus agitur: *exultent,* ait, *& lætentur, qui volunt iuſtitiam meam, & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſerui eius,* licet alij de mea iuſtitia, & pace (quæ mihi dona tribuit Deus) iubilent, & lætentur, adhuc ego hæc regis ſacramenta in me collata lingua meditabor; *lingua,* ſequitur, *mea meditabitur iuſtitiam tuam,* ideſt lingua mea nequaquam aliquid manifeſtabit, ſed permanebit immota, tacens, ad inſtar illius, qui meditatur aliquid, & ſopitas in meditatione potentias habet. Dat linguæ meditationem, quæ propria eſt mentis, vt magis ſe tacere dicat; mens enim & ſi aliquando meditatur, adhuc tamen, quæ illa contemplatione exquirit, lingua proſequitur vocibus, at ipſe vt omne verbum excludat, meditationem tribuit linguæ, quæ raptu quodam extatico verba non poſſit efformare. Sed nota, quòd alijs iubilanti- 33

Pſal.34.28

Digitized by Google

lantibus de iuſtitia Dauid, ipſe meditari ſe dicit iuſtitiam Dei, per ſilentium nãque fauores Dei agnoſcit, per meditationem diuinæ iuſtitiæ, propriam haudquaquam iuſtitiam eſſe cernit;nihil enim aptius eſt ad ſuperbiæ tentationes effugandas, cum aliquod nobis donum conceſſum eſt, quàm ſubtilius excogitare quantum à recta Dei perfectione noſtra perfectio diſtet, quaſi diceret Dauid, quid eſt iuſtitia mea coram iuſtitia Dei, quæ noſtras iuſtitias tanquàm iniuſtitias iudicabit?

Superbiã fugat, qui ſuam iuſtitiam iuſtitiæ Dei cõparat.

34 Hoc autem non ita intelligendum eſt, vt omnino ab omnibus verba diuina ſecreto cordis abſcondantur, magnum enim diſcrimen eſt inter prædicatores, & cęteros, qui ſpiritu Dei gubernantur, quòd prædicator, haud quaquam ſe à verbo Dei prædicando,& fauoribus diuinis enunciandis, retinere debet;cæteri verò dona debent cœleſtia abſcondere; Prædicator enim debet diuina verba in corde ſeruare, ſed eadem habere in labijs,& totum,quod haurit meditatione, reuelatione, vel lectione, effundere debet ore,nec tantum hoc,ſed diuinos fauores,& charitatem, debet in feruorem prædicationis,& aliorum profectum conuertere: quemadmodum lucerna, quæ toto haurit ore oleum vnde viuat,inque ſinum recondit, non tamen ita, vt illud vſui ſplendoris non eroget;ſed paulatim quod lumini, ac ſplendori conſeruando opus eſt,ſubminiſtrat,neque verò totum ſimul effundit;pectus namque dilatatum habere debet,vt plus olei contineat quã eroget; ſi enim tantum olei conſumit lycnus,quantum in ventre eſt, ſtatim lucerna extinguitur: hæc prædicatoris, vt prædiximus forma eſt; ipſe enim maiorem debet in pectore conſeruare perfectionem,quàm cæteris inpendat prædicando;vnam quippe virtutem cum auditoribus perſuadet, omnium ipſe debet virtutum in corde collectione locupletari,ne fiat ipſius inanis prædicatio,atq; in hunc ſenſum dicebat S.Paulus:*os meũ patet ad vos,ò Corinthÿ*,ad vos prædicatione patet, ideſt non parco laboribus,qui in ſemper vobis verbo Dei, tanquàm lucerna lumen emittente, effulgeam;os luminis patet prædicando, ſed nunquid totum liquorem ſuum in luminis effuſione fundebat? minimè. Sequitur:*cor meum dilatatum eſt*;quia cum ad vos virtutes fundo, dilato pectus, vt capiat virtutum omnium oleum, ideo ſemper patet os, quia cor magis, ac magis ob id dilatatum eſt:ſicut is, qui in obſidione ciuitatis, vel terra ſitienti potare alios cupit, ciſternas ſibi fodit, ne alijs aquas largiendo,ſitiat ipſe. Diſcrimen eſt,vt ait S. Bernardus inter fontem, ac ſtillicidiũ,&c. fons enim grauis perennibus aquis, liberalitate currit in riuulos, nec efficitur inops; torrens autem, aut ſtillicidium, alter hibernis tantum diues aquis, tranſacta tempeſtate paupere riuo, & arentibus aquis paulatim euaneſcit; alterum verò alienas aquas vomit, nouiſque ſuperuenientibus, nunquam ſibi,nec guttam retinet.Prædicator itaq; fons debet eſſe,non torrens,non ſtillicidium;vberiorem namque vndam, quam intus ſeruat,alijs ſubminiſtrare debet,& quò magis in Dei verbo liberalis eſt, cò magis indeficienter aquarum fluenta profundere,nec aliquando ad inſtar torrentis auctus,videatur plenus aquis,deinde cum tranſierit ſpiritus vadens, ſpiritu etiam areſcat ipſe:nec ad inſtar ſtillicidij, quod quaſi alienum verbum ſitibundus emittit. Ità virgines illæ oleum, quod ſibi ipſis tantum ſufficiebat, alijs dare noluerunt, lampades verò fatuarũ virginum,quia parum olei habebant extinctæ ſunt.

Prædicator,quę diuinitus accipit, alijs debet communicare.

Simile.

2.Cor.6.11

Simile.

Prædicator fons debet eſſe,nõ torrens.

Alio autem modo illud Pauli etiam intelligi poteſt de efficacia verbi Dei cũ charitate,ita vt ſit ſenſus: *os meum patet ad vos, ò Corinthÿ*, continuo in verbo Dei prædicando vobiſcum exerceor, quid deinde?ſequitur,*cor meum dilatatum eſt*,dilatatum eſt videlicet in perfectione virtutum, quas prædicando acquiſiui;valde enim homo perficitur in erogatione verbi, quaſi dicat quò magis patet os,cò magis dilatatur cor,& virtus ipſa prædicationis animũ à quo procedit 25

Prædicator,prædicãdo alijs, ipſe perficitur.

dit dilatat, & implet; & deinde ad alios voce tranſmittitur, probant hoc ſcriptura,

Ezec.3.1.

quæ hæc habet, *aperui os meum, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me fili hominis venter tuus comedet, & viſcera tua complebuntur volumine iſto*, additque, *& factum eſt in ore meo ſicut mel dulce*, ventris, & ſtomachi tantum concoquere eſt, oris comedere, quare ergò quod proprium oris eſt, tribuitur ventri? Primo quia in ventre non affert cibus delectationem, affert tamen in ore, prius ergo cibus verbi Dei inuenitur in ventre, quàm in ore, nullam humanam delectationem affert, nec ideo, vt ex eo ſaporem habeat, continet illud prędicator; quòd ſi illud hoc modo ſeruabit, erit tandem in ore ſicut mel, quia tunc habebit ſaporem ſuauiſſimum diuini verbi prædicator, poſtquàm verbum Dei in ventre retinuerit, habueritque ſanctis operationibus ferè digeſtum.

86 Sed id quod dicebamus ſæpè per prędicationem, meritis, & virtutibus concionatorem ditari, ex hoc probari poteſt, *viſcera tua complebuntur volumine, iſto*, ideſt verbo Dei tu prius repleberis, & dilatabitur cor tuum, deinde os tuum erit dulce, ideſt ſtillabit eloquio; eloquium enim alibi appellatur dulce: quod totum explico hac ſimilitudine.

Simile.

Orificium latum eſt inferius, anguſtum ſuperius, in ventre opus eſt, vt omnia, recondat, adhoc, vt poſſit liquorem exſtillare. Itaque niſi venter, ideſt cor prædicatorum, quod orificium quoddā eſt, inueniatur virtutibus plenum, nunquam prędicatione ſuauem liquorem emittet. congruit hic etiam eadem ſcriptura, ait enim, *viſcera tua complebuntur volumine iſto*, en ventrem plenum: & deinde ſequitur, *& factum eſt in ore meo ſicut mel dulce*, virtutem prædicationis inſtillat, tunc enim vel prædicator, vel prælatus, quæ recondit rectè demonſtrat, cum plenus eſt; non enim debent qui tibi videntur aliqua virtutum laude præſtare ad alios erudiendos regendoſque ſe exhibere, niſi prius virtutibus graues exiſtant. In exodo inuenimus, in veſte Aaron ex præcepto Domini iuſſum eſſe Moyſem tintinnabula apponere, & malogranata, hoc pacto, *ità vt tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum, rurſumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum*, ratio quoque præcepti huius exponitur, *vt audiatur ſonitus quādo ingreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur*, malum punicum iunctum tintinnabulo in ſacerdotali veſte, collectionem virtutum interpretratur Gregorius ſub vno cortice charitatis in prædicatore: at verò cum malum perfectionem ſignificet, quoniam coronam habet, opus perfectum conſtituentem, meritò prædicatorem ſignat, qui tunc iubetur tintinnabulis vti, cum quodlibet tintinnabulum malo punico vnit, poterit ergo ingredi, & egredi ſanctuarium ſonitus edens concionis, cum hanc quoque virtutibus ſociat.

Exo.28.34

Prius congreget virtutes deinde prædicat.

Greg. 2.p.4.

Horologium prius quam horam faciat audire, vario rotarum ordine tempus menſurat, nec vnquam otioſe quieſcit, ne forte hora protrahatur, ſicque prius ſecum ſpatia diuidens, operatur, deinde ſonitum ſtatuto tempore productum, edit, & inde omnes, operoſa horologij ſilentiā noſcunt, ità debet eſſe prædicator, qui intra ſe prius quod annuntiare debet acquirat, & virtuoſis actionibus aduertat, vt deinde maximo cum fructu poſſit audiri, nec vnquam diſſonum horologium poſſit appellari, qui cum tempus non expectat, poſtea officium ſuum malè exequitur. Samuel cōſonum rectumque horologium erat, qui prius in templo Domini voluit latere, vt rectus prædicator deinde euaderet: ſilentio igitur prius acquiſiuit, quod erogare ſonitu vocis debebat, quando autem erat in templo, tunc ait ſcriptura, *ſermo Domini erat prætioſus, non erat viſio manifeſta*, ſed ipſe virtutum ſuarum, rotas Domini protectione parabat, *creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo*, at tandem cum cognouit ſe Domini ſpiritu motum, horam portare debere prædicationis, verborum Dei annuntiatione cœpit alios commonere, dicente 37

Prædicator horologium.

1 Reg.3.17

F ſtatim

Digitized by Google

ſtatim ſcriptura, *& cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini*, ideſt cognouerunt perfectè officium ſuum rectè demonſtraſſe, & vera annuntiaſſe.

38 Sed ad hoc etiam probandum duo ex canticis loca proferamus, primus hęc habet, *en lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos*, deſcribitur hic robur excubantiũ ante tabernaculum fœderis, neque tamen putandum eſt non amplius ſexaginta in his exercitibus extitiſſe, ſed numerus hic eo modo ponitur in hoc loco, & in eadem ſignificatione, vt vnus fortis importet decem millia, vt alibi, *tu vnus pro decem millibus computaris*, ſexaginta igitur fortes ſexagies decem millia fortium ſunt, quæ numerum æquant ſexcenta millium pugnatorum, qui excubabant circa tabernaculum vti dicitur num. 2. & licet tria ibi millia ſupra hunc numerum recenſeãtur, hic tamen pretermittuntur ex regula, quam ſupra adnotauimus verſ. 3. & 4. nempè, quia rei modicæ ratio non habetur in ſcriptura, hæc ad litteram ſpectant; verum tropologiam ſequentes, facilè ſcripturam hanc ex plurimorum Patrum ſententia ad prædicatores deducimus, Gregorij præcipuè hic, & Hieronymi.

Cant. 3. 7.

1. Reg 18.

39 Obſeruandus ordo verborum eſt, vt ſatis appareat, gladium verbi Dei, non auditoribus tantum vtilitati eſſe, ſed ipſis quoque prædicatoribus protectioni, & fortitudini, *omnes*, inquit, *tenentes gladium in manibus, & ad bella doctiſſimi*, habere gladium dicuntur, ſed in manibus, quia verbum Dei opere complent, quod ore annuntiant; per manus enim, quæ gladios tenent, ipſa opera figurantur. Qui ergo tenent gladios, deſcribuntur ad bella doctiſſimi, nec alioqui bellandi labores ſumerẽt, niſi prius ars eos militaris inbueret. Sed mirum eſt quod ſubiungit, *vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum*: ſi in manibus habent gladium, quare etiam femur gladio armatum dicuntur habere? Pluribus reſponſis hoc dubium ſoluimus: & primo quia prius eſt in femore gladius, quàm in manu; is enim geſtatur in manu, qui à femore ſoluitur: habere ergo gladium ſuper femur, eſt carnis inſolentiam, molleſque ſenſum appetitum mortificare; & verò ſanctus prædicator, gladium prius ſupra femur debet habere, vt aditus omnes per exercitiũ virtutum præcludat voluptatibus, ipſũm deinde in manu demonſtret, ideſt cæteris prædicando quantum profecerit, vitæ ſanctimonia confirmet: duos videlicet gladios habens, quorum ad ſui tutelam primum ſeruet, alterum verò extendat ad proximos. Secunda reſponſio eſſe poteſt, ſi dixerimus, gladium in manibus fortium, cultrum eſſe, in femore enſem: culter breuis eſt, nec ità protenſus, & oblongus, vt enſis, prædicator itaque gladium in manu teneat ad erudiendum cæteros, ipſe verò enſem habeat, quoniam vti diximus, maioribus virtutibus debet ipſe inſtrui cum prædicationis gladium aſſumit, vt ſi vnicam virtutem alijs prædicat, non tantum ea debeat ipſe muniri, ſed omnibus etiam, quantum poſſibile eſt, locupletari, vt dũ cultrum habere videtur in manu, ſentiat ipſe enſem ſupra femur habere. Vel hoc etiam ad correctionem adhibe, & regimen in prælatis, qui cultrum quidem geſtare debent in manu, ſed enſem in femore, ideſt tacitè debent admonere, nec enſem correctionis publicè extendere, quodue in ſe ipſis acriter repræhendunt, & caſtigant, non ità ſeuerè in alios animaduertant. Igitur nunquam gladium deſerat pœnitentię in ſe, & mortificationis, qui vt rectus prædicator ſit in alios illum exercet, caſtigetque corpus ſuum, & in ſeruitutem redigat, ne cum alijs prædicauerit ipſe reprobus efficiatur.

Seipsũ prędicator inſtruat deinde alios.

Secundus ſcripturæ locus etiam innuit, prædicatorem tunc ad prædicationem exponi debere, cum ex collectione virtutum ſentit ſe ad hoc officium aſſumi. *Sicut fragmen mali punici, ità, & gena tua*, 40

Digitized by Google

Rup.4.ſup Exod. 22. Hier.ſuper Zacch. de mantio.& ſupZacch. 11.Niſſenus de vita Moyſis. *næ tuæ,abſque eo, quod intrinſecus latet*, malum punicum,ex Patrum ſententia, charitatem ſignificat plerumque in ſcripturis, multitudinemque virtutum; huius namque fructus in multis granis intrà vnum corticem continetur, cum autem intus matura ſunt grana, intertextis membranulis,per diuerſas manſiunculas diſpoſita,tunc cortex ſcinditur.Sic cum varias ſibi virtutes congregauerit in corde prædicator, tunc os aperiat conditaſque virtutes oſtendat;prius autem os aperire præpoſterum eſt, ſcriptura autem hoc indicat, ait enim,*ſicut fragmen mali punici,ità & genæ tuæ*; ideſt in ore oſtendis perfectionem virtutum quod etiam vulgò dicitur [lo dimoſtra ſcritto in faccia] dum te adinſtar mali punici ſciſſi, granis virtutum redundantem video:at verò hoc ſignũ eſt, iam matura eſſe omnia, & internè congregatas eſſe virtutes, dum malum punicum, fractum apparet;ideo enim ſequitur, *abſq; eo quod intrinſecus latet*,in annuntiando verbo Dei,ideo videtur charitas in ore, quia cumulus virtutum eſt in corde; quòd autem hoc de prædicatoribus intelligatur ſequentia Gregorij verba declarant. *Fragmen ergo mali punici ſancti prædicatores exiſtunt,quia dum ſe in diuino ſeruitio cæteris fortius affligunt,dum omnia mundana contemnunt,dum voluntates ſuas abnegant,& vitia ſua omnino mortificant, dum ſe ipſos humiliant, & cæteros extollunt, & dum per exempla ſua cæteros nutriunt, quaſi fracti, & aperti ſe cibos offerunt,ſed quamuis magna ſint quæ extrinſecus apparent maiora tamen in oculto retinent, &c.* Itaque rectè Ieremias iubetur excuſationem omnem dimittere, quæ prædicationem retardabat,reddente Deo rationem, quia *dedi te*,inquit,*in ciuitatē munitam, &c.* ij debent à verbi Dei prædicatione abſiſtere, qui nulla ſolidi virtute, alijs ea proponunt obſeruanda, quæ ipſi moribus ignorant,at iam ego dedi te in ciuitatem munitam, virtutum omnium armis iam munitus atque inſtructus es, inſtar ciuitatis, quæ intus conſeruat arma, vt cum opus eſt, cum hoſtis eſt reijciendus extrahat,igitur,ne taceas, loquere, virtuteſque tuas prædicatione cæteris impertire, nec vnquam tege.

Greg. hic

Non immerito Paulus vas appellatus 41
eſt electionis,vas(vt de orificio diximus) anguſtius ſuperius eſt,inferius latum, vas ergo aquas ore profundit pauciores, quàm in corpore conſeruat,maior ſiquidem perfectio abſcondi debet in animo prædicantis,cum prædicationem ſuam ad ſalutem dirigit alterius, quàm verbis demonſtret,aurumque diuinę vocis ex theſauro proferre debet cordis, dicente Dauid, *in labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui*,& ſubdit,*in via teſtimoniarum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs*:multifarias opes, [omnes diuitias] appellat,eſtque ſenſus, ità delector in prædicatione verbi tui, cum è promptuario cordis mei eloquia profero cœleſtia,vti in omni genere diuitiarum;etenim ex theſauro virtutum omnium prædicatio prodit; ex copia enim intus recondita virtutum, deinde ad ſalutem proximorum verba tua emanant, prius mecum confero vndè proficiam,deinde produco,vndè cæteri rectè ſe gerant. Notandum quoque eſt quod dicit,*delectatus ſum*, diuitiæ namque virtutum,non ſunt ſpinæ,ſicuti de diuitijs materialibus,inquit, B. Gregorius, quæ animum pungunt, quicunque enim ſemitam mandatorum Dei percurrit, & donis cœleſtibus gaudet, hic quidem ſicut in omnibus diuitijs delectatur. Pſal.118. 13.

Denique, vt hoc probatum maneat, 42
quòd nempè ſe debet virtutibus inſtruere prædicator docturus populos, illa etiam verba prouerbiorum adduci poſſunt: *appone cor tuum ad doctrinam meam,quæ pulcra erit tibi, cum ſeruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis*,tunc pulcra erit doctrina,cum prius ſeruatur in ventre deuotæ mentis, ad animæ ſpiritualia nutrimenta, deinde redundat in labijs, ad inſtructionem alterius:pulcrè dicit redundabit ex ventre,ad os; male enim prædicat, qui doctrinam ex ventre non habet redundan- Pro.22.18

tem,ideſt poſtquàm ipſe nutritus eſt, & exercitio virtutum edoctus, cæteros paſcat, & inſtruat; quod enim redundat, alicuius rei ſupponit plenitudinem, quapropter, & Dauid verbum bonum ſe eructaſſe dicit, ideſt bene annuntiaſſe verbum, quia illud eructauit, ideſt ex plenitudine proceſſit virtutum ſuarum, alioquin verum vulgatum eſt[cuius vita

Gregor.

deſpicitur, reſtat, vt prædicatio contemnatur]His autem adnotatis, quæ de vtili ſilentio ex humilitate, vtilique prædicatione, accepta occaſione, ex Ieremiæ verbis, ſupra diximus, reliqua breuiter ſunt conſideranda.

43 Sed, ſi relicta iam humilitate, ad alias verſiculi huius expoſitiones tranſire velimus, inter cæteras ea eſt, quam ſupra adnotauimus, timorem ſcilicet Ieremiæ proceſſiſſe ex eo, quia prænuntiare populo funeſta iubebatur, triſtemque nuntium agere, & munus ſuſcipere, maledictionem prædicandi, & ruinam; triplex littera, *a*, quam protulit, valde congruit huic expoſitioni; ſed primo adnotandum eſt, quòd ipſa litterarum elementa, non apud Aegyptios tantum, ſed etiam apud Græcos, & Romanos Hieroglyphi cum aliquod habuere: ſcribit autem Pe-

Pier. lib. 17 tit. de Ibi.

dianus, quod, *A*, inditium erat abſolutionis, c. condemnationis, N. verò, & L. comperendinationis. Porrò iudices cum de capite, aut fortunis alicuius agebatur, quam notam ex iſtis volebant, in ciſtam conijciebant; quòd ſi, *A*, proiectum eſſet, ſententiam abſolutionis datam eſſe intelligebat is, qui è ciſtula tabellas extrudebat; ſi, C, condemnationis, &c. & ſic abſoluebatur reus, vel damnabatur. Quamobrem ſentiens Ieremias ſe, & ad calicem duriſſimæ ſententiæ propinandum eligi, & ad annuntiandum excidiū mitti, triplex: *A*, *a*, *a*, profert, quaſi inſi-

Prædicator triſtia, & lenia nūciare debet.

nuaret, nullo modo debere ad tale officium deſtinari, qui nullam aliam notam, niſi abſolutionis proferre ſciret, diceretque, vide Domine quem deligis: ego enim ità ad clementiam procliuis ſum, vt ne aliquam ſubeam quæſtionem, & periculum, cum de diſcrimine agitur, & regni euerſione, ego iudex miſſus, & ſuper regna conſtitutus, ſtatim, *A*, proferam abſolutionis, & clementiæ. At verò Dominus, hanc reijciens obiectionem, reſpondit inferius, ne te timor retardet, quem præſentia diuina ſemper ſeruabit incolumen, nec aliam ſententiam proferes, niſi eam, quam ego tibi iniungam, & ſtatuam, proinde ſequitur Dominus, *ad omnia quæ mittam te, ibis: & quæcunque mandauero tibi, loqueris ad eos; ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum, vt eruam te, dicit Dominus. Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo, &c.* vtrique obiectioni ſatisfacit Dominus, ad timorem, promittendo ſe incolumitati illius præſto eſſe: ad id quod de clementia dixerat, reſpondit, propenſionem hanc Ieremiæ non abfuturam, quin recta iudicaret, quippe quòd verba dominica haberet, quæ, & non alia vnquam effundere debuerat.

Ier. 1. 8.

At verò Iudicem, ac Prælatum Regnis, & Regibus Ieremiam docet Deus, non clementia tantum adminiſtrare debere, ſed mixtam habere cum iuſtitia miſericordiam, illud autem ſequentibus verbis monet, *ecce*, inquit, *conſtitui te ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*, profer litteram abſolutionis, ſed etiam conijce illam condemnationis in regimine, vt ex vtriuſque vſu iuſtitia conſurgat, *vt euellas, & deſtruas*, ad, C. notam pertinet condemnationis, *ædifices, & plantes*, ad, *A*, abſolutionis; nulla te ad clementiam naturalis propenſio trahat, qui æquo imperio vtrumque præſtare debes, cum opus fuerit; at vt hoc ſcias, non ſolum te verbis inſtruo, ſed re, ac ſignis, *quid tu vides Ieremias?* & reſpondit, *virgam vigilantem ego video*, virgam cernis ſuppoſitam oculo, oculus miſericordiæ ſymbolum eſt, & clementiæ: virga, iuſtitię, & ſeueritatis, & vindictæ: at in ſuperiore alterum alteri debet adhærere, vt nec oculus iuſtitiam pellat, nec iuſtitia miſericordiam; 44

Prælatus mixtam habeat cum iuſtitia miſericordiā.

Deut. 15. Baſ. pſ. 32. Hil. pſ. 65. Greg. Niſ. de vita Moyſis.

Oculus ſymbolum miſericordiæ: virga, iuſtitiæ.

verum

verum tamen eſt, quod ſemper præualere debet miſericordia,& æquitas: ideo baculo cernis ſuperpoſitum oculum.

45 Has autem ſuperioris conditiones in palma Deboræ reperimus, nec enim otioſe dictum eſt in ſcriptura, Deboram prophetem ſub palma conſediſſe,cum iudicaret populum. *Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore,& ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama,& Bethel in monte Ephraim,aſcendebantque ad eam filij Iſrael in omne iudicium.* Primo conſiderandum eſt, quare ſub palma ſedeat Debora, deinde quid Debora ſignificet: cum enim expreſſius dicatur,ſub palma in loco iudicij ſedere, manifeſtum eſt illud nobis aliquod innuere. Palma igitur iuſtitiæ ſymbolum eſt, habetque hoc commune cum virga hac, quæ monſtrata eſt Ieremiæ, quia inferius tactu aſpera eſt, & quaſi aridis corticibus obuoluta: ſupernè verò,& viſu,& fructibus pulcra;inferius corticum ſiccarum obuolutionibus anguſtatur, ſed ſuperius amplitudine pulcræ viriditatis expanditur; quas conditiones licet vitæ electorum alij tribuant, quia videlicet inferius deſpecta eſt,ſuperius pulcra; in imo quaſi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus anguſtatur;in ſummo verò quaſi pulcræ viriditatis folijs, amplitudine retributionis expanditur, palma gracilior eſt in imis, & iuxta ramos, ac fructus,ampliore robore exurgit. Quod etiam comæ ſponſi ſignificabant, quæ deſcribuntur eſſe ſicut elatæ palmarum. Sed has ego omnes expoſitiones miſſas facio, illam vt iuſtitiæ ſymbolum conſiderans,vt Ambroſio placet, & Iſychio. Palma ergo flectitur,ſed non frangitur; hinc ex eo quod ponderi reſiſtat, plures palmæ imagines, ac ſtemmata gentilitia prodiere; ſed ad iuſtitiam flecti debet iudex,ad miſericordiam, & clementium;nunquam autem ob id legem frangere;frangunt autem legem,qui peccāt, & qui gratia fauores extorquentibus annuunt:licet autem iudex flectatur, inde tamen leges non violentur, ſed potius clementia iuſtitiam ornet. Attamen non ſemper in omnibus vtatur clementia iudex,ſed ad rectitudinem eleuatus trāſeat; palma enim onuſta pondere flectitur, dempto tamen pondere, non amplius curua remanet,ſed eleuatur.Exemplum nobis in hoc dedit Chriſtus Dominus,cum ad iudicium adulteræ interpellaretur; tunc enim ità miſericordia premente,(quæ ſcilicet eſt ſuper omnia opera eius)flexibilem oſtendit, vt minimè iuſtitiam frangeret;ait enim Euangeliſta,*inclinauit ſe,& digito ſcribebat in terra*,ſed legem non fregit inclinatione, *nemo te condemnauit? nemo Domine,&c. nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare.* Ad hunc ferè ſenſum hæc habet Ouidius.

Crede mihi miſeris cæleſtia numina parcunt,
Nec ſemper læſos,& ſine fine premunt.

46 A ſpatulis autem palma fructum dulciſſimum habet, quæ quidem ſpatula ſimilitudinem habet gladij,& iuſti iudicis formam oſtendit,qui non ità ſemper gladio ferire debet, quin miſericordiæ quoque fructus oſtendat;ſtatura quippe illius palmæ aſſimilata eſt in canticis: & vbera botris, *ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ,& vbera tua botris*,per ſtaturam D. Thomas rectitudinem intelligi vult, curuarique dicit eos, qui à rectitudine deflectunt;neque enim vllo pacto incuruatur,qui recta agit, ſed rectus incedit, vt alibi,& etiam dictum eſt,*vt incederitis recti.* Verum non ita rectitudinem habere debet,qui præeſt, vt ſtaturam tantum habeat palmæ,quæ ſpatulas habet præacutas,ſed addit, *vbera tua botris*, botrū intelligunt plures fructum palmæ; in vbere verò miſericordia, & clementia denotatur, & fons gratiarum; ita ergo ſtatura iudicis eſſe debet, vt ſicuti palma,& gladium in folijs monſtrat,& fructus: ita gladium habeat vindictæ iudex, & vbera pietatis ideoque rectè ſubditur, *dixi,aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius*,aſcendendo apprehendit, vt & labor aſcenſionis, & dulcedo appræhenſionis exprimatur. Hoc eſt, quod

Palma ſymbolum iudicis.
Iudic.4. 4.
Iuſti palmæ aſſimilati.
Greg. 19. mor.25.& cant. 7. Euch. for. ſp.4.
Ambr. 3. Exam.7.& de Iſaac 8. Iſych. ſup leu. 23.
Ioa.8.6.
De Ponto lib.3.ad amicum.
Cant.7.6.
Ex.6.
Orig.can. hom. 1. Bernar. 5. can.Ser.9.

quod commendatur in prouerbijs, tales
fructus dicitur inuenire ille, cuius ſtatu-
ra aſſimilata eſt palmæ,& vbera ſicut bo-
trum habet , ideſt qui miſericors, & iu-
Prou.21. ſtus eſt , *qui ſequitur iuſtitiam , & facit*
miſericordiam,inueniet vitam,iuſtitiam,
& gloriam,denique,& iuſtus dicitur flo-
rere ſicut palma , & deinde ſicut cedrus
Pſal.91. libani multiplicari, *Iuſtus vt palma flo-*
rebit,ſicut cedrus libani multiplicabitur ,
ſi floret,vt palma,certum eſt incorruptæ
iuſtitiæ decore ſeruari .

47 Duas inſuper in palma conditiones
Patientia, & Fortitudo in Iudice neceſſariæ. nouimus,fortitudinem nempè (vnde
fortitudinis erat hierogliphicum) & pa-
tientiam in ſuſtinendo onus ; quæ qui-
dem virtutes præcipuæ in iudice eſſe
Orig.hõ.9 ſuper exo. debent ; & de prima dicit ſcriptura , *noli*
Eccl.7.6. *fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere*
iniquitatem, impiorum potentiæ,& oſti
nationi fortitudine reſiſtat , & Ieremias
ob id etiam datur in ciuitatem munitam
in columnam ferream , & in murum
æneum,vt nulla vnquam facinoroſorum
vi,doliſque ſuccumbat ; Quod verò ad-
dit,*bellabunt aduerſum te,& non præua-*
lebunt , hoc ad patientiam pertinet ; Pa-
tientia verò , ſeu longanimitas exigi-
tur illa , quæ delinquentes expectat ,
nec ſtatim ad iram , et flagella proruat :
palma enim non frangitur pondere, ſed
illud ſuſtentat,iterum verò,iterum incli-
nata reſurgit , quod in Deo dicit eſſe
Pſal.7.12. Dauid,*Deus iudex iuſtus*,& addit ,*fortis*
& patiens, nunquid iraſcitur per ſingulos
dies,&c. Alio etiam modo hæc patien-
tia conſtantia dicitur,conſtãtia inquam ,
ne ſtatim obloquentium murmuratio-
nibus excitetur,& exardeſcat, & auri põ
deribus,vel argenti reſiſtat. contra con-
ſtantiam deliquerunt,qui dicebant,*expe*
Io.11.48. *dit vobis , vt vnus moriatur homo pro*
populo , &c. & venient Romani , & tol-
lent locum noſtrum, & gentem. In palma
vlterius æqualitatem cognoſces, æquili-
brium enim ſeruat in folijs , atque ex eo
quia æquale prætium erat coronatis,te-
ſte Plutarco ; & Iudex æqualitatem ſer-
uare debet, nec perſonam vllo pacto re-
ſpicere , oculoſque propenſos habere ;
in Deut.quoque præcipitur,*ſi fuerit cauſ*
ſa inter aliquos,& interpellauerint Iudi- Deut.25.1
ces,quem iuſtum eſſe perſpexerint,illi iu-
ſtitiæ palmam dabunt: quem impium ,
condemnabunt impietatis.

Pulcrè autẽ erit inquirere hoc, quod 48
de palma diximus,in ipſius nomine De-
boræ, quæ ſub hac arbore iudicat popu- Iudex api comparatur.
lum;merito ergo Debora;ideſt apes, iu-
dex eſt ; hoc enim animal notũ eſt ex in-
ſectorum genere,cuius opus eſt admira- Ambr. 5. Exam. 21. & de virg. 3.
bile,& hominibus valdè vtile,nempè fa-
uus ex melle,& cera,&c.illud autem ha-
bet,quod iudicem indicat,nempè quod
delectat,& pungit;aculeum habet,& fa-
uum:pungit importunos, ſed melle po-
pulos paſcit, ſicuti in palma fructus eſt ,
& enſis ſpatulæ , quod mixtam denotet
cum miſericordia iuſtitiam ; In vtroque
ergo,& in palma , & in apibus rectæ iu-
ſtitiæ ſimilitudo eſt .

Alia quoque verſiculi huius erat ex- 49
poſitio,quæ timorem aſſerebat Ieremiæ
ex eo proceſſiſſe,quia videlicet ingentes
audierat pœnas,quas populo commina-
tus fuerat Deus , irati Domini uultum
conſpexerat,ollam ſuccenſam diuini fu-
roris , & vigilantem virgam , ſeueræ, &
inflexibilis iuſtitiæ Dei viderat , regem-
que ad malefaciendum feſtinantem vt
alij exponunt , & vt ſuo loco dicemus ,
minas tandem flagella, & ingentem po-
puli calamitatem,quibus omnibus timo
re correptum Prophetam,in interruptas
haſce notas erupiſſe: *A,a,a*, timor ſiqui-
dem contractionem operatur , vt ait S. D.Th. p.2. q.44 art.1
Thom. videmus enim ſubito timore
comprehenſos , vix aliquando vocem
emittere poſſe;ſpiritus enim ad cor ſub-
leuandum confugientes , anhelitum in-
tercludunt ; colligitur hæc expoſitio ex
Chaldæo,qui,quod vulgata habet, *Pro-*
phetam in gentibus dedi te, vertit ,*propi-*
nantem calicem maledictionis populis ,
conſtitui te.Has igitur maledictiones,mi-
nas , ac vltiones audiens Ieremias , vix ,
terrefactus, hæc potuit verba connecte-
re:*A,a,a*.Sic quoque legimus quondam
eueniſſe Ioeli, tremendum iudicij diem Ioel.1.15.
mente reuoluenti,qui dum quod animo Iudicij diuini terror
ſen-

Digitized by Google

ſentiebat, ore conaretur exprimere, in ſimiles erupit voces: *A, a, a, diei:* vix integrum valens, *diei,* balbutiendo pronuntiare; vox enim præ timore faucibus herens ad auras euadere nequaquam potuit, quod magni timoris inditium eſſe oſtendit ille cum dixit:

Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.

50 Nec nouum ſanctos Dei intentè grauitatem diuini ſupplicij conſiderantes, vel irati Domini vocem audientes, timorem hunc habere; quin à vertice vſque ad pedes, contremuiſſe, ſæpius legimus in ſcriptura, & non voce tantum, ſed cæteris quoque ſenſibus, ac membris timoris ſigna dediſſe comperimus. Sic Dauidis iudicia Dei conſiderantis, comas præ timore ſtetiſſe legimus: *confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui:* Symmacus, & Hebræi: *ſteterunt comæ,* vel, *inhorruunt pili carnis meæ à timore tuo.* 70. & Aquila: *confixa clauis eſt à terrore tuo caro mea.* Hier. *horripilauit à timore tuo caro mea.* Chald. *inflammatur præ timore tui caro mea.* & Heſychius *horrui,* inquit, *vt homo cogitans iudicium Dei, qui nullam habet perſonarum rationem.* Sic Habachuch. *Domine audiui auditionem tuam, & timui;* (hanc auditionem, pœnas eſſe, interpretatur Hieronymus, quas Regi Nabuchodonoſor præparauerat Deus.) Deinde maiora timoris proferens ſigna, labia quoque, & interiora contremuiſſe dicit; *audiui, & conturbatus eſt venter meus,* ideſt audiui quæ populo tuo peccanti interminatus es, & turbatus ſum (ventrem enim hic pro animo poſuit, vt notat Agell.) *à voce contremuerunt labia mea,* ità vt trementibus labijs, & frequenter inter ſe colliſis, verba perfectè formare non poſſem. Denique, & illud ſubdit, quod ad magni timoris indicium vulgo vſurpatur [trema da capo à piedi] *ingrediatur,* inquit, *putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat:* quibus verbis ſignificari, colligit Agellius ex Hebræo; ſubter me contremui, ac ſi veſtigijs meis firmiter herere non poſſem præ timore, & ipſa

Tremant ſancti ad voces Dei irati. Pſalm. 118. 120.

Cant. Habac.

mihi terra parum ſtabilis ad me ſubſtentandum videretur, quod indicat lectio. 70. dicendo: *ſub me contremuit, ſeu turbata eſt habitudo mea. præ metu, ac tremore ſtare loco non potui.* Sic aures quoque ad diuinam vocem, timorem ſentire dicuntur: *vt omnis, qui audierit tinniant ambæ aures eius.* Baltaſſar etiam, ad digitorum apparitionem, mortis ſententiam in pariete ſcribentium, tantum fuiſſe legimus terrorem, vt dicat ſcriptura; *tunc facies regis immutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur.* Daniel pariter hunc ſe expertum timorem teſtatur dicens, *ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc, & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quidquam virium, & audiui vocem ſermonum eius, & audiens iacebam conſternatus.*

1. Reg. 3.

Dan. 5. 6.

Dan. 10. 8.

Nec quidem hoc in hominibus tantum cernitur; vt ad minantis Domini voces contremiſcant; ſed de ipſis etiam irrationabilibus, & inſenſibilibus creaturis dictũ reperimus in ſcripturis. *tabeſcẽt montes à ſanguine eorum, & tabeſcet omnis militia cælorum, & complicabuntur ſicut liber cœli,* montes ipſos effuſi ſanguinis horrore teneri, ait, in die iudicij, & territos inſtar rerum animatarum tabeſcere. Nec ſolum montes, ſed militiam ipſam cœlorum, quæ cum Domino ad vltionem inimicorum armata deſcendet, ad aſpectum irati Dei tabeſcet etiã, quod quidem inſolitum militibus eſt; nunquam enim lætantur magis, niſi quã do parta victoria captiuos hoſtes, iure belli, accipiunt, vulnera infligunt, & hoſtilem cruorem ex lethali vulnere profundunt. Eò igitur maior oritur cauſſa gaudendi, quò magis ſæuiendi aperta via illis eſt; cur igitur in Iudicij die tabeſcent milites, ſi iam de inimicis vltum eſt? illud quoque admirationis auget rationem, quod inquit idem Iſa. lætari debere milites, *ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia,* & nihilominus debe- 51

Iſa. 34. 4.

Milites cęli in die iudicij pauebunt.

Iſa. 9. 3.

Digitized by Google

debere tabeſcere, ait militiam cœlorum. Sed alia ſæuitia in humanis eſt, alia in poſtrema ira Dei; neque alio pacto clarius formido illa, & iudicis ira manifeſtari poterat, quàm aſſerendo, quòd præ nimio terrore, ea quæ deberent eſſe militibus cauſſa gaudendi, eadem tabeſcendi futura ſint; vt nos inferremus ſi gaudium eſt terror in die illa militibus, quis erit terror peccantibus?

52 Proſequitur Iſaias eundem terrorem explicare, *& complicabuntur quaſi liber cæli*; quæ quidem non minoris terroris ſignificatio eſt. Manifeſtum enim, nos in hac vita tanquam in libro, gloriam, miſericordiam, potentiam ac diuinam maieſtatem in cœli caracteribus agnoſcere, ſicut ait Apoſtolus, *inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*, omnia denique, preter egrum aliquid, ac infauſtum, cœli nobis manifeſtant, ſic ait Dauid, *Cœli enarrant gloriam Dei*, cœli, inquit, quaſi prædicatores continue maieſtatẽ, ac gloriam Dei decantant, ſed quoniam illa dies mætus, ac formidinis erit, & gloria non cantabitur, non miſericordia, ſed terror manifeſtari debet, cum hic ſit ineſplicabilis, & quodammodo ipſi cœli hoc nequeant, aut timeant enuntiare, complicabuntur.

Rom. 1. 21

per proſopopeiam.

Pſal. 18. 1.

53 Inſuper, *complicabuntur*, alio ſenſu, ſigna præcipua iudicium præcedentia in ſole erunt, luna, & ſtellis, vt Dominus ait, *ſol, inquit, obſcurabitur, luna non dabit lumen ſuum, &c.* cernimus autem quòd ſi quis librum aperit, cui ſenſus profundus, atque altus ſit, dum arcana illa non nouit, librum claudit, quaſi minor intelligentia, ſecreta libri illius percipere diffidat. Dies ergo iudicij nuntiatur in ſole, luna, ſtellis, quæ terrorem, ac excidiũ indicant, vt autem explicet quòd neque mundus in his ſignis, licet omnia conſpexerit, intelliget, non percipientibus claudetur liber.

Matth. 24. 29.

54 Vel poterit eſſe ſenſus, quòd maximè hominibus timendum eſt, cum enim cœli nulla macula notentur, cum à ſpiritu Domini deſcribantur ornati; *ſpiritus eius ornauit cælos*, adhuc tamen illa die, ità diſtrictum erit iudicium, (iuſtitiæ enim iudicabuntur,) vt etiam munditia cœlorum videatur immunda, quamobrem, quaſi de ſua ipſorum immunditia pauentes cœli complicabuntur, quod ideo dictum eſt, vt diſcant homines, qualis iudicij ſæuitia, ac diſtrictio futura ſit, ante cuius aſpectum, neque puritas ipſa munda erit; vnde de cœlis dicit Iob, *ecce inter ſanctos nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius, quàm magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem*, & de luna, & ſtellis, *nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo? aut apparere mundus natus de muliere? ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mũdæ in conſpectu eius; quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?* Si cœli, qui mundi ſunt, adhuc tamen ante iuſtitiam, & iram Dei (de hoc enim agitur hic; ſupra namque dictum eſt, *poteſtas, & terror apud eum eſt*) immundi videntur, & ob id trementes complicantur, quanto magis homo? &c.

Iob. 26. 13

Iob. 15. 15

55 Vel etiam aliter: magiſter, qui muſicæ menſuram, dum canitur, manu deſignat, totius modulationis ordinem, ac ſpiritum gerit, atque dum ceſſat menſura, voces cantantium diſpari diſſonantia confunduntur, vnde, & libri muſices, dum cani non poteſt, complicantur. Magiſter muſicæ in toto hoc orbe Deus eſt, libri cantus, cœli ſunt, *Cæli enarrant gloriam Dei*, & ipſe ſe oſtendit magiſtrum muſices dum ait, *concentum cæli, quis dormire faciet?* quaſi diceret quis libros hos muſicæ, cantus non reddere faciet, cum voluerit, niſi ego, qui magiſter ſum, & faciam tacere cũ à menſura deſiſto? magiſter hic, omnia menſura quadam diſpoſuit, ac conſona reddidit, ventos, & ſpiritus, *qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura*, & (vt vno verbo dicam,) ad menſuram dat Deus vniuerſa iuxta illud, *omnia in menſura, numero, & pondere diſpoſuiſti*, quoniam verò magiſter hic deſinet à menſura, inde conſequitur, *elementa*

Pſal. 18. 1.

Iob. 38. 37

Iob. 28. 25

Sap. 11. 21

2. Pet. 3. 10

nimio

nimio calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur, & elementa ignis ardore tabeſcent, & illi qui cantant, præ terrore tacebunt, ait namque Iſaias immediate prius, *tabeſcet militia cœlorum*, quid mirum ſi finita muſica complicabuntur cœli, non erit amplius cantus, libri complicabuntur? Quod autem omnia, quę in mũdo ſunt muſica quædam ſit, quæ numero quodam conſono laudes canendo perſoluit
Iob.38.7 Deo, explicat Dominus ipſi Iob, *vbi eras*, inquit, *quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi ſi habes intelligentiam, quis poſuit menſuras eius, ſi noſti?* & inde deſcribitur hæc menſura, cęlorum concentus, *cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?*

56 Sed alius ſenſus hic eſt. Cum aliquid ad lumen legimus, certum eſt nos à lectione compelli ceſſare, ſi lumen extinguitur, vnde, & librum complicamus; ſol ergo ad cuius lumen tanta in hac cœlorum immenſitate de magnitudine Dei
Matth.24.29. legimus, extinguetur, *ſol*, inquit, *obſcurabitur*, quid ergo mirum eſt ſi complicabuntur libri?

57 Cœli pręcipue in ſignum venturi diei (vt ſatis dictum eſt) nobis poſiti ſunt, vt ab illis formidinem iudicij diſcamus; cum enim ſigna in cœlo deſcribantur futura, proculdubio in illis quid futurum tandem ſit diſcere debemus, quod apertè ſatis in parabola illa euangelica expoſuit nobis Chriſtus, dicens, *ab ar-*
Matth.24.32. *bore autem fici diſcite parabolam: ita & vos cum videritis hæc omnia fieri, ſcitote quoniam prope eſt in ianius*, ibi enim de iudicio loquitur, cuius ſimilitudinem in folijs fici poſuit, à quibus poſtremam diem diſcere debemus. Porrò verum eſt quòd diſcipulus, qui nihil legendo, & diſcendo proficit, corripitur a magiſtro, & remoto, ac conuoluto libro, vapulat; homines igitur inſipientes, ac vani, quoniam nihil in illis libris didicerũt, æquum eſt, vt amoto, & complicato libro cœlorum, pœna maledictionis va-
Luc.12.47 Osee 4.15 pulent eternę, *ſeruus enim, qui non facit voluntatem domini ſui, vapulabit multis.*

Præcipit Dominus Ieremię calicem maledictionis propinare Gentibus: quas maledictiones, & anguſtias iuſſit poſtea in libro deſcribi, & per os Baruch populo annuntiari, *Tolle*, ait, *volumen libri, &* Ier.36.2.
ſcribe in eo omnia verba, quæ loquutus ſum tibi aduerſum Iſrael, & Iuda, & aduerſus omnes Gentes, ex die qua loquutus ſum ad te, ex diebus Ioſiæ, vſque in diem hanc: hic autem liber in proximo vrbis excidio fuit lectus à rege Iuda, & cum videret comminationes iræ Dei, nihil didicit ex ijs, vnde, & complicatus liber, igni traditus eſt; quoniam verò parum in lectione profecit, ſtatim annuntiauit Ieremias, quòd vapulare debebat, vnde Iſa.36.29.
ſequitur propheta: *hæc dicit Dominus; tu combuſſiſti volumen illud dicens, quare ſcripſiſti in eo annuntians, feſtinus veniet rex Babilonis, & vaſtabit terram hanc, & ceſſare faciet ex illa hominem, ac iumentum? propterea hæc dicit Dominus contra Ioacim Regem Iuda; viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, &c.* & ſtatim, *Ieremias autem tulit volumẽ aliud, & dedit Baruch, qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones, &c.* iſte liber maledictionum, typus eſt Cœlorum, qui in illa die annuntiabunt iuſtitiam eius, qua iuſtitia minime à filijs hominum intellecta, libri complicabuntur, id eſt cœli, ſed iterum reficientur, vt libri Ieremiæ, ait enim, *Cœli autem, qui nunc* 2.Petr.3.
ſunt, &c. igni reſeruati in diẽ iudicij, &c. per quem cœli ardentes ſoluentur, &c. nouos verò cœlos, & nouam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus. Atqui vt manifeſtius probemus, quòd Rex Iuda, ex eo quia in libro hoc Ieremiæ noluit maledictiones legere, vapularit; in hoc primo capite Ieremię reperies; quòd poſtquam verba libri huius, calicẽ maledictionis populis, eſſe dixerat, addit: *quid tu vides?* & dixit, *virgã vigilãtem ego video*; & ait, *ſic vigilabo, &c.* quaſi diceret: hæc verba minarum, & terroris, quæ rediges in librum, ſi non attente legentur à rege Iuda, & principibus ſupra quos te conſtituo, certe virgis cædentur, ac vapulabunt, quia ego vigilabo ſuper hoc libro;

Improbi non intelligunt quę enarrant Cœli.

Digitized by Google

bro,ideſt ſuper verbis meis in libro hoc contentis denique, & *virgam*, legunt alij, *paratam ad percutiendum*.

58 Alia quoque interpretatione hoc explicari poteſt.Manifeſtum eſt cœlos ſempiterni Dei imagines eſſe;quoniam quidem præſtat omnibus Deus, quemadmodum ex rebus ratione carentibus excelſius,atque præſtantius cœlum eſt;hos cœlos inuiſibilis nobis, & veluti (vt ita dicam)abſens à nobis Dominus, in memoriã ſui reliquit hominibus

2.Macch. 7.28.

(vnde nato mater illa dicebat, *peto à te nate; vt aſpicias cœlum, &c.* quaſi ſubinferret, & memineris Dei) ſicut is, qui abſenti ignotus mittit imaginem ſui, vt cuius ſit decoris, ac figuræ ſaltim per colores agnoſcatur, porrò cum præſens aderit, imago ficta ad preſentiam veræ,lineo,vel ſerico velamine obtegitur.Hinc eſt quòd cum Dei imagines ſint cœli(vt ſupra diximus) cum is, reuelata facie, vt ait Apoſt. aderit in maieſtate magna,quem cœli repreſentant, cœlorum inutilis tũc eſt repreſentatio, vnde & tenebris induuntur,*Induam*, inquit,*cælos tenebris,*

Iſa.50.3.

& ſaccum ponam operimentum eorum, ſacco pictura tegitur ad aduentum eius, quem repreſentat; ſed quare ſacco, & non alio velo?quia licet verus Deus apparebit adhuc tamen dies triſtitiæ, & amaritudinis,ac iuſtitiæ erit; at verò cum domus aliqua in luctu eſt,omnia,quæ in domo ſunt pannis luctuoſis obtecta dolorem portendunt; at quæ mæſtior dies poterit excogitari illa, in qua milites cœli,& terra tabeſcent?& quod euidentius ſignum luctus,quàm ſaccum?meritò ergo iubentur miniſtri in die illa veſtiri ſacco, *ingredimini cubate in ſacco miniſtri Dei mei*,ideſt merorem oſtendite,vt præ triſtitia fieri ſolet, cum mors alicui annuntiatur, vel cum aliquis deſtinatur morti: hoc fecit Mardochæus audita ſẽtentia in gentẽ ſuã: meritò ergo in die timoris,ac iuſtitiæ,in ſignum luctus ſacco induuntur cœli; ſaccum autem omnem excludit lætitiam; quamobrem, vt lætatus eſt Dauid. ſaccum dixit conſcidiſſe,*conſcidiſti*, inquit,*ſaccum meum*.

Sacco Dominus operuit cœlos in ſignum mœroris.

Ioel 1.13.

Eſter.5.

Pſal.29.12

59 At verò quid neceſſe eſt maieſtatem Dei caracteribus ſuis cœlos enarrare, ſi cunctis mortalibus ipſa maieſtas videbitur? *videbunt*,inquit,*filiũ hominis venientem in nube cum poteſtate magna,& maieſtate*: libri igitur cum nihil incognitum repreſentare debeant maieſtate Dei apparente, claudentur, & complicabuntur.

Luc.21.27

60 Exemplum ſumimus à conſuetudine ſcolaſticorum,illorum ſcilicet, qui quolibet anno præuio examine ad ſtudium altius ſequentis anni admittuntur, horum mos eſt,atque facultas,per menſem examini proximum, & libros legere, & omni quo poſſunt conatu ſtudere;appetente verò tempore,ſeu cum iam venerit ſtatutum tempus examini, nemini licet ex libris reſponſionem ſumere; ſed tantum memoriter reſpondere, qui verò depoſitis,atque omnino clauſis libris difficultates omnes ſuperauerit, ad vlteriora ſtudia promouetur, ſi quis hæſitauerit,ſeu male ſe geſſerit,à ſtudijs expelletur.Signa,ſeu libri, qui horrorem, ac tremendum fore iudicium nos docent, cœli ſunt; docent autem conuerſionẽ ſolis in tenebras,lunæ in ſanguinem,ſtellarum quoque in obſcuritatem : hæc indicant quomodo nos in vltimo illius diei examine oporteat inueniri. vſque tunc licet in illis ſtuduiſſe; ingruente verò examine complicabuntur, quia ad nihilum illorum ſcientia tunc auxilio eſſe poteſt,ideo, *complicabuntur ſicut liber cœli*.

Ioel 3.

61 Vel dicamus iudicem,cum in actu iudicandi eſt,poſſe libros habere,q̃a hominum ſententia reuocabilis eſt,& ſemper ſtudendo põt aliquid inuenire,ꝙ in contrariam ſententiam ipſum determinet. At verò quoniam iuſtum,& irreuocabile iudicium Dei eſt, claudentur in iudicio libri;ipſe enim iudicat, non ex libris, ſed ex operibus.

62 Vel tandem dicendum eſt ſapientem, licet libris continuo oculos, ac mentem habeat intentam;adhuc autem, ſi ciuitas repentina militum incurſione depopuletur, clauſis libris dare operam potius fugam arripiendo, ſaluti, quàm ſtudendo

Digitized by Google

do periculis ſubiacere:complicatis igitur libris,ſibi ipſi conſulit.Hoc modo in magna illa totius orbis commotione, ac incurſione monſtrorum, & portentorum, haud quaquam libros Cœlorum, tanto percitus timore, intuebitur mundus; quamobrem, *complicabuntur ſicut liber Cœli.*

63 Doctor, qui audiendis diſcipulis dat operam,cum illos inſtruit, lectiones explanãs,ſoluens difficultates,libros apertos habet;abſoluta verò lectione, libros claudit. Ità cœli, doctores quodammodo ſunt, nam etiam de doctoribus dicitur: *qui ad iuſtitiam erudiunt multos erunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates;*hoc verò docent cœli,vt iuſtè ſe homines gerant,timeant iudicium,& iuſtitiam Dei, prout Dauid dicit, *annunciabunt cœli iuſtitiam eius, quoniam Deus iudex eſt*; & cum hæc omnia nunciauerint in præſenti vitæ ſtatu; cum aderit mundi finis, libri cœlorum claudentur; doctrina namque cœlorum, elapſo pęnitentiæ tempore; nihil tunc proficiet.

Dan.12.3.

Pſal. 49.6.

64 Vel dicas etiam, præceptor lectiones plurimorum librorum diſcipulis ſuis interdicit, ne multitudine mens confundatur, vni tantum vult aſſiduè ſtudere, cæterorum verò ſtudia negligere; ipſe demum (cæteris clauſis) in hoc libro quæcunque difficilia ſunt aperit, ac ſoluit. Deus ergo in die iudicij lectioni tantum vult vacare librorum, quæ opera noſtra continent;de his etenim libris, & de hoc præceptore dictum eſt, *iudicium ſedit,& libri aperti ſunt:* libri verò cęlorum claudentur; iſti enim libri gloriam, quæ miſericordia Dei eſt, continent, ſicut in Pſalm. dicitur, *Cœli enarrant gloriam Dei*; cum autem vult principijs diſcipulos ſuos in hærere alicuius authoris,libros oppoſitam doctrinam docentes claudit, vult autem Dominus doctrinam doceri homines à libris iudicij, & terroris, oppoſiti ſiquidem libri, ideſt cęli miſericordiæ continent argumenta,de his enim ſcribitur, *pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos,* de oppoſitis autem iuſtitiæ voluminibus, *pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, &c.* iubet igitur diuinus præceptor cęlorum libros complicari,iuſtitiæ verò expandi;miſericordia enim abſconditur, quæ in cœlis apparet iuxta illud, *Domine in cœlo miſericordia tua,* & iuſtitia reuelabitur. Ità quoque cum deſcribitur iudicij magni dies in Apocal. receſſiſſe dicitur cęlum, complicatum; doctrinam ſuam non amplius manifeſtaſſe, ex eo quia alius liber apertus eſt, *& vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra,& cœlum, & locus non eſt inuentus eis,&c.* ſequitur, *& alius liber apertus eſt.* Alius liber apertus eſt,vt oppoſita miſericordiæ principia legerentur.

Dan.7.10

Pſal. 18.

Matth.5.45.

Pſal.10.6.

Pſal.35.6.

Apoc. 20. 11.

Ibidem.

Præterea ex hac ſcriptura pulcrè colliges, quam tremenda ſit iudicij dies, cum enim aliquis exul eſt, & capite damnatus, à curiæ ſatellitibus captus iubetur eos omnes denuntiare,à quibus fauores,vi,ſeu ſponte ſentijt habuiſſe: quicunque fauit exuli,licet inuitè, ne capitali pęnæ ſubiaceat, fuga ſibi conſulit periculum euadere. Peccator igitur contumax,atque rebellis eſt, & ad iudicium in die iudicij ducetur; quæcunque verò opem illi præſtiterunt, ea ſunt creaturæ omnes,inuitæ tamen dicente Paulo,*vanitati ſubiecta eſt creatura non volens,ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe,* hoc autem creaturæ cognoſcentes, fugam videntur arripere;idque ità oſtenditur iiſdem verbis; *& vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum,à cuius conſpectu fugit terra, & cœlum,*cum iudex ſedet in throno, ne terra, & cęlum,eandem ſibi ſentiant latam eſſe ſententiam, quia auxilia peccatoribus præſtitere, ambo fugæ ſe committunt, ſed iudicis mandato tandem, *cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent*, & quæ prius iniuſtitiæ ſubiecta erant,deinde reſtituta,& correpta innouantur, vt iuſtitia in eis inhabitet,*nouos vero cœlos, & terram nouam ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.* 65

Rom.8.20

2.Pet.3.12

2.Pet.3.12 13.

Vlterius:modo cęli quaſi dilatantur, 66

 vt iu-

vt iuſtos excipiant dicente Dauid, [Pſal.103.2] *extendens cœlum ſicut pelles*, extendis cœlos, vt ſinu ſuo iuſtos retineant, ac foueant: in die autem iudicij cum iuſtus vix ſaluabitur, & pauci ad ſalutem pertingent, quid opus eſt extenſione cęlorum? ergo complicabuntur: ſic mercator pannos [Simile.] explicatos habet, vſque dum nundinarum facultas datur, qua expleta pannos complicat; tempus enim præſens, nundinarum tempus eſt, in quo temporalia vendere, & emere cæleſtia ſcriptura [Luc.12 33] nos admonet. *Vendite quæ poſſidetis, & date elemoſinam*, & de mercatore illo, cui nos comparamur, dicitur quòd, [Matth.13.46.] *abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit pratioſam margaritam.* Et de emptione [Iſai.55.1.] dictum eſt, *properate emite, & comedite: & venite, emite abſque argento.* [Apoc.3.18] *&: ſuadeo tibi emere à me aurum ignitum.* Nihil ergo aliud præſens vita videtur, niſi tempus nundinarum, in quo Deus miſericordiam ſuam quodammodo vendit, & nos illam emere bonis operibus ſuademur, vt ſcripturæ allatæ teſtantur. Cum autem dies iudicij aduenerit, emptionis, & venditionis facultas ceſſabit; vnde, & mercator Deus Cęlorum apothecas claudet, & miſericordiæ pannos, qui in ipſis expandebantur, complicabit. Cęlum inſuper dicitur à cęlando, nunc verò, quaſi cęlat Deo iniquitates noſtras, & idcirco extenditur, tunc autem non amplius cęlabit, quia ſcriptũ [Iob 20.27] eſt, *reuelabunt cœli iniquitatem eius*, atq; ideo complicabuntur quaſi liber cęli, noſtrũ omniũ pãdentes iniquitatẽ; cõplicantur autem inſtar ſcænæ, quæ dum extenditur, abſcondit eos, qui ex altera parts ſunt: dum complicatur, reuelat.

67 Hæc omnia tropologiam ſequentes, adduximus, vt varijs expoſitionibus textus dubius innoteſceret. Cęterum ex his, quæ de iudicio diximus, magnam colligimus timoris rationem; Ieremias enim, nec æternam perniciem, nec irreparabile excidium, ſed temporalia flagella prædicturus, infandum, horrendumque ſe nequaquam poſſe pronuntiare proteſtatur, dicens, *A, a, a, ecce neſcio loqui*, ſubdit Paraph. *& à principio meo tribulationem, & captiuitatem ego prophetizo contrà populum hunc*, quòd ſi balbutiebat, quaſi nihilum furoris Domini prædicturus, quomodo actum fuiſſe exiſtimamus, ſi magnitudinem terroris extremi diei, iuſſus eſſet populo annunciare? hæc enim ira Dei contra Ieruſalem, vix nutus erat, ad extremam illam comparata. Ad nutum ergo Domini ſi contremiſcit Ieremias dicens: *A, a, a*, inexplicabili profectò terrore, iudicij nuntiator, correptus fuiſſet. Qua quidem argumentatione infert Iob, magnopere nobis eſſe timendum, dum de iudicio agitur, *columnæ cœli*, inquit, *contremiſcunt ad nutum eius*, [Iob.26.14] & concludit, *ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum Domini, & cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audiuerimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* columnas cęli contremiſcere dicit ad nutum, iuxtà illud, [Virg.]

Annuit, & totũ nutu tremefecit Olimpũ.

Columna igitur cęli Ieremias timet ad nutum furoris, & dum audit paruam ſtillam ſermonum Domini: quid ergo faceret, ſi tonitruum magnitudinis nuntiaret?

Tandem Celum dicitur liber, quia 68 veluti ex chartis membranaceis videtur compactum: membrana ſiquidem ſicuti madefacta ſeipſa extenditur, & dilatatur, ità dum arida eſt, contrahitur, & ſeipſa inuoluitur, & plicatur. Quod etiam in ipſis animalibus cernere licet, illud enim quod in membrana ariditas efficit, hoc in animali timor cauſat. Quandoquidem [D.Th.p.2. q.44.art.1] propter timorem, qui ex phantaſia alicuius mali imminentis, quod difficilè repelli poteſt, originatur, ſpiritus, & calor animalis ne dum ad interiora, ſed, & ad inferiora reuocantur, qui etiam ſpiritus propter frigiditatem, quam timor inducit, refrigerantur quodammodo, & pigri efficiuntur ad ſuas exercendas operationes; vnde timent ex eo, quod ad inferiora retrahuntur, & areſiunt, adeò vt ne vocem quidem efformare valeant, ſpirituum miniſterio deſtituti. Quo pacto intelligi poteſt locus ille Euangelicus, [Timor ariditatem, & contractionem cauſat.]

Digitized by Google

Luc. 21. 26 cus; *Areſcentibus hominibus præ timore*, ideſt talis timor inuadet homines in die Iudicij, vt, ſicut arida membrana, ſpiritibus ad inferiora confugientibus, exſiccentur, & in mortem ipſam pænè dilabantur. Ideo Ieremias ingenti timore perterritus, eo quod calicem maledictionis propinare iuſſus eſſet, nec ſyllabam componere potuit; ſed excuſare ſe volens, excuſationem afferre nequiuit, vnde ter conatus verba proferre, ter timore perculſus primam excuſationis litteram protulit, dicens, *A, a, a*. Sed vt ad propoſitum redeamus, Cęlum præſenti tempore liber eſt expanſus, & apertus, quia ità abundanti miſericordiæ liquore perfunditur, vt etiam in terram noſtram frequentiſſimæ ſtillæ decidant, & decurrant; ideo Dauid aiebat, Pſal. 67. 9 *Cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinaj*. At in die Iudicij priuabuntur miſericordiæ liquore, adeò vt calore diuinæ iuſtitiæ ſicci, & aridi effecti, contrahantur, & plicentur, & ſicut nunc diuinæ clementiæ rore expanduntur, & dilatantur, veluti carta membranacea, vt Pſaltes ait, Pſal. 103. 3 *Extendens Cælum ſicut pellem*, ità diuino furore arefacti inuoluentur, & complicabũtur. *Et omnis militia Cælorum tabeſcet*, quia conſueto diuino deſtituta fauore, & ardenti Iudicis furore perterrita, exiccabitur, & areſcet.

69 Non eſt hic omittendum (vt abſoluta verſic. huius maneat expoſitio) ea explanare, quæ ad verſionem Paraphr. pertinere videntur, quæ huiuſmodi eſt, *Suſcipe Domine deprecationem meam*. Nec enim facile conſtat quomodo iſta ſibi cohærere poſſint in vna eademque re, tremor videlicet, & oratio, mętus, & deprecatio. Sed nouum non eſt ſanctis, conſtante animo orationem fundere, & tamen pro iiſdem fauoribus, pro quibus orantes gratias agunt, pauere. Quemadmodum Habach. Habacuch, dum beneficia diuina meditatur, & pietatis ergà ſe tantæ, opera conſiderans; admirationis timore inter orandum concuſſus eſt, vnde & dixit. *Domine audiui auditionem tuam, & timui, conſideraui opera tua, & expaui*. Chryſologus legit, *cuſtodiui, & expauit venter meus à voce orationis labiorum meorum*. Idem quærens quare admiretur orans, & paueat, hæc habet, *ſi intellectus cordis inſuderat ori vocem, labijs dederat verba, cur vota ſua, cur deſideria ſua, cur ex hoc, quod eſt exoraturus expauit? quia non ſuggeſtione ſui cordis, ſed diuini ſpiritus loquebatur affatu. Audi Paulum dicentem: miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantem: Abba pater. Quem auditum cum ad interna tranſmitteret, tantum ſe meruiſſe mirabatur, & interna tota hominis pauebant; merito adiecit, &c.* Cauſſa igitur patet, cur cum diuini fauoris auditus ad interna tranſmittitur admiratio conſurgat, deinde cum timore, & pauore, deprecatio. Denique, & alij vertunt. *Quis es Dominator Domine?* vt omnes animi affectus in hac Ieremiæ voce, quam poſt beneficia diuina protulit, concludantur. At verò ne præterire videamur, verſionem hanc, quæ nobis Ieremiæ orationem, vel inter ipſam verborum balbutiem inſinuat, pro laudibus virtutis huius morales ſenſus expendemus.

Statim ad ordinationem in prophetam, & prædicatorem, experimentum ſubſequitur orationis, & quoniam admodum neceſſaria prædicatoribus Dei oratio eſt; ſtatim ac propheta à Deo conſtitutus, ad regimen aliorum aſſumitur, probatur ſit ne dignus tanto munere dum clamat, orando. Idem autem hoc exemplo palam fit: cum v.g. princeps, aliquem ex aulicis, vt ſit à ſecretis promouet, vel vt rei familiaris curam gerat; nulli dubium eſt, quod ante muneris demandationem, experimento vult comprobari, ſit ne ille idoneus cui tale onus commiſſum eſt; & primo coram principe, vel ſcriptis excipiens, vel dictans epiſtolam; ſi caracteris forma, vel epiſtolares conceptus reſponderint probatur; contrà verò, reijcitur: ſumma enim muneris huius in eo eſt, vt concinnè, ac eruditè quãdo opus eſt, & componat, & ſcribat; quòd ſi nulla hunc ingenij, vel calami pulcritudo iuuat, numquam à ſecretis ſer- 70

Orationi intenti eſſe debent ſuperiores.

Simile.

Digitized by Google

ſeruiet Principi.

71 Dignitas perfectò ſacerdotij, prophetiæ, ac prælaturæ, pro maximo habet, vt oratione fulciatur, prædicatores enim, & prophetæ, cum ex ſententia Pauli, & Chryſoſtomi (vti capitis initio diximus) legati ſint, atque oratores ad lucrandas animas, quibus (cum tota facultas oratoris, & legati, in verborum conſiſtat ornamentis, & in lingua erudita) ſi rectæ orationis vſus deeſt, vis omnis legationis deſtruitur, & eſſentia; propterea legatus conſtitutus Ieremias, vt quid in oratione præſtaret, oſtenderet, ſtatim ac ſe munere hoc ſentijt auctum, orationem fudit: *ſuſcipe Domine orationem meam, &c.* quaſi diceret ſcio te mei indignitate oratoris, ac prophetæ conſtituti, periculum facere velle; proinde, vt artem ſuam ad regis ſeruitia adſcitus experimento demonſtrat, ità nunc ego primas voces oratorias texo.

72 Huius quoque rei exemplum habemus in Iſaia, qui in prophetam, & oratorem ordinatus, quòd prius non orauerit, doluit, & quòd experimentum orationis, domino mittente ſilens minime dederit: *veh*, inquit, *mihi*, quia, *tacui*, cauſſamque ſilentij ſubinfert; *quia vir pollutus labijs ego ſum*, at cum purgatus fuit ore, admotione ardentis prunæ, procul impedimento, quaſi omne quod exigitur haberet, habita oris purgati, & linguæ oratricis facultate, ſtatim promptus ad legationem obeundam, mitti poſtulauit, *ecce ego mitte me*, obſtiterat, polluti oris noxa, quæ linguam ab officio retardabat, at verò ſoluto per aduſtionem ore, habita orandi facultate, quæ potior eſt in hac legatione, ſtatim ait, iube me iam expeditum proficiſci. Hoc Dei principis eſt, qui prædicatores ſuos oratione inſtructos, diuina ſecreta vult nunciare.

Iſa.6.

Iſa.6.5.

73 Simili quoque modo egit Dominus cum Moyſe, cum, nunciaturus infauſta Pharaoni, dux populi conſtitutus, & prædicator, ſe nulla oris, Deo mittenti, habere dixit officia, nec linguæ eruditione pollere, vt Pharaoni tanta ſuaderet; atqui reſponſum eſt, ſatis eſſe ſi oratione eſſet inſtructus, queritur ergo hoc pacto Moyſes: *obſecro domine non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo loquutus es ad ſeruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ ſum, & obſecro domine mitte quem miſſurus es, &c.* ideſt alium inſtitue, qui legationis munere fungatur, & mandata Pharaoni exponat, populum ducat quò iubes, & concionator, inſtruat, & admoneat; alterum inquam, qui verbo ſit potens, nec balbuties eum à tali onere remoueat; *Iratus Dominus in Moyſem ait: Aaron frater tuus Leuites, ſcio quòd eloquens ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, videnſque te lætabitur corde loquere ad eum, & pone verba mea in ore tuo, & in ore illius. Et ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum. tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent, &c.* ſi in vtriuſque ore erat Dominus, vt ſupra viſum eſt, quid erat neceſſe, vt Aaron os eſſet Moyſis? ſequẽtia verba difficultatem ſoluunt, *tu autem*, inquit, *eris ei in his, quæ ad Deum pertinent*, quaſi diceret os tuum erit, cum contigerit admonere, & increpare, &c. ipſe hæc munera perſoluet; tu autem ora, hoc tuum erit, ſemper ſim ego in ore tuo, licet ſis linguæ imperitioris, non enim requiritur vocis ſonus, ſed affectus, & deuotio; hoc te prophetam conſtituit, propterea, ne dicas, *mitte quem miſſurus es*, virga ſit tibi ſignum legationis; virga, inquam, portentoſa, & oratio.

Exo.4.10.

Moyſes cõſtitutus legatus Dei, iubetur orare.

Pari ratione, poſtquam orando, enumeratis reſpondit Ieremias, vt omnino monſtraret Deus ſe potiſſimùm orationem velle à propheta exigere, *quid tu*, inquit, *vides? virgam*, reſpondit, *vigilantem ego video; virgam*, plerique legunt, *vigilantis*, hæc vigilantis virga fortaſſis illa eſt, quæ aſcendebat ad Cœlum, *ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij*, dicitur autem vigilans; cum enim ſupra dixiſſet ſponſus, *adiuro vos filiæ Ieruſalem, &c. ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit*, dum inſtar virgæ videtur 74

Virga vigilans eſt virga orationis.

Cant.3.6.

aſcen-

aſcendere manifeſtum ipſam in ſomno orationis vigilaſſe: expreſſum ergò virga hæc eſt orationis ſymbolum, quæ cum cæteris virtutibus Cœlorum ſuprema penetrat. Virga præterea eſt oculo ſubiecta, oculus verò orationem ſæpè in ſcripturis ſignificat:

Pſal. 24. 15

oculi mei ſemper ad Dominum, &,

Pſal. 122. 3

ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ità oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri,

Matth. 20. 40.

& de oculorum vigilia dicitur, *vigilate, & orate*, ſeu quod magis proprium eſt, virgam hanc (virgam latronum) vertunt aliqui, vt adnotabimus infrà ſuo loco, latronum, inquam, vigilantium, non quidem ad detrahenda ex nobis ſpolia, ſed ad auferendum cor Deo, ſicuti ipſe dicebat animæ oranti: *vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum*, quod

Hebr. & Pagnin.

Hebr. & Pagni. vertunt: *abſtuliſti cor meum*: oculus iſte virgæ, ideſt orationis ſocius; (continuo enim oratio, propter timores nocturnos, ſibi vigilantiam copulat,) hic, inquam, eſt, qui à Deo cor rapit, propterea, dum virgam viderat prophæta, ſequitur: *vigilabo ego ſuper verbo meo*, quomodo Dominus ſuper verbo vigilat, niſi virga ipſa verbum ſignificaret Dei? verbum ſcilicet animæ orantis, quæ contemplationis oculo ad Deum aſſurgit, *vigilabo*, inquit, *ſuper verbo meo*. Enimuero, vt concludamus; quis neſciat hac viſione neceſſitatem orationis denuo Ieremiæ inculcaſſe Dominum, quaſi diceret: vidiſti virgam vigilantem, ideſt virgam orationis aſcendentem ad Deum? proinde te inſtanter orationi vacare oportet, ac ſi totus eſſes verbum, ego quoque fauebo verbo meo, ideſt dabo gratiã, vt rectè id poſſis efficere, adhoc, vt legationem bene valeas exercere: parum prodeſt ſe totum diffundere extraneo oblitum ſui, & alijs prædicare, res verò populo nuntiandas minime per orationem ſuggerentem reſpondentemque, habere; eſto igitur virga vigilans, & confirma.

74 Nec incõgruit, quod virga hæc amygdalina ſit, & florida (vti inferius dicemus) amygdala namque cæteras arbores florendo antecedit, & ver nouum flore intempeſtiuo nuntiat, cumque cæteræ arbores adhuc cana niue obducuntur, amygdala in lætos flores, turgens erumpit; ita debet eſſe orans, vt ver gratiarum ipſe ſuo cantu prænuntiet, & cũ cæteri magis glacie rigent peccatorum, ipſe prę omnibus, in flores laudis, & precum ora deuota ſoluat, & ſomno vitiorum, cæteris nocte preſſis, vigilans inueniatur orator, ſicuti dicebat Dauid:

oratio matutina ſicut virga vigilans.

in matutinis meditabor in te, & media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, &

Pſal. 62. 7. Pſal. 118. 62.

quod omnino proprium eſt virgæ vigilantis, *anticipauerunt vigilias oculi mei, &c.*

Pſal. 66. 5.

ideſt oculi mentis, qui orationem Deum inſpectant (ad inſtar amygdalę) flores vigiliarum anticipauerunt. Sequitur *turbatus ſum, & non ſum loquutus: & meditatus ſum nocte cum corde meo, &c.*

Pſal. 118. 147.

& *præueni in maturitate, & clamaui*. Ideſt, vt placet Geneb. ante tempus, Hebr. in crepuſculo: præuenio crepuſculum, in tenebris vigilo, antequam reliqui ſurgant, & ad rem noſtram grecè ἐν ἀωρίᾳ ideſt in immaturitate in intempeſtiuitate; longe ante tempus: hoc eſt eſſe virgam amygdalæ, oratorem, vt omnibus orando antecellat, capiãt alij dulces ſomnos, diſtineantur curis ſecularibus, ſemper orans ante alios in intempeſtiuè oratione floret; Hoc ipſum, & Iobum egiſſe

Iob 1. 6.

legimus, cuius filij dum conuiuio vacabant, ſurgebat ipſe diluculo ad orationem, ipſoſque, virga vigilans, & amygdalina, præueniebat, *cumque in orbem*, ait ſcriptura, *tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos: dicebat enim ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis, &c.* Vltimo tandem obſerua, amygdalinam virgam ſub puluinari poſitam, à cubante ſomnum excutere, (vt infrà ſuo loco) ideo ergo dicit, *præueni in maturitate, & clamaui*, & *præuenerunt oculi mei ad te diluculo*, quomodo ſomno corripitur, qui continua excitatur oratione?

Orationis verò flores alibi inuenimus, orantemque ipſum, dum orat, efflorere, 75

exul-

Digitized by Google

ge,& ne repellas in finem;quare faciem tuam auertis obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ,&c. ſi quæ ſupradixerat ponderemus, profectò innoteſcet, cur tàm confidenter Dominum Dauid alloquatur, cauſſam rogando cur non excitetur,ſed dormitet? ſupra dixerat,ſe ad Deum alienum manus nunquã expandiſſe,ideſt nunquam ad idola præces fudiſſe, ſed omnino ſemper extitiſſe obſequenti animo, & nunquam ſe oblitum Dei, quin oratione auxilium diuinum poſtularet: concludit igitur quòd ſi tibi, & non alteri Deo cor effudi, & manus expandi,virgamque orationis applicui,cur dormitas Domine? exurge & ne repellas in finem; prodigioſum enim eſt,quòd oratione non excitetur. Ipſa denique illius verſic. lectio hoc idẽ probat, ſiquidem poſt viſionem virgæ vigilantis ſtatim ſubditur,*vigilabo ego ſuper verbo meo*, & hic eſt ſenſus: virga amygdalina, me vigilare facit, verbumq; corde orantis effuſum vocat ad vigilias; ità vt expergefactus, compleam illud (vt alij legunt) *& vigilabo ego ſuper verbo meo,vt compleam illud.*

78 Sed priora Dauid verba magis ponderemus,*exultabunt*,inquit,*labia mea cum cantauero tibi, &c.* & *refloruit caro mea*;Adeo verum eſt quòd floridam faciant preces animam, & deuota cantilena,ver nouum reducat in ore; vt etiam hoc ipſum legamus ſponſi verbis probari,qui dicebat, *iam enim, hiems tranſijt imber abijt, & receſſit,flores apparuerunt in terra noſtra,tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra, &c.* ſecundum hiſtoriæ veritatem ver deſcribit,quo filij Iſrael exiere de Egypto;exiuit autem populus 15.die menſis primi, qui incipit à prima lunatione propinquiori æquinoctio vernali, & ab exitu quinquageſima die data fuit lex in monte Sinai.Verum ad rem noſtram: Turtur dum plorat canit,meſtaſque fletus voces, dulci cantu inflectit, quod proprium laudantium eſt, & in oratione, & humilitate confitentium Domino; quid igitur mirum eſt ſi ad has voces hiems recedat, imber abeat, & ver lętum ſuccedat in ore laudantis? Obſeruamus in hieme,nulla volucrum cantilena frondes mulceri,ea enim meſtitia temporis eſt,vt volucres omnes à cantu compeſcat;at ſi quando ſonoro gutture,garrula auis ſociæ cantum æmulatur in horto, ſtatim ſubinferimus, hæc veris nuntia eſt,ver appropinquat, contrà verò ſtatim inferimus,quòd frigore nemus torpet, & hyberna glacies adhuc ſæuit, cum cantus non obaudiuntur orantis; ſed, quale ver deuoto emiſſa pectore orantis prænuntiat cantilena?hiems tranſit, & imber recedit, & inimica lætitiæ pruina euaneſcit. Similem auem dicebat ſponſus in hortis habitare, dum ad muſicos illam concentus inuitat,*quæ habitas*, inquit, *in hortis fac me audire vocem tuam*,ſenſus hic eſt,in florẽtibus hortis habitas,dum cæpiſti canere, dumque aperis os voci, lætum ver aperis, ergo dum habitas in hortis,floribus vernantibus præparatis, æquum eſt, vt facias audire vocem tuam. Habitat igitur in hortis florum, qui canit Deo, nec ſeneſcentem ibi hybernæ tempeſtatis vnquam reperit ſegnitiem,nec ſpectacula hyemalia niue rigentia,triſtitiæ ſcilicet,& meroris; ſed ver floreſcit,& habitat in horto: quæ igitur, *habitas in hortis fac me audire vocem tuam*.Hanc in laude lętitiam, & florentem renouationem deſcribit Iſaias,*lætabitur deſerta,& inuia,& exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium*; *germinans germinabit lætabunda, & laudans,&c.* quomodo tot lętitiæ germina exurgerent in ſolitudine, & anni renouatio, ac diuitiæ in deſerto,niſi propter laudem,naſcerentur? deſertum enim animæ,ſpiritus ſolitudo, & inuia mentis intentio, tunc reficitur,habitatur,floreſcit, & dirigit,cum exultat lætabunda,& laudans: alioquin nec flos ipſe, nec ver ipſum,lætitiam affert, &c.

Pſal.70.23 — Cant.2.11 — Hier.Gen. 7.& exod. 12. — Oratio muſica fœlicitatis, & lætitiæ in anima. — Cant.8.13 — Iſa.35.1.

Videamus quomodo laus efflorere faciat Iobum, quem inuenimus inſtar ligni aridi, ac emortui, tot malorum calamitate percuſſum, tot vulnerum macie confectum, tot etiam 79

plagarum contuſione tabefactum vti, quid aridum cernentibus apparuerit; *Iob 13.25.* propterea dicebat; *contra folium, quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris*. folium, quod vento rapitur, non viride, ſed aridum eſt: hac ipſe ſimilitudine inſinuabat, ſe totum aridum infirmitate, ac penè emortuum eſſe, & quaſi lignum humoris ablatione ſiccatum; at verò ſi videremus in arida arbore ramuſculum, viriditatem viui germinis conſeruare, & in deperdito, & extincto trunco, ramum tãtum vigere, id quidem mirum omnino eſſet. Hoc pacto quoad corpus diximus Iob extinctum, qui ſe quaſi folium vento raptum eſſe conqueritur; at ne putes virum laudibus continuis indulgentem, orationi vacantem, hyberno tempore calamitatis, in anguſtijs prorſus exaruiſſe; ramus in corpore vernat, ver nouum aperitur, ex quo laudes perennes exaudiuntur; idcirco dicebat: *Iob 19.20* *derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos*; ideſt, *Labium orans ſemper floridum eſt.* omnia tribulatio deſuper immiſſa, tanquam pruina ingruens, abſumpſit, viriditatis omne germen exſiccatum eſt; ſed ibi tantum viride, veris noui ſignum aſpicitur, vbi labia, linguæ impulſu, ſuauiſſimum edunt cantum, *Iob 1.21.* *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*, hæc laus eſt cœleſtis auis: ſit ergo viridis in arido ligno ramus, in quo vox hæc ſuauis læta circumuolet; ſic itaque labia, quæ diuinis laudibus cuſtodiebantur, & in tanta erant ariditate viridantia, nec Dæmonis infernalia machinamenta, nec morborum ſeuitia compreſſere. & hoc erat quod Diabolo dixerat Dominus, *Iob 2.6.* *veruntamen animam illius ſerua*. & quis ſcit ſi de hac anima dixit, orationis inquam, quæ anima vitæ eſt, vt Dauid dicebat, *Pſal.62.4.* *quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te*, vt explicat Agell. *Animæ vita eſt oratio. Agell.* anima igitur ſeruabatur intacta, dolis tartareis immunis; æquum proinde erat, vt labia, in quibus animæ potiſſima officia explebantur, omnis periculi, ac ariditatis vacua haberet: *exultabunt*, ergo ſeu, *florebunt labia mea, &c.*

Parum eſſet, ſi flores tantum oſtenderet oratio, & fructus deinde expectaret; 80 neque enim maximum eſſet aridam peccatis animam florentem reddere, niſi *Oratio eſt flore fructũ habet.* etiam fructibus locupletem faceret, non expectat orator, vt flores orationis fructus producto tempore parturiant, vt adoleſcant, decoquantur, & maturi pendeãt, ideſt vt Deus orantem retardet, vt fructum orationis ſero percipiat orans; quinimo in ipſis floribus oris, fructus habet, in ipſo flore matureſcit oratio, flos ipſi fructus ſunt, dicebat Paulus: *per ipſum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo,* *Hebr.13.15* *ideſt fructum labiorum confitentium nomini eius*; offerens quippe orationem, ac laudem Deo, fructus offert labiorum confitentium nomini eius; & Ieremiæ dictum eſt: *ecce dedi verba mea in ore tuo*; ecce flores orationis in ore; ſed quando fructus erunt? *ecce*, inquit, *conſtitui te ſuper Gentes, & regna*: eodem tempore, eodẽq; momento dat oratio flores, & fructus; cæteræ enim virtutes fructus expectant, oratio verò congregat, cæteræ fructus differunt, oratio verò iam poſſidet. *Orare, & exaudiri, idem ſunt.* Ideo cum miſericordia confunditur oratio, vt idem ſit miſericordiam conſequi, ac orare, vt Zacharias ait: *Zach. 12. 10.* *effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum*; Septuaginta vertunt, *& miſericordiæ*, ſic omnes legunt græci Patres, *ſpiritum precum, ſpiritum miſericordiæ*, quaſi idem omnino eſſet, gratiam precum alicui conferre, ac orationis; cum enim inuocat orans, exauditur, *eritque antequàm clament, ego exaudiam*; *Iſa.65.24.* ſpiritum verò precum vult Deus effundere, vt omnes ea conſequantur, quæ præcedentibus verſibus promiſerat.

Sed ad id quod dicebamus de floribus labiorum. 81 Tunc efflorent labia, lætumque in illis ver aperitur, cum Domino præces ſuas, orationiſque modulationem, dirigit, vt ſic inter labiorum flores ſacroſque cantus, innouatam agnoſcamus animam; cantat verò anima

quaſi

Digitized by Google

quaſi auis, quæ adhuc maternis fouetur alis,& vel matris cantum imitatur,vel natura pellente iam iam naſcentem cœlo ſolem inuitat;vnde canebat Dauid. *& in*
Pſal.62.8. *velamento alarum tuarum exultabo,adhæſit anima mea poſt te;* Agellius hoc dicit:quia mihi opem tuliſti,ideo tanquam auicula ſub alis maternis cubans, vbique tuta, atque munita lætè , & alacriter canam.
Iſa.38.14. Iſaias quoque, *ſicut pullus* , inquit, *hirundinis ſic clamabo,meditabor, vt columba*, pullus hirundinis materna protectus ala clamat , & dum matrem ore cibos afferentem cernit.Sicut ait Gloſſa, [ſicut pullus hirundinis,clamans pro paſtu recipiendo à matre.] Columba quoque meditatur cœlum , dum fluentes aquas bibit:ac ſi diceret Iſaias,ſemper ad te meditabor,& orabo:vti pullus,& columba,te ſitiam , & tui tantum famem habebo,omnemque neceſſitatem in hoc tantum exiſtimabo conſumari : meditabor ad te ſicut famelicus pullus,cuius tu poteris famem extinguere,ſatiabor enim cum tu apparueris:& meditabor ad te
Pſal.142.6 ſicut columba ; *anima*, enim, *mea ſicut terra ſine aqua tibi:*meditabor ſicut pullus peregrinus,& ignotus, & implumis, teque adueniente clamabo, quia dum peregrinor in hac terra , tu me peregrinantem , ac indigentem alis: & meditabor,vt columba,ideſt non ſolum ad te clamabo antequam cibum,ideſt gratias, & beneficia conferas,ſicut pullus hirundinis, de quo mox diximus; quòd cibos afferentem ore clamat ad patrem, & vocali quodam plauſu illum inuitat ; cibis verò conſumptis , ac expletis,tacet, nec plauſu amplius patrem blanditur donec pater nouis onuſtus cibis ad illum denuo reuertatur;ſed etiam meditabor, vt columba,quę poſtquam bibit aquam, ad cœlum oculos extollit, quotque potus haurit aquæ , tot reddit capitis eleuatione grates Deo;ſic ego non ſolum ad te clamabo,vt cibum,vt beneficia conferas,ſed etiam ijs collatis, in te meditabor,vt columba,grateſque reddam perpetuas.Enimuerò hoc malum erat,quod commiſerat Ezechias, poſtquam enim ſentẽtiam tranſtulit mortis Deus,ad orationem ipſius, laudes promiſit ſe continuas omnibus diebus in templo effuſurum , *Domine*, inquit, *ſaluum me fac, & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini*,& dum Iſai.38.20
appropinquabat ad ſalutem quaſi pullus hirundinis cæpit hoc canticum; tunc autem non erat prorſus redditus ſanitati ; ait enim ſcriptura immediate poſt canticum, *& iuſſit Iſaias, vt tollerent maſſã ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus , & ſanaretur* , igitur canit ad ſpem ſalutis,& laudat Deum , ecce pullum hirundinis ; attamen oportuerat poſt ſalutem etiam canere,& gratias agere, vt facit columba , quod ipſe non præſtitit. Quamquam primario ſtatuat ſcriptura par. 2. cap.pen.& in lib.Reg.& omnes etiam Patres autument, peccatum extitiſſe ſuperbiæ; ſed diſcurſus gratia hoc ipſum etiam ſecundario videtur poſſe colligi , vt ait Aug.de mir.ſac.ſcript.lib.2.c.28.) quoniam,vt inquit ſcriptura, *miſit Merodach Baladan filius Baladan Rex Babylonis,libros,& munera ad Ezechiam : audierat enim quod ægrotaſſet,& conualuiſſet.Lætatus eſt autem ſuper eis Ezechias, & oſtendit eis cellam aromatum, & argenti,& auri,& odoramentorum,& vnguenti optimi , & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ,& vniuerſa , quæ inuenta ſunt in Theſauris eius*,gratias ergo pro collata ſalute non egit Deo; ideo prophetico ore damna ventura domui ipſius recenſentur,attamen ad rem noſtram,quicũq; perfectam Deo vult orationem exhibere, non tantum antè exauditionem debet clamare , ſed poſtea in gratiarum actione meditari ; alterum namque ſine altero,deficiens eſt. Iſai.39.1.

Obſeruandum eſt autem,tantum præſtare orationem poſt obtenta beneficia, precibus,quæ fiunt antè , quantum oratio,ac meditatio clamoribus antecellit. Nota ergo,quod inquit,clamabo, vt pullus,cum agitur de beneficijs recipiendis; orans enim continuis clamoribus,potius ex deſiderio, & affectu exortis , quàm ex deuotione, & amore , Deum onerat 82

Præſtãtius eſt orare gratias agẽdo quã petendo.

H 2 verum

verum columbæ oratio, ea, inquam, quæ poſt potum fit, ideſt poſt collationem donorum, & beneficiorum, meditatio dicitur, & vera meditatio, ***meditabor, vt columba***: quando anima Deo grata, dies, noctesque in oratione conſumit: illud igitur inter vtramque orationem diſcrimẽ eſt, ac eſt inter clamorẽ, & meditationem; vtraque tamen ſimul coniuncta præſtantiſſima eſt, & Deo ſumme grata, & clamando, ſcilicet beneficia petere, & ijs acceptis, meditando, gratias exhibere.

83 Hæc ſunt orationis germanę ſemperque coniunctæ partes: ad conditiones nunc deſcendamus orationis. Oratio vera, ita debet eſſe, quemadmodum eam Caſſiod. deſcribit, *ipſius*, inquit, *eſt oratio perfecta, cuius, & cauſſa clamat, & lingua, & actus, & ſermo, & vita, & cogitatio*: ille dumtaxat bene orat, cuius cor mundum, & perfectum, opera perfecta comitantur: non ſolum manus operi mũda, & immaculata, ſed cor etiam purum, ac rectus ſpiritus debet eſſe, ſpiritus ſcilicet ad Dei laudes excitans. Quod ſimilitudine quadam horologij explcari poteſt. In orario plures rotæ ſunt, & pondera, machinæ totius ordinem componentia, pondus quod trahit ſpiritum, & pondus quod ad horæ ſonus pertinet: in vniuerſum autem exanime quoddam eſſet opus, niſi ſpiritu diſcurrente (tanquam corpus anima) informaretur; ſpiritus enim horæ ſpatia breui giro menſurat, & componit, compoſitaque in campanæ ſonitum erumpendo, reſoluit: quamobrem diurna beneficia ex horarum computatione ſentimus: igitur muta eſſẽt omnia, inanimata, ſilentia, niſi viuax ſpiritus rotis animum impertiret, & temporis fabrica, horologium, nemini exaudiretur, niſi viuo ſpiritus motu, tacitus cæterorum motus necteretur. Orologiũ quoddam oratio eſt, cuius rotæ ſunt manus, bona videlicet opera, & externus adorationem apparatus; verũtamen quid rotæ proficiunt, niſi ſpiritu ducantur, & ordinentur ad motum? *ſpiritus eſt, qui viuificat*, motus labiorum, eleuatio manuum, loci ſecretioris electio, lacrimæ, extorta deuotio, abſque corde quid prodeſt? igitur ſpiritus, hæc omnia ſigna exteriora ducit, & bona opera, vſquequo ad tempus lapſæ horæ, diuinæ pietatis campanam pulſet, ipſumque Deum audire faciat, pulcrè totum hoc notat Eccleſiaſticus, *tunc*, inquit, (nota ſtrepitum, ac vnionem rotarum cum ſpiritu) ***mota ſunt corda, & manus ipſorum, & inuocauerunt Dominum***, & quod deinde ſequitur? ***& ſanctus Dominus Deus audit cito vocem ipſorum***: prius dicit mota eſſe corda; cor enim tanquam ſpiritus orationis, mouet manus, ideſt opera, & exteriora ſigna, & tunc mota ſimul, data petitionis hora, & deſiderij, cito audiuntur à Deo. audi quod Beata Virgo dicit, ***magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus, in Deo***: magnificat, quia ſpiritus exultauit; horologium idcirco ſentitur laudum, quia ſpiritus vitæ exultauit: & vide quàm ſit hoc conſonum, ***magnificat***, dicit in præſenti, ***& exultauit***, in præterito, non poteſt ſonum emittere horologium, niſi prius ſpiritus longo horam ductu menſurauerit: prius horam terminet ſpiritus, & deinde ſonus edatur. Sic in oratione, ſpiritus præparatio neceſſaria eſt, vt deinde magnificatio ſequatur Dei: exultauit ergo tanto donorum cumulo B. Virgo præparata ad orationem; quid mirum ſi Dominum magnificat? cum ergo quis non exauditur, hoc orationi minimè tribuat de qua Bern. ait: *nemo noſtrum paruipendat orationem ſuam; dico enim vobis, quòd ipſe ad quem oramus, non parui pendit eam, poſtquam egreſſa eſt ab ore noſtro, ipſe ſcribit etiam in libro ſuo, & vnum de duobus indubitãter ſperare poſſumus, qm̃, aut dabit quod petimus, aut quod nouit vtilius, &c.* defectus igitur eſt, quòd male orat, vel cor alienum eſt, vel quod perſoluendum eſt, non exequitur, & Auguſt. hæc habet: *nec deficias in oratione, Deus quod conceſſurus eſt, ſi differt, non aufert, non leuitate vtitur, qui promiſit, non facile de ſententia mouetur; quod promiſit eſt fixum fallere non poteſt, habet*

Orationis conditiones.
Caſſiodorus in pſa. 16.
Simile.
Perfecta oratio ex corde, & operibus, bene conſentiẽtib' eſſe debet.
Iob 6. 63.
Eccl. 48. 21
Luc. 1. 46.
D. Bernar.
D. Aug. in Pſal. 65.

Digitized by Google

bet vndeſaciat.

84 Hoc eſt horologium perfectæ orationis: veruntamen incompoſito,& inordinato horologio nihil oneroſius,& quod magis moueat ad riſum:cum nimirum, vel laſſitudine rotarum, & ſpiritus leuitate,vel ſuperflua mobilitate,crebro ſtrepitu,& diſſolutione,confunditur, vt audientem, vel ad iram compellat, vel ad contẽptũ.Sic ergo cuius confuſa cum tumultibus ſecularibus oratio eſt, & ſpiritus rectè opus ſuum peragere nõ poteſt, cui mens obturbata mundi fantaſmatibus eſt:huius profectò oratio obſona,inordinata,atque tumultuoſa ad inſtar incompoſiti horologij,ad faſtidium potius Deum prouocat,quàm ad miſericordiã, talis erat illius oratio,cui dicebat Dominus:*auſer à me tumultum carminum tuorum,& cantica lyræ tuæ non audiam*, tumultus,dicit, carminum, inordinatum orationis horologium, auſer, inquit, à me,quaſi diceret, quid ingratius,quàm hos tumultus audire incompoſitæ mentis?auſer à me,non audiam, neſcio quas horas enumeret, ideſt quid petat.Tales plerumque ſunt orationes hominum mundo vacantium:talis erat Dauid oratio, qui poſt perpetratum adulterium, & homicidium, dona ſenſit mentis oratricis ſe amiſiſſe, & horologium deturbatum orationis, cor crebris illuſum cogitationibus, officia horologij minime præſtitiſſe;vnde deprecans Dominum, vt tumultus rotarum,ideſt potentiarum animæ,æquaret, lapſumque ſpiritum ſtabiliret, aiebat: *cor mundum crea in me Deus,& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*.Heb.*ſpiritum ſtabilem innoua in viſceribus meis*, ſcio quod perturbatis motibus,ſpiritus diſſona velocitate, orationis ſonoritatem confundit, & quoniam ſpiritus eſt,à quo omnia ordinatos motus accipiunt,remoue Domine ſpiritus leuitatem,& da ſtabilem, & ordinatum; quid enim in horologio orationis præter ordinem exigis ſpiritus?qui ſi confunditur omnia confundãtur neceſſe eſt: ſpiritum ergo rectum innoua in viſceribus meis. Denique ne iudices inanem comparationẽ, ex rectitudine verborum ſonoritatem oriri,ait Eccleſia in perſona Iudith,*da,Domine ſermonem rectum, & bene ſonantem in os meum*:rectum in rectitudine motuum potentiarum,& bene ſonantem in ordine, ne ſit confuſus, præpoſterus, indiſcretus, ne tumultuoſus, vt tanquam horologium rectè enarret horas: *bene*, inquit, *ſonantem in os meum*. Ex horologio benè compoſito orationis,illa vox manabat ſponſæ,quam ſponſus audire cupiebat,dum ad ſonum eam inuitabat:*ſonet*,inquiens,*vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora*: vox animæ orantis feriat meas aures, vt cito accurram donis, & pronta conceſſione poſtulatorum. ne intelligas vocem externam,nec vocis ſonoritatem, quæ ex materialibus effunditur inſtrumentis; ſed illam, quæ proficiſcitur ex corde, nam illa exigitur, hæc oris non eſt plerumque neceſſaria ſicuti ait Auguſt.*cum oras;clama, non voce, ſed mente, nam & tacentes exaudit Deus,nec quæritur locus,quantum ſenſus: Ieremias confortatur in carcere, Daniel inter Leones exultat,tres pueri in fornace tripudiant, Iob nudus in ſterquilinio triumphat,Paradiſum de cruce latro inuenit,non eſt locus vbi non ſit Deus*.

85 Itaque,vt concludamus: hoc horologium animæ duobus modis eſſe poteſt inordinatum, vel quia per paſſionum tumultus,horarum tempus non ſeruat, & crebro in incõpoſitos ſtrepitus labitur, vel quia ſilente ſpiritu, nihil eſt, quod tempus horæ menſuret,ideſt puritate mentis ablata, licet labia voces diſtinguant, adhuc tamen nullus horologij admonentis ſonus editur: primum ſatis expendimus defectum; veruntamen, & illud poteſt addi, quod contigiſſe Ezechiæ commemoratur;vox enim Ezechię, cum cantico eius,etiam ſi ore,vt videbatur, gemebundo,ſociata lacrimis effuſa ſit;attamen fletus erat, vt ait Hieronym. & alij,quia moriebatur ſine filijs,& promiſſionem patribus ſuis factam timebat non implendam; non ergo rectè horologium ſe habet;fletus namque, qui deberet

Tumultuoſã orationẽ renuit Deus.

Amoſ. 5. 23.

Pſal.50.11.

Eccleſ. in Reſp. Dom. 4.Septem.

Cant.2.14

Auguſt. in ſerm de Quadr.

Hier. in c. 38.Iſa.

Leo Caſtrius fusè hoc diſputat contra Rabinos ꝙ nõ videbo Dominũ.

Auguſt. de mir. ſacr. ſcrip lib.2 c.28.

Digitized by Google

Luc. lib. 3. de genealogia Domini loquens de Tamar.

Ezech.

Aug. in pſ. in illi verbis quouſque iuſtitia conuertatur in.

Ioſeph. lib. 10. 3.

beret eſſe ex contritione peccatorum,& amore Dei, eſt ex timore perditæ poſteritatis, & beneficij repromiſſionis amittendi,propterea cum ſignum expetit ſalutis,admonitus de ſalute ab Iſaia, ſignũ dat Dominus, horarium ſcilicet inuerſa linea ſolari, & ordine diei, ac horarum turbato. ac ſi diceret,nullum conuenientius tibi ſignum dari poteſt, quàm confuſum, turbatumque horarium, quod tuam imitetur orationem: hic primus defectus orationis eſt.

86 Secundus in oratione defectus eſt,ſilentium ſpiritus, quo ſilente, & nullo deuotionis motu, nullis ſtimulis amoris acto,inanis opera rotarum eſt:ita dicebat Iſidorus:*qd prodeſt ſtrepitus labiorũ,vbi cor eſt mutum? ſicut enim vox ſine modulatione,eſt ſicut vox porcorum: ſic oratio ſine deuotione,eſt ſicut mugitus bouum*, & ibidem,*oratio cordis eſt,non labiorum; neque enim verba deprecantis Deus intendit,ſed orantis cor aſpicit;melius eſt enim ſilentio orare corde ſine ſono vocis, quàm ſolis verbis ſine intuitu mentis*, non proſunt in horologio ſtrepentes rotarum motus,ſed horarum ordinata pulſatio: ita quoque nec proficit in oratione labiorum motus,& ſtrepitus,abſque corde: Aſpice ſtrepentem abſque ſpiritu Phariſæum *gratias*,inquit,*ago tibi,quia non ſum ſicut cæteri hominum,raptores, iniuſti,adulteri, &c. ieiunio bis in ſabbatho: decimas do omnium, quæ poſſideo*: rogo, vbi in orante ſpiritus, totius machinæ orationis moderator? vbi vox dulcis humilitatis, quæ faciem oſtendit decoram bonæ conſcientiæ? ſuperbia proditur, & inanitas, & templũ totum tumultibus iactantiæ repletur; vnde confuſam horologij huius vocem non audit Deus:contrà verò concinna,& interno ſpiritu moderata publicani oratio exauditur.Quãobrem pulcrè ad hanc ſimilitudinem aiebat Chryſoſt.*non voce clamoſa pulſandus Deus, ſed conſcientia recta placandus; quia non eſt vocis,ſed cordis auditor: orãs nihil nouum faciat: quod aſpiciant homines,nec voce clamet, nec manus expandat,nec oculos tollat, &c.* quod publicanus egit; nam, *nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.*

Iſid. de ſũmo bono lib. 3. c. 8.

Vocalis oratio abſque cordis intentione defectuoſa eſt.

Luc. 18. 11

Verum non tantum illas,quas enumerauimus conditiones,perfecta debet habere oratio,ſed illam quoque,quæ inter cæteras præcipua eſt, videlicet humilitatem, quæ Publicani orationem prætulit Phariſaicæ.Quod etiam nos in hoc ipſo, quem exponimus,verſiculo, apprime Ieremias edocuit, qui in ipſo ſtatim ſuæ orationis exordio,huius iecit fundamenta virtutis, vſque ad ima ſe deprimens triplici illa nota: *A,a,a*,quam ſummæ humilitatis fuiſſe ſignum,latè ſupra probauimus: non aliunde igitur exiſtimauit Propheta aptius ſuum cum Domino poſſe ſermonem ordiri, quàm ab humilitate.Sed,vt magis,quàm ſit cum perfecta oratione virtus hæc copulanda,intelligamus, illud attentè notandum eſt, quòd vbi vulgata legit: *A,a,a, Domine Deus*.Chaldæus habet:*ſuſcipe deprecationem meam Domine Deus*, quaſi idem omnino eſſet, humiliare ſe, ac orare, & nulla magis appoſita eſſet oratio, quàm ſui deiectio,& humiliatio.Nec abſque conſideratione illud quoque prætereundum eſt, quòd Propheta in his verbis, non ait,quaſi parum confidens,vel certè non adhuc de impetratione ſecurus: audi Domine obſecro.vel:intende quęſo, vel aliquid huiuſmodi; ſed quaſi iam de conceſſione fidens, ac certus, audacter Domino dicit: *ſuſcipe deprecationem meam*: quaſi diceret: certus ſum Domine,quòd orationem meam exaudies, & ideo plura verba, ac præambula miſſa faciens,fidens, & ſecurus dico: *ſuſcipe Domine deprecationem meam*:vndè,quęſo,tanta ſecuritas? quæ cauſa huius confidentię?humiliauerat ſe Ieremias:*A,a,a*, balbutientem, ac elinguem ſe dixerat: *ecce neſcio loqui*:& ideo,ſciens humilitatis vim, tam audacter loquitur: *ſuſcipe Domine,&c.* & quòd hæc fuerit cauſa ſecuritatis,ſequentia verba demonſtrant ait enim:*ſuſcipe deprecationem meã, &c. quia puer ego ſum:* nota cauſalem illam, quia,ideo ſuſcipe;quia puer,ideſt humi-

87

Oratio cũ humilitate coniũgenda.

Oratio humilitati copulata,efficaciſſima.

lis

Digitized by Google

lis ego ſum. Nullum igitur aptius medium excogitari poteſt, quod efficacem reddat orationem, & quod à Deo petita conſequatur, quàm humilitas; hæc enim quaſi alas precibus addens, ſupra nubes, & ſidera, vſque ad Dei ſinum illas ſubleuat, inaneſque ad orantem redire non patitur, ſicut ait Eccleſiaſticus: *oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit: & donec propinquet, non conſolabitur: & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat*, & Iudith: *humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio*.

Eccl. 35. 21

Iudit. 9. 16

88 Totum hoc benè doctus Dauid, intelligens, dum tacitus quadam die, iuſtorum, ac ſeruorum Dei obitum, mente ſecum ipſe reuolueret, & quàm fœlix, fauſtus, atque optabilis eſſet attentè perpenderet, ardenti tantæ ſortis ſuccenſus amore; & veluti in extaſim raptus, in illa tandem verba prorupit: *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*: ideſt ò quam amabilis, pretioſa, atque deſiderabilis eſt ſeruorum Dei mors feliciſſima! quot commodis aucta, quot prerogatiuis cumulata! ò me beatum, ſi ſortis eorum diuina aliquando beneficientia, particeps fierem! Sed age iam Dauid, ſi tanto mortis huius eſtuas deſiderio, adhibe manus operi, ad media confuge, cura vt obtineas: obſeruemus, queſo, quid agat: conuerſus ad Dominum, hæc proſequitur: *ò Domine quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ*, ſeruum ſe bis nominat, & filium ancillæ; quid ergo? vt nobis manifeſtaret, aptiorem ſe, magiſque accomodatam non inuenire viam, obtinendi quæ cupiebat, quàm humilitatem, & hanc vnam eſſe, quæ aditum ſibi ad ſua vota panderet, & omni alia oratione hanc eſſe efficaciorem, immo ipſam eſſe perfectiſſimam omnibuſque numeris abſolutam deprecationem, quæ in ſui abiectione conſiſtit: benè igitur ſe humiliat, ſeruumque nominat Dauid, vt à Deo exaudiatur. Non abſimilem nobis humilitatis in oratione habendæ Abraham quoque dedit exemplum, qui alloquuturus Deum, & pro Sodomæ liberatione deprecaturus, vt maiorem ſuæ orationi vim communicaret, faciliuſque poſtulata conſequeretur; ad humilitatem cõfugit, dicens: *loquar ad Dominum meum cum ſim puluis, & cinis*: non domus ſuæ preclara commemorat, non facinora, quæ vel ipſe, vel ipſius parentes geſſerint, neque alia huiuſmodi profert; petens audiri, & Dei colloquio excipi, vt moris eſt communiter apud homines, dum Regis, vel Principis alicuius conſpectui petunt admitti, qui prius, quę poſſunt maiora, domus, vel familie ſuæ iactant ornamenta, dignitates honoreſque extollunt, facinora præclarèque geſta, vel propria, vel maiorum proloquuntur, vt digniores ſe Principis colloquio reddant: non, inquam, hæc Abraham oſtentat, ſed noua mirabiliq; arte, vt Regis Regum Domini ſermone, & colloquio dignaretur; ſe cænoſum hominem vilemque profatur, hominem, inquam, nihili, & quo inferior non poſſit in ciuitate reperiri, ſicque Deum alloquitur, orationemque ſuam hac profunda humilitate communit; ſciebat enim quàm diuerſum eſſet cum mundo habere ſermonem, ac cum Deo, qui ſola delectatur humilitate, ſola humili oratione flectitur, & ad petita cõcedenda, quaſi compellitur.

Pſalm. 115 15.

Gen. 18. 27

Humilitas vt præclariſſimum opus proponitur pro merce obtinenda.

Sed ea precipue humilitas, quæ ex mortis oritur memoria, orationi vim addit maximam: quod etiam præfata Abrehæ verba indicant: *loquar ad Dominum meum cum ſim puluis, & cinis*: ideſt cum ſim mortalis, mortique deſtinatus, & in puluerem, cineremque ex qua formatus ſum, aliquando ſim conuertendus, cum hoc benè cognoſcam, rectèque meminerim; ideo loquar ad Dominum meum: ſcio enim cum hac mortis memoria, meam orationem omnia eſſe impetraturam. nec mirum orationi tantum hanc memoriam conferre; eradicat enim à nobis omnem noſtri confidentiam, ſolumque in Deo ſpem noſtram collocat; cogitantes namque breui nos morituros, nihil nos præter puluerem, ac cinerem habere cognoſcimus, noſtrique diffidentes in Deum ſolummodo ſperamus. 88

Mortis memoria in oratione vtiliſſima.

Quod

Digitized by Google

nem, *viuifica me ſecundum verbum tuum* hæc eſt pactio, ita ſpopondiſti, vt ſi mortis meditatione pulueri aliquando adhærerem, me viuificaſſes, iam præſtiti; ergo viuifica. Hæc eſt memoriæ mortis cum oratione coniunctæ vis admirabilis; oratio nanque tali conſperſa puluere, cœlos ipſos penetrat, Deum flectit, & quaſi dixerim, conſtringit, nec niſi donis cumulata reuertitur. hæc licet in terris, in orante, licet procul, ibi tamen (noſtro modo loquendi) diuinas iras atterit, & proſternit, & loco minime cædens, longe tamen virtute operatur, diſſipat, & conſumit pluſquam tormentum æneum; æneo namque tormento moles in arce, nauigium ſubmergit in vndis, & claſſis maritima ictu tormentorum vrbis mœnia proterit, ac vertit in ruinam. Arx ergo nobis expugnanda regnum cœlorum eſt; nemo tamen putet abſque violentia cœlorum regnum expugnari poſſe, dicente
Matth. 11. 12. Domino, *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: oportet dum in hac vita degimus bellicos omnes apparatus, ad expugnationem talis regni expediri; verum nullum fortius, atque aptius inſtrumentum tormēto eſt, quod accenſa puluere, excluſo ferreo globo, à longe feriendo petit. hoc indigemus inſtrumēto dum non eſt ſub mænibus concertatio, ſed à longe; at ex omnibus armis, quæ poſſunt Regnum cœlorum expugnare, ex omnibus, inquam, virtutibus, quænam queſo, tormentum eſt, præter orationem? ipſa enim anima adhuc in hoc corpore manente, cœlorum ſuprema pertingit. Verum inutilis tormenti vſus eſt, ſi puluis nō adſit, & ignis. ignis ergo meditatio eſt, quoniam de ea
Psal. 38. 4. ſcriptum eſt, *in meditatione mea exardeſcet ignis,* nec ignis ſine puluere ſufficit; eſto ergo puluis, memoria mortis, puluis lethalis, puluis ſepulcri, quo flamma maior accendatur, & maiori impetu ictus orationis feratur in cœlum; & hoc eſt quod intendit ſupra citata ſcriptura dum ait, *oratio humiliantis ſe nubes penetrabit:* dum puluere mortis humilitatem ſuam, memoria recolit, ignis meditationis accenditur, & oratio, & tormentum hoc nubes penetrat, vſque ad Deū pertingit, infert cœlorum regno violentiam, & gratiarum ſpolia diripit: denique ecce tormentum cum puluere, *ponet*, inquit, *in puluere os ſuum:* os tormenti in puluere, in ſepulcro, in ſepulturæ foſſuram, vt ſupra diximus, alioquin quomodo ſtrepitum bellici tormenti excitabit? ponat ergo os in ſepulcro, orationem cum puluere mortis, & deinde cœlo potiatur.

Cuius etiam pulueris, & funereæ memoriæ excellentiam, magnum aliquid, 92
quod Iſraelitico populo accidit, valde probat. Moyſes ad triumphos ſuos militare ſibi omnia ordinat elementa, iubet mare diſcedere, durari vndas, profunda ſiccari, cœlum pluere frumenta, ventos ſpargere cogit carnes, noctem ſplendore ſolis illuſtrari, ſolem nubis temperari velamento, petram virga percuſſam, de recenti vulnere, frigida ſitientibus dare fluenta. Quare tanta populo beneficia confert Deus, vt vix admoto ad preces ore, vix deſiderio exorto, prodigus imber deſcendat gratiarum? tunc magis forſitan placuiſſet populo, quando ægyptiaco ſub onere, famelico parebant imperio; cum diminuta regis annona, maius pondus, maior etiam labor, auxerat famem, minuerat cibos, tunc carior, non caro tantum, non panis de Cœlo, ſed etiam ipſa ab Aegyptijs negata leguminæ: cur in Aegypto craſſatur inopia, in deſerto ſunt faſtidio cæleſtia miſſa cibaria? vt etiam abundantia, ſæpè laborioſum, ac fœtidum ad deſideria reuocaret; nec tantum ciborum copia, quæ aperto cœlo deſcēdit, ſed etiam Moyſes primus dat terris legem cœli, ſcribit vitæ nomē, figit terminos diſciplinæ, & quaſi pater ipſe Deus, *circumdixit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui*; minime crediderim abſque cauſſa hæc omnia non in Aegypto eueniſſe, ſed in deſerto, cauſſa ergo hæc eſt: maioris erant in deſerto roboris preces apud Deum quàm in Aegypto cauſſamque Ieremias ſcribit, *hæc*, inquit, *dicit Dominus recordatus*

tus ſum tui miſerans adoleſcētiã tuam, & charitatem, &c. quando ſequuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur, &c. & non dixerunt vbi eſt Dominus, &c. qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram ſitis, & imaginem mortis: ecce vim orationis; deſertum illud imago mortis erat; ideo hæc prorſus mortis imago, & cogitatio mortis, tanta impetrabat à Domino; nunq̃ enim rei citur, qui orationis incẽdijs addit lethalia frigora mortuorũ: facta ergo oratio in loco, qui imago erat mortis, in cæmeterio, & potuit tanta obtinere, & obtinuit.

93 Hinc eſt quòd querebatur quondam Dauid, nimiſque audaci interpellatione Deum quaſi incuſabat, quòd cum ſe mortis frequenti meditatione exercuiſſet, adhuc tamen miſericordiam non conſequeretur, nec petita impetraret: *vbi ſunt*, inquit, *miſericordiæ tuæ antiquæ Domine ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?* quaſi diceret: defecit iuſiurandum, & quæ pactus es non obſeruas, *vbi ſunt miſericordiæ tuæ?* verba profectò hæc ſunt, non humiliter ſupplicantis, ſed quaſi exprobrantis, nimiumque confidentis; videamus vnde tanta Dauid emerſerit fiducia: immediate ante dixerat, *memorare quæ mea ſubſtantia*, Genebr. *quàm breuis eſt duratio vitæ meæ*, &, *quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi?* memoriam mortis fecerat, de morte ſermonem habuerat; hinc eſt quòd tam audacter exclamat: *vbi ſunt miſericordiæ tuæ, &c.* miratur quòd ad mortis memoriam, copioſus de cœlo gratiarum imber non deſcendat, quòd ad orationem mortis recordatione refertam, ſolitos diuinæ miſericortione refertam die non experiatur effectus, ſed adhuc exardeſcat vt ignis ira Dei: iuſiurandum profert, petitque adimpleri: *ſicut iuraſti Dauid in veritate tua.* Nec ab re miratur Dauid, quòd ad humanæ miſeriæ, mortiſque commemorationem, non flectatur Deus; nihil enim efficacius proferri poteſt, ad diuinam opem, cæleſteſque fauores obtinendos. Quod benè

Pſal. 88. 50

Quaſi iuſiurãdo tenetur De' oratione cum mortis memoria exaudire.

etiam Iobi comprobat factum, qui vitam cupiens, ac miſericordiam adipiſci, ſic orationem ſuã exorſus eſt: *memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me*, ideſt hoc velim recolas Domine, quòd ex luti ſubſtantia creatus ſum, iterum ſoluendus in puluerem: ſed quid ex hac oratione, luſtique, ac pulueris, ſcilicet mortis, recordatione, Iobus conſequitur? ipſemet ſubdit, dicens, *vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum:* Gloſſa: *benignitatem, & miſericordiam, &c.* non tantum benignitatem, diuina ira extincta, ac miſericordiam experitur, ſed inſuper, dominica ſibi viſitatione cuſtoditum ſpiritum confitetur, ne vnquam ſociæ corporis miſeriæ ſuccumbat; hæc igitur taliter ſe humiliando obtinet Iob, quæ iurè, dum non obtinet, miratur Dauid.

Iob. 10. 9.

Frigeſcentem quoque in oratione animum, deſidem, ac inertem, ipſa etiam pulueris excitat recordatio; mirum profectò, quod puluis ſpiritum, frigidaque oſſa ignem accendant; hebefacto enim ſæpius mundano faſtu ſpiritu, & ad orandum veluti inepto, quod maius remedium inuenitur, vt languens vires reſumat, & exardeſcat, præter cinerem? dum nãq; funereæ recolit ſordes ſepulturæ, vermium cohabitationẽ, &c. tunc erigitur, tunc ad diuina conuertitur auxilia, & ad ſui miſeriam tunc calente deuotionis flamma ſuccenditur: & hoc quoque in ipſo Dauid inuenio, qui aliquoties propter ſpiritus ariditatem, ac tepentem orationem, ſitientem terram vocabat animam ſuam: *anima mea ſicut terra ſine aqua tibi:* vellem aſſurgere ad tui laudem, ad cæleſtium meditationem, quemadmodum terra diu ſitiens nubium imbres deprecatur; ſed ſpiritus ariditate detineor, nulla ſpiritus deuotione ſuccendor: ſed alio in loco ſtatim, *in meditatione*, inquit, *mea exardeſcet ignis:* vnde ergo hoc euenit, quæ cauſa huius diuerſitatis? non aliam profectò eſſe rationem præter hanc exiſtimarem, quia videlicet cinere mortis hic ſuam conſperſerat 94

Mortis memoria deuotionis ſpiritum excitat.

Pſal. 142. 6

Pſal. 38. 4.

Digitized by Google

rat meditationem, quod alias non preſti terat,ſequitur enim, *loquutus ſum in lingua mea :* ſed quid loquutus ? *notum fac mihi Domine finem meum :* pone Domine ante oculos meos finem meum,mortem meam,hoc principium orationis eſt, propterea cum hoc gelido puluere coniuncta oratio , ignem facit ſpiritus exardeſcere : *in meditatione mea exardeſcet ignis.*

95 Alibi quoque idem Dauid orationẽ ſuam petit ante conſpectum Domini intromitti,auremque diuinã cæteris negotijs vacuam, ſuis precibus accommodari, & tanquam familiari cuidam aulico , & cui multum faueatur , attentè inclinari :

Pſal.87.3. *intret*,inquit, *oratio mea in conſpectu tuo inclina aurem tuam ad precem meam :* magnum quid profectò , qui hoc petit , debet afferre , magna Principi familiaritate debet eſſe coniunctus , vel ſaltem non mediocri dignitate præcellens;alias enim dedecet Principem relictis cæteris, ſecretò ac familiariter aurem alicui inclinare,priuatamque audientiam facere ; nec quilibet, qualibetue de cauſa poteſt hoc petere,vel impetrare:videamus ergo quid vrgeat quidue cauſæ ſit: *quia* , inquit , *repleta eſt malis anima mea , & vita mea inferno appropinquauit : æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber,ſicut vulnerati dormientes in ſepulchris.poſuerunt me in lacu inferiori,in tenebroſis , & in vmbra mortis*;de lacu inferiori,de ſepulcro,de morte,vult colloqui:magni hoc apud Deum ponderis negotium eſt ; intret proinde apud Principem de hoc tractatura oratio,ſuam Deus aurem inclinet,& relictis cæteris,huic vni audientiam faciat ; non enim poteſt tali mortis conſperſa puluere oratio ad Deum non intromitti , nec anima de morte cogitans , aut loquens, non exaudiri.Hoc quoque idem met Dauid alio in pſalmo ſibi explicat accidiſſe; dum inferni quondam doloribus,& mortis laqueis ſe circumuentum , voces ad Dominum emiſiſſe dicit,quę in eius ſta-

Pſa. 17.6. tim conſpectum introiere:*dolores*,inquit, *inferni circumdederunt me , præoccupauerunt me laquei mortis:* ſed ſtatim , *oratio mea in conſpectu eius introiuit in aures eius*.Enimuero non vacat myſterio quod dixit , orationem in conſpectu Domini introre; ſed ſupra allata aulicorum ſimilitudo quam maximè quadrat, & adhoc explicandum confert ; quidam enim ex aulicis licet Principi ſeruiant,ad propiora tamen Domini ſeruitia non admittuntur ; quidam verò ſemper in conſpectu Principis adſtant quando libet,ingrediũtur,& vulgo dicuntur [camarieri] cæteros intromittunt ; ipſi verò à quo intromittantur non indigent , & nunquam à Domini aſpectu diſcedunt. Sic oratio, non ſolum ante Dominum quando vult intrat,auremquẽ diuinam ſemper promptam habet , nulliuſque fauore indiget, vt Principis aſpectu dignetur , iuxta quod dictum eſt,*oratio mea in conſpectu eius introiuit in aures eius*, fores ei nunquam præcluduntur, & vt vulgo dicitur [non ſe le tiene portiero] verum etiam, quod maioris eſt prærogatiuæ , coram ſemper adſtat,& nunquam à Dei conſpectu elongatur , vt ipſemet Dauid teſtatur, *& meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.* Pſal.18.16

Simile.

Oratio ſẽper adſtat ante Dominum.

96 Non ſolum autem ipſa oratio Dei ſemper vultu dignatur ; ſed ipſa quoque interpres eſt mentis ad Deum,noſtra illi deſideria,animique pandens affectus; ſic enim explicat D. Thom. locum illum pſalmi : *deſiderium pauperum exaudiuit Dominus* ; ideſt exaudiuit deſiderium media petitione,quaſi interprete,& Auguſt.*quare magna eſt virtus,&c. & veluti fidelis nuncius mandatum peragit,& penetrat quò caro non peruenit.* penetrat enim nubes,ac ſydera , & vſque ad Deũ peruenit;& ſicut Auis è terra aſcendens, alarumque remigio per aera vecta, leuis in altum tendit;ſic oratio,ex humili cordis humani terra ſubleuata, & bona vita ſpirituſque feruore,ac deuotione, quaſi alis,erecta (*volare*, enim, vt ait Ambroſius , *facit orationem bona vita , & dat alas precibus ſpiritales*, ſine namque bona vita,quaſi Auis ſine alis , nunquam

Oratio mẽtis interpres,ac nũtia ad Deũ D Th. 2.2. q.83.ar.1. Aug.in pſ. 45.

Simile.

Bona vita orationi addit alas

 aſcen-

Digitized by Google

aſcenderet oratio,ſed peccatorum pondere præſſa humi ſemper proſtrata iaceret)his,inquam alis euecta,ſuper aera, ſuperque cœlos leuis aſcendens,legationis pro nobis apud Deum munere, fideliter fungitur, noſtrique cordis vota, vti diximus,aperit, ac interpretatur. Hunc orationis volatum, & in cœlum aſcen-

Pſal. 118. 169. ſum explicans Dauid, dicebat, *appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine, &c.* & vt legationem exequatur, *intret poſtulatio mea in conſpectu tuo*. Totum hoc, quod de orationis alis,atq; volatu diximus, egregiè Euſebius explicat,hanc faciens huic Dauidis loco paraphraſim: *Pennis*, inquit, *quibuſdam inſtruit orationem viri iuſti vita, quam ex ratione inſtituit, & proſequitur eam, quoad in conſpectum Dei veniat: quin etiam ſpiritus quo fit oratio, eam quodãmodo leuat,& ad Deum perducit. at peccatum eius orantis,qui perditè viuit,cum graui pondere premat, tantò longius facit à Deo precem, quantò grauius onerat orantem.*

97 Orationis apud Deũ dignitas eximia.

Verum vti Nuncij, ac oratores benigne ſemper apud Principes excipiuntur, magnoque habentur honore, ſic & oratio,quæ,vt diximus, fidelis apud Deum pro nobis nuncius eſt,maximo apud cœleſtem regem cum honore excipitur,inſolitiſque fauoribus cumulatur; non ſolum enim promptas ſemper habet Domini aures, & ad illum pro libito, nemine impediente,vel intromittente, ingreditur; regis penetralia quando vult adit ſecura, ſemperque Principis adſtat conſpectui, vt ſupra explicauimus; verum etiam maioris à Domino dignitatis, ac prærogatiuæ excellentia decoratur. Maximi profectò honoris eſt, Hiſpaniarum Regi tecto capite aſſiſtere; quibus enim hoc contigerit munus, ij maiorem in ſubiectis Regi regnis, dignitatem non habent, quam conſequantur, & primates, ſeu vulgo [Grandi di Spagna] vocantur.Itaque totus hic honos in eo conſiſtit, vt regem pileo tecti alloquantur ſtantes;at quis neget proculdubio maiori donari muneris prærogatiua illum, qui coram Rege ſedeat?hoc enim æqualibus tantummodo congruit; regi verò cum nemo ex ſubiectis videatur æqualis, propterea nullus coram eo ſedere permittitur. In humanis illud eſt; verum coram Rege Deo,tanti oratio eſt,eoque honore excipitur, vt illo innuente, ob eximiam dignitatem, ſedeat. ſic Dauid: *veruntamen*, inquit, *iuſti confitebuntur* Pſal. 139. 13.
nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo:nota hìc primates cœli,*confitebuntur*,inquit,& ideo,*habitabunt cum vultu tuo*,ideſt tantummodo iuſti,qui tibi obediunt,& obſequuntur,qui te laudant, & orant, quique recti ſunt, tecum, & in conſpectu tuo ſemper erunt :hoc eſt enim[habitare cum vultu]ideſt in conſpectu ſemper eſſe. Sed ad rem noſtram, *habitabunt*,Aquila vertit,*ſedebunt, ante vultum tuum:* quod maius priuilegium quam ſedere in conſpectu regis Domini?priuilegium,à terreno Principe ſubiectis negatum, ſed à Deo conceſſum orantibus, plus profectò eſt hoc quàm caput contegere,*confitebuntur iuſti*, ideſt orabunt, & ideo vti primates cœli, *habitabunt*, ſeu,*ſedebunt ante vultum tuum.*

Neque verò inſignis hæc orationis 98 Orationis vis admirabilis.
dignitas,ſummuſque honos, impari potentia copulatur;ſicut enim plurimum apud terrenum Principem primatis alicuius dignitas valet, ſic in cœleſti palatio potentiſſimæ ſunt preces. Rex,ſi fortaſſe aliquem punire ſtatuat, capitiſue damnare ſententia, nolitque quod iure ſtatutum eſt, vllo medio, ſeu ratione reuocare: vel ſi proprius met filius neci ſit legibus addictus, grauique vrgente cauſa, mortem omnino illum iubeat oppetere, omnemque propellere miſericordiam,æquo Principi bonum eſſe, videatur; ne filij proſpectu ad pietatem flectatur; iubet aũt abſe dirimi,& nullo pacto ad regios vultus peruenire; facile enim fieri poſſe intelligit, vt quod iuſtitiæ dictauit integritas;coram, miſericordia,& paternus amor expellat: neue potentis alicuius viri, vel primatis interceſſione,ad veniam inducatur, iubet Palatij

vel

Digitized by Google

vel cubiculi fores claudi,neminemque ad ſe,donec executioni mandetur iuſtitia,introduci.Hoc pariter de Deo,& oratione aſſeuerandum eſt; quotieſcunque enim peccatis noſtris exigentibus, cæleſtis ira ſuccenditur,meritiſque nos addicit flagellis, mortiſue ſententia damnat, ne forte orationis dignitas, atque potentia,ſententiam reuocet,& contrà iuſtitiæ iura, ad miſericordiam Deus redigatur, illam,quam ſcit efficaciſſimam,& cui nec reſiſtere,nec contradicere poteſt, coram non admittit, ne forte admiſſa quicquid petit obtineat. audiamus Ieremiam totum hoc egregiè explicantem:*nos iniquè egimus,& ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es* : ecce noſtris culpis diuinam iram prouocatam;ecce Deum in ſententia nos puniendi fixum, ac firmum, & omnino inexorabilem: quid ergo faciet,ne à ſententia deflectatur,ne ad veniam,& miſericordiam inducatur, claudi iubet palatij fores,& nullo pacto orationem ad ſui conſpectum introduci:*oppoſuiſti*,inquit,*nubem tibi,ne tranſeat oratio*;ſciebat enim quanta precum vis eſſet;& ideo, ne inultos ire reos pateretur,orationem ad ſe peruenire veritus eſt.Hoc etiam ex eo,quod in Apocalypſi factum legimus comprobatur. Innumeris mortalium culpis offenſus Deus,iuſta decreuerat eos pœna mulctare,mortiſque iam protulerat ſententiam, ſuæq; iræ miniſtris Angelis,diris terrã plagis affligere iã mãdauerat: *& vidi*,inqt, *Ioãnes,& ecce apertũ eſt tẽplũ tabernaculi teſtimonij in cælo,& exierunt ſeptẽ Angeli habentes ſeptem plagas,&c.& vnum de quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas plenas iracundiæ Dei viuentis in ſecula ſeculorum*. & quia diuina mente iam fixum manebat,vt hæ iracundiæ phialę in terram effunderentur,nolebatque vlla prece flecti ad miſericordiam;ideo palatij ideſt templi fores claudi, neminemque iubet intrare;*& impletum*,inquit,*eſt templum fumo à maieſtate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum*, ad quid queſo templi ingreſſum prohibet?non alia profectò ratione, niſi quia optimum eſſe nouerat hominibus refugium,cum tribulatione deſuper immiſſa premuntur,ad orationem ſe conuertere,quæ Deum ſtatim,ad veniam reuocat, omnemque iram compeſcit. ne ergo ad templum oraturi confugerent, & ipſe precibus à iuſta indignatione reuocaretur,templi fores,donec plagæ effunderentur, iuſſit occludi: de templo enim huiuſmodi, ac de oratione in illo facta,dictum eſt à Domino*: oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit*. talis eſt orationis in cęleſti palatio vis,ac potentia admirabilis.

[Margin: Tren.3.42 — Apoc.15.5 — 2.Paral.7.15. — Ad orationem Deus aures erectas habet]

99 Expedit proinde nobis talem apud regem habere interceſſorem fidum, ac potentem, vt quidquid animæ accidat aduerſi,ſtatim aures habeat intentas, ac expedita auxilia,& opem ferat.malorum ingruat turbo,ſæuiant hoſtes viſibiles,& inuiſibiles, morbi, mala tandem omnia; ad orationem accurre,ſalua omnia ſunt, nihil mali perdurat.Idem Dauid ſe propter orationem dicit ab hoſtibus ereptum,*laudans*,inquit, *inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis ſaluus ero*. irruant hoſtium turmæ, tantum inuocetur ſuper nos nomen Domini, & retrorſum omnes fracti, ac confuſi conuertentur, ſiue de viſibilibus inimicis ſit ſermo,ſiue inuiſibilibus. Super hunc verſiculum hæc dicit Agell.*non tubis,non claſſico excitaui commilitones, non verbis exhortatus ſum ad pugnam,ſed Dei laudes animo præſidenti concelebrans, & canens, ſeruatus ſum ab hoſtibus*. Hoc etiam in Moyſe conſidera,qui manuum eleuatione turbas inimicas confregit;incongruũ, enim eſſet, vt manus, quæ Deum vincunt,vt ita dicam,contra aduerſantes,ſiue terrenos,ſiue infernales,nequaquam valeant. Manuum quoque, quæ in oratione conſueuerant eleuari aliud etiam reperies inſigne in libris Regum.Pugnaturus Ioas Rex Iſrael contra Syriam in Aphec,iubetur ab Eliſeo arcum contra orientem tendere, at verò manui regis ſuper-

[Margin: Victoriam ex hoſtib. parit oratio. — Pſal.17.4 — Sola manuum eleuatio hoſtes debellat. — 4.Reg.13.15.]

ſuperpoſuit ipſe manus ſuas, dicente ſcriptura: *& cum poſuiſſet ille*, ſcilicet Rex, *manum ſuam, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis*, tunc ait Eliſeus, *Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam, percutieſque Syriam in Aphec, donec conſumas eam.* magnum eſſet hoc aſſerere, vt ſuperpoſitione manus conſtet victoria, ſi magnum aliquid manus Eliſei ſuperpoſitio, non indicaret; quod enim robur addit ad conterendos hoſtes vni arcui manus inermis addita, non in bello, ſed in pace? itaque potentia in hoc orationis oſtenditur, vt nõ oratio ſolum, ſed ipſa quoque orationis inſtrumenta, ac ſigna victoriam reportẽt ex hoſtibus. quidquid ipſe Moyſes orando, & manus eleuando præſtitit, manus tantum ſolita ad Deum extendi præſtat: non ergo brachium carnis, ſed ſpiritualia orationis ſerui Dei inſtrumenta hoc tribuunt, vt infractis hoſtibus, victores ex bello redeamus.

100 Quibus præmiſſis facile poſſumus dubium illud enodare, cur videlicet, conſtitutis cuſtodibus ſuper muros ciuitatis, Eſai.62.6. pro armis laus Domino indicitur: *ſuper muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, ac nocte non tacebunt laudare nomen Domini*, quæ enim cuſtodia eſſe poteſt, dum cuſtodes continuis indulgent ſuper muros cantilenis? ſatius erat dicere: tota die, ac nocte excubias exercebunt, ac ſtationem tenebunt, armis inſtructi: quod ergo munitiſſimæ ciuitati præſidium, aut quæ vtilitas eſſe poteſt, hoſtibus iam iam aduenientibus, præſidia cantorum? Enimuero nullum armamentorum genus, nulla magis cauta, ac potens tutela, validior orationibus eſt. hæc ſunt arma, & his cuſtoditur ciuitas, oratio, ideo vere ſunt cuſtodes, quia nõ tacebunt laudare nomen Domini; cui enim inimicorum non denegatur acceſſus ad verbum, & cuius inſidiæ contra vrbem non manifeſtantur, ſi pro ipſa ſemper adeſt orantium corus aduerſus inſidiantes dimicaturus? hic enim, & vrbem ipſe cuſtodit, & diuinam quoque addit cuſtodiam, qua nec vlla maior, nec præter ipſam aliqua firma eſt; *niſi*, enim, *Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra* Pſal.126.1 *vigilat, qui cuſtodit eam.*

Conditio verò inter præcipuas ora- 101 tionis feruor eſt, & charitas, his enim duobus alis, amoris nempe Dei, & proximi ſurſum aſcendit: de amore Dei, inquit Dauid: *benedic anima mea Domino,* Pſal.102.1 *& omnia, quæ intra me ſunt nomini ſan-* Chryſoſt. ſuper Matth. *cto eius*, interiora ſua cordiſque penetralia benedicere Deũ hortatur, vt cordialem ad Deum indicet debere eſſe orationem: ſicut etiam Chryſoſtomus de amore erga proximum habendo in oratione, dicit: *pro ſe orare neceſſitas cogit; pro alijs autem charitas fraternitatis hortatur; dulcior autem ante Deum eſt oratio non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quã charitas fraternitatis commendat*, & huius rei affert commodum Ambr. *ſi per te roges tantum, pro te ſolus rogabis: ſi autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt.*

In vniuerſum autem inuenio oratio- 102 nes ſanctorum perfectas, vtroque amore ignitas eſſe; cor etenim humanum in fornace amoris Dei flammas, non verba tranſmittit, quod non difficile eſt probare; reperio namque in Apocalypſi hæc eſſe ſcripta, *& alius Angelus venit, & ſte-* Apoc.8.3. *tit ante altare habens thuribulum aureũ, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei, & aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo, & accepit Angelus turibulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram.* Si ordinem obſeruas præpoſterum eſſe comperies, quod ſcribitur; ait enim prius Angelum incenſa multa cum turibulo orationibus ſanctorum pleno, dediſſe; deinde illud igne altaris repleſſe: profectò prius eſt ignem ad turibulum apponere, deinde dare incenſa, & fumum aſcendere. quomodo ergo fumigans apparet turibulum, ſi ibi non eſt ignis? nota quid ante eleuationem fumi præceſſerit, *vt daret*, inquit, *de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum*, inferas nunc quod ſequitur

Digitized by Google

quitur:ergo nullo modo turibulum igni bus eget, quia ignem habet orationis; verbum enim Domini ignis eſt, *verba mea ſunt quaſi ignis*,&,*eloquium Domini inflammauit eum*,&:*ignitum eloquium tuum vehementer*, ad quid ergo in turibulo opus ignibus eſt?ſtatim verò,ac (vt efficaciam nouerimus huius ignis) data ſunt de orationibus hæc incenſa,*facta ſunt tonitrua, & voces,& fulgura, & terræmotus magnus*; *reſpexit*, namque, *Deus in orationem humilium,& non ſpreuit precem eorum*.

Ier.23.29. Pſal. 104.20. Pſal. 118.140.

102 Denique orationem cum puritate ignitam eſſe debere, hieroglyphicè demonſtrabant antiqui, vt author eſt Pierius; cor enim in turibulo poſitum,orationes preceſque ſignificat puro corde prolatas ad Deum,idquod eſt thus illud mundum quod ſibi Domino mandat offerri in diuinis litteris ex quo ſcilicet, odorem capiat ſuauitatis.Puritatem verò ſeruandam eſſe veteres etiam agnouerūt ethnici.Hoc Cicero præſcribit lib. 1. de leg:[ad Diuos adeunto caſtè; pietatem teneanto: opus amouento:ſiquis ſecus faxit,Deus ipſe vindex eſto] & Paulus,*volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus*, & in Pſalmis rectitudinem orationis cum celeritate vnit Dauid, *dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, etiam ſtito*, ideſt parata ſit,& expedita celeriter perueniat ad Deum ſanctus Hilarius ad noſtrum ſenſum [recta,& pura aſcendat oratio mea externarum cogitationum interuentu minime deprauata:] Hieronymus, *recta ad te aſcendat, & perueniat oratio mea*, nulla mora impediatur,quia ex cordis turibulo ignito aſcendit. idē eodem pſalmo ℣. 2.*exaudi me:feſtina*,inquit,*mihi*,ideſt feſtinum auxilium tuum præbe; feſtinus omnino eſt Deus ad miſerēdum,delectatus deuota oratione: quid enim eſt talis oratio,niſi fragrantia quædam, qua delectatur Deus?ideo Chal.vertit: *dirigatur oratio mea ſicut ſuffimentum aromaticum coram te*; quæ quidem orationis fragrantia placita Deo, ex pœnu cordis aromataria virtutum eleuatur:inde dictum eſt de oratione Noe:*odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Porrò ex tot animæ virtutibus mixtus quidam, ſed dignus Deo odor excitatur; non enim ſola eſt oratio,quæ odore fragrat; ſed anima dum orat, virtutes omnes excitantur:humiltas deprimit, charitas accendit,miſeretur pietas, ſpes expectat,fides roborat, omnes denique perfricatæ incaleſcunt meditationis igne, vt ſuauiter redoleant; ignis enim in meditatione exardeſcit; atque ideo dicebat Dauid oraturus Deum,omnia ſecum interna commoueri, ac redolere. *Benedic anima mea Domino*, & deinde ex quibus oratio eleuetur inſinuat, *& omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto eius*: ex omnibus animæ bonis ſuffimentum hoc aromaticum aſcendat, ſanctæ ſcilicet cogitationes, ornamenta virtutum, ſtudia diuina, omnia denique odoramenta excitemini ad odorem ſuauitatis;non enim ore tantum laudare ſatis eſſe putat, niſi etiam interna omnia ad laudem etiam aſſurgant. In hunc quoque ſenſum aiebat idem Dauid: *conuerſus conſolatus es me, nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam, pſallam tibi in Cithara ſanctus Iſrael*, extraham ex vaſis orationis odoramenta, pſallando vaſa aperiam virtutum,quamobrem odore captus, conuerſus eſt Dominus. Nota quod dicit,conuerſus conſolatus es,in præterco, & reddit rationem quare ſit conuerſus,*nam et ego confitebor tibi in vaſis pſalmi*, ſtatim ac nouerit nos odorem orationis velle profundere, ac vaſa laudis aperire, dum adhuc nos metipſos paramus,conuertitur delectationem capturus ex tali odore.Et Caſſidorus pſalmos non tantum vaſa appellat,ſed dolia [pulcrè,inquit, definitum eſt pſalmos eſſe vaſa veritatis, quaſi ſpiritualia dolia vinum Domini incorrupto ſapore ſeruantia:omnia ergo quæ intra me ſunt,ſeruata in vaſis,proferant odorem]vim etiam facit Chryſoſtomus in aduerbio [intrà,] quaſi facultates ad opus non inuitentur per orationem. Denique & delectationem ex vnguentis, & odorem ſuauiſſimum

1.Tim.2.8 Hieron. Pſal.140.2 Chald. Vnitū cor habendum in oratione. Geneſ. 8.21. Pſal. 102.12. Pſal.70.21 Cant.1.

Digitized by Google

mum orationis, ſponſa teſtatur in Canticis.

103 At verò, quod maximè in oratione exigitur ſolitudo cordis eſt, & eiuſdem imperium; quoniam qui diuiſum cor habet, & immerſum in curis ſæcularibus, minime puras pacataſque ad Deum preces tranſmittere poterit; ſicuti malè orabat, qui dum orabat propriæ erat intentus æſtimationi, *Deus gratias ago tibi,* Luc. 18. 11 *quia non ſum ſicut cæteri hominum, &c.* curis ergo implicitum externis diuiditur humanum cor, & ideo omni ex parte Deo vacare non poteſt; vnde & Paulus de his, qui vxores habent, aiebat: *qui ſine* 1. Cor. 7. 32. *vxore eſt ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui aūt cū uxore eſt ſollicitus eſt, quæ ſunt mundo, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt*, quòd verò ex hac diuiſione, orationis appareat detrimentum, adiungit. *Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi*. vnionem verò cordis in oratione Dauid exquiſierat his verbis, Pſalm. 85. 10. *deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Orig. Euth. & Niceph. ingredi in veritate, aiunt eſſe, contemplari; at quomodo debet eſſe iſta contemplatio? *lætetur*, inquit, *cor meum.* Symmachus ex Græco: *vni cor meum.* Hieronymus: *vnicum fac cor meum.* Aquila: *vnicè, ac ſolitariè ſit cor meum.* Illud ergo optabat propheta, vt diſperſum moleſtijs, atque mundanis affectionibus cor, vniret Deus in meditatione, vt deinde id quod ſequitur præſtare potuiſſet, *confitebor tibi Domine in toto corde meo*, ideſt corde vnito: cum cor habuero prorſus vnitum, tūc, vt par eſt, laudem dicam tibi. Quod ſi, *vnicum*, legamus iuxtà D. Hieronymi tranſlationem, aduertere eſt, tot corda homines habere, quot obiecta venerantur, & proſequuntur; habent enim cor vbi theſaurus eſt, vbi ſpes, vbi vanum obiectū, &c. quæ omnia orantem Dauid variè diſtraherent, niſi vnicum ſibi tantum cor dari, ac perfici poſtularet.

Solitarium verò cor iuxtà Aquilæ verſionem expoſcit propheta, vt oret, *vnicè, ac ſolitariè ſit cor meum*, idem enim orans, leuat ſe ſup ſe; quia ſedet tacēs, & ſolitarius, maximè quadrat ꝙ dicit. Agellius, *ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*, [ecce, inquit, quaſi de repente mihi ſalus affulſit; elongaui fugiens, manſi in ſolitudine, ideſt in deſerto, & ibi exſuſcitaui Deum, nempè precibus, & gemitu, ad ſalutem mihi celeriter præſtandam.] Itaque hic pſalmi ſenſus eſt: obductus tenebris mœroris, timoris, ac tremoris, ſpem omnem videbam interclusam, & quaſi triſtitiæ omnis ſignū aſpiciebā, & nullum ad hanc tergendam, & ad auxilia Domini impetranda vtilius conſului remedium, quàm in ſolitudine orare, & dixi, *quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam*.] Beda de illis locum præſentem declarat, quos capit tædium vitæ præſentis, qui (cum his quibus cum viuunt, & agunt, nihil proſint) deſiderium habent ſolitudinis, vt ſaltem iuuent illos orando, aut ſi minus id liceat, quia ligatas habent alas officio, deſertum ſaltem cordis petant. Bernardus verò de illis, ante quorum oculos fruſtrà iacitur rete, qui etiā abſtracti auolant, nec ſentiunt. Reſident columbæ iuxtà fluenta, nec in ijs immergunt ſeſe; ſic iuſtus contemplans fluxarū inconſtantiam rerum, extrà illas ſtat. Gregorius, quòd fugiens ſe elongat, qui à turba deſideriorum temporalium in altum Dei contemplatione ſe ſubleuat, quod ad ſenſum noſtrum quàm maximè pertinet; in ſemotis namq; deſiderijs temporalibus, quæ cor diuidunt, contemplator, vel intrà ſe, vti S. Leo aiebat, omni ſtrepitu terrenarum ſilente curarum, vnicum in oratione præbet cor Deo. Hoc etiam pluribus ſcripturæ locis probare poteris. Sponſum ſponſa, vt in agrum egrediatur inuitat, & ſimul commoretur in villis, vbi ſtrepitus ciuilis mutuā diuinarū rerū colloquutionem non impediat. Iſaac meditans in agro, ſponſam venientem offendit: Iacob in deſerto my-

[Margin notes, right column: 104 (beside "Solitarium verò cor…"); Pſal. 54. 8.; Solitar. us locus petē dus in oratione.; Beda; Bernard.; Gregor.; Cant. 7.; Gen. 64.]

Digitized by Google

Gen.28.12 myſticam vidit ſcalam, plurima etiam in deſerto populus accepit beneficia, *recordatus ſum tui, miſerans adoleſcẽtiam tuã,* Ier.2.3. *& charitatem deſponſationis tuæ, quando ſequuta es me in deſerto, in terra, quæ* Oſee 2.14 *non ſeminatur, &c.* ducit inſuper ſuos Dominus in deſerto, vt loquatur ad eos, Ier.48.28. hortatur, vt ciuitates deſerant, & habitent in petra, & inſtar columbæ nidificent in ſummo ore foraminis, ſecretum Iob 3. 13. 14. cordis optando: ſicut orabat Iob, *nunc dormiens ſilerem cum regibus, & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.* Tãdem pulcrè S. Chryſologus orationis ſolitudinem remotam probat ſermone ſuper parabola illa ſaluatoris, *quis ex vobis habens amicum, &c. parum,* inquit, *eſt, quòd facienti miſericordiam, nox velabat, quòd largitatem dantis, petentis obtegebat improbitas, niſi ad cumulum pietatis velandæ adſcriberetur, & ſomnus.* Hæc parabola de confidentia orationis eſt; modum verò præſcribit oranti, vt nocte vadat, & exuſcitet amicum: nox eſt ſolitudo, quando (ſicuti diximus) ſtrepitus curarum ſilet, ac nobis exuſcitat amicum, nempè Deum, ſic enim legit Agell. vt etiam ſupra probaui [ecce elogaui fugiens, & manſi in ſolitudine, & exuſcitaui Deum precibus.]

105 Hoc autem de ſolitudine, ac ſilentio, non ideo dixerim, vt contemplator omnino remotus, proximum derelinquens ſibi ſoli vacet, non enim hoc perfectiſſimum in orante eſt, ſeſe à ſtudio proximorum, & charitatis officio ſubtrahere, vt plerique (qui cæteris contemptis, non vt perfectum quodque ſectentur, ſed, vt ſibi conſulent, & quieti) vitæ genus eligunt remotum ab ambitu, & curis. Non ita ſe Dauid gerebat, cum dixit, *factus ſum ſimilis Pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut Nictycorax in domicilio: vigilaui: & factus ſum ſicut Paſſer ſolitarius in tecto.* Pondera hæc tria, inuenies profectò cum contemplatione, & remotiori vita, actionem mixtam, Pelicanus etenim (vt etiam apud omnes vulgare eſt) pullos deferens in aſperrima montis, ac ſolitaria iuga, cum filios videt à ſerpente occiſos, lateribus percuſſis, ſuo ſanguine excitat (vt paullo infra;) magnum quidem in ſolitudine charitatis argumentum. Hoc intẽderat Dauid his verbis etiã ſi fugiens manſi in ſolitudine, ac cum opus erit venena erroris, detrimenta miſeriæ, ac calamitatis à proximo auertere, ipſum quoque indicium amoris Pelicani demonſtrabo; opere contemplationem explebo; ex vtroque vitæ genere perfectio conſtat, vt nec propter opus deſeratur oratio, nec operationem dimittat cõtemplatio; inferius hoc explicat, *vigilaui, & factus ſum ſicut Paſſer ſolitarius in tecto,* factus ſum ſicuti ſolitarius paſſerculus, *vigilaui.* Genebr. *tranſegi noctem inſomnem*]. Sed Agellio placet intelligi, *operatus ſum,* hanc enim vim hic habet, *vigilaui,* ſicuti alibi, *beati qui vigilant ad fores meas quotidie,* ideſt qui operantur, qui agunt opera, vt me inueniant. Itaque ad ſolitudinem paſſeris operationem adiecit; operare dum es paſſer ſolitarius; ideo in tecto dicitur paſſer, vt meminerit contemplator ſe tectum aſcendere, ideſt hominum conſortia, non tamen dimittere cum charitas vrget. Sic Ioannes erat ſolitarius in vrbe cum charitas cogebat, admonebat enim Herodem Ioannes, & audito eo multa faciebat: & in deſerto actuoſus cum ad eum gentes vndique confluebant.

Confidentia vltima conditio eſt, & perſeuerantia; qualis enim menſura fidei, talis menſura donorum cæleſtum eſt: perſeuerantia verò confidentiam commendat, vt firmiter credat, poſſe obtinere, quod producto deſiderio expectat. *Cum enim aliquando,* ait Auguſtinus, *tardius dat Deus, commendat dona, non negat: deſiderata diu, dulcius obtinentur, cito autem data vileſcunt; pete, quære iuſta, petendo, & quærendo creſcas, vt capias: ſeruat tibi Deus, quod non vult cito dare, vt, & tu diſcas magna magis deſiderare.* Vtrumque dominus in oratione ſeruandum eſſe docuit, cum tradita formula qua nos debemus orare Deum, parabolam ſubtexuit huiuſmodi, *quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum*

106 Fides, & perſeuerãtia præcipuæ conditiones orationis.

Contemplatiua vita cum actiua coniungenda.

Auguſt. de verbis Domini c.1.

Digitized by Google

media nocte , & dicet illi : amice accommoda mihi tres panes ; quoniam amicus meus venit de via ad me , & non habeo , quod ponam ante illum : & ille de intus reſpondens dicat, noli mihi moleſtus eſſe , iam oſtium clauſum eſt,& pueri mei mecum ſunt in cubili,non poſſum ſurgere , & dare tibi , & ſi ille perſeuerauerit pulſans , dico vobis , etſi non dabit illi ſurgens, eò quod amicus eius ſit ; propter improbitatem tamen eius ſurget,& dabit illi quotquot habet neceſſarios, nullibi exp̄ſſius virtus perſeuerantiæ,& confidentiæ in oratione ſignatur : non enim petita obtinuiſſet amicus , niſi fidens poſtulaſſet,& in poſtulatione perſeueraſſet; adeò enim Deus delectatur orationibus , vt aliquando poſtulata differat adimplere , vt virtutibus , quæ ſunt orationis comites delectetur; ità nunc renuit exaudire, vt perfectius poſtea exaudiat . Quare hæc ait Gregorius , *Sæpè vox noſtra eò perficitur,quò differtur, & quum ſuperficietenus petitio negligitur,vota noſtra,altius in cogitationū radice ſolidantur,ſic,& ſemina meſſium gelu preſſa ſolidantur , & quò ad ſuperficiem tardius exeunt , eò ad frugem multiplicatiora conſurgunt .*

Greg. in moral.

107 In promptu eſt oratio Chananææ , & eiuſdem perſeuerantia ; non enim , niſi perſeueraſſet, diceret Dominus: *ò mulier magna eſt fides tua.* Vide quàm bona oratrix ſit, quæ filiæ ſuæ, tot incommoda , tot etiam perpeſſa iniurias , expetit ſanitatem.Pellicano ſupra diximus,vitam ſuam æquiparaſſe Dauid propter ſolitudinem in orando: *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis ,factus ſum ſicut Nicticorax in domicilio:* Pellicanus auis eſt Aegyptia,quæ ſerpentum veneno paruulos ſuos extinctos, proprio ſanguine,roſtro:ac vnguibus fuſo,exſuſcitat, vulgare eſt,quod Chriſti typum gerat,qui homines veneno peccatorum interfectos ſuo ſanguine viuificauit : igitur huiuſmodi Pellicani naturam , eiuſque in filios pietatem , in Chananæa oratrice comperimus,audi quare,*filia mea malè à Dæmonio vexatur:*Ecce filiā diabolico veneno vexatam: quę igitur ſpes ſalutis,niſi proprium pectus ſcindat mater ? ſcidit ergo pectus, cū virtutes(quę dicūtur in pectore reſidere) patefecit, ad filiæ ſanitatem. canem ſe appellat,fidem profert, perſeuerantiam,ac orationem; tali perinde effuſo cordis ſanguine , filiæ ſanitatem accepit : *propter hunc ſermonem, vade , exijt dæmonium à filia tua* ; ſed in hac Chananææ obſecratione , plurima ſunt ponderatione digna . Marcus ità rem hanc deſcribit,*& inde ſurgens, abijt in fines Tyri , & Sydonis , & ingreſſus domum,neminem voluit ſcire, & non potuit latere;*magnum hoc profectò eſt, vt Dominus,in cuius manu ſunt omnia,non poſſit latere,neminem volens ſcire, cum plane ſciamus , potuiſſe latere alibi cum voluit,*Ieſus*,inquit Euangeliſta,*exiuit de templo,& abſcondit ſe:*& pluries legimus in euangelio, ſe à mortalium aſpectibus ſubtraxiſſe;quomodo ergò dicit, *non potuit latere?* dubium vrgebit vſque dum ſequentia expendamus, & aduertamus, quòd rectè caprę nomē conuenit Deo , vti probat Origenes ſuper illa verba Cantic.*fuge dilecte mi,aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum,*hoc enim Chriſto tribuitur;verum quod ſubdit euangeliſta , *non potuit latere:mulier enim ſtatim vt audiuit de eo , cuius filia habebat ſpiritum immundum,intrauit , & procidit ad pedes eius :* hæc eſt cauſa, q̄a mulier acceſſit oratura: oratione inuenitur Deus ; orantibus minime latere poteſt ; canis quidem erat hæc mulier,vti Dominus eam vocauit,& ipſamet ſe canem eſſe confeſſa eſt , cur igitur miramur, quòd caprea latere non poſſit,ſi canis inſequitur, ſubodorat, & inuenit? fit voti etiam compos , & capta præda victrix abſcedit . Ecce in Canticis ſponſa quoque Dominum inſequens tāquam canis capream,dulcem noctis quietem rumpens,quærit orans, circuit , circumcurſat,vt Chriſtum inueniat,vt ſponſum capiat,nec potuit ſponſus latere , *in lectulo meo quæſiui quem diligit anima mea,quæſiui illum,& non inueni:ſurgam, & circuibo ciuitatem,per vicos,& plateas quæram quem diligit anima mea:quæſiui illum*

Matth.15. 28.

Matth. 15. 22.

Mar.7.25.

Ibid.24. Orantem non poteſt Deus latere.

Io.8.59.

Orig. Homil.2.&3 Cant.8.14

Orans eſt veluti canis, q̄ Deū ceu capreā ſubodoratam inſequitur.

Cant.3.1.

Digitized by Google

illum, & non inueni, &c. vbi deſcribitur
ſponſus ad inſtar capræ, hinnulique
ceruorum, qui ſe abſcondit quæſitus, &
ſponſæ refugit aſpectus, at vbi diligens
ſponſa perſeuerat quærendo, illum ad
inſtar canis inuenit indagando; apprehen
dit, ac tenet, *reuertere,* ait fugienti ſpon-
ſo, *ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnulo
que ceruorum ſuper montes Bethel,* ſed vi-
de quæſo ſponſæ aſſiduitatem in quæ-
rendo, ſequitur, *per ſingulas noctes quæ-
ſiuit quem diligit anima mea, quæſiui il-
lum, & non inueni, ſurgam, & circuibo ci-
uitatem, per vicos, & plateas quæram
quem diligit anima mea, paululum cum
pertranſiſſem eos, inueni quem diligit ani
ma mea, tenui eum, nec dimittam,* canis
inuenit capream, & tenet, nec dimittit
ſponſa ſponſum indagando; oratricem
ergò non latet Deus, nec Chananæam
Chriſtus dum illa ſupplex orat.

108 Vlterius conceſſurus gratiam Chana-
neæ, cur denegat? & cui gratiam denega
re non debebat, quare contumelijs one-
rat? minime dixerimus eſſe contumelias,
q̃ concedendæ gratiæ inſtrumenta fuere
proficua. Verum eſt, Deum gratias ſuas
humili præcipue, & contrito cordi mini-
me denegare, ſicuti, *quia reſpexit humili-
tatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc bea-
tam me dicent omnes generationes;* quo-
modo verò circumſtantias orationis in-
fidelis mulier ſciret? proinde egit in hac
re Dominus, vt Doctor, qui cum diſci-
pulis ſuis diſputationem inſtituit, arguit
quandoque, & difficile argumentum diſ-
ſoluendum proponit, quod licet multis
conentur diſcipuli enodare reſponſis,
nunquam tamẽ rei veritatem attingunt,
nec ſoluunt argumentum; diù verò lucta
tus magiſter in ipſa ſua argumẽtatione,
reſponſionem commiſcet, vt admonitus
diſcipulus, quod alijs circumſtantibus
videtur maius dubium, ipſe ſciat reſpon
ſionem in dubio inueniſſe; igitur ex argu
mento reſponſionem colligit. Ecce inter
Chananæam, & Chriſtum inſtitutam
quæſtionem; inter Chriſtũ inquã obijciẽ
tem, præpoſterum eſſe, gratias ſolum
Iſraeliticis conceſſas, vſq; ad gentiles ex-

diſputatio nem cum Deo inſtituit, qui humiliter, & perſeuerã ter orat.

pandi; illa negat: vrget hic etiam, incon-
gruum eſſe, vt puerorum parte canes ſa-
turentur, *non eſt bonum ſumere panem fi-
liorum, & dare, canibus;* hoc non dixit,
vt illam à gratiam excluderet, vt arguẽdo
vinceret, ſed, vt de reſponſione admo-
neret, vt humilitate aduerteret, & ora-
tione quæſtionem eſſe dirimendam: quę
quidem humilitatis manifeſtatio nunquã
iu hac contentione in mentem veniſſet
Chananææ, niſi à Chriſto inter arguen-
dum edocta eſſet. Igitur ſtatim, ac mu-
lier hæc ex verbis Dominicis reſponſio-
nem captauit, ait, *etiam Domine, nam, &
catelli edunt de micis, quæ cadunt de men
ſa dominorum ſuorum;* hæc quidem eſt
germana reſponſio, ait Chriſtus, vince,
fiat tibi ſicut vis; non vulgaris victoria
eſt, quia non vulgaris orationis humili-
tas: canem ſe dicit, & tamen à Domino
fide prædicatur altiſſima. At ne à pro-
poſita Domini parabola orationis rece-
damus, rogant diſcipuli qualiter orent,
formulam ipſe docet orandi, & deinde
tradit exemplum illius, qui media nocte
perrexit ad amicũ, negauit amicus primo
inſtitit ille petendo, & obtinuit; Hæc do-
cuit Chriſtus, & profectò modum do-
cuit, quomodo ab ipſo dona cæleſtia
extorqueamus inſtantes; quem igitur
credimus animum habuiſſe Chriſtum,
exaudiendi, vel repellendi, dum modũ
petendi docet, & ordinem orationis? ſi
quis, exorãdus ab aliquo, vt aliquid im-
pertiat, illum qualiter petat inſtruat, ne-
mo eſt, qui neget, non animo id præſtare
negandi, ſed largiendi: ità, & Deus, Pete,
inquit; at ſi tibi negatum eſt, ne recedas,
denuo inſta petendo, & ſcias perſeueran
tia tibi donari, quod ante negatum eſt.
Ideo pulchrè S. Petrus Chriſologus, his
verbis breuiter totum hunc ſenſum con-
cludit, *ò quam negare, noluit, qui ſibi e-
tiam neganti qualiter extorqueretur o-
ſtendit; oſtendit, admonet qualiter gra-
tias extorqueas: dare igitur vult;* oſten-
dit etiam Chananeę qualiter extorqueat
negata, præſtitit illa: vide quomodo obti-
nuit, *ò mulier magna eſt fides tua, fiat ti-
bi ſicut vis.* Nulli dubium eſt, quod hic

Modus orationis à Chriſto præſcript' vt facilius poſtulata conſequamur.

Ser. in hac parab.

Digitized by Google

amicus,qui media nocte petita concedit, Deus eſt,vt,inquit,Thoph.*amicus iſte Deus eſt, qui omnes amat, & omnes ſaluos vult fieri.*Ambroſi.*quis etiam eſt nobis amicior, quàm qui pro nobis corpus ſuum tradidit?* quod cum,ita ſit, nota quàm grata ſit Deo oratio,qui vult videri neceſſitatis eſſe ſuæ,quod eſt poteſtatis,ideſt vult videri,quod non poteſt nō exaudire orationem;in hoc quoque duplicem adiunxit neceſſitatis ſpeciem,petentis,& dormientis,vt illum petere hoſpes,dare compellat hunc ſomnus:petentem vrget amicus veniens de via; dormientem verò quies vrget, vt præſtito pane ſtatim ad ſomnum redeat;hoc enim nobis Dominus inſinuat, adeo eſſe neceſſariā homini orationē,ac eſt panis vitæ corporali,& ita ſibi expedire poſtulata ſtatim concedere, ac ſi reuerſurus eſſet ad ſomnum,à quo qui excitantur,ſtatim ſe expediunt,dulcedine illius illecti, vt iterum ſomnum capiant.Vide etiam quomodo taliter ſuſcitari commodum ducit,& quomodo dare vult, q ſe taliter inquietari,& taliter patitur ſuſcitari; *pueri,* inquit, *mei mecum ſunt in cubili*, vix pulſauit amicus, ipſe ſtatim reſpondet, adhuc dixerim in ipſa quiete cogitare beneficia, qui ſollicitudinem in reſpondendo demonſtrat; quicumque enim cupit ſollicitus eſſe venienti amico de nocte, magnum quidem inditium eſſet amoris, ſi ſeruos iubet ad ianuam cubitare; maximum verò ſi ipſe in hoc ſerui vult exercere officia,& ad ianuam ſternit lectulum ſuum, vt ſollicitior inueniatur,& expeditior. Conſidera hunc euangelicū datorē: ſeruis ſomno compreſſis, ipſum peruigilem ſtatim ſurrexiſſe, reſpondiſſe,& accurriſſe,qui ad ianuam ſibi lectum poſuit, vt petita venientibus erogaret; quod quidem admirando Petrus Chriſologus affirmat,hoc loco:*ò quā* inquit,*pulſanti iſte geſtiuit occurrere, qui ſic ſecreti ſui cubile ipſam collocauit ad ianuam*;Hoc præſtat Chriſtus cum ſcit nos oraturos, negat verò aliquid,imo videtur negare,vt inquit gloſſa,& exinde nō aufert impetrandi licentiam, ſed vehementius accendit deſiderium orandi, oſtenſa difficultate conſequendi.

Neceſſaria animæ oratio, ſicut panis corporali vitæ.

Dei deſiderium in beneficijs elargiēdis

Sed in Chriſto datore aliquid maius 109
addo,non ſolum cubile ſuum ſternit ad ianuam,dum inquit, *ego ſto ad oſtium*, ſed ipſe eſt ianua, *ego ſum oſtium, per me ſi quis,&c.* qui dormientibus ſeruis, pulſantis neceſſitatem primus, & ſolus audiuit:alioquin quomodo fieret,vt media nocte ſopitis omnibus,ſolus ipſe reſponderet? quis ergò à petitione repellitur, ſi taliter tanta à Domino promittuntur? Præterea in hac re minimè Chriſtus negare potuerat quod conceſſit. I. enim cuipiā aliquis ex obligatione petēti denegat aliquid, ſtatim ille obligationem iureiurando confirmatam, producet; cauſa igitur huius nocturnæ petitionis ab amico, erat ſubitus aduentus hoſpitis, *quia amicus meus venit de via*, ſi ergo Dominus negaſſet illi panes, negaſſet hoſpiti.at ille ſtatim promiſſionē, ac contractum potuerat obijcere; quòd hoſpites quidem præceperat ipſe colligi, & hoſpitio recepi, & alibi conqueritur, *hoſpes eram,& non collegiſtis me,&c.* ergo ſi negaret amico panem, negaret hoſpiti, & ſibi ipſi contradiceret,fidemque ſuam negatione abrogaret:plus ergo hic iubentis,quàm non habentis verecundia laborat; hoc enim ille poterat ſubinferre, quare iubes nos te hoſpitem recipere, ſi tu negas hoſpiti panem? Sequitur igitur,*etiam ſi noluerit dare, tamen propter improbitatem petentis ſurget, & dabit illi.*Hoc idem multo magis in Chananæa probatur: renuit Dominus ſalutem dare pro filia petitam, illa verò vrget,quaſi diceret, tu omnia ſpopondiſti largiri cum oratus fueris, *petite, & accipietis*,cur igitur hoc denegas? ecce productionem obligationis: vnde quaſi coactus Dominus reſpondit, vera dicis,teneor propter hoc inſtrumentum,fiat tibi ſicut vis, *& ait illi propter hoc verbum, vade, exiet Dæmonium à filia tua*, etſi decreueram non ſumere panem filiorum, & dare canibus; tua tamen oratio efficit,& mea promiſſio, vt gratiam impertiar, vade, propter hoc verbum exiet

Apo 3.20. Ioa.10.9.

Math. 25. 43.

Chriſtus quaſi contractu, ſe obligauit vt qdquid ab eo petimus, concedat.

Math.7.7

exiet dæmonium à filia tua, fiat tibi ſicut vis. quod ex ſupra dicta parabola etiam habetur, cum dicitur, *& ſi noluerit dare, tamen propter improbitatem petentis dabit*. hoc eſt ergo, quod inquit, S. Petrus Chryſologus, *ò quàm neceſſitatis eſſe ſuæ, quod ſuæ poteſtatis eſt, oſtendit*: propter improbitatem tribuit, licet liberè largiatur; propter hoc verbum, quaſi dicat, nõ poſſum recedere à verbo, teneor, iam obligatio conſtat. Sed quid eſt, quod in hac parabola nos docens, & modum, & tempus orandi, tempus definit mediæ noctis? *& venit ad eum media nocte*, quare non prima, & ſecunda, & tertia noctis hora ſupplicationes ad Deum ferantur; ſed quarta vigilia noctis euangelicus petitor accedat, cum media nocte clauſa amici ianua, pueri iaceant in cubili, amicus excitetur à ſomno? explicatione huius difficultatis locum illum ſoluã ſcripturæ, qui maximum dubium facit, nec facilè expoſitores germanum ſenſum pertingunt; *oportet*, inquit Dominus, *ſẽper orare, & nunquã deficere*, quis enim poterit curis ſæcularibus implicitus, ciborum, & ſomni neceſſitate diſtractus tota orationi vacare aſſiduitate? quòd ſi parum orantes, videmus etiam in ſpirituali vita proficere, quæ neceſſitas cogit, vt omne tempus impendamus orationi? igitur hoc modo ſemper orat, qui ſemper iubetur orare, cum ſemper Deo tribuit quod facit, & quod facturus eſt: ſemper orat qui ventura opera primo mane, & antea Deo conſultore gerenda, proponit, & applicat Deo; hìc verò, qui media nocte petit panem, ſurgit vt oret, ſemper orat: quia hoc tempus eſt, quando homo antequam finiat tranſacti diei opera, anticipat & futuri: atque hæc ſententia Chriſologi eſt, præterita diei opera explet orando, & orando ventura reſumit; ſicque fit, vt præparatus accedat ad futura, & orans tranſacta dimittat, benè ergo, venit ad eum media nocte. *Datur* (inquit Ambro.) *nobis hìc alius præcepti modus, vt omnibus momentis, non ſolum diebus, ſed etiam noctibus oratio deferatur, ſequitur enim, & ibit ad illum media nocte, ſicut petijt Dauid quando dixit, media nocte ſurgebam ad confitendum tibi; neque enim timuit excitare dormientem, quem ſcit ſemper eſſe vigilantem; nam ſi ille tam ſanctus, & qui regni erat neceſſitatibus occupatus, ſepties in die laudem Domino dicebat, quid nos facere debemus, qui eò amplius rogare debemus, quò frequentius carnis, ac mentis fragilitate deliquimus?* quod diligendo Dominum Deum tuum, non ſolum tibi, ſed etiam alijs poteris emereri.

Luc. 18.1. quomodo intelligatur ſcriptura illa oportet ſemp orare & nunquam deficere.

Enim verò ſummum orationis priuilegium eſt, vt non oportunæ tantum debeatur, ſed importunæ: faſtidiũ enim neſcit ingerere oratio importuna, neſcit repulſam: quod ſi audis, *noli mihi moleſtus eſſe. Qui differt*, reſpondet Auguſtinus, *dare vult, vt amplius deſideres dilatum, ne vileſcat cito datum*, denique in ipſa mora iam paratur gratia. Obſerua quid reſpondeat Dominus Chananææ, *& ait illi, propter hunc ſermonem, vade, exijt dæmonium à filia tua*, prius quàm hæc diceret, iam negauerat: quãdo exijt? ſi gratia non dum propter altercationem conceſſa erat, adhuc eam canem appellabat, adhuc illa orabat, quãdo ergo exijt? tunc exijt, quando cæpit orare; ſiquidem dum incipis orare, incipis, & obtinere: expleta oratione, parta iam gratia eſt. At dices, & aliquando non obtineo, & quod petitur aliquando differtur; hoc quoque donum eſt; tunc enim non obtinetur, cum malè, & malum petitur: & tunc differtur, vt melius concedatur; non enim cunctatione, ac deliberatione indiget Deus, ſcit ipſe quod opus facto eſt. 110

Prius De petita concedit, quã nos petitionem abſoluamus.

Mar. 7.29.

Adeo verò velox eſt Deus ad audiendum nos, & exaudiendum, vt maior ſit velocitas Dei dantis, quàm feſtina oratio petentis. Poſt parabolam, modum ex parabola colligit orandi, & velocitatem declarat Dei in exaudiendo, quod explicat Origenes in hũc modum. *Quæret aliquis quare quidam orantes non exaudiantur? ad quod reſpondendum, quod quicunque recto tramite ad petendum accedit, nil omit-* 111

Iuſta petẽda, ſi cito exaudiri cupimus.

Digitized by Google

omittens ex his ; quæ conferunt ad petitorum obtentum , accipiet reuera quod præcatus eſt,dari ſibi. Si quis verò auertens à propoſito rectæ petitionis,cum non petat,vt decet,non petit;quo fit, vt cum non recipiat quod hic dicitur , non falſificatur ; nam etiam magiſtro dicente,quicúque veniet ad me,aſſequetur diſciplinarum peritiam: adire magiſtrum realiter accipimus, hoc eſt, vt feruenter, & diligenter vacet documentis ipſius ;
Iacob.4.3. vnde,& Iacobus dicit, *petitis, & non accipitis,eo quod male petatis* , ſcilicet cauſſa voluptatum vanarum.

112 Audi proph.Baruch. qui dum omnia hoſtili feruebant incendio, & dum Ieremias inſidijs impij Regis Ioachim appetebatur,eripi clamat ab anguſtijs,nullum querens ſibi tempus eſſe à periculo vacuum; atqui ſatis deberet arduum exiſtimari , vt vrbe incommodis hoſtium agitata,tribulationes ipſe ſolus effugiat , & pacem exoptet; ideò lamentatur in hunc modum,*dixiſti,veh miſero mihi,quoniam*
Ier.45.3. *addidit Dominus dolorem dolori meo, laboraui in gemitu meo , & requiem non inueni . Hæc dicit Dominus ,ſic dices ad eum , ecce quos ædificaui, ego deſtruo , & quos plantaui ego euello , & vniuerſam terram hanc , & tu quæris tibi grandia ? noli quærere.* Grandia , dicunt Hæbrei , quærebat Baruch,quia prophetiam querebat dum affligebantur contribules ipſius,& ciuitas humiliabatur, & euellebatur,& tu quæris tibi grandia,qui vis fieri prophæta?ait gloſſa.Quaſi diceret,omnino indecens , ac præpoſterum eſt , inter preſſuras carceris , & minas mortis grandia meditari : proinde noli quærere ; & ſequitur , *quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem,ait Dominus,& da bo tibi animam tuam in ſalutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.* hoc quærebat Baruch , & repræhenditur , ſed in repræhenſione exauditur . Simile inuenies in Euangelio,dum enim loquebatur Chriſtus paſſioni proximus de his quæ paſſurus erat in Hieruſalem, & ludibria,ac flagella,accedit mulier,& grandia quæſiuit,*& aſcendens Ieſus,* ait Euangeliſta,*Ieroſolymam,aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecum,& ait illis,ecce aſcendimus* Matth.20.20.
Ieroſolymam , & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum,& ſcribis , & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum,& flagellandum, & crucifigendum:tunc acceſſit mater filiorum Zebedei cum filijs ſuis,adorans,& petens aliquid ab eo, & ait illi,dic,vt ſedeãt hi duo filij mei , vnus ad dexteram , & alius ad ſiniſtram in regno tuo, &c. quæ iſta importunior petitio?quæ inter mortis commemorationem , & memoriam crucis,regnum vult ſibi dari , poſtulauit grandia, & non accepit , quia male petiuit;debebat obſeruare ſocios qui eſſent, *nam hoc audito duodecim indignati ſunt:* debebat , & locum , non ſunt hæc negotia pertractanda in itinere in ipſius vrbis proſpectu , in qua paſſurus erat : & tempus, loquebatur enim de imminenti paſſionis anguſtia; Verum,& Baruch etiã conceditur,vt ſit inter ciuium diſcrimina ſaluus , ne vacua diſcederet petitio ; iſti verò,& apoſtolatus,& martyrij , honore donantur, & quem bibere calicem poſſe fatentur,concedit bibituros , alioquin ille,qui petit ſi quæcunque petit,abſque eo,quod modum petitionis,& ordinem cogitat, ſi ſtatim vult exigere , ſi deſiſtit dum non ſtatim exauditur , ſi indignatur, iſte, vt ait Chryſologus non eſt petitor ſupplex , ſed imperioſus exactor : propheta namque monet,*expecta dominum , viriliter age , & ſuſtine Dominum,* expectare nos Dominus iubet , & lætari.

Cæterum illis,qui verè rogant,cito reſpondet beneficijs Deus, imò antequam dici poteſt.Si quis v. g. pulſanti ſtatim reſponderit , officioſus pulſanti oſtenditur,& nimium comes:at ſi antequam pulſauerit,non dicto tantum videretur obediens,ſed mentis interpres . Igitur cum de parabola deduxiſſet Dominus modũ orandi,& largitatem Dei, hoc idem verbis amplificat , velocitatem Dei in exaudiendo demonſtrans , atque hæc dicit , 113 Diuerſo modo elargitur dona Deus, ac Mundani Principes.
& ego dico vobis:petite,& dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur Matth.7.7

Digitized by Google

tur vobis : omnis enim qui petit, accipit : qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur, obſerua ordinem, prius profectò eſt pulſare ianuam, quærere deinde, vltimo petere; quomodo ergo ordo ita inuerſus deſcribitur à Chriſto in petitione orationis? prius petit, & accipit : quærit poſtea : vltimo pulſat; quid quærit, ſi iam accepit? & ſi accepit, quare fores pulſat? rectus ordo in rebus humanis eſt in petitione dignitatum, & humanorum fauorũ; prius enim pulſant donis, & muneribus, poſtq̃ verò pulſauerint, Principis gratia quæritur, quæſita demũ obtinetur. At cum de Domino agitur largitore per orationem, inuerſus eſt ordo: prius quàm petas, obtines: dum pulſas, iam obtinuiſti: dum quæris, poſſediſti. Iſaias hoc probet, *& erit, antequàm clament, ego exaudiam, dicit Dominus; &, Præparationem cordis eorum audiuit auris tua*; confer cũ hac ſcriptura noſtram ſententiam.

Iſa.65.24.
Pſal.17.10

114 Quin imò, adeo lætatur in exaudiendo, & in noſtris poſtulationibus, vt cum ad eum oratione appropinquamus, ad nos ipſe appropinquet beneficijs. Si quis ex Principibus aduenienti hoſpiti obuiam ierit, huius profectò comitas, & beneuolentia tanti extimabitur, quanti dignitas ipſius eſt, & conditio aduenientis; at ſi non viſendi gratia id ille faciat, ſed veniat beneficia petiturus, quis dixerit occurrentem Principem aliquid illi poſſe denegare, cui ſeipſum non denegat? Nos certum eſt per orationem Deũ quærere, vt mille loca ſcripturæ probãt: quærentibus autem non tantum ſeſe offert Deus, ſed obuiam procedit orantibus, dona largiturus, quę iuſtè petierint. Hoc Dauid inſinuat, cum dicit, *Hymnus omnibus ſanctis eius*, ideſt laus, & oratio, ac preces, eſt ſenſus, omnes ſancti, nempè filij Iſrael (qui populus eſt ei propinquus, cum alij ſint alieni ab ipſo, ipſiuſq; gratiã nõ habeant) hymnum, & laudẽ Dei in ore illi canant, orent eum, & dent gloriam. De Religioſis, & Dei cultui dicatis hoc dicitur, quaſi ipſorum ſit propria laus, *populo*, inquit, *appropinquanti ſibi*, Sacerdotes igitur, & religioſos intelligit,

Oblectatur Deus in noſtris petitionibus.

Pſal. 148. 14.

habentes Deum propitium, & propinquum, vt Deut. dicitur, *nulla eſt gens, quæ Deos habeat tam propinquos ſibi*, quod de ſacerdotibus nouæ legis maiori ratione dici poteſt, qui non tantum beneficijs, & donis, ſed etiam quia Deo mirabili acceſſu appropinquãt, conſecratione ſcilicet corporis, & ſanguinis Chriſti. Verum ad rem noſtram, hos præcipuè decet oratio, & laus, & gratiarum actio, qui deuotè orant, ac pſallunt, qui abnegata propria voluntate, in voluntate Dei ſeſe exercent, *populi*, inquit, *appropinquanti ſibi*, ideſt populo, qui per hymnum, & orationem accedit ad Deũ, à quo antè lõgè aberat. At vt ſcias huiuſmodi populo obuiam prodire Deum, ex hebræo ſic vertendum, vt notat Agellius, *populo appropinquationis eius*, ideſt populo cui venienti per orationem, appropinquat Deus, inuitat prẹparantes ſe, & appropinquantibus appropinquat, & munera non antea petita confert; Deni que de eo dicitur, *ecce adueniet dominator Dominus, & regnum in manu eius, & poteſtas, & imperium*, in promptu habet, vt tribuat orantibus: ſenes namque illi, qui in Apocalypſi deſcribuntur continuas ad Deum laudes cantare, coronati dicuntur, *viginti quatuor ſeniores ſedentes circum amicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ, &c. procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum Dei dicẽtes: Dignus es Domine Deus noſter, &c.* quid enim honorabilius, ac rege dignius in hoc mundo, quàm continuis ad Deum cantilenis indulgere? & in hoc Ieremiæ verſiculo reperies, quod oranti Ieremiæ, *ſuſcipe Domine orationem meã*, ſtatim offertur regnum, *ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, &c.* regnum conceditur oranti, non quod tranſit, & perit, vt ſunt temporalia regna: ſed regnum ſpirituale, atque cœleſte, videlicet, vt ſibi ipſi dominetur, vt terrenis imperet, vt ſeipſum ſuper ſe leuans, cuncta hæc mundana conculcet; non ergo

Deut.4.7.

Appropinquati Deo per orationem, occurrit De' beneficijs.

Nil ſublimius quã Deum laudare.

Apoc.4.4.

go exiguum dominium oratio eſt, & contemnendum, quippe cum cætera Dei dona orationi ſociata, oranti concedantur:talia verò dona, qualia nec Dauid penè agnoſceret, & dum dicebat, *Pſal.65.16* *venite, & videte quanta fecit Deus animæ meæ:*cunctos populos cõuocabat,vt quanta Deus ipſi conceſſiſſet aduerterent:confuſo quodam ſermone,& indefinito loquitur,& quæ ſpecialiter adnotaret, neſcit,*quanta,*inquit,*fecit Dominus animæ meæ,*magnitudo hìc admiratione,ſignatur:tanta enim,& talia ſunt, vt præ magnitudine,& excellentia ignorem. Sed quæ nam beneficiorum extitit cauſſa? ſequitur, *ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea:* propter orationem, & meditationem tot me donis auxit,ac cumulauit.

115 *Oratio digniſſima laborũ merces.* Enimuerò,vt ea quæ diximus meliori modo probentur, nos hìc vberrimum ſenſibus verſiculum trigeſimum capitis quinquageſimi primi, ponderabimus, qui probat Deum ſeruis linguam dare in mercedem, vt omnem operam orationi conferant. *Eccl.51.30* *Dominus*, inquit,*dedit mihi linguam mercedem meam, & in ipſa laudabo eum*, mirum videtur,quod pro mercede lingua detur,quæ poſſidetur naturæ beneficio; donum ergo linguæ datur, ideſt orationis: ideo ſequitur,*& in ipſa laudabo eum*, poſtquàm longo tempore adhæſit Deo oratione, dedit Deus linguam, quæ labores omnes,ac ſeruitia compenſaret.Igitur multa ſunt in hac ſcriptura ponderanda. & primo, hunc facere poteſt hic ſcripturæ locus ſenſum: *Dominus dedit mihi linguam mercedem meam*, ideſt merces, quæ gloria eſt, per orationem habetur; quomodo ergo regnum Dei aduenit, niſi petatur? denique neceſſitas ſemper orandi,hoc manifeſtat,quòd gloria conceditur orantibus,nec tantum gloria, ſed ſpirituales conſolationes,ac virtutes omnes, vt mox probabimus;dedit ergo mihi Dominus linguam oratricem, quæ mihi pariet mercedem meam,bonorum namque omnium, & vltimi etiam finis, oratio ipſa origo eſt. Et vt probet, orationis ſtabile donum eſſe, ac perenne, neque vlla aduerſitate amitti poſſe, *Orationis præmium ſtabile.* linguam dat pro mercede Dominus ei, qui longo famulatu ætatem conſumpſit in domo Dei. Propterea licet omnia à Iob auulſa, & dirempta fuerint, quis potuit mercedem domini ab ipſo auferre, quæ in lingua conſtituta erat? inde dicebat: *derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos,* *Iob 19.20* omnia conſumpta ſunt,& hoſte ſæuiente deperdita; attamen labiorum, & linguæ officia, quibus Dominus mihi mercedem patientiæ tradet, auferre non poterunt: *derelicta ſunt tantummodo labia circa dẽtes meos. Dominus dedit mihi linguam mercedem meam,& in ipſa laudabo eum.*Hic adnotatur ordo, vt nunquam inuertatur ab ijs, qui cupiunt ſapientes videri, & magiſtri; vix enim ſeipſos oratione confirmarunt,cum quaſi in perfectione redundantes, cæteros perfectionem docent, imperfecti. Prius ergo nos ipſos oratione informabimus,cæteros deinde, *Prius in oratione diſcere ſtudeat, qui alios cupit erudire.* præceptis,ac monitis directuri: ideo dicit, *Dominus dedit mihi linguam mercedem,& in ipſa laudabo eum*. Gloſſa vti diximus exponit hoc pacto[fideliter docendo] præcedat antea linguæ munus, ideſt laus Dei,& oratio,& deinde populus præceptis diuinis imbuatur. Et ideo ſequitur; *Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ.*Materiam hanc latè ſuprà diſcuſſimus: aduerte autem hìc quod dicit: *dedit linguã mercedem*,ſed, *ego laudabo eum*,vt conſtet prius debere eſſe fundamentum orationis, poſtea orationem;hinc prius dicit,*dedit*,in præterito;poſt verò,*laudabo*, in futuro. Muſicus cuius arte princeps delectatur, plerumque ab eo in mercedem,citharam, vel aliud id genus inſtrumentum dono accipit, qui arte donum compenſat,& ipſum inſtrumentum,ac donum,in laudes principis conuertit.*Dominus dedit mihi linguam mercedem meam:* ecce inſtrumentum:*in ipſa laudabo Deum:* ecce id quod Dei dono accipit, Dei vult laudes reſonare. *magis ornat qui oratione proficit* Vnde ſatis erudimur, vt quantò magis quis in ora-

oratione ſe exiſtimat profeciſſe; tantò magis orationi ſe tradere debeat, ac ſacris cantilenis Domini magnitudinem commendare. Aulici, qui longa ſeruitute conſumpti, mercedem aliquando recipiunt; habitam mercedem ad Principis ſeruitia non erogant. Sed orator quam mercedem à Deo recipit ad ipſius Dei conuertit obſequia. *Dominus dedit mihi linguam mercedem meam: & in ipſa laudabo eum*: ſic quod habet erogat ad Dei laudem, & quod recipit etiã, Dominum laudando, diſpenſat. *Dominus, &c.* exigit Deus tributum orationis, & prædicationis ex lingua data; nemo ſibi donum hoc conſeruet, quod ad proximi ædificationem, & orationis profectum conceſſum eſt. Iſaias hoc explicat: *Dominus*, inquit, *dedit mihi linguã eruditam, vt ſciam confirmare eum, qui laſſus eſt: verbo*. Ecce ad quid datur lingua erudita; vt confirmetur laſſus, corrigatur peccator. Verum non ad hoc ſolum; ſubdit enim, *manè erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum*: lingua hìc connectitur, & auris: auris aperitur, lingua ſoluitur; non enim ſufficit alios admonere, niſi ipſe prius, aures aperiat, & ſubiaceat diuinæ admonitioni: & vide quomodo hæc duo connectat, & humilitatem in audiendo Deum, & charitatem in admonendo proximos. *Dominus, &c.* & ſi laudet Deum lingua, & ad Dei gloriam conuertatur, *& in ipſa laudabo eum*: attamen merces mea eſt, quia beneficium meum; ità enim oblector laudando Deum, vt, etſi miniſterio vtar linguæ in diuinis laudibus; attamen inde magnam vtilitatem, ac delectationem capio. Dauid hoc teſtatur dum dicit: *Lex tua meditatio mea eſt*. S. Hieronymus vertit: *Lex tua voluptas mea eſt*, oratione, quam ad te fundo, meditatione legis tuæ, nihil mihi contigit delectabilius. *Dedit mihi linguam mercedẽ, &c.* omnino lingua orantis merces eſt; etſi enim languida, & arida videatur oratio; meritum tamen recipit orator, & eſt ipſa arida lingua merces; nunquam enim mercede priuatur laus purgatæ linguæ.

Prædicationis donum conceditur, vt alij erudiãtur.

Iſai. 50. 4.

Oratio voluptas animæ.

Pſal. 118. 174.

Sic Dauid aridus in oratione, dumque ſe terram eſſe animabat ſitientem: *expandi manus meas ad te; anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, &c.* ſubdit, *auditam fac mihi manè miſericordiam tuam, quia in te ſperaui*. miſericordiam ſtatim etiam poſt aridam orationem adiungit.

Etſi arida videatur oratio, nũquã tamen mercede priuatur.

Pſal. 142. 8

116 Dedit mihi, &c. merces vltima eſt, quæ longo fractos ſeruitio aliquos munerat, & ad quietem dimittit, ſeruitutis ſtudia compenſans; ſi quis enim poſt belli diſcrimina aliquo honore donetur, hìc tandem domum reuerſus, illo fruitur, quod bellando acquiſiuit; igitur merces ſolet eſſe finis laborum; mercede namque finiunt ſeruitia, creſcit autem in largitorem obligatio recipientis, & affectus. Hoc quoque dixerimus de oratione; quod videlicet diuturna orantes feſſos actione in via Dei, Deus ipſe muneret quiete orationis (quies enim non labor in oratione eſt) ſicuti merces labores coronat, & adducit quietem. Hoc in pſal. probatur: *conuertere*, inquid Dauid, *anima mea in requiem tuam*. Agellius ad litteram, *ad orationem*, & cauſſam infert Dauid, *quia Dominus benefecit tibi*, iam anima mea mercedem habuiſti; conuertere igitur ad requiem orationis, quieſce orando. Nec minori etiam ratione aliquid de actiua, & contemplatiuã vita in iſtis verbis concluditur; quid enim innuit eccleſiaſticus hoc dicendo: *Dominus dedit, &c.* niſi quod vita actiua præcedat, & deinde ſequatur contemplatio? ideo vocatur merces; niſi enim opera, ac ſeruitia deuotæ animæ præceſſiſſent, quomodo oratio ſub nomine mercedis daretur à Deo? illinc eſt incipiendum, & huc deueniendum; incipiat actiua, contemplatiua finem imponat, illa laboret, hæc mercedem habeat. Sic in Euangelio vocati ſunt operarij, de quibus dictum eſt: *voca operarios, & da illis mercedem ſuam*. Operarios voca id eſt in vita mortificata, & actuoſa operantes, & da mercedem quietis, & orationis. Aduerte quòd lingua merces eſt, ſed in ipſa laudatur Deus: eſt merces

Simile.

Oratio quies animæ.

Pſal. 114. 7

Actiua vita contemplatiuam præcedere debet.

Matt. 20. 8.

L lingua

Digitized by Google

lingua,ſed non garrula, non peruicax, non tertia,non ea demum, quæ eſt gladius acutus,&c. ſed quæ ad benedicendum data eſt, quæ meditatur iuſtitias Domini, *& lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam*:altera verò non eſt merces Dei, licet erudita, ſed Diaboli.Fertur Seraphicus Bonauentura, Sancti Antonij linguam,quæ poſt mortem adhuc viuax, & rubicunda cernebatur,manu tractans, in hæc verba prorupiſſe. *Tu viuis adhuc,quæ continuo ad dominicas laudes ſoluebaris.*

Pſal.34.38

Lingua S. Antonij incorrupta, merces orationis.

117 Quidquid autem mercedis eſt in lingua, in Dominicis laudibus impendi oportet, ideſt ſemper in eius lingua eſſe debet,qui eam in mercedem recipit.Obſerua proinde promiſſionem Domini ad Abraham:*ego ero*,inquit, *merces tua magna nimis*:at quæ iſta ſit merces littera manifeſtat in textu. Verum iuxtà tropologicum intellectum, merces eſt orationis;ideo ſequitur, *& ſtatim Abraham cepit orare:* quaſi diceret, laus mea erit merces tua, habebis mercedem orationem,&c.Inde docemur, omne commodum prætermittendum eſſe, dum de donis agitur orationis, ideo oratio, & lingua datur,qua doceam,non vt in ipſa meipſum commendem, ſed Deum, non vt fauores populares captem in concionibus,& primario prędicem propter ſtipendia.Sed in ipſa lingua laudabo Deũ, oratione,præceptis,admonitionibus, vt totum ad Dei gloriam refundatur. Ità dum Tobias quærebat, quid nam poterat inueniri, quod digna eſſet Angeli merces. *Quam ergo mercedem dabimus ei?* nullam, reſpondit Angelus,opus eſt mercedem impendere, præter laudem Dei;ad authorem enim gratiarum, gratès redundent,& conuertantur. *Benedicite Deum Cæli*, hæc potior merces eſt: tantum benedicite Deum:gratitudo omni mercede maior eſt,& recognitio diuini beneficij.At in hac ſcriptura hæc ponderaſſe ſufficiat.

Gen.15.1.

Tob.12.2

118 Conſiderandum ergo eſt,egregiè virtutes omnes comparaſſe Ieremiam, qui adhuc in mane pueritiæ oratione munitur;vitæ namque perfectioni conſulit,& rerum incolumitati, qui nil, niſi diuina prius deprecans auxilia, operatur; adeſt enim poſtulatis Deus, & præſentiæ ſuæ gratiam impertit, actus etiam indifferentes abſque actuali ad Deum directione, in virtute primæ orationis,& conuertũtur ad Deum, & ab ipſo quoque. diriguntur.Neque ſolum hic matutinæ orationis fructus exiſtit, ſed etiam experimur interdiu facilitatem in orando; quandoquidem ad id quoque cogitationes ſæpè redeunt,ad quod primo omnium directę ſunt;totum ergo diem tranſigit meditando, qui matutina imbuitur oratione. Sicut is qui ad diurna negotia domum egreditur, nullius rei penuriam patitur,ſi ſacculum pecuniæ ſecum portat, ſemper enim habet in promptu nummos ex ſacculo, & ad omnem euentum,pecuniæ ſubſidia promit.Hoc quoque de oratione dicere poſſumus, cum enim quis,mane, multa oratione repletur,vt ità loquar,ad omnes actus os pronum,ac facile,conuertitur ad orationem. Hoc præſtabat Dauid cum dicebat, *repleatur os meum laude*, repleri cupit os laudibus diuinis,ſed ad quid?*vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam;ne projicias me in tempore ſenectutis,cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me*,ideo cupio theſaurum mihi orationis præparare,vt non egeam in vita mea, & cum ſenuero,ideſt actuoſæ vitæ defecerit iuuenilis ardor, ex promptuario cordis, conſeruatam orationis pecuniam producam,ne vnquam egeſtati,ideſt tentationi ſuccumbam. Porro Ieremias ſciens orationis commoda,hunc ſibi orando,prima adhuc adoleſcentiæ luce,theſaurum parat; vt poſſit deinde toto vitæ tempore, dum inopia premitur, ideſt tribulatio ingruit, conſeruata pecunia, liberari. Atque hęc ſpiritualem vitã profitentium, præcipua regula eſt; tota enim die eructatur, quod pleno ore prius hauſtum eſt. Non ſolum autem hoc de matutina, ſed de veſpertina etiam oratione dicebat Dauid; ſemper enim expergefactus,ad orationẽ recurrit

Totum diẽ orat, qui mane imbuitur oratione.

Pſal.70.9.

Oratio veſpertina facit,vt dum excitamur mane oremus.

qui

Digitized by Google

qui conniuentibus oculis diuina meditatur, fitque vt etiam mane linguam, mentemque ſapore priſtinæ meditationis habet redundantem: ait ergo Dauid,
Pſal.62.7. *ſi memor fui tui ſuper ſtratum meum; in matutinis meditabor in te*; primæ enim diei cogitationes ad nouiſſimas præteriti diei recurrunt, ſi cubitum eo meditans te, mane expergefactus te ſtatim recolo.

119. Regula militaris eſt, vt noctu excubię, neminem portas vrbis ingredi patiantur (cum res præſertim eſt in armis, inſidiante hoſte) niſi is, qui petit intromitti, nomen dederit. hoc etiam in vſu eſt quando repentina incurſione depopulatur ciuitas; nomen prius alicuius ſancti vulgatur, vt illud, cum quis interrogatur proferat, ne quando hoſtis ſe amicum ſimulet. Igitur arcem, ſeu vrbem munitiſſimam cœlorum (ne vnquam hoſti pateat aditus) nemo intrat, qui nomen non dederit; nomen, inquam, orationis, & oratoris; quodue fabulabantur antiqui de obolo, & ſene nauta, in ripis Acheronticis; hoc in acceſſu ad cœlos præſtatur, & nomen exigitur, *introite*,
Pſal.99.4. inquit Dauid, *portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis confitemini illi, laudate nomen eius, &c.* quod etiam ſpectare poteſt ad eos; qui templum intrant, docentur enim quomodo debeant templum ingredi, prius enim oues paſcuæ eius (ij ſcilicet, qui paſcuis dominicæ carnis veſcuntur) debent confiteri, *introite portas eius in confeſſione*, deinde ad orationem ſe conuertant proximiores altari, *atria eius in hymnis*, deinde ſentiat ſacratiſſimi cibi ſuauitatem, *laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius, &c.* Sed probemus id quod diximus, orationem nos cognoſci à cuſtodibus ianuæ cœleſtis, ſi verè ſumus ex populo, & exercitu Dei, nec ne. Miles quidam deſcribitur ab Iſaia, qui ad arcem appropinquabat, portas eius ingreſſurus, & à cuſtodibus in-
Iſa.63. terrogatur hoc pacto, *quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?* quis, inquã, eſt qui licet cruore inimicorum profuſo glorioſus appareat, attamen ſigna cæterorum, ideſt nomen verum dare oportet, vt ei vltro pateant ianuæ? reſpondit ille, *ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum*, non hæc tantum illa ſigna ſunt, quæ exiguntur, ideo proſequitur ille interrogare, *quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* videris eſſe ex populo noſtro in fortitudine, & animi conſtantia, vt conijcio; attamen pergam interrogare, vt vera, & peculiaria militum huc intrantium ſigna deprehendam: adhæc reſpondit ille multis, & tandem ſubiunxit, *miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddit nobis Dominus, &c.* laudes diuinas canam, & orationi Oratio ianuas cœli nobis patefacit.
continuæ intentus ero, ex eo quia tanta mihi præſtitit Deus: hoc cum audiret vigil, ac cuſtos, militem ſcilicet hunc in laudibus Domini recitandis inſignem eſſe, hæc habens inditia in ijs, qui cum populo Dei annumerantur, & in arcem cœli intrant, reſpondit, *& dixit verumtamen populus meus eſt, &c.* qui hac virtute pollent orationis, ex populo meo ſunt, ijs cœlorum arcana referentur. Quęcunque hic diximus, B. Stephano Prothomartiri applicari poſſunt, qui primus torcular calcauit, rubrum ſuo ſanguine habens veſtimentum, & ſua oratione cœlum aperuit, *ecce video cœlos apertos, &c.*

In canticis Sponſam orationis ſomno 120
quieſcentem ſurſum legimus ad cœlos extolli. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* hæc virgula ex aromatibus compoſita ſponſa eſt, quæ omnibus referta virtutibus, oratione ſubnixa eleuatur ad Deum, at verò bis dicitur Cant.4.6.
aſcendere ſponſa, primo, *quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula, &c.* Cant.9.5.
& alibi etiam, *quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum, &c.* cur ibi aſcendit per deſertum, hic verò de deſerto? cum ali-

Digitized by Google

quis alicubi conſiſtere delectatur, cum diſcedendum eſt, moras nectit, difficile videtur poſſe hinc auelli. Igitur oratio in ſolitudine adeo placet animæ, vt quaſi cœleſtibus diuitijs, & voluptatibus illam comparet; vnde & cellam, cœlum eſſe, pulcrè dicebat Bernardus; aſcenſura ergo cœlum è ſolitudine anima, ita eleuatur, vt gradiens per deſertum videatur eleuari non verò à deſerto; obliquo, ac toruo itinere ad ſuperna conſcendit, delicijs detenta ſolitudinis, à qua, licet tandem cœlum petitura, quodammodo neſcit diſcedere; hic enim deſcribitur aſcendere ſicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & thuris, ideſt orabat ibi, & tribulatione, ac amaritudine premebatur; at vbi tribulatio, vbi oratio, ibi cæleſtis eſt dulcedo; ideo tardè aſcendit in paradiſum, quæ adhuc moratur in paradiſo: ibi verò præſentes habebat ſpōſi ſui delicias, *innixa*, namque dicitur aſcendere, *ſuper dilectum ſuum, delitijs affluens*, ideo velocius ad cœlum aſcendit, ab exilio ad patriam, & ducit moleſtias, eſſe deſerti huius delicias, petitura cœlum. Sequitur ſcriptura, *en lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper ſemur ſuum, propter timores nocturnos*, quaſi diceret: iſta de deſerto tanta ſecuritate aſcendit, cum omnia hoſtili mœtu turbentur; vnde, & rex ipſe Salomon ad ſui cuſtodiam ex fortiſſimis Iſrael ſexaginta deſtinauit; mirum omnino profectò eſt, ſed orationis virga terrores excludit, ipſa eadem diſcrimina omnia repellit: quod vt oſtendamus, ex profanorum fabulis aliquid neceſſe eſt mutuari. Virgam aiunt quandam, cum monſtrorum immanitate premerentur, milites habuiſſe, ità magicis artibus elaboratam, vt ad ipſius aſpectum monſtra cederent, & magici omnes apparatus euaneſcerēt: itaque tunc virga oſtendebatur, quando nulla ſupererat, beſtiarum vi, ſpes militibus euadendi; protinus ergo, vt virga oſtēſa eſt, Draco prius, deinde Leo, poſtremo innumera monſtra

Solitudo oranti inſtar paradiſi.

Epiſt. ad fratres de Monte Dei

Locus tribulationis paradiſus.

Orans ab omni timore liber eſt

Taſſus in Hi. r. lib.

proſtrata ſunt. Idem quoque fabulatur alter Poeta de ſcuto pellucido, cuius ſplēdor ita aciem oculorum perſtringebat, vt excœcaret prorſus, & occideret intuētem; ſed mera hi deliramenta loquuntur, & incantationibus ea concedunt, quæ virgæ orationis propria ſunt. Inſpiciamus tria tribulationis monſtra Iſraelitas penè ad mortem adegiſſe, ſed virgæ oſtenſione in vltima fortuna, illa quidem omnino ſuperaſſe, *errauerūt in ſolitudine in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, eſurientes, & ſitientes anima eorum in ipſis deficit*. Primum malum, & immanis beſtia, ſitis fuit; vnde huius incommodis appetiti Iſraelitæ defecerunt; at vltimum ſubſidium promitur virgæ orationis, & omnia euaneſcunt inſtar incantationum; ſubdit enim, *& clamauerūt ad Dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos*. Secundum monſtrum fuit labor, & infirmitas abſque auxilio, *& humiliatum eſt in laboribus cor eorum, infirmati ſunt, nec fuit, qui adiuuaret*; ſed virgam, deficientes, oſtendunt orationis, & ingruens malum trāſit; nam ſequitur, *& clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos*. Iterum ſemimortui, inappetentiæ diri monſtri, furore concuſſi, *omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis*, ſtatim ac virgam obiecerunt, ſcutumque orationis, malum hoc fugarunt, ait enim, *& clamauerunt ad Dominum cum tribularētur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos*. Vltimo tandem omnes tribulationum beſtiæ irrumpentes vim fecerunt; ſed eadem quoque oratione diſiectę ſunt, *aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt vſque ad abiſſos, anima eorum in malis tabeſcebat, turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt:* tandem pari quoq; orationis virtute, mōſtra hæc euanuerunt, *& clamauerunt, &c.*

Orationis virga, & ſcutū mōſtra tribulationis fugat.

Pſal. 106.

Sed oratio, ſicuti diximus ſolitudine debere fulciri, vt aſcendat ad Deum, 121
vt monſtra tentationum ſuperet, Deūq; ipſum quodammodo vincat; ità fide nutrien-

Digitized by Google

trienda, ac vnienda eſt; alioquin ſuos non parit effectus: quod hoc ſimili explico.

Simile.

Oratio ſine fide vana eſt.

Cum duo ſimul ſingulare certamen ineunt, & alter alterum gladio confodere conatur; ſi minor viribus, ab altero, ità prematur, vt iugulum enſi iam iam ſit daturus, & cōmiſeratione extranei cuiuſdam ſubleuetur, qui vices ipſius ſubeat euaginato enſe, & ipſum à contumelia ſaluum reddat, & à morte; tñ ingratus, beneficia minimè rependens vitæ, enſem in ipſum liberatorem ſtringat: hic profectò debet ab illo deſeri, vt omnino ictibus inimici confoſſus pereat. Continuo dum peccamus, cum Deo pugnam inſtituimus, dicente Iob, *tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt, &c.* cum ab eo tribulatione calcamur, oratio nos adiuuat, quæ ipſum à vindicta retinet; verum cum orationi fidem adimimus, cum gladium fidei à manibus ipſius diſijcimus, iterum oratione ſe retrahente, tribulationibus à Deo immiſſis ſuccumbimus, hoc in pſal. probatur, *dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione, in conſpectu eius, vt auerteret iram eius, ne diſperderet eos,* ecce quomodo oratione Moyſes iram diuinam conpeſcuit, quæ illos iam iam proſtrauerat, vt habetur alibi. ſequitur. *non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt, &c.* contra liberatorem eleuati ſunt non credendo, infidia, & contemptione; quid ergo mirum ſi oratio per Moyſem ſignificata ſe retrahat ab auxilio, & ſequatur quod ſubdit ſcriptura, *& eleuauit,* nimirū Deus, *manum ſuam ſuper eos, &c.* vbi non credit animus, fruſtra laborat oratio.

Iob 15.25.

Pſal. 106. 23.

Exo. 32. 10

122 Phœnicem, aiunt, longa vetuſtate confectam, vltrò medijs in ignibus in cineres redigi, atque deinde, naturæ miraculo ex ſui deſtructione renaſcentem, ad priorem, vegetioremque ætatem redire; atque hæc, auis huius, conditio ſatis vulgata eſt. Veruntamen quod Phœnix ſenio cōſumpta, igne miniſterio, conſequitur; orans tribulatione deiectus, & inter laborum ſenectam, acquirit; quia videlicet ad puriorem vitam, & iuuentutem conſolationis, & pacis reuertitur. Innuit hoc de orante Iob. *tu autem firmaſti cor tuū, & expandiſti ad eum manus tuas: Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tunc leuare poteris manus tuas abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis; miſeriæ quoque obliuiſcèris, & quaſi aquarum, quæ præterierunt recordaberis, & quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, & cum te conſumptum putaueris, orieris, vt Lucifer.* Vatabl. *quòd ſi cor tuum rectè compones, & ad ipſum Deum manus tuas expādes, &c.* ideſt ſi ex compoſito, & præparato corde pura, feruens, & deuota ad Deum eleuabitur oratio, non ficta, non fucata, non tantum clamore verborum edita, tunc ſequitur, *quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam,* veſpera tunc reuertetur ad meridiem, ſenectus ad iuuētutem, ità Lyranus hic; quaſi phœnix re nouaberis, ſi expanſis ad Deum manibus puro corde poſtulationes tuas direxeris: ſubdit autem, *cum te conſumptum putaueris, orieris, vt Lucifer,* quemadmodum Lucifer putatur in mari extinctus, ſed lucidior emergit ex vndis; ità etiam orator, tribulationis vnda ſepultus, vegetior, & purior exſurgit. Ionas proiectus in mare, in ventre piſcis conſumptus putabatur, & ipſe de ſe dicebat, *ego dixi abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum, &, circumdederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum, ad extrema montium deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum,* bene ſe eſſe conſumptum putabat, qui dicebat vectiblus æternitatis concludi; ſed videamus quomodo, & quare, ortus eſt, vt Lucifer: ſequitur: *cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum,* tandem, *& dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in arida,* quem belluæ immanis interiora concluſerant, & in vndoſo carcere, ferina vincula, coercebant, oratio eripuit, & abſoluit; obſerua quod dicit: cum

Simile.

Lactātius de Phœnice.

Iob 11. 13

Orans renouatur, vt phœnix.

Ion. 2. 5.

Sepultus in tribulatione oratione reuiuiſcit.

Digitized by Google

cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum: quaſi inſinuaret; dum auxilium omne procul haberem, & iam inciperem mori, animaque ipſa ad cor confugeret, oratio me à faucibus mortis eripuit. Adhuc nota quod oratio memoriale eſt animæ in tribulatione poſitæ, & in carcere anguſtiæ detentæ. Ecce Ionam in carcere poſitum: *ad extrema montium deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum:* ecce memoriale orationis ad Deum, *cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum*, & ecce tandem Domini prouiſionem, *& dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in mari.*

oratio animę memoriale ad Deum.

Ion. 2. 7.

123 Simile quoque memoriale reperies in petitione Chananææ cum filiæ ſuæ ſalutem poſtulabat, inquiens, *miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à Dæmonio vexatur*, reſpondit tandem Dominus, tibi ipſi ob efficaciam tuæ orationis gratiam in memoriali tuæ orationis ſubſcribe, *fiat tibi ſicut vis.* Sed alio modo inueniamus in ſcriptura, in carcere laborum detentos oratione inſtante abſolutos eſſe à uinculis.

Matth. 15. 22.

Simile.

124 Damnati ad triremes ad officia plerumque aſſumuntur, ea præſertim, quæ ad muſicam ſpectant: concentus igitur ſymphoniæ ex ijſdem captiuis conſtat, qui à uinculis ſæpè expediuntur, vt muſicæ vacent, & diuerſo veſtium genere, atque alio cibo vtuntur. Dauid mirabatur Domini bonitatem, atque eum magnificabat dicens, quod Dominus dum huiuſmodi compeditos viſeret arctis vinculis detentos, cum aliquos deprehendiſſet muſica orationis inſtructos ex vinculis eripuit, vt cantilenæ vacarent; hæc ſunt illius verba, *ſcribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur laudabit Dominum, quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum*, ſed quare ſolueret? *vt annnntient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ieruſalem.* adeo Deum muſica orationis delectat, vt vinctum ſoluat ab afflictione ad hoc, vt hilariter canat, & Deum ipſum laudet: quòd ſciens promiſerat id ſe facturum Ezechias, *Domine ſaluum me fac, & pſalmos noſtros cantabimus omnibus diebus vitæ noſtræ in domo Domini.* Ionas ipſe ibidem, *ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcunque voui reddam pro ſalute Domino.*

A vinculis tribulationis aſſumitur orator ad muſicā orationis.

Pſal. 101. 18.

Iſai. 38. 20

Ioan. 2. 10

125 Quod etiam coniectans Dauid, orationem videlicet maxime capere Deum, atque ei iucundiſſimam eſſe, ità ſecum egit in magno vitæ diſcrimine, rogans auxilia, quibus à tribulatione eriperetur, egit inquam, vt fieri ſæpè cernimus aliquem, vt poſtulata conſequatur, aliquid illi offerre, quo ſciat, ſe maximo deſiderio teneri, atque delectabile eſſe. Igitur Dauid plura à Deo petijt, nec modum ferè petitionis adhibuit, & primo petijt ab ipſo Deo laudari, quaſi quodcunque os laudes ſuas non æquaret: deinde tam multa imprecatus eſt inimicis ſuis, vt pſalmum in hac imprecatione conſumeret, peteretque à Deo, omnino ea omnia euenire, quæ vt euenirent rogauit. Itaque toto pſalmo petitionibus expleto vno verbo cõcluſit, ſe id omnino, vt poſtulauit, conſequuturum; quia viciſſim, quod delectabat Deum, ipſe producturus erat, ſcilicet orationem. Concludit ergo hoc modo, *confitebor Domino nimis in ore meo*, non taceat laudem meam Dominus, quia ego laudo eum, ità delectatur orationem, vt laudantem laudet, quinimo omnia, quæ poſtulaui perſoluet, quoniam, vt ità fiat, fauores protuli orationis, quæ ipſum adigent ad hęc adimplenda: non enim quidquam negare poteſt oranti. Quod verò Deus laudantem, orantemque laudet, quòdue, alternatim, inter ipſum, & orantem quædam viciſſitudo ſit, probat Dauid, qui hæc habet, *viuet anima mea, & laudabit te*, vertunt alij, *reſpondebit alternis:* intonabit Deus gratijs, ego reſpondebo gratias agens, ille beneficijs, ego laude, ità vt alternis vocibus reſpondeamus; ideo dicit, *Deus laudem meam ne tacueris*, & vltimò, *confitebor Domino nimis?*

Totum ſerè Deo reddit, qui reddit orationem.

Pſal. 108.

Pſal. 118. vltim.

Orans viciſſim canit cū Deo

nimis ? in ore meo .

126 Tandem ſi ea, quæ diximus bona, oratio confert, & ſi animæ perneceſſaria eſt, vt ſanctè, ſemitam virtutum omnium, percurrat; mirum non eſt, ſi in ſcripturis ſub neceſſitatis titulo præcipiatur dicente Domino: *oportet ſemper orare, & nunquam deficere*; quæ quidem neceſſitas, cum diuerſimode à patribus ſumatur pulcrè nos hac ſimilitudine denuo illam probamus.

Simile.

Anima fons eſſe debet Dei ex quo continuò aquæ effluere, ac promanare debent; aquæ inquam, orationis. Verum vt nos videmus nihil nobis iniucundius offerri, fonte aliquo, quem nulla proluit vnda, nec peregrini ſitim leuare aliquo modo poteſt; ità fons orationis exiccatis vndis, continuæ ad Deum laudis, indecora ſui ſpectacula præbet.

Orans debet eſſe fons irriguus, & perennis.

Igitur oportet orantem, fontem perennem eſſe, & irriguum; hanc ſimilitudinem fontis attulit in Pſalmis Dauid, dum hæc dicebat:

Pſal. 118. 171.

eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iuſtificationes tuas, vertunt alij,

Agell.

profundent, effundent, effluent more fontis affluenter, & copiosè, & alibi:

Pſal. 141.3

effundo in conſpectu eius orationem meam, ideſt ex fonte animę meæ perennes orationis latices ſcaturire, ac effluere facio: non ſum fons aridus, ſed aſſidua oratione, riuos orationis effundo, non æſtiua ſiccitas profluentes laudum vndas cohibet, nec temporum viciſſitudo curſum prohibet aquarum. Igitur quod hic dicit, alibi etiam expreſſius loquitur.

Pſal. 33.2

Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo, fontis inſtar, continuo excurrens oratio nullo temporis impedimento tardatur, hoc ſpectat ad neceſſitatem orationis, & animæ pulcritudinem.

127 Verum, & alia quoque ratione neceſſaria videtur oratio, hac enim virtute laſciuientes corporis motus, & corruptæ impetus naturæ, & varios vitiorũ quãdoque motus, cõpeſcimus.

oratio motus laſciuientes cõpeſcit eſtq; frænum animæ

Homo.n. ſicut equus fræni rationis impatiens, in via mũdi curſum inſtituit, quod dicit etiam propheta:

Ier. 8. 6.

omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium. Sed quomodo frænatur indomitus equus noſtræ concupiſcentiæ, niſi fræno orationis, & meditationis? hoc, & Dauidis eſt dicentis,

Pſal. 118.9

in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos, cuſtodiam ſermonum, aſſiduam dicit eſſe meditationem Agellius hoc loco, eſtque verſiculi huius hic ſenſus, quod eſt equino pullo frænum, & domitor, hoc idem eſt meditatio, & reuera nihil eſt efficacius ad cohibendas animi effrænati cupiditates, quam aſſidua oratio, & cæleſtium rerum, & diuinæ legis meditatio. Alio quoque pacto etiam hoc poteſt intelligi, quod videlicet oratio opera hominum corrigat. Cum quis librum edit priuſquam typis tradatur, reuiſori, ſeu correctori tradit, vt errata corrigat; hoc munus nobiſcum exercet oratio, & opera noſtra ipſa corrigat, *in quo*, inquit, *corrigit adoleſcentior viam ſuam*: quaſdam Domini vias inuenimus immaculatas, ſanctas, &c. quaſdam etiam hominum, pollutas ſordibus peccatorũ, quoniam verò de ijs dicitur,

Iſa. 55. 8.

non ſunt viæ meæ, viæ veſtræ: neque cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, adoleſcentior corrigit vias præmonente, & corrigente oratione. Alij, *purgabit*, legunt, quod indicat orationem medicinam eſſe animæ, & quod eam à fęcibus peccatorum purgat, & mundat.

oratio medicina animæ.

Si adoleſcentior ſalubriter viuere cupit, vitamque inſtituere ab omni ægritudine alienam, orationis prius pharmaco purgetur, *in quo corrigit, &c.* Deinde non ſolum medicina, ſed vita, oratio eſt: quod in pſalmis etiam probatur:

Oratio vita animæ.

veniat mihi miſerationes tuæ, & viuam, quia lex tua meditatio mea eſt.

Pſal. 118.77

Agellius, ità intelligit hunc pſalmi verſiculum, vt velit, Dauid inſinuare, nullam, præter meditationem veram eſſe vitam, verum hanc propoſitionem ſupra probauimus.

Remanet probandum, quod orator liberè cum Deo loquitur, qui recta oratione protegitur, ac munitur, & quaſi ipſum obiurget, diuina ſecreta perſcrutatur; hoc ſimili manifeſtum fiet; Inermis 128

Simile.

nua-

Digitized by Google

nunquam armatum prouocat, ne forte abſque vlla defenſione pœnas pendat; at verò cum offenſiua ſecum gerit arma, liberè, & alios increpat, & omnia clamore replet, & ad pugnam prouocat: quod plerumque obſeruamus præſtare genus illud hominum, qui gladiatoriã operam locant, vulgo [ſmargiaſsi] armis quippe operati, gratis alios lædunt, & ſe omnipotentes eſſe iactant. Itaque ideo loquũtur quia armis muniuntur. Cum Deo pari modo reperio, aliquando orantem agere, qui orationis armis defenſus, penè audacter clamat. Primò Dauid oſtendit, quod dixi, qui duriuſcule loquutus eſt, interrogans Dominum: *quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?* quaſi dicat, quid cauſſæ eſt, quod obliuiſceris mei, & quid commerui? verum non, ità penè audacter Dauid loquutus eſſet, niſi enſem haberet, & armis eſſet inſtructus orationis, immediatè enim ante dixerat, *apud me oratio Deo vitæ meæ*, enſem habeo orationis, *viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti:* ideo in hunc modum cum Deo loquor, nec timeo quidquam.

oratio gladius.

Pſal. 41. 10

Heb. 4. 12.

129 Beatus quoque Iob bis durè, ac ſeuerè reſpondit, ac loquutus eſt cum Deo, primo his verbis, *ſi flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentem rideat: terra data eſt in manus impij, &c.* & alibi, *quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea: deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam:* Hæc duo loca notat S. Hieronymus his verbis, *durè hic ſatis loquutus eſt contra Deum, in toto quidem libro hoc nullus locus eſt aſperior iſto, & altero ſuperius poſito, vbi ait quamobrem elegit ſuſpendium anima anima mea, & mortem, oſſa mea. De quibus ſermonibus reſpondit ad Deum in fine libri; vnum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum, quibus vltrà nihil addam, &c.* Igitur propter hæc verba leuia, & aſpera, & non conſummata, vt inquit infra idem Hieronymus, indignatus eſt Deus, indignationemque ibi comperimus, vbi ait ſcriptura. *Reſpondens autem Dominus Iob de turbine dixit:* ſubdit Hieronymus, *ſermone increpatiuo arguendus Iob, reſponſum à Domino accepit: hoc enim ipſum quod de turbine dicitur, ad terrorem pertinet obiurgationis, quod eſſet, vt dixi, increpandus à Domino; dixerat enim Iob, ſe iuſtum iniuſte à Domino caſtigatum.* obiurgans ergo Iob obiurgatur, & acriter reprehenditur, at quid ageret? gladio vtatur orationis: monſtret, ſe armatum eſſe, orationem, & ceſſabunt minæ. Itaque ſtatim hoc præſtat dicens, *qui leuiter loquutus ſum, reſpondere quid poſſum? manum meam ponam ſuper os meum: vnum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum, quibus vltrà non addam,* & inferius, *ideo inſipienter loquutus ſum, & vltra modum excedunt ſcientiam meam, &c.* quod vt comperit Dominus, armatum, ſcilicet hac humili ſupplicatione eſſe prophetam, & armis nimis valere, quodammodo oratione victus ceſsit, atque egit quod fieri ſolet, victos, victores ſuos aliquando verbis leuioribus placare, ac dicere, nunquam tibi iratus fui, ſemper rectè tecum res ſe habuit, cæteri ſunt in culpa, &c. ità Deus licet antea Iob increpaſſet, ex eo quod durè eſſet loquutus, nunc autem, vt robur agnouit orationis Iob, conuerſus ad amicos illius, dixit ad Eliphaz, *iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis loquuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob: ſumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis, Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia: neque enim loquuti eſtis coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob.* Rogo cur toties repetit, Iob rectè loquutum eſſe, quem ſupra repræhenderat, niſi quia oratione ipſius captus eſt atque deuictus? nec cum eo quæſtionem vltra vult inſtituere, ſed amicos pergit arguere. Plura quidem de oratione ſuppetunt quæ omnia adnotare longum eſſet, quamobrem cum pſalmus decimus nonus, in ſingulis verſicu-

Iob 9. 23.

Iob 7. 15.

Hieron in comm. 9. Iob.

Hier. in 40 Iob.

Iob. 38. 1

Iob 39. vlt.

cedit facile orantibus Deus.

Digitized by Google

ſiculis,aliquid orati onis includit, decre-
ui ſatis eſſe, breuiter in eiuſdem expoſi-
tione, quæ ſuperſunt,data occaſione,
explicare.

EXPOSITIO PSALMI XIX.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

130 OMnes autumant pſalmum iſtum tempore pugnæ fuiſſe compoſitum; plerique tamen exiſtimant, Dauid authorem eſſe compoſitum verò cum cæteris pugnæ intentis,ipſe orationi ſolus vacaret,& precibus ſuis eſſet auxilio. Aliqui verò cenſent, à quodam ex cantoribus compactum. Probabile tamen arbitror,compoſitum eſſe à populo,cum iam contrà Ammonitas bellum ſuſciperet,& iam profectio vrgeret,rexque contenderet, opus eſſe, vt ipſe quoque ad bellãdum prodiret. Itaque alibi Dauidẽ populus ità hortabatur, *ne egrediaris nobiſcum iu bellum,ne extinguas lucernam in Iſrael:* cauſſam verò hanc prætendebat, quòd videlicet magis poterat oratione, licet abſens, adiuuare bellantes, quàm viribus,preſens. Hoc Rabbi Sal. affirmat,& videtur Lyranus aſſerere. Myſticam aliqui expoſitionem proſequuntur de Chriſto Domino contrà Sathan.

2.Reg. 21. 18.

Viribus fortior oratio

131 Ad litteram: cupiebat populus, vt Dauid potius inſtar Moyſis manum eleuaret ad orandũ, quàm ad vulnus infligendum,eo quod orationis perſeuerantia robur prçſtaret exercitui. Deprecatur ergo Deum,vt dimicante exercitu Dauidis preces audiat,*exaudiat te Dominus in die tribulationis*, *protegat te nomen Dei Iacob*,nos, inquit, belli diſcrimina tenebunt,te verò precantem exaudiat Deus: bellicus enim labor omnis,tua victoriam pariet, oratione. *Die tribulationis*, die prælij,ſeu tribulationis, die quam ſubit in prælio. *Exaudiat:* ſupponit exauditio orationem,ideſt vt hic Agellius [non ſuis laboribus fretus,ſed Dei ope munitus in pugnam exit exercitus.] Non dicit,tribuant tibi tuæ vires, arma, milites victoriam, vt fractis, ac deiectis hoſtibus reuehas tryumphum, vt tuæ tibi Ammonitæ ditioni iungantur,vt cæteræ prouinciæ te ſolum regem agnoſcant,ſed, *exaudiat te Dominus in die tribulationis*; tryumphus enim precibus acquiri debet: ſi preces exaudiuntur, tuta, ac parta victoria eſt.

De hoſtib' tryũphus orationi adſcribit.

Protegat,à telis inimicorum te ſeruet, 132
& cuſtodiat, quaſi ſcutum te ipſum ambiat,& circumtegat. Hebraicè à [Sagau] ſubleuet Genebr.& Pagninus, *Nomen Dei*,ideſt inuocatio Dei,iuxtà illud, *in nomine meo*,ideſt in mei inuocatione: *dæmonia eÿcient*,ità Bellar. hic,& Genebr.& eſt ſenſus: ipſa Dei inuocatio, ſeruabit,cuſtodiet,& quaſi ſcutum firmiſſimum, ac tutiſſimum te defendet à iaculis inimicorum: erit manus ſubleuans te à terra,proiectum eleuans: cum repentinus hoſtium irruperit caſus,cum te inuadet inimici potentia,ipſa inuocatio dum tu manus eleuas, te à diſcrimine eruet, & inimicos ſternet; Dauid enim deiecit Goliath in nomine Domini, *in tollendo manus in ſaxo fundæ deiecit exaltationem Goliæ, vbi inuocauit Dominum omnipotentem*,ideo dicit exaudiat te, quia alias exauditus es, dum eleuaſti manum in ſaxo fundæ,& cor,& preces ad Deũ. Illud igitur nomen, quod à monſtro illo te oratione protexit,illud idem,tamquàm ſcutum, ambiat, & protegat. *Nomen Dei Iacob*,cur non potius Dei Abraham,& Iſaac, ſed, *protegat te nomen Dei Iacob?* fortaſſis quia prius natus bello Iacob eſt,quàm mundo, in vtero namque cum fratre pugnauit, atque adeo cum Angelo luctatus eſt vſque mane, ideo hæc ſcribuntur de Iacob, *in vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & inualuit ad Angelum,& confortatus eſt,fleuit,& rogauit eum in Bethel*: protectio ergo Dei Iacob te foueat, qui pugnando vicit, & tribulatione inualuit, oratione, ac fletu victor extitit in pugna, & ſicut illum orantem adiuuit,& reſpexit, pari modo te precationi vacantem victorem reddat Deus.

Mar. vlt. 17

Oratio ſcutum fortiſſimum.

Eccl. 47. 5.

Oſee 12. 34.

M Mittat

133 *Mittat tibi auxilium*, ſuppetias tibi mittat, roboret vires tuas, eo modo, quo princeps, amico principi, qui iam congreſſum habiturus eſt cum hoſtibus, vt validior conſtet exercitus, arma mittit, milites, &c. ità tibi pugnanti auxilium diuinum mittat Deus, ideſt vt exaudiaris orans. hoc potiſſimum eſt auxilium, quia venit, *de ſancto*, ideſt de ſanctuario, ſeu de loco arcæ. Genebr. de Eccleſia, in qua exaudit. *Deus in ſancto via tua*, ideſt in templo: Ezech. *Sanctum meum violaſti*, & Didimus teſtatur ſanctum ab Hebræis dici, templum, & penetralia templi; eſtque hic ſenſus: gentes, arma, vires non aliunde tibi ſperæ adfuturas, quàm ab Eccleſia in qua orationes funduntur, ſeu ab oratione, hic enim locus eſt in quo princeps ille ſummus, arma recondit, & potentiam, hoc principis armamẽtarium. Et nos poſſumus ſanctuarium hoc, vnde ſuppetiæ Dauid mittuntur, ſecretiorem, ac ſacratiorem templi partem interpretari, ideſt ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; facit ad hoc verſio Iſidori, *de loco ſanctuarij*, ideſt de loco vbi ſacroſanctum hoc ſacramentum reponitur; ibi enim citius orationes noſtræ exaudiuntur, & opportunum expeditur auxilium. *De Sion tueatur te*. Synonimum eſt cum templo: Genebr: *fulciat te*, ac, *ſubſtentet*, ſic Vatab. & Pagninus. Anima ſancta inſtar arboris eſt, quæ vbertate fructuum bonorum operum curueſcit, ac niſi fulcro ſubſtentetur orationis, facilè ramorum patitur iacturam, at cum oratione fulcitur pendentes fructus ſeruantur, neque aliquid ex meritis proijcitur; quod totum præſtat oratio: Agellius ex hebræo, *firmet roboret, & ſuſtineat te ne labaris*, ne vnquam exciſo ramo proterantur poma virtutum, ſuſtineat te, ità intellige illud Cant. *fulcite me floribus, ſtipate me malis*, hoc de anima dicitur, quæ fulcitur oratione; alioquin quomodo flore fulciri poteſt, niſi flos eſſet oratio? flos ergo orationis, quæ odorem admixtum habet, ſuauiter animam fulcit, ac recreat; oratio autem flos eſt, vt ſupra diximus, *exultabunt labia mea: florebunt labia mea, cum cantauero tibi*, & labia eius, & oratio ſtillantia flores, ac odores.

Pſal. 76. 14
Ezec. 5. 11

In eccleſia ſeruantur arma ſpiritualia.

Sãct. Eucha riſtię ſacramentum nos protegit ab hoſte.

Can. 2. 5.

70 Gen. Agell.

Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat, de ſacrificio illo loquitur, in quo thus adhiberi conſueuerat, orationis ſymbolum, ideo exponit Agell. pro (memorẽ eſſe) *odorari*, vnde Oſee, *memoriale eius, ſicut vinũ Libani*, cũ paulo ante dixiſſet, *odor eius, vt Libani*, & Iſaias, *qui offert oblationẽ, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat, qui recordatur turis, quaſi qui benedicat idolo*, qui recordatur thuris ille eſt, qui in odorem thus accendit. Alij in, *cinerem vertat*: præcipua orationis conditio eſt cinis humilitatis, iuxtà illud, *loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis*, quod de oratione dictum eſt. Ità deprimat orationem tuam, ideſt ea humilitate faciat orationem aſcendere, vt in puluerem vertat, vt quidquid petit obtineat. *Incineret*, Pagninus, *cinere aſpergat*, quaſi inſulta ſit Deo oratio, quæ cinere humilitatis non conditur. Loquitur autem hic propheta oratione reali, per ſacrificium, ſupra verò de mentali, & vocali. Gregorius ait pinguedinem, ac medullam ſacrificij eſſe lacrymas cordis humilis ex Dei omnipotentis amore, & deſiderio, *oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu altiſſimi*, propterea dicitur, *ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum*, ideſt quando humilis ero, & orans, tunc placebit Deo anima mea. 134

Oſee 14. 8
Iſa. 66. 3

Gen. 18. 27.

oratio quò humilior eò ad obinẽdum efficacior, & inſulſa eſt ſi cinere humilitatis non cõdiatur.

Hom. 10. in Eze.

Eccl. 35. 8.

Pſal. 62. 6.

Tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet, Pagninus, & Hieronymus, *impleat*, anima namque orans donis cæleſtibus impletur, & conſilium orantis diuino imbuitur timore, & regitur amore; pulcrè autem orans impletur, qui iubetur os aperire, vt impleatur, *aperi os tuum, & implebo illud*, & inſtar organorũ, quæ tunc ſonũ edunt, cum ſpiritu prius implentur, quo etiam ſpiritu petijt Dauid ſub nomine adipis, & pinguedinis impleri, dicens, *ſicut adipe, & pinguedine, &c.* ex Hebræo Hiero. quaſi 135

Pſal. 80. 11
Orans anima donis cæleſtibus impletur, & inſtar organi quæ prius ſpiritu impletur deinde ſonum edit.

Digitized by Google

quaſi adipe,& pinguedine implebitur ani
Pſal. 118. 24. *ma mea, & labijs laudantibus canet os*
meum,ſequitur, *Et omne conſilium tuum*
confirmet, conſilium iuſtorum cum Deo
eſt, *& conſilium meum iuſtificationes*
tuæ.

136 *Lætabimur in ſalutari tuo, & in nomi*
ne Dei noſtri magnificabimur, in nomine,ideſt in inuocatione, vt ſupra diximus, eſtque ſenſus: in inuocatione Dei noſtri vexillum erigemus,vincemus,choros ducemus, vt ſpiritus alacritatẽ oſtendat in orante.Pagninus verò Vatabl.Caetanus,vertunt,*tryumphabimus,vexillum erigemus*,tryumphi nulla maior ſpes eſt, de mundo, ac tartareis hoſtibus,quàm inuocatio Dei, *ego*, inquit ille,*non clypeo protectus,aut gelea,ſed ſigno crucis hoſtiũ cuneos penetrabo ſecurus*. (S. Mar. Epiſcop. Tur.)

137 *Impleat Dominus omnes petitiones*
tuas; nunc cognoui quoniam ſaluum fecit Dominus Chriſtum ſuum. Verba ſunt Dauid præſagientis victoriam, eò quia ad Deum oratio præmiſſa iam erat; vix fit mentio de oratione, & iam victoria parta eſt,& inſignia tryumphi recenſentur: *nunc cognoui*, quia oratio iam in promptu eſt,cui hoſtilis nullus impetus poteſt reſiſtere.

Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo,ſtan 138
tem in ſancto exaudiet de cœlo ſancto ſuo;velocia namque, & quàm citiſsima peruolant dona, & gratiæ à cœlo ad templum,oratione mediante. Nulli dubium eſt, quòd ſaluum fecit Dominus Chriſtum ſuum, dum è templo effertur oratio.

Hi in curribus,& hi in equis, nos au- 139
tem in nomine Dei noſtri inuocabimus. Quin etiam, adeo prompta, ac ſecura victoria eſt, vt exerant licet arma, & vires aduerſarij, & campum ſtrenuo milite roborent, feroces nos aggrediantur; præliabimur nos, ſed abſque armis, tantum oratione fulti,ac muniti;futurum namque eſt, vt exercitus aduerſarius ruat præceps, ac deuictus: curribus appropinquent, & nos inermes agrediantur, tantum tu Domine ſaluum fac regem ſemper erimus victores; rex enim noſter pro decem millibus,orans, computatur. Cætera patent. (Orans pro decem millibus computatur.)

Verſiculus. VII.

VVLGATA.

Et dixit Dominus ad me,Noli dicere, puer ſum: quoniam ad omnia quæ mittam te,ibis: & vniuerſa quæcunque mandauero tibi, loqueris.

SEPTVAGINTA.

Et dixit Dominus ad me: Ne dicas quia iunior ſum ego: quia ad omnes ad quos mittam te ibis; & ſecundum omnia quæcunque præcepero tibi, loqueris.

CHALDÆA.

Et dixit Dominus mihi:Ne dicas,puer ego ſum: quia ad omnem locum ad quem mittam te,ibis; & vniuerſa quæcunque mandauero, prophetabis.

VATABLVS.

Tum dixit Dominus ad me,Ne dicas, puer ſum ego:quia ad omnia ad quæ te mittam, ibis: & quæcunque mandauero tibi, loqueris.

PAGNINVS.

Et dixit Dominus ad me: Ne dicas puer ſum, quia ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quæ præcipiam tibi loqueris.

PARAPHRASIS.

Et Dominus ad me ſtatim reſpondit, non eſt Ieremia, cur teneræ vires ætatis, & linguæ obijcias imperitiam,vtrumque

Digitized by Google

enim ego ſoluo impedimentum, & viriũ, & linguæ facultatem habebis, ſi ſtatim ad imperatum munus accurres.

Expoſitio.

1
EXcuſauerat ſe Ieremias à demandato ſibi munere prædicationis, & prophetiæ, obieceratque Domino ſuam ineruditionem, defectum ſcientiæ, & eloquentiæ, ætatem minorem, ſeù iuuentutem, & adoleſcentiam, ac propterea dixerat: *neſcio loqui, quia puer ego ſum.* Reſpondet modo Dominus: *noli dicere puer ſum, quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, &c.* Duo obiecerat, *neſcio loqui*, & *puer ego ſum*, nihilominus prohibetur dicere: *puer ego ſum*, nulla facta mentione

Iuuenis ineruditus.

de ſcientiæ, & eloquentię defectu, quod per verba illa: *neſcio loqui*, intelligi poſſe videbatur. Sed ratio, cur vno relicto, de altero fiat mentio eſt, quia vnum in altero continetur, & vnum pro altero ſumi ſolet in ſcriptura, ſic habes: *Roboam erat*

2.Paral.13 7.

rudis, & corde pauido; Hebraicè; *erat iuuenis, &c.* & Salomon: *vt detur paruulis*

Prou.1.4

aſtutia, adoleſcenti ſcientia, & intellectus. In hunc quoque ſenſum loquutus

2.Cor.14. 20.

videtur Paulus: *nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote.* De ſe ipſo Salomon ait: *ego ſum puer paruulus, & igno*

3.Reg.3.7 & 9.

rans egreſſum, & introitum meum, & ſeruus tuus in medio eſt populi quem elegiſti, populi infiniti, &c. dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum, &c. ecce quomodo Salomon, ſe paruulum, & ignorantem ad populum regendum confitetur, eodem ferè modo, ac Ieremias; hic enim, *ſuper Gentes, & ſuper regna* conſtitutus, dixit, *neſcio loqui, quia puer ego ſum*: ille Rex populi Iſrael deſtinatus, ait: *ſum puer paruulus: & ignorans.*

2
Hic quæſo nota obiter, Salomonem rogare Dominum, vt *cor docile*, ſibi tribuat ad populum conuenienter regendum; nomine verò docilis cordis, ſapientia intelligitur, ſapiens enim eſt, qui eſt docilis, vnde ſubdit infra Dominus: *poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, &c. dedi tibi cor ſapiens ad di-*

verſ.11.12

ſcernendum iudicium, &c. docilem debere eſſe eũ qui alijs præficitur, inſinuat, non ſui capitis, propriæque opinionis; namque in propria perſiſtere ſententia, alioſque audire nolle, vel auditis, quando æquum eſt, nolle acquieſcere, obſtinationis, & ignorantiæ non leue eſt argumentum, neque inſigne opus aliquod ab eo, qui talis eſt, attendi poteſt; vnde, & auris ad audiendum intenta, futuri operis indicium fuit apud veteres; & in numiſmatibus cernere erat militem obuerſis intentiſque adſtantem auribus, cum inſcriptione, *allocutio*, vt inde daretur intelligi, ad bella, & pugnas eſſe paratum, expeditum, ac ſtrenuum; conſueuerunt quoque phyſiognomici, docilitatem, & ſapientiam, ſimul etiam benignitatem, & manſuetudinem, auribus erectis, & extantibus ſignificare; ſicut è contra per aures preſſas, & ſimiarum inſtar, temporibus adhæreſcentes, ſtuporem, & imperitiam, quæ doctrinam nullam admittant, ſignificabant, & de ſeruis Dei dicitur: *& erunt omnes docibiles Dei, omnis, qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me*; & alibi, *& aures omnis populi erant erectæ ad librum.* De reprobris è contra Iſai. iuxtà ſept. verſionem, *incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt*, ideſt obtuſi ad intelligendum, ſtulti, & inepti ad diſcernendum, ex vſitato loquendi more ſcripturæ, vt obſeruat Agell. ſuper verſ. 2. pſal. 4, exiſtimãt indociles qui in propria ſemper perſiſtunt opinione, virtutem eſſe, ſententiam non mutare, meliori cognita, ne leues æſtimẽtur, cum oppoſitum ſit. Immutabilitas perfectio in Deo eſt, quia cum ſit ens infinitum, ſimpliciſſimum, & actus purus, in omnibus perfectionibus, erit quoque in intellectu; vnde nulla ratio, aut motiuum de nouo infinitæ eius ſapientiæ contingere poteſt, per quod mutet ſententiam; ſed cum hæc perfectio ſolius Dei propria ſit, maxima erit in creatura imperfectio, ſibi aſſumere, quod ſoli creatori competit, neque nos ſoli

Docilis eſſe debet ſuperior.

Pier.lib.33

aures erectæ, ſapientiæ, preſſæ ſtultitię ſignum.

Ioã 6.45.

2.Eſdr. 8.3

Iſa.6.

S.Tho.p.p q.9.ar.1.2

Digitized by Google

ſoli, omnia quæ alij, poſſumus perſpicere.

3 Sed ad rem de qua agimus reuertamur. Ieremiæ excuſationem repellit Dominus. *noli dicere puer ſum quoniam ad omnia quæ mittam te ibis,&c.* ideſt ne tuam ſolummodo imbecillitatem, defectus, & inſufficientiam conſideres, ſed meam quoque potentiam attende, *qui linguas infantium facio diſertas;* & cum mihi placuerit, non ſolum iuniores, & adoleſcentulos, peritiſſimos facio, ſed etiam: *ex ore infantium, & lactentium perficio laudem,* perge igitur, exequere quod iniungo opus; me enim adiuuante perficies, & loqueris omnia, quæcunque tibi loquenda, & exequenda mandauero; *neque enim ſenectus annorum numero computatur: cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Iam immaculata erat vita Ieremiæ, qui adhuc in matris vtero fuerat ſanctificatus. Iam prudentia, & ſapientia cumulatus; ideoque, vt ait Hieron. hic, puer dicendus non erat; *noli dicere puer ſum,* & Ambroſ. *canities autem eſt intellectus hominibus, quibus maturitas conſilij grauitasque ſuppetit, vnde, & Ieremiæ dicitur; noli dicere iuuenis ſum, & vtique erat ætate iuuenis: ſed prohibet eum iuuenem ſe dicere, quia eſſet maturioris prudentiæ;* & alibi, *Denique excuſanti Ieremiæ, quod iuuenis eſſet, reſponſum eſt, noli dicere iuuenis ſum, eo quod non æſtimaretur iuuenis definitione diuina, qui canam haberet prudentiam, quæ ſanctificationis cæleſtis gratia reluceret.* Hoc confirmat Dauid illis verbis: *Teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.* Teſtimonium lex Dei eſt, qua pœna ſtatuitur illius violatoribus, & præmium, atque commodum obſeruatoribus rependitur; hoc teſtimonium, ſeù lex iſta, etiam paruulis, & ineruditis ſapientiam præſtat; huiuſmodi erat teſtimonium ſeù lex à Ieremia promulganda, nimirum lex pœnæ, & præmij, quia dabatur ad deſtruendum, & edificandũ, ad euellendum, & plantandum; merito igitur ſapientiam ſecum habet, & rectè, ei à Domino dicitur: *noli dicere puer ſum.*

Sap.10.21 — Pſal.8.3. — Sap.4.8.9. — Hieron. — Amb. ſuper pſa.118.9. — Amb ſuper pſal. 118. 100. — Pſal.18.7

4 Vel dicas, quod ipſis diuinis præceptis, & mandatis talis ineſt uis, vt ſi ritè, & rectè obſeruentur ab ijs quibus exequenda, & cuſtodienda mandantur; etiã adoleſcentulum, & imperitum, peritiſſimum, ac ſapientiſſimum, pluſquam eruditiſſimi ſenes, & in lege verſatiſſimi, efficiant; hoc expreſſit Dauid vbi ait: *ſuper ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.* Senum eſt propriè ſapientia, vti ait, B. Iob, ſed ſuper ſenes ſapientiam ſibi comparaſſe, ait propheta, non alia via, quam in exquirendis, ritè obſeruandis, accuratè cuſtodiendis ijs, quæ ſibi cuſtodienda, & annuncianda, ſeu pronuncianda labijs ſuis madauerat Dominus. Ex his igitur talis deducitur verſ. huius litteralis expoſitio, iam noli dicere, quia puer es, inſufficiens, & ad annunciandum imperitus, minimèque idoneus, & incauſſa eſt, *quoniam ad omnia, quæ mittam te ibis, & vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris:* ideſt puer cenſendus non eris, dum exequeris, quæ ego exequenda præcipio, & mandata ipſa mea cuſtodieris, opereque compleueris.

Obſeruatio mandatorum dat ſapientiam. — Pſal.118.100. — Iob.32.

5 Quod ſi moraliter aliquid adnotare velimus; dicamus repuliſſe Dominum Ieremiæ excuſationem, qua ſuam pueritiam, imperitiam, & ineruditionem obijciebat, *Noli dicere puer ſum,* quia Ieremias iam orationis ſtudium arripuerat, & orare iam didicerat; dixerat enim ſupra, iuxta Chald. verſionem; *Suſcipe deprecationem meam Domine Deus.* Nunc quaſi ei reſpondet Dominus, non amplius te ineruditum, puerumque virtutibus exiſtimes, ſatis namque edoctus es, dum orare didiciſti. Hoc idem ſibimet contigiſſe, apertè profitetur Dauid dum ait: *ſuper omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt;* ideſt ex iugi meditatione, & aſſidua circa ſermones tuos conſideratione, & ſi iuuenis, doctior tamen euaſi ſupra magiſtros meos, qui in librorum reuolutione, annos plurimos conſumpſerunt, atque conſenuerunt. Id quod Eccleſiaſticus

Moralis — Oratio intellectum acuit ad ſcientiam. — Pſal.118.99.

cus

Eccl.39.6. cus docet. *In conſpectu altiſſimi deprecabitur, aperiet os ſuum in oratione, &c.* quod nam autem virtutis, ſcientiæ, & ſapientiæ emolumentum, ex tali orationis ſtudio ſubſequutum ſit, oſtendit dum ſubdit: *Spiritu intelligẽtiæ replebit illum, & ipſe tamquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ.* Denuò ad orationem reuertitur, iidemque reſultant effectus: *in oratione confitebitur Domino, & ipſe diriget conſilium eius, & diſciplinam, &c. ipſe palam faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ: collaudabunt multi ſapientiam eius, & vſque in ſæculum non delebitur,* nonne oratione magis, quàm ſtudio, quidquid didicit, & docuit adeptum ſe fuiſſe S. Thomas Aquinas Eccleſiæ lumen, & decus profitetur? neque innumera deſunt eorum exempla, qui ſolius orationis ſtudio aſſidue adhærentes, ea in ſchola iſta didicerunt, quæ nec quidem humana ſapientia, comprehendere valuit.

6 Hoc ipſum alio loco Dauid expreſſit dicens: *appropinquet deprecatio mea in* Pſal.118. 169. *conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum,* vnit propheta deprecationem, & intellectum, ſeù intelligentiam, eam inquam, quam mentis ad Deum eleuatio parturit, petitque, vt ſe iam orantem, intelligentem, ac peritum faciat, non quidem mundana ſapientia, & huius ſæculi prudentia, quæ inimica eſt Deo, ſed, *iuxta eloquium tuum*, ideſt diuina, vt quæ ſecundum rectam rationem ſunt ſapere, & diſcere faciat; iuxtà, quod dixerat etiam Moyſes: *Hæc eſt* Deut.4.6. 7. *enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant: en populus ſapiens, & intelligens, gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.* Vide quomodo ſapiens, atque intelligens ſit populus ille, qui obſecrationibus intentus eſt, nec alia ſapientia, quàm diuina, imbuitur. Matth.15. Quis inquam quæſo niſi orationis ſtudium, Chanaæam meliorem ſalutem filiæ efflagitantem, eloquentem, prudentem, argutamque reddidit? Dæmoniacam filiam à ſpiritus obſeſſione liberari precabatur; auditur, ſed non exauditur; reſponſum non recipit, *non reſpondit ei verbum:* adhibet præcatores, Apoſtolos qui dicunt Domino: *dimitte eam, quia clamat poſt nos;* repellitur tamen, *non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael:* obſiſtit repulſæ, dum tanquam manſuetiſſima ouis, patronum ſuum ſequitur, pedibuſque hæret, (*alienum namque, non ſequuntur oues, quia non nouerunt vocem alienorum*) Io.10.5. ſubdit ergo Euangeliſta; *at illa venit, & adorauit eum dicens: Domine adiuua me:* denuò repellitur, *non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus,* acutiſsimè tamen, & argutiſsimè reſpondet; *etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, &c.* hæc omnia in orationis ſchola didicerat, dum clamauerat; *miſerere mei fili Dauid.*

Curioſè, non otioſè tamen quærunt nonnulli hìc; cur Moyſi à prædicatoris 7 munere ſe excuſanti, adeò indignatur Dominus, vt ſcriptura dicat: *Iratus Dominus in Moyſem;* Exod.4.14 Ieremiam verò ſimiliter Dei imperio minimè annuantẽ, non increpat, imò placidè affatur: *Noli dicere puer ſum?* Reſpondet Hieronymus: *Pueritiæ datur venia, quæ verecundia, & pudore decoratur; ideò mitius cum Ieremia agitur, quàm cum Moyſe; qui iam magnæ, robuſtæque erat ætatis.* Hierony. Chartuſia. Hinc collige adoleſcentium facilius, quàm ſenum defectus, eſſe condonandos (ſi tamen aliqua puſillanimitatis macula, Ieremiæ à demandato ſibi prædicationis munere ſe ſubtrahenti, tribui poteſt). Iuuenibus magis quã ſenib' peccata códonanda. Et quidem non leue eſt indulgentiæ argumentum pueritia, ac iuuentus, quæ vt Ambr. ait: Ambro. l. de interpellat c.5. *inualida eſt viribus, infirma conſilijs, vitijs callens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa delicijs.* Cognouit hoc Dauid, qui dum peccatorum ſuorum veniam enixè deprecabatur, ſic dixit: *delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris* Pſal.24.7. *Domine;* quæ verba 70. ità accipiunt, vt pro eodem, ſine diſtinctione, ſumi debeant delicta iuuentutis, & ignorantiæ, quaſi idem ſit peccare in iuuentute, ac ex igno-

Digitized by Google

ex ignorantia;vnde vertunt aliqui; *delicta inuentis, & ignorantiæ, &c.* loquitur namque Dauid de peccatis adoleſcẽtiæ ſuæ, antequàm Rex conſtitutus fuiſſet (vt multis placet) quò enim conſilium, ratio, & deliberatio immaturior, eò peccatum leuius, & indulgentia facilior, & vti dicebat ille:

Hieron. Ambr. Auguſt. Chryſoſt. lib. 9. phar. Pſal. 89. 8.

—— *Sed parcimus annis,*
Donamuſque nefas ——

8 Hoc ipſum Regius vates confirmat: *poſuiſti inquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui*; in quibus verbis diſtinctè loquutus videtur propheta, vt aliud videlicet ſit, *ponere iniquitates in conſpectu*, atque *ſæculum in illuminatione*; namque *iniquitatis*, nomen idem valet, ac peruerſitatis, tortuoſitatis, & obliquitatis, quod proprium eorum eſt, qui declinant, à recta via mandatorum. Vel idcircò, *iniquitates*, de quibus loquitur propheta, *obliquitates*, & *tortuoſitates*, dicuntur, quaſi peccator effugere velit, dum peccat, hominum vultus, ac Dei conſpectum, & occultare ſimulatè contendat, quæ committit ſcelera; dicit ergo propheta, peccata huiuſmodi, quæ veluti ex obliquo vultus Dei committimus, hæc ex recto, ſeu directo, & è regione obtutus ſui ponit Deus, vt ſemper ante oculos habeat, & continuis obtutibus cernat, vt tandem iuſtas pœnarum rependat vices; loquitur autem de peccatis eorum, qui maturioris ſunt ætatis, quorum ſunt peccata maximę malitiæ; non iuuenum, quibus indulgendum facilius eſt, eo quòd ex fragilitate frequentius peccent, ideòque, neque attentè adeò perpendenda ſunt ſcelera, vnde ſequitur: *ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui*; ex voce Hebrea, עלמנו galumenu, Hieron. & Simmach. *adoleſcentiam*, vertunt, quã in illuminatione vultus Dei poni, in bonam partem accipit idem Hieron. ſcribens ad Cyprian. additque peccata iuuentutis aliena, quodammodo eſſe, adducitque locum Pſal. *ab alienis parce ſeruo tuo*; in quem ſenſum loquutus etiã videtur Dauid: *illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua*: vbi nectit vultus illuſtrationem, cum miſericordiæ collatione, ſeù peccatorum remiſsione; & alibi; *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo, à fructu frumenti vini, & olei ſui, multiplicati ſunt*, ideſt ex lumine vultus ſuper nos ſignati, ſeù benignitate, & pietate, prodijt cordis lætitia, & rerum temporalium copia: Salomon quoque ait: *in lumine vultus Regis vita, indignatio autem Regis nuntij mortis*, vbi Hieron. *in bilaritate uultus Regis vita*: ex quibus deducitur conſpectum Dei eſſe rigoroſam animaduerſionem hominum peccatorum, qui in prouecta ætate & ex ſumma malitia quæ per *tortuoſitatem*, deſcribitur, deliquerunt, quos Deus irata facie, & indignabunda, veluti mortẽ æternam cõminante intuetur; illuſtrat autem faciem, quia tamquam pacis, & indulgentiæ lucis radios immittit ijs, qui in iuuentute, veluti in ignorantia, & fragilitate, nec pertinaciter deliquerunt.

Peccatum dicitur obliquitas, & tortuoſitas.

Peccata, quæ abſcõdere nitimur, ſemper aſpicit Deus.

Pſal. 30. 20

Pſal. 4. 6.

Prou. 16. 15:15.

9 Simili via ad veniam obtinendam vſus eſt B. Iob dicens: *Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Sunt qui exiſtimant B. Iob in adoleſcentia ſua à rectitudinis via, aliqualiter declinaſſe; vnde ſecum ipſe recogitans, propter illas iuuentutis culpas luere pœnas, in tribulationę poſitus, & amaritudine, dicit, affligis me Domine, & amaritudinibus reples, vindictamque preuaricationum adoleſcentiæ ſumis; ſed ignoſce quæſo iuuentuti ad malum propenſæ, & ignorantijs plenæ, ſicque miſericorditer, quæ deliqui condona: hũnc ſenſum eruimus à 70. qui vertunt: *impoſuiſti mihi peccata iuuentutis*; reuera tamen non propter iuuentutis delicta, nec ad præteritorum criminum vindictam, ſed ad maiorem profectum, & Satanæ confuſionem, (vt ſæpè viris iuſtis accidit) ipſimet Satanæ cruciandus traditus fuerat. Sed non eſt ſine conſideratione prætereunda verſio Vatab. & Hebr. apud Caiet. atque Regiæ, vbi legitur: *Hæreditate,* ſeù

Iob. 13. 26

Philipp. Olympio. & alij.

Digitized by Google

ſeù,*poſſidere me facis peccata adoleſcentiæ meæ*: quem legendi modum deducunt à radice Hebræa ירש caras, quod poſsidere,aut hereditare ſignificat,quaſi dicat,iure hereditario ſuſtinere cogor pœnas debitas peccatis adoleſcentiæ, & ſenectus ipſa quaſi naturali quadam ſuc

Senes peccantes hæreditario iure ſuſtinent pœnas peccatorũ adoleſcentiæ.

ceſsione ſibi vendicat flagella debita delictis iuuentutis.Hinc obiter collige pœnam eſſe veluti filiam peccati, & ſenem in peccatis perſiſtentem, veluti hereditario iure ſibi ipſi adoleſcenti ſuccedere, vt pœnas peccatorum in ipſa iuuentute admiſſorum recipiat, tanquam ſuum ſibi debitum patrimonium; ideò etiam Salamon ait:*gloriam ſapientes poſ-*

Prou 3.35

ſidebunt,ſtultorum exaltatio ignominia, vertunt 70.*hæreditabunt*,ideſt quaſi hæreditario ipre, & naturali ſucceſsione deuoluitur in viros iuſtos, iam prouectos, tanquam prioris ætatis fructus, & hæreditas,honor, & gloria; peccatores autem portionem ſuam portant ipſam ignominiam,& dedecus.Et in idem ferè

Oſee 12 14

recidit quod dicebat Oſee: *ſanguis eius ſuper eum veniet, & opprobrium eius reſtituet ei Dominus ſuus*; vbi ponderandum eſt ly *reſtituet*; illa ſumpta ſimilitudine; quaſi peccantibus ſtatim debeatur

Deus eſt veluti debitor vindictæ peccatoribus.

pœna, quam per peccata incurrunt, & dum Deus vltionem non ſumit, quaſi debitor conſtituitur,& veluti tenetur,id quod aufert creditori reſtituere, & ad debitoris inſtar, qui ſatisfactionem differt, non ſolum ipſum capitale, ſed & decurſas tertias(vt aiunt) recompenſare tenetur; hinc eſt, quod cum Deus diù differt vindictam,nec emendamur,ſeuerior expectanda eſt correptio.

10 Vt autem vnde digreſsi ſumus reuertamur;exiſtimabat B.Iob rerum omnium ammiſſionem, filiorum mortem, carnis ſuæ inſanabiles vlceres, cæteraque tormentorum genera,delictorum iuuentutis eſſe merita, ſeque communi peccatorum lege puniri,eaque cogitatio, humilitatis erat inditium, vt inquam ſuum exiſtimaret defectum, quod ad prorium,& aliorum quoque promittebatur pro ſectum, in tali patientiæ oſtenſione; quia tamen alias culpas in ſe non agnoſcebat, quàm eas, quæ iuuentutis erant;veluti conquæritur, (humiliter,tamen,atque vehementer,)quòd tam grauiter Deus puniat,quod leuiter caſtigare,diuina conſueuerat pietas.

Poſſumus, & aliam quoque reddere 11
rationem,cur iuuenum peccata facilius, quàm ſenum reperiant indulgentiam; eaque eſt, quia frequentius illorum caſus,vt potè ex fragilitate, permanẽtiam, ſtabilem perſeuerantiam, & obdurationem non habent;iſtorum verò culpæ, vt plurimum ex malo fluunt habitu, peruerſa, & inueterata conſuetudine: adoleſcentes,vt ità dicam,veluti in tranſitu, & vt diei ſolet, *di paſſaggio*, peccant;

Peccant ſenes veluti ſedentes, iuuenes veluti ambulantes.

Senes verò ex propoſito, ſeù habitualiter firmi,& moroſè nimis,quod maximè Deo diſplicet; & vt clarius dicam, iuuenes peccant veluti viatores, ſenes tanquàm ſedentes, hoc docemur non ſolum experientia,ſed etiam ſacra ſcriptura; quando enim quis veluti viator operatur, ſignum eſt breui ſe à tali opere expediturum. tali forma præcepit Deus

Exo. 12. 11

debere populum agnum comedere in ſignum proximæ tranſmigrationis. Volens poſtea è conuerſo Dominus, diſcipulos ſuos per dies aliquot permanere, neque diſcedere, donec Spiritu Sancto replerentur,diuturnam permanentiam, ſeſsionis typo præmonſtrauit, dicens:

Luc. 24. 49

Sedete hic donec induamini virtute ex alto,& alias ſæpè.Sic igitur in iuuentute, in initio vitæ, quaſi in itinere, & veluti viatores peccamus, quia quàm citiſsime à peccatorum cœno ſperatur eleuatio; at ſi in ipſo vitæ decurſu,adhuc peccatis inhæremus,non amplius in via,ſed veluti in obfirmatione ſtamus, & ſedemus. Expreſſit hoc elegantiſsime Regius vates.

Pſalm. 1. 1.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Quibus verbis tres vitæ noſtræ ſtatus exprimuntur, initium peccandi in iuuentute, & adoleſcentia; in qua dum peccamus *abire*,dicimur,*in conſilio impiorum*, ſeù, *ambulare*, vt notat Genebr.dum in

ma-

maturiore ætate delinquere ſequimur, non amplius ambulamus,ſed ſtare, dicimur qa in peccatis coſiſtimus;tales autẽ ſunt,qui,vt Genebr.ait,habitum peccandi contraxerunt,qui conſuetudine vſum prauè agendi, & quaſi facultatem ſibi peperunt, vt ſponte deinceps magis, quàm iudicio ad peccata ruant.)Iſti tandem in peccatorum cœno,& vitiorum ſentina ſedent,& veluti peccatorum magiſtri in peſtilentiæ cathedra ſedent;quia nimirum alijs peccandi,verbis, & exemplis doctrinam pandunt, viamque aperiunt.hac de re obſeruo in ſacra ſcriptura, quòd dum de iuuenum peccatis ſermo eſt,nomine viæ explicãtur:*adoleſcens namque iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea*,&:*in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam*, ideſt ſua peccata, & ſordes,quæ illius ætatis propriẹ ſunt;ideò namque in Heb. iezacche, *purgabit:* & ſeni illi dicitur, *inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua*, quaſi iuuentutis ſcelera, quę quodammodò in via fuerunt, tunc aduenerint, quando iam in peccandi conſuetudine obduruerant,& in ſenectute perſtiterant.

Prou.22.6 Pſal.118.9

Dan.13.52

12 Quòd autem per, ſeſſionem, maxima peccati grauitas, & obduratio intelligãt longo vitæ decurſu ducta, quodque ſeueriſſimè à Deo puniatur, oſtendit inſignis illa viſio Zachariæ: *Et ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ; & dixit: hæc eſt impietas*. Expendenda eſt huiuſmodi ſcriptura,& diſtinctè põderanda,vt quod tandẽ intendimus colligamus.Nomine impietatis intelligitur vniuerſitas vitiorum;tunc autem propiè accidit, qñ peccator reuerentiam Deo debitam omninọ abicit, namque, *pietas*, vt auctor eſt S.Thom.*importat reuerentiam,quam habemus ad Patrem, & ad Patriam. Et quia Pater omniũ Deus eſt, etiam cultus Dei pietas nominatur, vt Auguſtinus dicit* 10.*de ciuitate Dei*;erit ergo è contrà, impietas,irreuerẽtia Dei, & abiectio cultus eius;eſtque cum peccator ad vitia plurima dilabitur,& peccatis longo tempore aſſueſcit,iuxta illud:*peccator cum in profundum malorum venerit,contemnit*, hac de cauſa Aegyptij ſacerdotes,(vt author eſt Pierius) cũ impium notare vellent, Hippopotamum proponebant; is enim ab ineunte ſtatim adoleſcentia,patri incipit infeſtus eſſe, tentatque ſi poſſit, eum decertando ſuperare; ideoque ſæpè ad pugnam prouocat.adhoc reſpexiſſe videtur Dauid:*ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine*,&:*cucurrit impius aduerſus Deum erecto collo,& pingui ceruice armatus eſt*, omninò Hippopotamo ſimilis eſt peccator,dum peccando Deum irritat,& pugnat,& propterea impius iure dicitur.Hæc impietas, & diuini cultus,reuerentiæque abiectio,mulieris typo ponitur, rationemque reddit Theodor.quia,inquam,voluptatum, vitiorumque carnalium typus eſt mulier. Impietas,iure carnis voluptas dicitur, q̃a erga patrem,& patriam debitam pietatẽ, & reuerentiam aufert. Recole filium prodigum,qui ſubſtantiam ſuam viuẽdo luxurioſè conſumpſit,portionemque ſubſtantiæ irreuerenter à patre petijt, & à patria in lõginquam regionem abijt. Et de ijs,qui ad cœnam vocati ſunt,etſi aliqui ire recuſauerint:modeſtẽ tñ,& reuerenter reſponderunt,& vt excuſati haberentur,obſecrarunt:*villam emi,& neceſſe habeo exire,& videre illam;rogo te,habe me excuſatum.Et alter dixit:iuga boũ emi quinq; & eo probare illa; rogo te habe me excuſatum*; q aũt carnis voluptate tenebatur,nõ rogat,excuſationẽ minimè pfert,ſed petulãter,& irreuerẽter reſpõdet:*Et alius dixit vxorem duxi; & ideò non poſſum venire*; ſe non poſſe (culpa ſua tamen)profitetur,dum deuinctum ſe adeò à carnis voluptate ſentiebat.meritò ergo impietas,quæ,vt diximus, irreuerentia in patrem, &patriam eſt, mulieris typo oſtenditur.

Zacch.5.7

S.Tho.p 2. q.68.art.4 ad 2.

Prou.18.3

Pier.lib.29 tit.de fl. ui ali equo. Impietas filij in patrē,& peccatoris in Deum.

Pſal.5.11

Ioh.15.26

Carnis voluptas irreuerẽtẽ & immorigeratum facit hominem.

Luc.14.16. 17.18.19. 20.

Impietatis quoq; nomine,& mulieris typo,vitiorũ vniuerſitas deſignatur, qa vt idẽ Theod.ait, à carnis voluptate, vitia omnia originantur,& Euſeb.hydram multorũ capitũ appellauit; qa eſt veluti principiũ omniũ ſcelerum, & illi veluti 13

Theod. & Euſeb.

Amos 1. 5. carnis voluptas ſceptrum habet.

Regi omnia vitia famulantur; docet hoc Amos: *conterā vectē Damaſci, &c. & tenentē ſceptrū de domo voluptatis*; In domo voluptatis eſt ſceptrum, ideſt imperium ſuper vitia reliqua.

14 Sed quod ad preſens ſpectat, mulier hęc, quæ, impietatis, nomine notatur, omniumque vitiorum, & ſcelerū aggregationem ſignificat, non quomodocunque, ſed, ſedens, deſcribitur, vt hinc aduertas, per ſeſſionem, intelligi moram, & obſirmationem in peccato, quod proprium eorum eſt, qui plurimos annos impiè viuendo conſumpſerunt, prauoſque mores ab adoleſcentia; ad canos vſque protraxerunt quibus indulgentia difficilior, & pena debetur grauior; ideoque apud Zachar. ibi, habes, ſeueriter pu-

Zach. 5. 8

nitam fuiſſe mulierem illam, cui nomen erat, impietas. *Et proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius, &c.* iuuenes verò, (vt notauimus) quia dum peccant, non ſedentes, ſed veluti deambulantes deſcribuntur, mitius, & æquius ſeſtinent iudicium. Meritò prodigus filius, qui portionem ſubſtantiæ, quæ ipſum contingebat; à patre petijt, habuit, diuiſit, erogauit, conſumpſit, ac luxurioſè viuendo diſſipauit, promptam expeditamque adinuenit indulgentiam, quia vt ait ſcriptura, *adoleſcentior* erat; indulget miſericors pater pænitenti filio, ſed indulget ætati; adducit vitulum ſaginatum, prima induit ſtola, annulum, & calceamenta præſtat, accurrens cadit ſuper collum, de quo paternum iugum excuſſerat, iterumque iugo aptat, donatque pacis oſculum; quod ſenior filius de agro adueniens, non æquo tulit animo. Qualis verò eſſe debeat, qui in ſenectute iuuentutis ſibi poſtulat relaxari delicta, admonet Chryſoſt. *hæc*, inquit, *verba proferre poteſt, qui nunc facit quæ ſenem decent: qui verò eadem facit in ſenectute dedecora, probarque, indignus eſt vocabulo ſenis*.

Luc. 15.

Homil. in epiſt. ad Hebr.

15 Sed arduum nimis, & perdifficile valdè eſt, in ſenectute corrigere, quæ à iuuentute ad ſenectam vſque ipſam protulimus, cum eadem, imò ijs peiora frequentius ſenes committamus, quæ in adoleſcentia cæpimus; quos namque toto vitæ decurſu fructus daturi ſumus, in iuuentutis floribus vt plurimum apparet. Fuit apud veteres iuuentutis hieroglyphicum, amygdala, quippe quæ ante omnes alias arbores floribus induta, non ſuæ tantum ſpem pollicetur opulentiæ, ſed & aliarum frugum annum feracem præſagire conſueuit, vnde dicebat ille.

Senectus, iuuentuti correſpondet.

Pier. lib. 51 titu. de amygdala.

Contemplator item, cum ſe nux plurima ſyluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes,
Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Virgil. in Georg.

& de iuuenibus dicit Sapiens: *prouerbium eſt; adoleſcens namque iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.* & B. Iob. *Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormiet*, & Ier. *iugiter facientes malum in oculis meis, ab adoleſcentia ſua.* Alibi etiam Salomon ait: *quærit deriſor ſapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis*, nomine, deriſoris, iuuenem intelligit Rodulphus, eum inquam, qui adoleſcentiæ dies quàm plurimos, voluptuoſè viuendo conſumpſit, alioſque piè, iuſtèque viuentes deridet: vti ait B. Iob: *deridetur iuſti ſimplicitas*. In quæ verba B. Greg. ait: *iuſtorum ſimplicitas deridetur: quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur: omne enim, quod innocenter agitur, ab eis proculdubio ſtultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat.* huiuſmodi verò iuuenes eſſe idem Greg. ibidem affirmat. *Hæc nimirum prudentia vſu à iuuenibus ſcitur, hæc à pueris pretio diſcitur, hanc qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt.* Eſt ſenſus verborum Salomonis: iuuenis, qui longo vitæ decurſu vanitatibus ſtuduit, dum

Prou. 22. 6

Iob 20. 11

Ier. 32. 30.

Prou. 14. 6

Iob. 12. 4.

Greg. moral. 10. ca. 16.

Digitized by Google

dum ſapientiam, ſeù virtutes inquirit, non inueni t quod quærit, quia nec verè,& ex toto corde quærit, cum in malis ſit habituatus; qui verò à pueritia, & ab adoleſcentia optimos mores didicerunt, quælibet probitatis, & perfectionis documenta facillimè edocētur,ideò: *doctrina prudentium facilis*; hic namque in bonis actibus induxit habitum: ille in malis obdurauit;vnde etſi quærit,nō tamen ex toto corde.Ex Hebr. non habetur illud:*& non inuenit*; vertit enim: *quærit irriſor ſapientiam,& non*,propterea Caiet.addendum putat;*& non quæſiuit*,quod vulgata legit: *& non inuenit*; namque tanta inertia quæſiuit, vt idem ſit,ac ſi non quæſiſſet,& ità quærere, eſt non inuenire;de quo alibi legimus:*vult, & non vult piger*. At quod legimus: *quærit*,ex Hebr.vertunt aliqui:*veſtigat*, quod idem eſt, ac veſtigia indagando perquirere, ſumpta ſimilitudine à canibus,qui ferarum veſtigia olfactu inquirunt, ex quo hic deducitur ſenſus: ille, qui mores componere diù ſtuduit, qui in iuuentute venatici canis inſtar,ſapientiam, optimamque educationem quærit,ſtatim inueniet, neque in forenſibus,in rupibus, & in ſiluis admodum erit elaborādum,ſed propè ſe inueniet; *qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet*: &: *qui mane vigilant ad me inuenient me*;ſed *de luce*,&, *de mane vigilare*,idem eſt,ac in iuuentute,& pueritia,vt multis placet,cum prima lux rationis menti affulget, & ad inueniendā ſapientiam veram,ab ineunte ſtatim ætate dant operam, neque ad ſenectam vſque curam hanc ſe corrigendi protrahunt;propterea accidit,vt virtutem,quā in adoleſcentia mitem, ac veluti domeſticam,ſuauem, iucundamque habere potuerunt; in ſenectute, ob deſuetudinem, ad feræ immaniſſimæ inſtar experiantur. Facit ad hoc quod Ariſtot. docet,nimirum venaticos canes ſæpè ſæpius feram non inuenire, eſtque cum vehemens ventus efflans, feræ odorem per aerem diffuſum impellit,& diſtrahit.

Difficilis in ſenectute præteritæ vitæ emendatio, facilior in iuuentute.

Prou.13.4

Hiſmanuel

Sap.6.15.

Prou.8.17

Vgo Card. in ſap. & prou.

Ariſtot.

Simile.

ſic peccandi conſuetudo ad inſtar venti eſt:*iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos*; vnde nec virtutum odorem ſentimus, vt poſt eas ire poſſimus. Hoc minabatur Chriſtus dum dicebat: *quæretis me,& non inuenietis,& in peccato veſtro moriemini*, ideſt:dū me quęretis,quaſi venatici canes feram, peccatorum veſtrorum vento meus odor diſpergetur,& me *non inuenietis,& in peccato veſtro, &c.* talis non erat illa quæ dicebat:*trahe me: poſt te curremus, &c.* ſponſūq; inſtar:*hinnuli ceruorum*,inueniſſe teſtatur:*inueni quē diligit anima mea*.

Eandem difficultatem emendandi vitam in ſenectute,alibi quoque Salomon teſtatam reliquit, dicens: *qui congregat in meſſe,filius ſapiens: qui autem ſtertit æſtate,filius confuſionis*: Hebr. pro, *in meſſe*,legit,*in æſtate*, concordat Chald. *qui operatur in æſtate filius ſapiens*, & Septuaginta:*incolumis euadit ab æſtu filius intelligens*; nomine, *æſtatis*, vel, *æſtus*,adoleſcentiam plerique intelligūt, ex Eraſthenis ſententia, qui hominum vitam in ver,æſtatem,autumnum,& hyemem partitur, æſtatem tribuens iuuentuti,& adoleſcentiæ, quippe quæ, præ cæteris humanæ vitæ ætatibus, ſanguinis feruore caleſcit, & amoris æſtu ſuccenditur;amare enim,& amari illius ætatis proprium eſt, ait Auguſt. nam cupiditas inualeſcit,& amor vrit animum: & Ambr.*vicina eſt*, inquit, *lapſibus adoleſcentia; quia variarum æſtus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis*. Eſt igitur verborum Salomonis hic ſenſus:tempus faciendæ meſſis,fructuſq; colligendi æſtas eſt:ſic & iuuentus, quæ hominis vitæ æſtas dicitur,comparandis virtutibus deſtinatur;qui ergo in iuuentute,& adoleſcentia,virtutum ſemina in animi horrea congregat, hic quidem *filius* eſt *ſapiens*; qui verò *in æſtate*, ſeu in iuuentute,*ſtertit*,vel,vt Chald.vertit, *dormit in meſſe*, hic profectò, *filius* eſt *confuſionis:filius iniquus*,legunt 70.quia quo tempore virtutum meſſis colligenda eſt,ipſe alto merſus ſopore iners, ac deſes iacet.Et accidit illi,quod accidere

Iſa.64.6.

Ioan.8.

Cant. 1.4

Cant.8.14

Cant.3.4. 16

Prou.10.5

Rodulph. Maxim Locorū cōm. c.41.

Auguſt.cō feſſ.2.c.2.

Ambr.de Vid. lib.1.

Simile.

ſolet ei, qui æſtiuo ſub ſole dormit, cuius caput ſolaribus percuſſum radijs, nimio concaluit æſtu, & propterea in veternum, lethargum, & febrem incidit, quia dum iuuenis adoleſcentiæ ſuæ tempore nullo intentus operi dormit incurius; vitiorum igne correptus ardet plurimum, & capiti, id eſt rationi, atque menti, æſtus ardorque iuuenilis veternum immittit, & omni lethargo perículoſiorem ſoporem inducit, febreſque prauarum affectionum, quæ per ſenectam ad mortem vſque illum comitantur. colligitur totum hoc ex lectione Septuaginta: *incolumis euadit ab æſtu filius intelligens, correptus autem à vento fit in meſſe filius iniquus*, vbi pro, *correptus à vento*, Grece legitur, ἀνεμόφθορος, quod verbum propriè ſignificat eum cuius caput ſolis ab æſtu incaluit: & propterea in lethargum ac febrem incidit. Vnde iuuenibus huiuſmodi apprimè quadrant verba illa: *venit æſtus ſuper caput eius, & mortuus eſt*. Quod ſi vox illa, ἀνεμόφθορος, à ſegetibus ad iuuenes tranſlata ſit, vt ex illius vſu colligitur (nam quoties alibi inuenitur, corruptionem ſegetum ſonat) talis erit ſenſus: *corruptus à vento fit in meſſe filius iniquus*, id eſt quemadmodum venti, & auræ calidiores, ſeu vredines (vt latini dicunt) & æſtus, teneras adhuc ſegetes lædunt, & exurunt, ita vt nec ad farinam, nec ad ſementem vtilia ſint, adeo vt ſi molæ tradantur, in furfures abeant; ſi autem terræ committantur non germinent; ſic adoleſcens, ita per deſidiam in iuuentute vitiorum æſtu exuritur, & exſiccatur, taliſque morum contrahit corruptelam, vt nunquam in ſenectute ad ſtatum aliquem, aut virtutem idoneus habiliſque ſit futurus: non ad germinandum, & producendum ſanctarum operationum fructus: neque adhoc, vt Deo digna ex eis farina, & eſca colligatur. Quod vtrumque Oſeas illis verbis attigit: *corrupta a vento ſeminauerunt*, & deinde: *manipulus non habens vires, vt faciat farinam*. fruſtra enim in hyeme, id eſt in ſenectute fruges quæruntur, quæ in æſtate, id eſt in iuuentute, per deſidiam non ſunt collectæ, & hæc circa primã rationem, cur, inquam, mitius agatur cum Ieremia, ſe ab iniuncto onere ſubtrahente, quàm cum Moyſe, adnotaſſe ſufficiat; modo ad aliam properemus.

Vitiorum æſtus deſides iuuenes vrit.

Iud. 3. 3.

Qui in iuuentute malus difficilè in ſenecta bonus.

Oſee 8. 7. Secundum traductionẽ Augon. Victor.

17 Eſt & alia ratio cur Moyſi iraſcatur Dominus, Ieremiæ verò minimè, cum tamen vterque à prædicationis munere ſe excuſauerit; Moyſes enim, & ſi paruit tandem; non tamen omnimodam confidentiam, quæ inter virtutes admodum neceſſaria eſt, oſtendiſſe legimus; dicente enim Deo: *ego ero in ore tuo*, reſpondit: *mitte quem miſſurus es*; quaſi ipſe diffideret tantæ multitudini præeſſe, & Pharaonem impietatis, atque obſtinationis arguere; quapropter Gloſſa ordina. *videtur*, inquit, *tamquam diffidenti non dediſſe pleniſſimam facultatem, quam daturus erat, & per duos agi voluiſſe, quod per vnum poſſet: ſi credidiſſet*; dum enim audierat Moyſes à Domino: *ego ero in ore tuo*; his verbis diuinam protectionem ſibi ſemper adfuturam ſcire debuerat; veruntamen fortiorem ad hoc munus explendum mitti poſtulat: *mitte fortiorem*, vertunt 70. quis enim fortior illo eſt, qui ſecum Deum habet: *omnia poſſum*, inquit Paulus, *in eo qui me confortat*; atque de fortitudine, & ſufficientia (dum erat protectus à Deo) indignum fuit dubitare, & non confidere. Ieremias verò cum audiuit: *ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum*; plenam adhibuit fidem, ſtatimque precipienti obtemperauit. Diffidentia igitur maximè prouocat diuinam iram, cito enim eos Deus punit, quos reperit non habere confidentiam, vnde, & Paulus ait; *propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ*, ſeu *incredulitatis*, vt alij legunt; porrò nulli dubium eſt, hos iſtos, de quibus loquitur Apoſtolus, diuerſis facinoribus obſtrictos obſtitiſſe; at ira Dei in ipſos, tamquam in filios diffidentiæ, veniſſe memoratur, quaſi aſſereret, quod illi debuerant occidi, qui licet innumeris peccatis eſſent obnoxij, adhuc autem propter inconfidentiam, quam ita familiarem

Propter diffidentiã indignatur Deus Moyſi.

Exod. 4. 14. 13.

Gloſſ. ord.

Exod. 4. 12.

Philip. 4. 13

Ier. 1. 8.

Digitized by Google

rem habebant,vt viderentur ab ipſa geniti, plexi ſunt.

18 Vel dicas,vt dicunt alij:inordinatè,& veluti importunè,ſe excuſauit Moyſes, dum pluries ſuam obiecit inſufficientiã, cumque Deus omnem ſufficientiam ſe præſtiturum pollicitus eſſet; adhuc tamen ipſe in ſua perſtitit opinione, vnde,& dixit:*mitte quem miſſurus es*, ideſt alium deſtina;eum,inquam, fortaſſis intelligebat Moyſes, qui populum ad promiſſionis terram introducturus erat. Ieremias verò ſtatim ac imperitiam ſuam proponit, & adhuc ad prædicandum, & prophetandum dirigitur, nõ amplius renuit,ſed humiliter paruit;cum enim nobis aliquid demandatur à ſuperioribus obeundum, ſe humiliter excuſare, ſuamque in ſufficientiam aperire, virtutis eſt, quo præſtito,ſi in renunciatione obſtinate perſiſtimus, non virtutis, ſed defectus,apertum eſt inditium, & ſæpè ſępius proprij amoris,cõmodi,& ſuperbiæ ſignum.Inſpice B. M. cui verbi Dei Incarnatio ſuo ex vtero ab Angelo annuntiatur; quod dubij in hoc haberet obiecit:*quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*;audiuit remedium: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, &c.* non amplius obſtitit, ſed plenè paruit: *Ecce ancilla Domini,fiat mihi ſecundum verbum tuum*; iure ergo iraſcitur Deus in Moyſem,non in Ieremiam.

Chartuſ. in exod.

Abulenſ.in exod.

Promptè obediẽdũ.

Greg.c. 8. 2.par.curę paſtor.

Luc.1.34.

19 Potes addere etiam, cauſſam fuiſſe diuinam ad miſerendum propenſionẽ; cum enim Moyſes mitteretur ad liberandum populum, à Pharaonis ſeruitute,graue viſum eſt Deo,quòd ille impedimenta obijceret, & legationem,qua miſerum populum liberare volebat,detardaret; imò ſtatim non accurreret ad mandata miſericordiæ perſoluenda.Igitur hoc erat perſoluendum à Moyſe, quod ſcriptura his verbis teſtatur: *clamor igitur filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum,qua ab Aegyptijs opprimuntur,ſed veni,& mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Iſrael de Aegypto.* Ieremias verò nequaquam ad ſubleuandum ab afflictione populum mittebatur, ſed potius,*ad propinandum calicem maledictionis*, vt ſupra diximus, *ad deſtruendum*,quoque,*diſperdendum, euellẽdum, & diſſipandum*: itaque moras nectere, & excuſare ſe in hac legatione, miſericordi Deo minimè diſplicet, nec iratus comminatur, ſed ait; *ne dicas puer ego ſum*.Similiter legis iratum Dominum in Petrum,retardare volentem Redemptionis myſterium, dum Satanam eum nominat; minimè verò iratum in Moyſem,dum obſtitit ne ad puniendum populum pergeret;vnde Dominus ei dicebat:*dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos*, & ſæpè alias.

Iraſcitur Deus impedimenta obijcientibus miſericordiæ.

Exod.3. 9.

Ier.1.10.

Matt.16.23

Exod.32.10

20 Quærunt etiam expoſitores, cur Iſaias doleat quòd non poſſit prædicationem exercere pollutis labijs; ſtatim verò quod labes Seraphim calculo purgatur,fieri expetit prædicator; Ieremias autem ſe ab hoc munere abdicat dicens: *neſcio loqui, quia puer ego ſum*. Vtrumque ex amore proceſſiſſe affirmat Gregorius:*ex Dei amore*,inquit, *recuſat Ieremias, ne à Dei contemplatione remoueatur, ex amore proximi ſe offert Iſaias,vt ſuis impertiret,quod à Deo bonum acceperat*. Gregorius Nazian. zelo tribuit Iſaiæ,quòd nullum periculum declinat,vt Dei conſilia nunciet; & Ieremiæ modeſtiæ;vnde ait:*bonum eſt à Deo ſe ſe parumper ſubducere, vt Moyſes ille olim,& poſtea Ieremias;& rurſus ad vocantem promptè,ac impigrè accurrere, quemadmodum Iſaias, modò vtrumque pio animo fiat, alterum ob propriam imbecillitatem, alterum ob vocantis potentiam*, actiuam namque vitam, contemplatiuæ iungendam eſſe, edocuit Salamon:*vbi non ſunt boues præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis*.legit Hebr.*pręſepe mundum eſt*;& 70. *præſepia munda ſunt*. Caietanus ad rem de qua agimus, ſic exponit. quemadmodum qui bobus caret,habet nitidum præſepe, ſeu ſtabulum,quia boum immunditiæ, & eiectamenta non adſunt;at cui boues ſunt, & ſi ſtabulum non ſit omnino mundum,

Iſa.6.

Greg. PP. curæ paſt. cap. 8.

Nazian.oratione 41

De hac re plura Nicetas hic.

Vita actiua contẽplatiuæ iũgenda.

Prou.14.4

Caiet.

Simile.

plures

Digitized by Google

plures tamen habet prouentus, & fructus, non ſolum ad boues ipſos alendos, ſed ad alia etiam animalia, imò, & ipſos homines alendos, plurima ſuppetit copia, cum illorum labore terra excolatur, ex qua fructuum copia excipitur. Sic quoque in iſto Eccleſię agro euenit, qui animarum curam negligit, neque Eccleſiaſtici agri culturam per opera, per prædicationem, confeſſionum auſcultationem, & his ſimilia, ſuſcipit, ſed ſibi ipſi totus intentus eſt; maiori forſitan puritate, & munditia fruitur; qui verò bouis etiam vitam ducit, ideſt non ſolum ad ſuum, ſed etiam ad aliorum profectum ob Dei, & proximi amorem, vitam inſtituit, vitamque actiuam cum contemplatiua nectit, is quidem conſcientiæ ſuæ præſepe quandoque immundius habet, quia de mundano puluere, quem tractat, quemque ad manus habet, aliquando ſordeſcit (leuiter tamen:) nihilominus vberiores, & copioſiores fructus colligit, plus enim pro ſe, ſuiſque proximis meriti comparat; vnde conuenienter dicebat ſapiens, ex boũ fortitudine plurimas educi ſegetes; vbi autem boues, ideſt viri actiui minime ſunt, profectò vacuum eſt præſepe. Propterea opulentiæ Regum, inſigne apud veteres fuit bos. In numo Veſpeſiani Imperatoris iuncti boues habentur, & in C. Marij C. T. numo non ſolum iuncti, ſed iugati reperiuntur, prænunciantque opulentam rerum fœlicitatem: ſic vbi actuoſi viri in Eccleſia Dei reperiuntur, maximi rerum ſpiritualium fructus metendi erunt vnde Greg. *gratias itaque*, inquit, *omnipotenti Deo ſoluimus; quia in nobis impletum videmus, quod ſcriptum eſt, vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo boum. Si enim bos fortis aratrum linguæ in terra cordis audientium non tranſixiſſet, tãta fidelium ſeges minimè ſurrexiſſet*, & alibi legimus: *rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.* Mirum eſt, ait ibidem Pier. quantum honoris vetuſtas attribuerit ijs, q̃ humano victui, vel induſtria, vel cura, vel ope priuata conſuluiſſent. Liuius author eſt, auratam bouem extra portam Trigeminam Minutio Auguri poſitam à populo, collata ſtipe, quòd farris prætium intimis nundinis ad aſſem redegiſſet. Farre autem victitaſſe populum Romanum per 300. annos ab Vrbe condita, Verrius flaccus prodidit. hæc Pier. ſed neque minorem honorem in Eccleſiæ ſuæ agro elaborátibus Deum tribuere ſcimus; ait namque: *qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in Regno Cælorum.* Ideo Ieremiæ ſe excuſanti, quia puer eſſet, & cupienti contemplatiuæ tantum ſe addicere vitæ dicendo: *ſuſcipe deprecationem meam Domine Deus*, vt ſupra diximus; reſpondet Dominus, *ad omnia quæ mittam te ibis, &c.* quaſi diceret, actiua tibi vita contemplatiuæ coniungenda eſt, nec orationi tantum, ſed etiam operi vacandum; nam: *conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & diſperdas, & ædifices, & plantes.* Huius etiam actiuæ vitæ cum contemplatiua copulandæ typum habes in curru Ezechiel. quem non ſolum aquila, quę contemplatiuam vitam, ſed etiam bos, qui actiuam ſignat, trahebant.

Vita actiua iungenda contemplatiuæ.

Pieriuslib. 1.

Gregor. in regiſtro iu dic. 1. c. 30

Matt. 5. 19.

21 Alia quoque ratio eſſe poteſt, quòd videlicet tacuiſſe ſe dolet Iſaias, quoniã vt ipſe teſtatur, Dominum exercituum viderat: *& dixi veh mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis*; cauſſa igitur doloris, & ſe vltrò ad prophetiam offerentis, viſio eſt Dei; quem enim Deus ſui manifeſtatione dignatur, & dat virtutem, & potentiam cognoſcendi, (vt in hac vita poſſibile eſt) is ſtatim ad laudes diuinas linguam ſoluere debet. Probat hoc quod Ioannes ſcribit, vidiſſe ſcilicet animalia illa requiem non habentia die, ac nocte, clamantia, & ſemper diuinas laudes perſonantia; ſed quare tantus clamor indeſinenter ab animalibus edebatur? cauſſa hæc eſt: animalia iſta deſcribuntur oculata intus, & foris, ideſt videbant Deum, & magnitudinem maieſtatis eius agnoſcebant; quid igitur mirũ, ſi continuis cla-

Dei cognitio mouet ad prædicandum, & ad laudãdũ Deũ.

Apoc. 4.

mo-

moribus,à continua numquam laude
ceſſabant?

22 Hoc quod Iſaiç cõtigit,Dauidi quoq;
eueniſſe certum eſt;ait ergo : *in terra*
Pſal.62.3 *deſerta,inuia , & inaquoſa, ſic in ſancto*
apparui tibi,vt viderem virtutem tuam,
& gloriam tuam. Ex Hebr.pro: *apparui*
tibi,legit Agell. *vidi te*,ex loquendi mo-
re ſacræ ſcripturæ, vnde quod in Exodo
vulgata habet : *& apparuerunt in loco*
Exod. 24. 11. *Dei , & manducauerunt , & biberunt* ,
hoc B. Hieron. Hebraicum ſequutus
vertit : *videruntque Deum , & comede-*
runt , & biberunt. quod autem ex tali
ante conſpectum Dei ſtatione , ipſi Da-
uidi euenerit,ſubdit:*quoniam melior eſt*
miſericordia tua ſuper vitas , labia mea
laudabunt te:Sic benedicam te in vita
mea , & in nomine tuo leuabo manus
meas.Eſtque ſenſus (iuxta Agell.) ſi mi-
hi præſtiteris, vt appaream vultui tuo in
Sanctuario , à tua numquam laude ceſ-
ſare potero, imò toto vitæ meæ tempo-
re maximis laudibus te celebrabo,& ve-
nerantis habitu ad te manus meas leua-
bo , quas vt puras habeam curabo,ne
Iſa.1.15.16 forte ab illis, vt per prophetam commi-
natus es,oculos auertas : habes ergò tria
in Dauide,apparitionem,ex apparitione,
cantus emiſſionem, & purgationem ma-
nuum, ſicut labiorum in Iſaia.

23 Vel alia ratione id geſtum eſt. Iſaias
Dominum vidit exercituum, & maieſta-
Boni exẽpli efficacia. Iſa 6. tem eius,& Seraphim audiuit laudes ca-
nentes: Sanctus,Sanctus,Sanctus;quam-
obrem exemplo motus Angelorum ,
magno tenebatur deſiderio in Dei quo-
que honorem ora ſoluere, Deumque
ipſum ſummis laudibus celebrare,popu-
liſque prædicare ; atque ita ardens hoc
fuit deſiderium , vt ſe miſerum dixerit ,
quòd prius tacuerit , quaſi diceret : veh
mihi,quia tacens fui , & ceſſaui à laude
Dei, quem continuo ſeraphim laudant.

24 Non abſimile eſt, quod de ſe ipſo fa-
Pſal.25.67 tetur Dauid : *Lauabo inter innocentes*
manus meas, & circundabo altare tuum
Domine, vt enarrem vniuerſa mirabilia
tua ; mundatis prius manibus,ideſt ſum-
ma cum puritate,circuire altare Domini
ſtatuit (ſic enim decet eum,qui ad altare
accedit,vel vt ſacrificet,vel Euchariſtiam
ſumat,vel vt dominum oret;hæc enim
omnia mundationem in accedente præ-
requirunt;)purificata ergo conſcientia
accedere ad altare Domini Dauid profi-
tetur; ſed ad quid ? vt choris canentium
immixtus audiat laudes Domini , illiſ-
que inuitatus etiam ipſe canat omnia ,
quæ admirabiliter Deus geſſit.Hebr.ad
noſtrum ſenſum etiam vertit : *Vt audi-* Hebræ.
*tam faciam vocem laudis tuæ.*concordat Euſeb.
Euſeb.dum legit: *& meam vocem audi-*
tam faciebam ijs, qui propè erant,vt om-
nes audirent meam vocem,qua te Deum
laudabam;oſtendit ergo ſe ad laudandũ
à laudãtiũ vocibus excitari, laudanteſq;
ad laudãdũ ſuis vocibus inuitare.Alter-
num ſimilem concentum ad laudandum
Deum exercituum habes apud Ioan:
& ſpiritus,& ſponſa dicunt veni,& qui Io. 22. 17.
audit dicat veni: quaſi vocibus illis
Deum orantibus,& benedicentibus, in-
ſtar Echo aſſonet,reſpõdeatque. Vel di-
cendum,quod prophetia Iſaiæ conſola-
tionis potius, quàm minarum eſt ; tota
quippe prophetia,teſte Hier. de aduen-
tu ferè Chriſti Domini eſt , & de voca-
tione Gentium,iuxta illud:*conſolamini,* Iſa.4. 1.
conſolamini popule meus , &c. ideo ergo Iudex miſericordia magis,quã ſeueritate debet iudicare.
ad prædicandum vltrò ſe obtulit Deo
Iſaias,& exhibitione voluntaria, in pro-
phetam petijt ordinari:contrà verò ea ,
quæ nunciaturus erat Ieremias , vrbis
excidium , & populi ruinam præſigna-
bant;ipſe enim conſtitutus erat prophe-
ta princeps , & iudex, vt propinaret ca-
licem maledictionis , vt ſupra diximus ;
hic ergo refugit , ille ſeſe offert ; ſatis
namque viri iuſti ad miſericordiam,pie-
tatemque propenſi ſunt,digni illius Pa-
tris miſericordiæ filij;vnde,& *miſericor-* Iſa 44. 10.
diæ viri,iuſti dicuntur : propterea Eze- Ezech. . 15
chiel,quia pœnas , & flagella commina-
turus dirigebatur, ſeptem dies mœrens
tranſegit. ſunt autem è contrà, qui ſatis
ſibi comparaſſe putant,dum per rigorem
nimium,& inclementiam,ſupra modum
timorem in aliorum cordibus excitarũt ;
meminerint tamen qui tales ſunt,quod
Labe-

Digitized by Google

P.m.lib.6. Apoph. Laberius dixiſſe fertur: *neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent*: neque in rebus ſuis proſperabuntur; vnde, & Sapiẽs: Prou.22.8 *qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ ſuæ conſumabitur*; è contrà verò de viris ad clementiam procliuibus: Prou.22.9 *qui pronus*, inquit, *eſt ad miſericordiam benedicetur*: compeſcendi, coercendique ſunt, quos regimus magis clementia, quàm ſeueritate, vt à peccatorum via declinent, rectamque virtutum ſemitam ſequantur. Propterea de Chriſto Domino, qui iudex viuorum, & mortuorum fuerat conſtitutus, dicitur: Iſa.7.15. *butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*: dulciores cibos Meſſiæ venturi pabulum futurum teſtatur Propheta, vt ſuauiſſimam illius conditionem dulceſque mores aduerteremus, ſicque malum reprobaturum, bonumque electurum fore, ideſt perfectiſſime ab eo Iudicis munus fore perſoluendum (quod in his duobus conſiſtit, in electione ſcilicet, ſeu retributione bonorum, & in reprobatione, ſeu punitione malorum) propter clementiam, morumque lenitatem; quia videlicet: *butyrum, & mel comedet*. Et nota verbum illud, *vt ſciat*, Forerius, *vt diſcat*; (licet enim Chriſtus Dominus nihil vnquam, vel diſcere, vel de nouo ſcire potuerit, cum ab ipſo ſtatim ſuæ conceptionis inſtanti omni fuerit ſcientia præditus, ac doctrina;) ad noſtrum tamen captum ita Propheta loquitur, quaſi diceret: butyro, ac melle miſericordiæ, & clementiæ paſcetur, vt perfecti iudicis, atque rectoris partes agere diſcat, clementia enim duce, ac magiſtra adhoc peruenitur, ſine qua perfectum eſſe rectorem nemini datur. Simile. Butyrum autem, & mel cibos denotant infantium, qui lactea ſemper, ac dulcia appetunt nutrimenta, acria, & acetoſa abominantur; vnde magis nobis optimi rectoris conditio innoteſcit, qui infantis ad inſtar, ſæuitiam, & inclementiam, tanquam acres cibos horrere debet, ac velut abominari; pietatem verò, ac miſericordiam, quaſi dulcia nutrimenta ſectari. Talem ſe prebuit iudicem Ieremias, qui ſuprà ſe infantem, ac puerum dixit: *A, a, a, Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*: & vti puer nunc, maledictionem, & flagella populo comminari, tanquam acres cibos, refugit, & abhorret. Poſſemus, & aliam horum verborum, *butyrum, & mel comedet*, adducere expoſitionem, vt nimirum ex illis colligatur quòd Chriſtus Dominus Meſſias venerit, concordator, ac reconciliator Dei & hominum, quemadmodum habetur: 1. ad Tim. 2. 5. *mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus*, & alibi: 2.Cor.5.19 *reconcilians mundum*; lac enim, & mel concordiæ ſigna ſunt; vndè adultis à lauacro ſuſceptis lac, & mel prægustanda quondam prebebantur, vti teſtes ſunt Tertullianus, & Hieronymus aduerſus Luciferios; quaſi idcirco venturi Meſſiæ hos futuros cibos Propheta prænuntiet, vt nimirum per illos concordia, & pax preſignaretur, quã inter Deum, & homines allaturus adueniebat. Sed ad rem noſtram hæc prophetæ verba de clementia in Iudice neceſſaria expoſuiſſe ſufficiat. Nunc ad textus explanationem redeamus.

Verum vt exactam, enucleatamque 25
verſiculi huius expoſitionem habeamus, quæ in eo reliqua ſunt obſeruatione digna proſequamur; inter quæ illud in primis non abſque conſideratione prætermittendum, occurrit; quare ſcilicet Ieremiæ ſe excuſanti, quòd puer eſſet, reſpondit Dominus: *noli dicere puer ſum*, & veluti cauſam adiungens; *quia*, inquit, *ad omnia, quæ mittam te ibis, & vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris*? inſufficiens namque hæc, & à propoſito aliena videtur ratio: quia *ad omnia, quæ mittam te ibis*; ideo, *noli dicere puer ſum*: quid enim vnum alteri, vel confert, vel officit? ſi dixiſſet: *noli dicere puer ſum*; quia pueritiæ defectus ego ſupplebo, ætatique imbecilli vires ego præſtabo, vel aliud eiuſmodi, benè quidem dixiſſet, congruamque cauſam protuliſſet; at quæ cauſa eſſe poteſt, propter quam non debeat ſe puerum dicere Propheta; *quia ad omnia quæ mittam*

Digitized by Google

tam te ibis? Attamen quæ Deus ipſe loquitur, ab re eſſe nequaquam poſſunt, & quò minus clara ſunt, eò maiora continent diuina verba myſteria. Volebat ergo Dominus vim in hoc obedientiæ eximiam celebrare, cuius eſt omnes eliminare defectus, infirmitates tollere, impedimenta remouere, vireſque, animumque ad quęuis obeunda facinora addere obſequenti; hinc pueritię, ſeu imbecillitatis prohibet mentionem fieri, vbi obedientię virtus adeſt: eſt ergo ſenſus: *noli dicere puer ſum*, noli ætatis, virumque proferre defectus, infirtates commemorare; *quia ad omnia quæ mittam te ibis*, quia meo obſequens imperio quæcunque mandauero exequeris; vnde hac obedientiæ virtute ita firmaberis, vt nullum pueritiæ defectum ſentias, nulla ætatis impedimenta experiaris; viribus nanque, ſapientia, fortitudine, ijs denique omnibus, quibus tibi opus fuerit, per obedientiam cumulaberis: atque huic noſtræ expoſitioni Hieronymi etiã fauet expoſitio. Tanti igitur eſt obedientiam colere, vt qui eam colit, ad omnia ſemper habilis, idoneuſque reperiatur, nihilque, quod retardare eum poſſit pertimeſcat, iuxta illud: *vir obediens loquetur victorias*, ideſt vir qui nihil conſiderans obedit, quæcunque ſeſe obijcient impedimenta ſuperabit, ſemperque victor glorioſus exiſtet, victoriaſque loquetur.

Defectus omnes tollit obediẽtia, vireſq; præſtat.

Prou. 21. 28.

26 Quæ vt manifeſtiora dilucidioraque reddantur, recolas velim memorabilem illam, myſterijſque refertam Ezechielis quadrigam, quam perfectæ obedientiæ typum, ac formam eſſe, multorum. Patrum ſententia confirmat; ſed precipuè Theodoreti, qui de ea loquens, ait: *poteſtatum earum, quæ cerni nequeunt in omnibus obedientiam ſignificat*: & Gregorij, qui de quadrigæ huius animalibus ſermonem faciens: *tibias*, inquit, *rectas habent, quia quocunque impellit ſpiritus vadunt abſque vlla tergiuerſatione, executionemque præſtãt minimè obliquam, ac tortuoſam*. Huius nos etiam quadrigę myſteria indagantes, eiuſque partes ſingulas enucleatius examinantes, exactæ obedientiæ typum fuiſſe demonſtrabimus, verique obedientis partes, conditioneſque omnes præferre, ſingillatim oſtendemus. Atque vt in primis illud, quod propoſuimus, ex huius quadrigæ obſeruatione probetur, per obedientiã nimirum defectus omnes, infirmitateſque auferri, vireſque, ac robur obedienti præſtari: inſpice animalia illa currum hunc, ſeu quadrigam trahẽtia, quæ quadriformia fuiſſe Propheta teſtatur: primum ſimilitudinem habebat hominis, ſecundum leonis, tertium bouis, & quartum aquilæ: *ſimilitudo*, inquit, *vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor: & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor*: hæc verò animalia æqualiter currum trahebant, nec vnum altero velocius ambulabat; verum qua ratione fieri poterat, vt æqualiter progrederentur velocitas aquilę cum tarditate bouis, & hominis infirmitas cum robore leonis? quomodo, quæſo, iſta coherent? hoc eſt, quod dicebam, obedientiam defectus omnes ſupplere; cum enim hæc animalia deſcribantur moderanti ſpiritui obſequentia; ait enim: *vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur*, ideſt quò iubebantur à ſpiritu ambulare, eò ſtatim curſum dirigebant; hinc eſt quòd ſingulorum defectus ab eodem ſpiritu ſupplebantur, qui velocitatem aquilæ tardo boui, pigroque homini no leonis fortitudinem tribuebat, alteriuſque alteri per obedientiam virtus, ac prærogatiua communicabatur, vt pari poſſent concordia trahere volantes rotas, talique velocitate trahere (vnde magis obedientiæ vis elucet,) vt fulguris imitarentur naturam; *ibant*, enim, *& reuertebantur in ſimilitudinem fulguris corruſcantis*. Ideo animalia hæc, licet in cæteris corporis partibus diſſimilia eſſent; in pedibus tamen vniformia, eademque omnino erant; vnumquodque enim vitulinos habebat pedes: *& planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli*: ideſt, licet in cæte-

Ezech. 1.

Theodor. Gregor.

Digitized by Google

cæteris virtutibus diſſimilia; in obedientia tamen paria,ſimiliaque erant;& ideo pari currum velocitate trahebant,æqualique per aera celeritate diſcurrebant. Vtque magis quanta pedis huius obedientiæ celeritas eſſet nobis demonſtrarent Septuaginta interpretes,verterunt:

Septuag. *pedes eorum pennati*: ideſt,tanta erat eorum obedientiæ celeritas, vt pennatarum auium leuem volatum imitarentur.

27 Velocitatem verò hanc per obedientiam communicatam multò magis huius currus rotæ comprobant; vidit nanque Ezechiel quatuor rotas, ſeu rotam habens quatuor facies, cuius aſpectus quaſi rotam in medio rotæ poſitam prætendebat.*Cumque*,inquit, *aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia, habens quatuor facies,&c. & vna ſimilitudo ipſarum quatuor,& aſpectus earum, & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ:* porrò hæ rotæ: *cum ambularent animalia, ambulabant pariter iuxta ea,&c.cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur,ſequentes ea.*Quòd animalia illa,licet inceſſu naturali admodum inequalia; pari tamen velocitate progrederentur: mirum quidem, ſed non omnino impoſſibile, cum & animata eſſent, & progreſſiua; at verò quòd rotæ iſtæ plauſtro non innexæ,nec animalibus colligatæ,eundem nihilominus curſum leuiores habeant, eademque cum animalibus celeritate vagentur:hoc profectò impoſſibile videri omnino poſſet, niſi dumtaxat conſideremus, quòd obedientiæ typum gerant, & obedientem oſtendant; *ſpiritus enim vitæ erat in rotis*, ideſt à ſpiritu Dei regebantur, & agebantur, ſpirituique obedientes erant,vnde agilitatem, celeritatemque illam conſequebantur: Sic pariter viro obedienti,licet inepto, ac ſubruſtico, vt plauſtri rota, eo ipſo, quod obediēs eſt,dona,vireſque quibus caret,communicantur, vt mox de Ieremia diximus:qui iubetur, licet puer, & imperitæ linguæ,mandata exequi,populiſque prædicare;futurum namque erat, vt quidquid ad legationem neceſſarium eſſet, obedientia largiente conſequeretur. Omnia igitur obſequenti largitur obedientia; ſed præcipuè, vti diximus, celeritatem in operando iuſſaque exequendo;hoc enim præcipuum veri obedientis ſignum eſt,perfectęque obedientiæ conditio; indèque in hac virtute excellere aliquem, maximum inditium ſumimus, ſi ſtatim ad præcipientis imperium nutumque velox,agiliſque,opere, & executione accurrat, horumque animalium, ac rotarum celeritatem imitetur.

Obedientis prima conditio, celeritas in operando.

Neque cuiuſcunque velocitatis in exequendo contentus eſſe debet obediens; ſed quoad fieri poteſt, vt ad fulguris vſque velocitatem perueniat, debet ſatagere, vt perfectam horum animalium imitationem conſequatur,quæ, vti diximus,*ibant,& reuertebantur in ſimilitudinem fulguris corruſcantis*. Fulgur in primis ea velocitate, ac violentia fertur, vt obſtantia omnia conſumat, & atterat templa, turres, montium culmina;non flectitur pietate, nec immanitate perhorreſcit, nullo denique obuio retardatur impedimento.Sic nimirum debet eſſe obediens in iuſſis, mandatiſque exequendis,opereque complendis; non eum commiſeratio retardet, vt exemplo Abraham oſtendit, non rei magnitudo,vt Noe in arcæ ſtructura;non iura naturæ rumpenda, vt Moyſes cum mare diuiſit, & percuſſa ſilice fluentes vndas eduxit; non dubiæ mentis aſperitas, vt Ioſeph,qui licet prius de conceptu Virginis anceps,angelico tamen monitu poſteà certus,paruit Deo;non aduerſa, vt ita dicam,naturæ præcepta, vt Rechabitæ, qui aſpero parentum ſeruato imperio, obedientiæ monſtrantur exemplū; non denique terreat regum potentia, & impedentium minæ pœnarum conturbent, vt idem Moyſes claro demonſtrauit exemplo; nulla denique debet obediens obuia difficultate, aut aſperitate(vna tantum Dei excepta offenſa) ab incepto diſtrahi,aut dimoueri,vt in omnibus fulgur appareat. Audi nunc 28

Obediens fulguri ſimilis.

Nullo impedimēto retardari debet obediens.

Gen. 22. Gen. 6. Exod. 14. Exod. 17. Matth. 1. Ierem. 35. Exod. 19.

Ber-

Bernad. in cant. Bernardum obedientiam hanc ad modum fulguris deſcribentem. *Perfecta*, inquit, *obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, nec contenta anguſtijs profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod imponitur, ſpontaneo vigore liberalis, alacriſque animi modum non conſiderans in infinitam libertatem extenditur*. Hæc Bernardus, quibus vtique verbis non aliud niſi fulgur deſcribitur.

29 Fulgur etiam, ſeu fulmen, ſicco (vti ferunt) è terra ſolis vi attracto vapore, & exalatione gignitur, qui vapor frigidis immixtus nubibus paulatim igneſcit, gelidoſque inter vapores igne nutritur; tum occludentes nubium terribili fragore cunas erumpes, maximo ſibi obuia quæque furore diſperdit, celerique curſu præteruolat; atque hoc ſibi propriũ, fertur, habere, vt vires acquirat eundo, maioremque in termino ſpiritum ignis aſſumat, quàm initio furoris oſtenderit, in laſſitudine ſibi pariat robur, in defectu maiori impetu dilatetur. Non diſſimili ratione obediens, deiecti vaporis ad inſtar, ex humili ſubiectæ voluntatis terra, non proprio placito, ſed ſuperioris iuſſu, quaſi ſolari radio ad opus eleuatus, in ignem debet accenſi feruoris conuerti, & exardeſcere; hinc reluctantes ſenſuum motus, quaſi nubium cunas euadens, celeri impetu ad opus ferri, obuiaque (vti ſupra diximus) impedimenta dirimere, ac ſuperare; nec in opere vnquam laſſeſcere, aut defatigari; ſed, quaſi fulgur, vires eundo, ac operando acquirere, maiorique in fine alacritate iuſſa perſoluere, celeriorique curſu ſemper operari. Quis non fulgur crederet Virginem, dum Angelicis plena promiſſis, verbum ignem, vt ſupra diximus, nullis incluſum cœlis, proprijs ipſa viſceribus intercluſit? Hæc cœleſtibus obſequens decretis, nube caſtitatis, & humilitatis obtecta, Sancti Spiritus incendio tacta: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, religioſa præ officio, feſtina præ voto; quoniam verbi, quod caro factum in virginali clauſtro ſeruabat, repente erat flammis accenſa, anguſtæ domus ſpacijs feruidum fulgur teneri neſcit. Non illam cella retardat, non lectio differt, non diuturna ſilentia premunt, quin virgo mater obediens abeat in aperta montium, & ſalutet Elizabet; & vt ſtatim fulguris effectum Euangeliſta demonſtret; adiungit: *ſurrexit Maria*, nec dubium quin ex occulto domus, *& abijt in montana cum feſtinatione*: ecce fulgur montium cacumina petens, in altumque conſcendens: ecce etiam fragorem, ac ſonitum emittens; nam ſpiritu dilatata exclamat: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*: nec mirum ſi, vt fulgur è nube, feſtina domo egreſſa eſt, obedientia namque didicerat reſpondere: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*; inde cucurrit, inde dilatata eſt, inde feſtina, & peregrina montium deſerta ſubijt; quoniam obediens diuinis monitis, Angelo nunciante, acceptis, obtemperauit. Aſpice etiam Ieremiam noſtrum; quid nam, quæſo, aliud, quàm fulgur obedientia demonſtratur? ipſe namque ex ignobili, ac ſubruſtico Anathoth viculo, quaſi ex obedientiæ terra (Anathoth enim, obedientia, interpretatur) à ſole Deo, ceu vapor, attrahitur, & extollitur ad excelſa (Ieremias etenim, excelſus Domini, dicitur;) proprium namque eſt obedientis ad ſublimia erigi altiſque ſemper honoribus inſigniri, iuxta illud: *ſi auerteris à ſabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaueris ſabbathum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ*: taliter igitur, iſta cuſtodiendo, eleuatus Ieremias, ſuperque altitudinem terrę, ſuper reges, regna, populos, Gẽtes, omnẽq; terrę principatum, quaſi vapor euectus, igne ſta-

[Marginal notes: Simile. — B. Virgo fulgur fuit obediẽtia — Luc. 1. 35. — Luc. 1. 39. — Luc. 1. 46. — Luc. 1. 38. — Ieremias fulgur fuit obedientiæ — Iſai. 58. 13.]

Digitized by Google

Ier.1.9. Ier.23.29. tim verbi Dei ſuccenditur: *ecce dedi verba mea in ore tuo: verba,* namque, *Dei ſunt quaſi ignis*; inde adoleſcentiæ cunas erumpens; adhuc enim puer populis vaticinari iubetur, tum demum, quaſi fulgur, magno impetu explantare, & eradicare, & alta queque diſſipare, ac deſtruere incipit: Ier.1.10. *ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſſipes, & diſperdas*. Hoc profectò nihil aliud eſt, quàm in ſimilitudinem fulguris corruſcantis progredi, fulguriſque in omnibus imitari naturam.

30\. Non fuit è contrà fulgur, nec ſupradictas fulguris conditiones in iuſſis exequendis 3.Reg.13. habuit Propheta ille, qui comminaturus Ieroboam in Bethel miſſus, maledictionem intorſit altari; huic enim iuſſum fuit à Domino, vt celer imperata exequeretur, & maledictione completa, nec pauliſper in Bethel moraretur, neque panem comederet, aut biberet aquam, ſed ſtatim per aliam viam reuerteretur: is vero peractò propheticæ legationis munere, ſciſſoque altari, non vt fulgur reuerſus eſt; ſed otioſus ſub terebintho ſedere inuentus eſt: *& abijt* (Propheta ſcilicet quidam mendax) *poſt virum Dei, & inuenit eum ſedentem ſubtus terebinthum.* ſub arbore otioſus requieſcit, ac meridiatur, vmbriſque delectatur, qui velox vt fulgur per obedientiam eſſe debebat, præſertim cum adhuc ieiunus famem ſuſtineret; merito ergo à leone diſcerptus miſera morte inobedientiæ pœnas dedit; vt eius nos malo diſcamus quanta in exequendo celeritas exigatur, quæ prima, vti diximus; perfecti obedientis conditio eſt. Nec fortaſſe melius inobedientiæ malum, quàm per quietem ſub arbore, poterat explicari. Expende pro- Gen.2.15. pterea locum illum Geneſis: *tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Celebris eſt hic dubitatio Chryſoſtomi: cur, inquit, vt operaretur, & cuſtodiret? quare operaretur cum non adhuc prolapſus culpa, opere, & labore deberet veſci pane? operari namque terram maledictio peccati eſt; tunc autem erat ſtatus innocentiæ. Non ex parte terræ; non enim alterius cultu indigebat, poterant etiam animalia cætera operari, quæ nutui hominis ſubiacebant. Ad quid denuo cuſtodire, cùm præter Euam nullus erat à quo deberet cuſtodiri; nec quidem à brutis cum etiam ipſa Adæ ſubiacerent imperio? Reſpondet S. Chryſoſtomus: vt ne immodica proſperitate homo inſoleſceret; omnem enim malitiam docuit otiũ; propterea voluit Deus, vt operaretur illum, & cuſtodiret; ſi enim laboris omnis fuiſſet expers, protinus ex multo otio in ignauiam prolapſus eſſet: nunc verò in operatione occupatus, quæ neque dolorem, neque moleſtiam afferret, moderatior vtique, & continentior eſſe debuit. Tunc ita dico, vt otium fugeret poſuit operantem, cum reuera nulla cura opus eſſet; at merito decepit eam ſerpens, cùm ſub vmbra inuenit, nec dubium quin otioſam, licet in hoc non peccantem: ergo ab otioſa ſub arbore mora, ad inobedientiæ malum prolapſa eſt. Et vide quomodo ſuperius deſcriptum Prophetæ factum cum hoc Euæ concordat: hic præceptum adeſt non comedendi: *de ligno autem ſcientiæ boni,* Gen.2.17. *& mali ne comedas*: illic præceptum eſt: *non comedes panem*: 3.Reg.13.9. hic tranſgreſſionis mala, ex otioſa ſub arbore mora conſurgunt: illic inuentus eſt Propheta ſub terebintho ſedere: hic mendax ſpiritus cibi appetitu Euæ tetendit inſidias: illic propheta mendax conuiuio exceptum prophetam, ciborum etiam apparatu fefellit: ſimulat hic ſpiritus maiorem ſe habere in his Domini præceptis ſenſum, atque intelligentiam: illic propheta iactat contrariam reuelationem ſe habuiſſe; ſed tàm Eua, quàm Propheta propter inobedientiam, mortis ſententia feriuntur, nec alia profectò ratione, niſi quia fulguris celeritatem in exequendo præcepto non habuere; ſed ocioſitate potius ſub arbore relaxati ſunt.

Con-

Digitized by Google

31 Conſtat ex prædictis quàm ſit in obediendo celeritas neceſſaria, otijque pariter fuga. Neque verò quiſpiam de velocitate hac conſequenda tot inter vitæ huius ſcopulos, ſcyllaſque, diffidat; hanc etenim nobis ipſamet, vt ſupra diximus, obedientia præſtat, atque largitur; propterea gubernatorem nauis noſtræ voluntatis, vocabat obedientiam Laurentius Iuſtinianus: & ſicut ille curſum rectà inſtituit, & nauigationem moderatur: ita hæc noſtrarum dirigit curſum operationum: & ſicut ſine duce non confiditur de victoria, ſine gubernatore non peruenitur ad portum: ita & abſque obedientia impoſſibile eſt in huius vitæ vndoſo pelago non periclitari. Amplius dixerim ego, obedientiam ipſam vela eſſe, ventos, remos, remigeſque: nauem ſiquidem, etſi optimus regat Gubernator; aduerſus tamen ventus, & nautarum inopia, inter vndas desidem retardant; nunquam verò obedientia obſequentem moratur, ipſa ſiquidem ventus eſt, vt nullus remigum labor exurgat; etiamſi aduerſo nauigent mari. Mittitur Ezechiel ad annuntiandum ciuitatis excidium, & lamentationes, & carmē, & væ: omnia contraria, dura, ac moleſta: hæc profectò contrarium maris curſum fecerant prophetæ; ſed obedientia ſecundum, ac facilem reddidit; ipſe namque ſpiritus, qui imperauit, quaſi nauim prophetam impulit, & vela obedientis impleuit. Ecce populum, ad quem mittebatur: *omnis quippe domus Iſdraël attrita fronte eſt, & duro corde.* Ecce quæ nuntianda erant: *& vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus, & foris, & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ*: ſed vt faciliorem curſum habeat propheta, oſtenduntur vela voluntatis ſpiritu Dei turgeſcere, dum dicitur: *& dixit ad me: fili hominis, omnes ſermones meos, quos loquor aſſumes in corde tuo, & auribus tuis audi:* & ſequitur, *& aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram*: alæ percutiuntur, vt ſpiritus vehementior excitetur, qui nauim obedientis impellat: & nota quod addit: *ſpiritus quoque leuauit me, & aſſumpſit me*, ideſt ita velox erat curſus, tantaque ſpiritus, ac venti, & commotionis vis, vt eleuatus aquas contingere non viderer: ferebar ita velociter, vt auem potius, quàm nauem curſu imitarer. Verum cum hæc omnia ſpiritum præſtitiſſe dixerit, nempe curſum ſecundum, ventos, &c. quis, quæſo, nauis huius obedientię clauum regebat? profectò Deus, ſubdit enim: *manus enim Domini erat mecum confortans me.* De ſupradictis etiā Ezechielis animalibus dicitur, quòd nauium inſtar per aeris æquora ferebantur, *vbi*, inquit, *erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur*, ideſt quò à ſpiritu, tanquam vento vela complente impellebantur, eò nauigationis curſum, quaſi volantes naues dirigebant. Hanc igitur obedientia celeritatem animalibus largiebatur præſertim verò tardo boui, pigroque homini, vt aquilæ in trahendo currum poſſent velocitatem adæquare, hanc etiam nobis ſi huius ſectatores virtutis fuerimus largietur?

In ſigno vitæ l. 3. de obed.

Ezech. c. 2.

Ezech. 3. 7.

Ezech. 2. 9.

Ezech. 3. 10

Ezech. 1. 12

Atqui parum fuiſſet per obedientiam velocitatem animalibus præſtari, 32
niſi etiam fortitudinem impertiretur; quomodo enim cum bouis, ac leonis fortitudine, hominis, & aquilæ vis imbecillis conſiſteret? quomodo in quadrigā trahenda conuenirent? quomodo non laſſarentur? non ſolum ergo velocitatem, ſed robur quoque, & fortitudinem obſequentibus communicat obedientia; & hæc perfecti obedientis ſecunda conditio eſt, vt ſcilicet fortis perſiſtat, & in opere non laſſetur. Hanc obedientię vim in Dauide cognoſcimus, qui pugnaturus cum Philiſteo, & adhoc armorum quærens apparatum, reſpuit arma, quæ ei Saul obtulerat tanquàm grauia, ſuaſque vires excedentia: *dixitque Dauid ad Saul: non poſſum ſic incedere; quia non vſum habeo*, hiſque relictis baculum tulit fundā, & lapides, talibuſq; armis

Secunda obediētis conditio fortitudo, & perſiſtētia in opere.

Obedientia fortitudinem tribuit.

1. Reg. 17. 39.

armis ad certamen alacris,expeditúſque perrexit:alia verò vice errabundus venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotem, à quo petijt haſtam, aut gladium, qui dixit ei: *ecce hic gladius Goliath philiſtæi, quem percuſſiſti in valle terebinthi, &c.* quem Dauid læto accipiens animo ait: *non eſt huic alter ſimilis, da mihi eum.* Quare,quæſo, pugnaturus cum Gigante Dauid, non tulit gladium Saul, ſed tamquam nimium grauem reſpuit; nunc verò minimè pugnaturus, gladium arripit Goliath?quare, ſi vſum non habebat (vt ipſe dixit,) ſi armorum pondere grauabatur, quare, inquam, Gigantis gladium, qui ſanè gladio Saul grauior, ac ponderoſior erat,libenter accipit, eumque in vniuerſa terra parem non habere fatetur? Plures eſſe poſſunt expoſitiones; præcipua ea eſt, quæ ad obedientiam pertinet; quia ſcilicet nunc acceperat Dauid de manu Achimelech gladiũ hunc;& ideo licet gladius,vtpote gigantilis,grauis omnino eſſet; ſacerdotali tamen manu Dauidi obedienti traditus, leuis fit,& portabilis; quia, vti diximus, vires roburque obſequenti addit obedientia;vndè duriora, & aſpera quæque à ſuperioris manũ procedentia, leuia redduntur,& dulcia.

1.Reg.21. 9.

33 Præterea cum nulla ſit in obſequendo obedientis reſiſtentia, nulla operis erit arduitas; quod enim pondus eſſe poterit laboris,aut mœroris, vbi operãtis nulla eſt contradictio?Hinc inſigne illud eſt apud Plutarcum: quòd Scipio Africanus,cùm in Africa bellum gereret, oſtendit viros armatos, quos ſecum habebat, & turrim præterea excelſam in naui,& ait:*nullus horum omnino eſt, qui non conſcenſa turri ſemet in mari precipitaturus ſit,ſi ego iuſſero.* dictum profectò mirum eſt, in tanto exercitu militem nullum fuiſſe, qui etiam in mortis periculo Imperatori ſuo obedire recuſaret; ſed hoc obedientiæ proprium eſt, eas obſequenti vires, cumque animum tradere,vt vel mors ipſa,quæ vltimum terribilium eſt, leuis appareat. Nonne hoc manifeſtè in Chriſto Domino cernitur, qui mortem, nec qualemcunque, ſed Crucis,Patris præcepto ſubiturus, adeo leuem,dulcemque exiſtimauit, vt etiam illius deſiderio ardentiſſimè eſtuaret? hinc,eſt quòd dicebat, *baptiſmo autem habeo baptizari:& quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* baptiſmum optabilem, dulceque lauacrum necem vocabat,coanguſtarique ſe,& ſpiritu coarctari ex eius dilatione fatebatur: hac profectò ratione; quia ad illam per obedientiam properabat.De hac quoque Saluatoris noſtri morte, eiuſque cruce, prophetico loquens ſpiritu Iſaias: *iugum,* dicebat,*oneris eius,& virgã humeri eius, & ſceptrum exactoris eius,&c.*malè deſcripſiſſet ſecundum orationis regulas, quæ orationem ſemper creſcere iubent, niſi aliquod lateret myſterium; debuerat enim prius ſceptrum, quod leuius eſt,inde virgam,quæ grauior; iugum tandem,quod grauiſſimum eſt, ponere, vt aptè grauiſſimæ cruci iſta aſſimilaret; verum obedientia ordinem mutauit;ipſa etenim Domini crux, quam ex Patris imperio portauit, iugum initio videbatur;ſed obedientia vires præſtante, leuis virga Dominico dorſo facta eſt, ac tandem ſceptrum euaſit.Obſeruemus etiam in Ieremia quales obediendo vires adeptus ſit. Quis crederet puerum, elinguem,ex humili oppidulo prodeuntem, regibus,regnis,populis,Gentibus, comminari,maledicere,imprecari,bellum indicere,eorumque viribus, armis, potentijs,inſtar munitæ ciuitatis,ferreæ columnæ,murique ærei,reſiſtere, dicente Domino: *Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum: ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam,& in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram, regibus Iuda,principibus eius,& ſacerdotibus, & populo terræ, & bellabunt aduerſum te,& non præualebunt?*quis,inquam, tantam in tali homine,immò in tam paruo puero fortitudinem non miraretur? hanc autem non aliundè ſanè, quàm ex obedientia adeptus eſt;quia nimirum dictum eſt ei: *ad omnia quæ mittam te ibis, &*

Plutar. de bono diſcipl.c.3.

Lucæ.12. 50.

Iſai.9.4.

Ier.1.17.

ibis, & vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris; quia Dei erat imperia executurus, celeſtiſque iuſſis obediens futurus. Læto igitur animo quocunque, & quantumcunque arduum opus, dummodo imperatum, aggredi debemus, nec vnquam diffidere, certi quòd obedientia nobis vires elargiente, ad omnia reperiemur idonei, hancque tam neceſſariam in obſequendo fortitudinem conſequemur.

34 Tunc autem in obediendo verè fortes eſſe monſtrabimur, cùm non ſolum difficilia quæque inire facinora non dubitabimus; verum etiam aſpera, & aduerſa quæque pro obedientia patienter ferre non recuſabimus; vna ſiquidem ex præcipuis fortitudinis partibus ex Cicerone, & D. Thoma patientia, ac tolerantia eſt. Neque in quadriga noſtra tolerantiæ huius exemplum deeſt; rotæ etenim illius, quas obedientem pretendere ſupra monſtrauimus, plenæ erant oculis: *& totum*, inquit, *corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor*, ſcilicet rotarum. Binæ hìc feruntur expoſitiones: altera eſt, quòd oculi non erant in rotarum parte conuexa, quæ ſolum terit; ſed in latere, ita vt currente rota oculi minime premerentur: altara verò eſt quæ oculos in rotarum conuexo fuiſſe cenſet, ita vt rotis currentibus grauiter oculi comprimerentur: vtraque expoſitio bona eſt, nec myſterijs caret; ſed ad rem noſtram nunc ſecundam ſequentes moraliter aduertamus, quòd ſi oculi in rotæ conuexo erant, grauiter vtique lędebantur rota currente, doloremque maximum ſentiebant, nec tamen per hoc à curſu deſtitiſſe feruntur: vt hinc nobis colligere liceat, quanta in vero obediente tolerantia requiratur, vt ſi vel oculum ipſum, quo carius nil eſſe poteſt, terere opus ſit, fortiter conterat, vt obſequatur. Hoc nobis in euangelio Dominus præcipiebat dicens: *ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te*, ideſt ſi in currenda via mandatorum Dei carnales ſenſeris affectus, aliquodue tibi, etiam vt pupillam oculi carum, impedimento eſſe cognoueris, viriliter calcare debes, fortiterque ſubijcere. Huc etiam facit illud Hieronymi conſilium dicentis ei, qui obſtantibus parentibus, ad religionem tamen conuolare debebat: *per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem: ſolum genus pietatis eſt in hac re eſſe crudelem*.

Tolerãtia in obediẽte neceſſaria. Cicero in Reth. lib. 2 de Inuent. D. Tho. 2. 2. q. 128. art. 1. Bedæ hic. Alcaſar. in Apocal. Matt. 5. 29. Hieron. in Epiſt. ad Nepot.

Quam benè hoc in obedientiſſimo Abraham comprobatur, qui diuinum 35
recipiens imperium, vt vnicum, vitaque ipſa cariorem immolaret filium: *tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & offer illum mihi in holocauſtum ſuper vnum montium quem monſirauero tibi*, ſtatim ad præceptum implendum, fortis accurrit: quid, quæſo, dilectus filius aliud quã oculus erat? oculis enim dilecti, & cari in ſcripturis comparantur, iuxta illud, *qui tangit vos tangit pupillam oculi mei*, &, *cuſtodiuit eum quaſi pupillam oculi ſui*: Abraham verò quid niſi rota celeritate fuit, dum nocte ad obſequendum conſurgere dicitur: *igitur Abraham de nocte conſurgens*? mane igitur ſurgere ad occidendum filium dilectum, aliud profectò non eſt, niſi rotam præteruolantem oculos conculcare: verè igitur fortis Abraham fuit, qui etiam filij mortem non dubitauit patienter ferre; immo ſuis ipſe manibus inferre. Nec poteſt in ſummo illo, ac perfectiſſimo virtutum omnium exemplari Chriſto Domino, huius quoque in obſequendo fortitudinis exemplum deeſſe; in ipſo etenim ſuæ conceptionis exordio (vt reliqua ommittam,) dum adhuc virgineis incluſus detineretur viſceribus, quaſi de nocte, cum non dum ad lucis huius diem egreſſus eſſet, ad Patris iuſſa perſoluenda conſurrexit; & propoſita illi ex vna parte amariſſima paſſione, crucisque morte propter humani generis ſalutem; ex altera verò obijciente ſe gaudio maximo, naturalique mali fuga, quæ illum a redemptione retardare conabatur, fortiter ſpreto gaudio, quaſi oculo percalcato contemptiſque omnibus, mortem elegit, dicente Apoſtolo quod: *propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione*

Gen. 22. 2. Zach. 2. 8. Deute. 32. 10. Ad Hebr. 12. 2.

ne

Digitized by Google

ne contemptæ, ad quam toto vitæ ſuæ tempore, quaſi velox rota cucurrit, vt Patris iuſſa obediens exequeretur.

36 Perſeuerans debet eſſe obedientia. Vltima in ordine, ſed non vltima dignitate, ac neceſſitate fortitudinis pars, perſeuerantia eſt; quid enim benè cœpiſſe prodeſt, ſi ab incepto poſtea deſiſtatur? nunquam ergo verè fortis noſtra dicetur obedientia, niſi conſtans ſit, & ad finem vſque perſeuerans. Hoc etiam prædicta Ezech. quadriga, eiuſque animalia nos edocent, de quibus legimus, quòd, *vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebãtur cum ambularent*, ideſt quò ea ſpiritus imperans dirigebat, eo curſu tendebant, taliterque in curſu conſtantia, firmaque erant, vt nunquam ab incepto itinere retrouerſa deſiſterent. Pondera hic locum illum Iſaiæ: Iſai.50.5. *Dominus Deus aperuit mihi aurem*, ad audiendum ſcilicet eius precepta: *ego aut non cõtradico*: ecce hic pfectum obedientẽ, q ſtatim iuſſis auditis ad opus accurrit; ſed nũq d hoc ſufficit? minime quidem; ſequitur, *retrorſum non abij*, ideſt ab incepto faciem non auerti, ſed in opere perſeuerans fui; & vide quàm benè hæc perſeuerantia cum illa animalium concordat: illa, *non reuertebantur cum ambularent*: hic dum iuſſis implendis intentus eſſet, *retrorſum non abijt*: amplius: *corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus*: ò fortitudinem! ò perſeuerantiam! nec verberibus, nec flagellis, nec maledictis, nec ignominijs ab opere dimoueri ſe vnquam potuiſſe fatetur, nec ab incepto faciem auertiſſe, *faciem meam non auerti*; fortis igitur obediens, ac perſeuerans, qui talis fuit, iure optimo dici poteſt.

37 Pſal. 62.9. Talis profectò in obſequendo fuit ille etiam, qui dicebat: *adhæſit anima mea poſt te*: ideſt præceptis tuis omni quo potui conatu firmiter me addixi, voluntatiſq; obſequio tuæ ſemper voluntati conglutinatus adhæſi, ità vt ab ea diſiungi nulla vi, aut contradictione potuerim; hoc enim ſignificat, *adhæſit anima mea poſt te*: vnde benè illi vetus adagium aptari poteſt, quod ad ſignificandum eum, qui præceptis firmiter obtemperabat, antiqui vſurpauere: *oſtreæ in morem hæret*; Simile. ſicut enim oſtrea, cęteraque id genus animalia, non manibus, non cauda, non pedibus, ſed toto ſcopulis herent corpore, neque facile eſt illa ab ſcopulis amouere, niſi ferro, aut lapide contundas: ſic dicebat Dauid: tuis Domine præceptis vtraque manu, omnibus, vti dicunt, vnguiculis, tota mente, & anima, oſtreæ in modum, firmus adhęſi: *adhæſit anima mea poſt te*, hinc autem meritò ſequitur: *me ſuſcepit dextera tua*: taliter enim perſeuerantes diuina ſuſcipit manus, non verò eos, qui firmiter præceptis non hęrent, ſed mittentes manum ad aratrum, ad obſeruantiam ſcilicet mandatorum, reſpiciunt retrò, & ab opere deſiſtunt; hos namque Chriſtus Dominus in euangelio reprobat dicens: *nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus eſt regno Dei*. Luc.9.62. perſeuerantes igitur in obediendo eſſe debemus, vt dextera Dei ſuſcipi mereamur, & animalium Ezech. exemplo, cùm viam currimus mandatorum, reuerti nequaquam debemus; ipſa ſiquidem, *non reuertebantur cum ambularent*.

38 Propheta autem ille, de quo ſupra, ſed ad rem aliam, mentionem fecimus; 3.Reg.13. quia hanc non habuit in obſequendo perſeuerantiam, ideo crudeli morte à Leone diſcerptus, occubuit; ipſe etenim miſſus in Betel à Domino, vti innuimus, ad maledicendum altare, Ieroboamque comminandum; cum hoc tamen, vt in Betel nequaquam moraretur, neue ibi panem comederet, aut biberet aquam, promptus initio, alacerque præcepto obtemperauit, venit ad altare in Betel, regiſque conſpectum non timens, maledictionem intorſit, protinuſque altare diſciſſum corruit, regiſque manum arefactam, eoquod prophetam apprehendi iuſſiſſet, oratione reſtituit ſanitati, & ob hoc inuitatus à rege, vt domum ſecum iret, pranderet, ac munera reciperet, præcepti memor viriliter reſpondit: *ſi*

dederis

Digitized by Google

dederis mihi mediam partẽ domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto; ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis: non comedas panem, neque bibas aquam, nec reuertaris per viam, qua veniſti: hocque dicto per aliam viam iter aggreſſus eſt: quis hanc obedientiam non celebraret? quis exactiſſimam fuiſſe non fateretur? verum quid miſero profuit benè cœpiſſe, dum in incæpto minime perſeuerauit? eunti etenim per viam occurrit propheta quidam mendax, qui virum Dei ad panem manducandum inuitauit; reſtitit ille initio, recuſauitque viriliter; ſed præcibus tandem, ac perſuaſionibus falſi prophetæ victus, reuerſus eſt, panemque comedit; inde poſtea diuino iudicio leonis factus eſt præda, morteque miſerabili inobedientiæ ſuæ pœnas exſoluit; quia nimirum in obedientia non perſeuerauit, nec animalia illa imitatus eſt, quæ *non reuertebantur cum ambularent*; ipſe namque reuerſus eſt cum ambularet, panemque comedit.

89 Sed vt cœteras noſtræ quadrigę partes, conditioneſque inſpiciamus, dubium occurrit, quid nimirum cauſæ ſit, quòd hæc animalia ab Ezechiele viſa, abſque oculis in alis, aut in corpore deſcribantur; cum eadem à Ioanne in Apocalipſi, plena oculis antè, & retrò inſpecta ſint? (Apocal. 4.) Dubium hoc pacto ſoluitur: in his Ezechielis animalibus obedientis (vti ſæpè diximus) & obſequentis forma præſcribitur; illa verò in Apocal. deſcripta, ſuperiorem figurant: quæ igitur prælatos ſignificant, oculata fuiſſe dicuntur, vt oſtendant, ſuperiorum quanta debeat eſſe ſollicitudo, ac vigilantia circa gregem, ac ſubditos: (Superioris magna debet eſſe vigilantia.) ſicut etiam ſuperioris figura eſt virga illa, quam inferius vidit Ieremias conſtituendus ſuper reges, & regna, (Ier. 1. 11.) cuius in ſummitate erat oculus, & virga vigiliarum nuncupatur à Hieronymo: (Hiero. hic.) & lapis ille à Zach. deſcriptus ſeptem habens oculos: (Zach. 3. 9.) *ſupêr lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*; lapis enim poteſtatem ſignificat, & ſuperiorem, dicente Domino ad Petrum, ſuper omnẽ Eccleſiam principem, ac prælatum conſtituendum: *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: (Matth. 16. 18.) ſeptẽ verò oculi in lapide, ſummam ſuperiorum ſignant vigilantiam; ideò animalia illa, quia ſuperiorem figurabant, plena oculis commemorantur; & non ſolum foris plena oculis, ſed etiam (quod maximè aduertendum eſt) intus: *in circuitu, & intus plena ſunt oculis*: (Apoc. 4. 8.) qui enim ſuper alios conſtituitur, intus, & foris oculos habere debet, (Superior ſuis, & ſubditorum culpis inuigilare debet.) vt dũ foris defectus cœterorum aduertit, intus quoque ſui ipſius culpas inquirat, dumque alijs inuigilat, & in eos prælationis iura exercet, intus quoque oculatus ſit, ne aliquando quod foris reprehendit in ſubditis, intus admittat in ſemetipſo; ſed hæc ſuo loco. Animalia verò ab Ezechiele viſa, (Cœca debet eſſe obedientia.) quia obſequentis, vt i diximus, forma ſunt, ideo abſque oculis commemorantur; etenim penè cœcus debet eſſe obediens, vt in iuſſis exequendis non immoretur, nec quæ ei commiſſa ſunt in dubium reuocet; ſed promptus, nihilque conſiderans, aut attendens (excepto peccato) obtemperet, & obſequatur: quod etiam magis eadem nos edocent animalia; non ſolum enim ſine oculis per corpus erant; verum etiam quos naturaliter habebant in facie, alis cooperiebant, vt cœca omnino eſſent in exequendo: (Ezech. 1. 23.) *vnumquodque*, inquit, *duabus alis velabat corpus ſuum*: ſi totum, corpus alis velabant, vtique, & faciem, & oculos contegi neceſſe erat. Clarius hoc ſeraphim demonſtrant, quos vidit Iſaias de quibus dicitur, quòd, *duabus*, ſcilicet alis, *velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant*: (Iſa. 6. 2.) volabant, vt celeritas inobſequendo oſtendatur: velabant faciem, vt cœcitas in obediendo monſtretur. Et aduertendum, quòd animalia Ezech. cum ambularent, ideſt obedirent, iuſſaque exequerentur, tunc corpus, oculoſque operiebant; cum verò quieſcerent, ideſt à iuſſis exequendis deſiſterent, tunc di-

Digitized by Google

- diſcooperiebant corpus,alaſque demittebant: *cumque*, inquit, *ſtarent demittebantur pennæ eorum*, vt nobis innuatur, tunc cœcos nos eſſe debere, cum obedientiæ vacamus, operique intenti ſumus; cum verò ab obſequendo deſiſtimus, & quieſcimus, tunc oculos aperire licere, paululumque ſuſpicere; dum enim obſequimur,& aliorum imperio, præcipuè verò legitimorum Prælatorum,obtemperamus,tunc ſecuri eſſe poſſumus,oculiſque clauſis, vti dici ſolet, ideſt nihil metuentes ad opus accurrere, & iuſſa perſoluere, certi quòd diuinam in hoc exequimur voluntatẽ, nec in aliquo errare poſſumus; cum verò non ſuperiorum iuſſu, ſed propria voluntate,ac placito opus aliquod, licet aſpectu bonũ aggredimur, tunc oculos aperire,magiſque oculati eſſe debemus, ſemper noſtræ volũtatis ſuſpecti,inuiſibiliũq; inimicorũ fraudes pertimeſcentes.

40 De hac in obſequendo cœcitate veteres nos admonebant, qui Mercurium Deorum nuncium alatũ pedibus, & capite effinxerunt, & hoc multiplici quidem ratione: primò, vt ſignificarent leuiter per aera præteruolare ſermonem (Mercurium enim ſermonis, & facundiæ Deum faciebant:) ſecundò, & præcipuè ad rem noſtram; quia Deorum mandatis recipiendis obſequens deſcribebatur Mercurius, ideo pedibus, capitique alas addidere; pedibus quidem, vt velox agiliſque ad ſuperum ferenda imperia, iuſſaque implenda monſtraretur; capiti verò, vt oculis contectis cœcus, & mente minime reluctans oſtenderetur: ſic namque debet eſſe obediens, non pedes tantum alatos propter velocitatem in obſequendo habere debet, ſed etiam caput, vt non moretur perſcrutando, quid, quare, quis, cui imperet, ſed captiuata voluntate, ac mente ad mandata peruolet. Hinc Senecas: *æquum, inquit, aut iniquum regis imperium feras*: Et relictis Gentilium auctoritatibus, quid aliud D. Paulus præcipiebat, cum dicebat: *& in captiuitatem redigentes omnẽ intellectũ in obſequiũ Chriſti?* non eſt,quaſi diceret vagandi,ac perſcrutãdi locus intellectui,mẽtiq; dandus,dũ diuinis obſequendũ eſt monitis;ſed in obſequiũ Dei mens captiuãda,vt cęca omnino,nihilq; cogitans ad diuina feratur imperia,& nũq̃ reluctetur,aut contradicat.

Mercurius obediẽtiæ typus.

Senecas.

1.Cor 10. 5.

41 Et benè hoc Paulus præcipit; in ſe etenim prius Deo docente didicerat; cum enim in admirabili ſua conuerſione, ac vocatione, diuina illa voce proſtratus concidiſſet: *Saule Saule quid me perſequeris?* & Chriſto Domino, cuius antea perſecutor extiterat repentè factus obediens reſpondiſſet: *Domine quid me vis facere?* ſtatim diuina recipiens præcepta cœcus effectus eſt: *ſurrexit*, inquit, *Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat*: cœcus ſimul, & obediens euadit, vt vnum ſine alio eſſe non poſſe intelligatur, & verè obedientem non eſſe, qui clauſos oculos, cęcoſque non habet. Et aduerte quòd ad Ananiam ducitur Paulus, vt illius ſubiectus imperio, diuina ab eo recipiat monita, & quod ſibi faciendum ſit, edoceatur: porrò præpoſterum videtur, quòd Apoſtolus vas electionis, qui arcana cęlorũ cũctis gentibus reſerare debebat, non Petrum, non cęteros Apoſtolos, ſed Ananiam, alioquin familiaritate Dei non ita inſignem, ac erant Apoſtoli, magiſtrum haberet; ſed factum eſt, vt innoteſceret, non debere obedientem ſcrutari ecquis ſit ſuperior, qua virtute, qua ſanctitate inſignis, ſed cęca, & captiuata mente obtemperare: rectè igitur caligant oculi Pauli, qui debebat monitis parere, non merita magiſtri diſcernere. Nouerint hoc, qui ſæpe de vita, & moribus Prælatorum quæruntur, incongruũ putantes ſe eruditione, ac ſanctitate refluentes indoctis regi Prælatis,ac minus probis; nouerint, inquam, & diſcant Pauli exemplo cuilibet, licet minus ſancto ſubeſſe propter Deum, & à quolibet, licet minus erudito doceri, cęcum habentes,captiuatumque intellectum in obſequium Chriſti.

Actor.9.4.

Quid

Digitized by Google

42 Quid de primis parentibus Adam, & Eua dicam? nonne dum in Paradiſo obedientes permanſerunt, cœci quoque fuerunt; rupto autem obedientiæ præcepto, ſtatim viſum recæpiſſe dicuntur? non enim otioſe dicit ſcriptura, poſtquàm peccatum inobedientiæ perpetrarunt, manumque ad vetitam arborem extenderunt:
Gen.3.7. *& aperti ſunt oculi amborum*, hoc nempe oſtenditur quòd prius cœci erant, & ad Dei præcepta exequenda intellectuali cœcitate accurrebant; deinde aperti ſunt oculi eorum per peccatum, vt quos obedientia clauſerat ad præceptum, inobedientia aperiret ad malum.

43 Abraham verò, qui perfectiſſimum nobis obedientiæ tradidit exemplum, ſemper in obſequendo cœcus fuit, clauſoſque oculos conſeruauit; cum enim ad immolandum, cœleſti parens monito filium duceret, ab eo interrogatus: *pater*
Gen.22.7. *mi: ecce ignis, & ligna, vbi eſt victima holocauſti?* reſpondit: *Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi*: quomodo prouidebit Deus ſi proximè erat ſacrificaturus? vel etiam quare non indicauit ſciens? Hæc obedientis reſponſio eſt; verè ſciebat victimam; Dominus enim dixerat: *tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac atque offere eum in holocauſtum*. Sed ne videretur relictus ſibi eſſe locus conferendi, quale eſſet hoc ſacrificium, & quomodo ille occidendus eſſet in quo repromiſſio facta erat, oculos ſe non habere dixit ad videndam victimam, oculos dumtaxat intellectus: *Dominus prouidebit, &c.* Sept. *Dominus videbit ſibi ouem*, ideſt videat Dominus, ego oculos clauſos habeo. Quod vt clarius pateat, peracta obedientiæ actione, ait ſcriptura: *leuauit Abraham oculos ſuos viditque poſt tergum arietem, &c.* Septuaginta: *& aſpiciens Abraham oculis ſuis vidit, & ecce aries:*
Dei oculis videt obediens. oculis aſpicit, oculoſque leuat, quaſi antea non aſpexiſſet, clauſoſque oculos habuiſſet; & nota quòd ait: *aſpiciens oculis ſuis*, quaſi prius alienis inſpiceret oculis nempe Dei; non enim aliud viderat obediens, niſi quæ viderat Deus, adeòque conformis erat Deo viſus ipſius, ideſt intellectus; vt ferè non ſuis, ſed oculis aſpiceret Dei. Pondera etiam, quod dicit Vulgata: *Leuauit oculos ſuos, & vidit*, modus loquendi illum ſignat, qui meditatione defixos habet oculos humi, quod vt plurimum eſt magna cogitantium, vt apud Virgilium deſcribitur rex Latinus, & Iobo quaſi magna cogitanti dicitur: *attonitos habes oculos*, quid ergo Abraham prius meditabatur, oculoſque ita depreſſos habebat, vt nihil videret, qui deinde oculos leuauit? nil niſi obedientiam; ſcribitur enim, Virgil.in Eneid. Iob.15.12.
mens iuſti meditabitur obedientiam, Prou.15.28. intentus obedientiæ nihil videbat, nil durum in iſto facinore compræhendebat; at verò conſumata obedientia, meditatione completa ſtatim videt, & admiratione quadam deſcribitur in ſe reuerſus: *& vidit, & ecce aries*.

De hac Abrahæ in obediendo cæcitate ſunt illa Pauli verba dicentis: *quia* 44
patrem multarum gentium poſui te ante Ad Rom.4.18.
Deum, cui credidiſti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, qui contra ſpem credidit, vt fieret pater multarum gentium, ſecundum quod dictum eſt: ſic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & arena maris. credidit Gen.15.4.
in ſpem, cùm in ſpem poſteritatis ſecundum Dei promiſſa credidit, contra ſpem, quæ ei per vnigeniti ſui filij mortem, quem ſacrificare iubebatur, omnis adimeretur; tota quippe poſteritatis repromiſſæ ſpes, in vnico, quem habebat filio, fundabatur; quem tamen nihil conſiderans, nec de promiſſis dubitans ad ſacrificium obedientia cœcus perducit: *& non infirmatus eſt*, ait Paulus, *Fide, nec conſiderauit*, ecce quàm cœcus eſſet obedientia, *nec conſiderauit*, inquam, *corpus ſuum emortuum, cum ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ*, nullam tam apertè promiſſis repugnantem conſiderat difficultatem, animo nil perſcrutatur, ſed mente cœcus ad obſequendum accurrit: Hinc rectè monti illi, in quem filium ſacrificaturus

Digitized by Google

Gen.22.14 conſcenderat, nomẽ impoſuit: *Dominus videt*; ait enim ſcriptura: *appellauitque nomen loci illius: Dominus videt*; quia nihil ibi obedientia cœcus viderat Abraham; ſed intentus operi, Domino curam videndi reliquit.

45 Idem prorſus in obediente Ieremia hic comprobatur; cœcum enim vult eũ eſſe Dominus, vt notauit Hieronymus, cum ei in hoc verſiculo dicit: *noli dicere puer ſum*, non ætatem conſideres, non mores, non quidquam aliud, eſto cœcus; ſtatim verò vides quòd ſe virgam dixit Dominus vigilantem, & ſuper verbo, ſuper quo propheta iubetur eſſe cœcus, ſedulo ſe vigilaturum: *vigilabo ego ſuper verbo meo*, quaſi dicat: meum eſt videre, tuum eſt obedire; eſto igitur cœcus, & obſequens; reliqua namque ego curabo: quod apprimè ſemel edoctus, ſemper præſtitit Ieremias; cum enim quondam in carcere detineretur, & iuſſum ei à Domino eſſet, vt agrum Hanameel filij Sellum patruelis ſui emeret, emit ſtatim nil reſpondens, aut contradicens; licet ſequenti anno ciuitas à Babilonico exercitu delenda eſſet, quod benè ipſe nouerat, vnde & prophetæ quoque ager inſultanti militi patere debebat; quare ergo, hoc ſciens, non queritur? quare excuſationem imminentis excidij iubenti Domino non profert, ſed tacens paret, agrum emit, emptioniſque librum, & rata, &c. ponit in vaſe fictili, *vt permanere poſſent diebus multis*, vt ait ſcriptura? Reſpondet S. Hieronymus: *captiuauit intellectum ſuum, mortuam habebat mentem, & captiuatum intellectum; quomodo ergo contradiceret? exequitur libens, & quidquid Dominus imperat perficit*. ecce obedientia cœcum, clauſis oculis, nihilque conſiderantem obtemperare.

Hier. hic.

Ier.1.11.

Ier.32.7.

46 Verum ſi aliquãdo oculis vtitur obediens, id non ad aliud præſtabit, niſi ad obedientiam: & hoc quoque in præfata quadriga cognoſcitur, in cuius rotis oculi eſſe dicuntur, cum reliquę omnes currus partes, & ipſa quoque animalia ſine oculis, vti diximus, fuiſſe deſcribantur: quare ergo in ſolis rotis oculi conſpiciuntur? non alia profectò ratione, niſi vt oſtendatur, verum obedientem in omnibus cœcum eſſe debere, in capite, id eſt in voluntate, & intellectu, in cæteris corporis membris, id eſt in reliquis potentijs, in pedibus verò tantum oculos habere; rotæ namque currus pedes ſunt; debet ſiquidem in ſola præceptorum executione oculatus eſſe, ſolis pedibus videre. Habuit hoc Abraham, de quo paulo ante dicebamus, quòd peracta obedientia, *leuauit oculos ſuos*, ſi leuauit oculos, vtiq; deiectos prius, & proſtratos habebat profectò non niſi ad pedes, id eſt ad operis executionem, præceptique obſeruationem. Inde in Eccleſiaſte dictum eſt, *cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua, vt audias; multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ*. quæ neceſſitas pedem cuſtodiendi, & non cætera corporis membra? vt videlicet totum corpus, & potentiæ cœcæ deſcribantur, ſola ſit celeritas, ſola executio oculata, ſolus pes oculis plenus? vult ſapiens obedientiam docere, vnde dicit, *melior eſt enim obedientia, &c.* hæ porrò obedientiæ partes ſunt, vt in omnibus cœca ſit, in ſolo pede, id eſt opere oculata.

Solum in exequutione præcepti debet oculatus eſſe obediens.

Eccl 4.17.

Veteres tamen Aegyptij non oculũ in hieroglipĥicum obedientiæ, ſed aurem pingebant, vt author eſt Pierius; omnem enim operam obediens in audiendo conferre debet; oculus namque debet eſſe in operante, & pes in exequente, nec alium debet habere oculum obſequens, quàm ipſum audire, & iuſſa implere; ipſa ſiquidem auris obedientis oculus eſt. Hinc Dauid dicebat: *audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*. Ambroſius legit, *aſpice filia*: quomodo cohærẽt audiret, & aſpiceret? vtiq; in audiẽte cohærẽt; ipſum namque obediẽtis videre audire eſt, & ita videt, vt mandata perſoluat; cæterum verò minime videt, ſed cœcus eſt. Agellius, *audi*, id eſt intellige: hoc eſt videre, ſeu hoc eſt audire obedientis, intelligere; quemadmodum idem Dauid de ſe ipſo dicebat: *ſuper ſenes* 47

Pierius in Hierog. de obed.

Obediẽtia videre, audire eſt.

Pſal.44.12

Pſal. 118. 99. *nes intellexi, & ſuper docentes me intellexi*, ideſt mente vidi, & hoc non alia ratione, niſi, *quia mandata tua quaſiui*, ideſt aurem præceptis intentam præbui, operique mandare ſategi. Et amplius in prædicta Dauid auctoritate, *audi filia*, *&c.* aduerte, quòd intellectio inter duplex aurium officium poſita eſt: prius dicit, *audi filia*, deinde, *& vide*, ſed iterum, *& inclina aurem tuam*, vt intelligas obedientem inter aures mentis viſum habere, quemadmodum natura docente didicimus, quæ oculos inter clauſit auribus, ideſt non aliud debet obediens videre, quàm quod audiuit, nec vltra aures viſum extendere; ſed inter aures includere, vt inde videre incipiat, vnde audiuit, & iterum quod videt ad auditum referat; quod eſt operi tantum, præceptorumque receptioni, & executioni oculatus eſſe debet, cœteris omnibus cœcus, nihilque videns: *audi filia, & vide, & inclina aurem, &c.*

48 Manifeſtius totum hoc alibi habetur: *fili mi auſculta ſermones meos*, deinde, Prou.4.20 *& ad eloquia mea inclina aurem tuam*, tandem, *ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui*. bis ponitur auditus, vt tandem viſio addatur, non quomodocunque, ſed ad cuſtodiam: *ne re-* Deute.6.8 *cedant*, inquit, *ab oculis tuis, cuſtodi, &c.* & in Deuter. præcipit Deus, vt oculos ad aſpiciendam tantum diuinam legem habeamus; ad cœtera verò cernenda nequaquam, *& ligabis*, inquit, *ea*, ideſt præcepta, *quaſi ſignum in manu tua, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos*. Sept. *& ligabis ea in ſignum in manu tua, & ſint immobilia ante oculos tuos*: quod quidem immobile ante oculos pendet, omnem alterius rei proſpectum expellit; in cæteris enim rebus cæcutit, & obnubilatos habet oculos obediens, tantum aſpicit, & tenet ante oculos legem Dei, vt opere compleat, & exequatur. Quod vt explicemus exemplo vtimur equorum, quos plurimum adornant ſtabularij, præcipuè verò frontem frontalibus ſericis, ſeu alterius generis concinnant, ita vt pendentia oculorum viſum penè obducant, ſicut Elephantibus fieri morem fuiſſe Liuius ſcribit, Liuius de bello Maced. *ingentes*, inquit, *ipſi erant, addebant ſpeciem frontalia, & criſtæ, & tergo impoſitæ turres*. Ita in obſequente lex Dei ante oculos ponitur, tanquam frontale, vt cæterarum rerum viſum auferat; vnde legit Iſidorus: *eruntque vt frontalia ante oculos tuos*: porrò obediens equus eſt, qui obedientia tanquam freno ducitur: *poſuit eos quaſi equos gloriæ ſuæ*, &, Zach.10.3 *frena in ora mittimus ad conſentiendum* Iacob.3.3. *nobis, &c.* benè igitur tali equo legis Dei frontalia aptantur, vt in ea perpetuò proſpectum dirigat. *Appendix ante oculos*, legit Chaldæus; appendix verò Chald. eſt, quod ex alio pendet, *vidit*, ait Cice- Cicero. ro, *appendicem animi eſſe corpus*: dicit ergo, *appendix*; quia lex Dei ob oculis pendere debet, vt oculos trahat, ideſt quocunque ſe vergat oculus, ſentiat ſe à lege Dei eiuſque monitis trahi. Alij vertunt, *monumentum ante oculos*, quod etiam memoriam ſignificare poteſt, quæ ab interitu vindicat. Sic Virg.

—— Quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monimentum, & pignus amoris. Virg. 3. Eneid.

dicuntur autem monimenta à monendo, vt monumenta mortuorum, quòd mortales admoneant, lex enim Dei ante oculos eſſe debet, vt nos ſemper admoneat, noſtroſque actus dirigat, ac moderetur; & ita in noſtris oculis tanquam in monumento requieſcat; nec enim ſi verè eam diligimus alio monumento contegi patiemur; ſicuti de Artimiſia Regina legimus, quæ adeo feruenti amore virum proſequuta eſt, vt etiam extinctum, in cinereſque conuerſum, in viuo ſui corporis monumento condiderit, amatos illos cineres ebibendo; indignā rata, aliud præter ſua viſcera, digniſſimi viri vrnam fore. Vatablus in annotatione in hunc Deuter. locum, hæc habet: Vatabl. [*eruntque, & mouebuntur ante oculos tuos*, vt in ea, tanquam in ſcopum perpetuò conijcias oculos, metaphora à ſagittarijs ſumpta] Sagittarius, cum ſagittam Simile. iacit, altero ex oculis clauſo, alterum adhi-

Digitized by Google

adhibet ad directionem ſagittæ, ſic quẽ apertum ſeruat non aliud quam ad ſagittam ſeruat. Non diſſimili ratione obediens inſtar ſagittarij, vno oculo ad reliqua clauſo, alterum debet ad obedientiam tantum, præceptorumque executionem, tanquam ad ſcopum apertum fixumque habere, vt in illum ſuorum dirigat actuum ſagittas. Sic cum ſponſam de Libano impigrè ad vocem ſponſi venientem ſponſus ipſe cognouit, ideſt cùm præceptis vocatam, reliqua omnia, clauſo oculo, non cernentem, vni tantum obedientiæ intentam, euolare comperit; ſtatim ſubiunxit: *vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui*: obedientia tua mirum in modum me affecit, illa, inquam, obedientia, quam oſtendiſti claudens oculum intelligentiæ, & aperiens alterum oculum, vt ſagittam obedientiæ iaceres ad ſignum vocationis meæ; in vno quoque crine colli tui, in crine, inquam, colli, qui iugo premitur obedientiæ me vulneraſti. Hoc pariter de Balaam legimus, qui dum obediens fuit dicens: *ſi dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti, & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo; ſed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar*, dum, inquam, ſic obediens permanſit, alterum habuit oculum obturatum, *dixit*, ait ſcriptura, *Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, &c.* hic ergo obturatum habebat oculum dum parebat Deo; at verò cum per inobedientiam cecidit, ambos aperuit, ſequitur enim: *& viſiones omnipotentis videt; qui cadens apertos habet oculos*.

Obediens veluti ſagittarius claudit oculum.
Cant. 4. 9.
Nu. 24. 13.
Ibid. ver. 4.
Inobedientia oculos aperit.
Ibid. verſ. 16.

49 Apertos ſimiliter habuit oculos inobediens Saul, cui cum imperaſſet Dominus, vt Amalecitarum vulgus omne interficeret, neminemque viuum ſeruaret; *percute*, inquit, *Amalec, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſces ex rebus ipſius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem, bouem, & ouem, camelum, & aſinum.* ipſe è contra minime ad obediendum clauſit oculos; ſed apertos habuit, & delectatus Agag non occidit eum; erat enim Agag, ait ſcriptura, *pinguiſſimus*, Vatab. *delicatus*. Paraph. *delitioſus*, porrò ait Samuel propheta ad Saul: *quare non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es?* Paraph. *cur non auſcultaſti vocem Domini, ſed intuitus es prædam?* ideſt, quare non audiſti Dominum, auremque diuinis præceptis non porrexiſti, oculiſque clauſis ad opus accurriſti; ſed potius obturatis auribus, oculos ad prædam aperuiſti? ideò meritò tibi inobedientiæ debetur pœna, nam, *proiecit te Dominus ne ſis rex ſuper Iſrael.* ecce qualiter punitur qui in obediendo clauſos non habet oculos, ſolique præceptorum executioni intentos.

1. Reg. 15. 3.
Ibid. verſ. 19.

50 Non verò ita cœcus debet eſſe obediens, vt operi omnino inhabilis reddatur; ſed ita cœcus eſſe debet, vt præter iubentis imperium nihil aliud videat; ita ſiquidem ſuperiorum voluntati conformari debet, vt ab ea quaſi ab itineris duce inſtar cœci manuductus eo tantummodo curſu contendat, quò ab imperantis monitu dirigitur; ſicuti de ſæpius commemoratis animalibus legimus, quæ, *vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur, &c.* ideſt, ita ſpiritui imperanti, atque ducenti conformabantur, vt ſi ſtaret ſpiritus, & ipſa ſtarent, ſi incederet, ambularent, quoquouerſum denique progrederentur, abſque vlla cunctatione, aut diſſentione ſequerentur. Et rotæ pariter currus; ita ſpiritui, & animalibus conſentiebant, vt de eis dictum ſit: *cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ ſequentes ea, quia ſpiritus vitæ erat in rotis.* Nec minus hoc nobis indicant animalium ipſorum facies quatuor, ad quatuor terræ partes conuerſæ, vt promptitudinem in hoc ad omnia demonſtrarent; quia nimirum non minus huc, quã illuc accurrere, ſpiritu iubente, parata erant.

Superiori in omnib' conformari debet obediens.

erant.

Digitized by Google

erant: pedes quoque rotundos in orbemque volubiles habebant, vt ait Hieronymus; vbi enim Vulgata legit: *& planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli*, legunt Ionath., Rab. Saul, & Hieronym. *& planta pedis eorum quaſi planta pedis rotundi*; non alia profectò ratione, niſi vt ad quodlibet indifferentia, ac parata reperirentur obſequentia animalia; rotunditas enim habilitatem, ac facilitatem denotat, vt quoquouerſum, quod rotundum, ac orbiculare eſt, nulla difficultate poſſit impelli. Et hoc eſt quod in perfecto obediente requirebat Bernardus, cùm dicebat: *bonus obediens dat ſuum velle, & ſuum nolle, vt poſſit dicere: paratum cor meum Deus paratum cor meũ, paratum quodcunque præceperis facere, paratum ad nutum citius obedire, paratũ tibi vacare, proximis miniſtrare.*

Ionath. Rab. Saul. Hieron.

Bernard.

51 Hinc Auguſtinus equo comparat obedientem, dum dicit: *equi in girum ducti flexuoſis greſſibus membra componunt, & ſub vnius habenæ retinaculo, ita laxari ſe conſentiunt, vt & currendi, & ſtandi modus ſub quadam diſpoſitione ſeruetur*. ſic &c. quòd equus ſit obediẽs, qui obedientiæ regitur fræno, innuit locus ille Dauid: *in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos*, vbi Agellius [quod eſt, inquit, equino pullo frænum, hoc lex Dei obedientibus] ſi ergo frænum, eſt obſequẽtibus lex Dei, ipſi certè equi ſunt. Et in Deuter. *circumdixit eum, & docuit:* alludit ad equos, qui fræno circumducuntur; rectè proinde Niſſenus obedientem ait flexanimum, habilem, ac promptum eſſe ad omnium virtutum, & præceptorum diuinorum ſtudium, & in eo currentem, & procedentem ſine impedimento.

Auguſt. de bono diſciplinæ c. 3.

Obediens equo ſimilis.

Pſal. 115. 9

Deu. 32. 10

Niſſenus. Super cātic. ſer. 3.

52 Aegyptij flexanimitatem hanc, & docilitatem obedientium bouis aure ſignificabant, vt Oro placet, & Pierio, propterea quòd bos aure apprætenſus regitur, & circumducitur; & benè non cuiuſcunque animalis, ſed bouis aurem accipiebant; quia iugum bos ducit, quod obedientiæ proprium eſt, & inde ſignificabant obedientem cum auris applicatione laborem vnire debere, opus, tribulationes, vt non audiat tantum ad leuia, & ad aſpera obſurdeſcat, nec obſequatur ad delectabilia; ad tribulationes verò ſe ſubtrahat; quin imò bos debet eſſe, qui ſtimulis punctus, iugo preſſus, aratro fatigatus, voce careat lamentationis, & querimoniæ; bos enim mutus eſt. Ecce bouem in Iſaia: *Dominus Deus aperuit mihi aurem:* ecce bouem aure tactum: vis iugum tribulationum, laborum, &c? *corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auertì ab increpantibus, & & conſpuentibus*: quæris in his omnibus bouem mutum? *ego autem non contradico, retrorſum non abij*. In pſalmis quoque maniſeſtè idem probatur: *aures autem perfeciſti*: alia verſio: *aures autem perforaſti mihi*: alia: *aures autem fodiſti mihi:* ecce aures obedientis effoſſæ, ac perforatæ, vt per eas iubentis placito circumducatur; nam ſequitur: *tunc dixi ecce venio*: ecce quàm facilè bouis inſtar aure tactus regitur; ſed inſpice quoque tribulationum iugum: *tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me; quoniam circundederunt me mala, quorum non eſt numerus*. diuinum petit auxilium; quia malorum iugo preſſus grauabatur.

Orus, & Perius obedientē bouis aure ſignificari.

Iſai 50. 5.

Pſal. 39. 8. Vatabl. Septuag.

53 Vtque magis hæc obſequentis flexanimitas, ac promptitudo declaretur, exẽplo vtamur eius, qui inter choreas ſaltat, ac geſtit; is etenim æquali greſſu motus corporis edit inæquales, & pedum, artuumque numeroſa geſtatione conſono paſſu iubente citharæ ſono fertur; ſemper autem æquales fidibus pedes habet, vt etiam motus concordes cordis iubentibus excitet; nec aliud cithara iubet, & aliò vertitur ipſe; ſed à diuerſis cordarum modulis ſaltus pendentes cõponit. Ita debet eſſe obediens, qui ad vocẽm ſuperioris iubentis, tanquam ad ſonum cithæredi ſaltare debet vti ſonus iubet, membraque, ideſt potentias, & actiones inflectere, atque componere, ſicut animalia illa ad ſonum ſpiritus faciebant; dicit enim Ezechiel narrata viſione,

Saltanti ſimilis obediens.

Ezech. 1. 24. ſione, *& audiui ſonitum, quaſi ſonum ſublimis Dei cum ambularent*, ſcilicet animalia; vides ergo quomodo mouebantur, & gradiebantur animalia ad ſonitum Dei; Deus ipſe erat citharedus, ipſe ſonos edebat imperij.

54 Superioris voluntate tanquam calceamẽto informetur obediens. Neque quomodocumque ad imperantis ſonum ſaltare debet obediens, ſed vt aptius moueatur, calceatis debet pedibus incedere; quid eſt autẽ calceatis pedibus progredi? Pedes, vti ſæpe dicimus, obedientem ſignant, tum quia cœteris corporis partibus humiliores, tum etiam, quia executionis ſemper ſigna fuere; calceamentum verò ſuperioris, ac prælati voluntas eſt; hac ergo quaſi calceamẽto obediẽs debet informari: ſicut autẽ calceamẽtũ, ita præparatur pedi, vt nec nimis oblongum, ac rude ſit, vt pedem ſuperet, facilèque proſiliat, nec adeo breue, & arctum, vt nimis pedem coarctet; ſed omnino æquale: ita ſit obediens, non plus, nec minus ſentiat, quàm iuſſerit ſuperior, rectè ab eius voluntate informatus. De hoc locus ille Canticorum poteſt intelligi, vbi enumeratis ſponſæ virtutibus his verbis: *quid videbis in ſunamite niſi choros* Cant. 7. 1. D. Bernar. in Cant. *caſtrorum?* ideſt multitudines virtutum, vt intelligit D. Bernardus; ſola tandem obedientia laudatur, dum ſubditur: *quàm pulcri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis?* quare venuſti pedes in calceamentis? nunquid abſque calceamentis indecori dici poterant, aut venuſtatem ex calceamentis habebant? non aliter profectò venuſti eſſent pedes, niſi obedientiæ calceamentis clauderentur, ſuperioriſque voluntate informarentur. Hinc eo modo calceatam ſponſam, ſemper obedientem in canticis inuenimus: ſemel autem vocanti ſpõſo non paruit, & neſcio quas excuſationes obtendens, inobediens vocantem ſponſum dimiſit; ſed id non alia ratione factum inuenio, niſi quia calceamenta non habebat; nam vocanti ſponſo reſpondens, hæc in excuſationem verba Cant. 5. 3. ſubtexuit: *laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* pedes non coinquinarentur ſi calceamentis eſſent incluſi: igitur ſimul ac pedes nudat, inobediens vocanti ſponſo non accurrit; & hinc omnia illa mala perpeſſa eſt, quæ infrà deſcripta ſunt, nempè quòd à cuſtodibus ciuitatis percuſſa, verberibus contuſa, pallio expoliata, dimiſſa ſit. Quod verò Superioris regimẽ calceamẽtum ſubditi eſt imperium, ac ſuperioris regimen calceamenta ſignificent, in Exodo clarius oſtẽditur, in quo Deus finem ſeruitutis Iſdraeliticæ nunciaturus Moyſi, priuſquàm hoc illi nunciaret, externo (vti ſępiſſimum, eſt in ſcriptura) id ei ſigno conſpiciendum propoſuit, cum dixit: *ſolue calceamenta de pedibus tuis*, quaſi Exod. 3. 5. per hoc dicere vellet, iam non amplius calceamentis imperij Pharaonici informabimini, ſed optata tandem fruemini libertate: quemadmodum ergo per ignẽ rubi, amorem oſtendit, ſic per calceamẽtorum ſolutionem, ſolutam eſſe captiuitatem, ac ſubiectionem ſignificauit.

Neque hìc ſiſtere debet obediens, 55 Voluntati mortuus debet eſſe obediens. vt nimirum ſuperioris voluntate, tanquam calceamento informetur, nihilque ab ea diſſentiat, aut elongetur; verum quoad fieri poteſt, eò ſtudeat peruenire, vt tanquam mortuus, nihil ſentiens, aut repugnans, ſinat ſe huc, illucque trahi, & ad ſuperioris libitum moueri; mortui .n. abſq; vllo ſenſu, aut contradictione, a quolibet moueri, trahi, contumelijs etiam, verberibuſque affici poſſunt. Hoc nobis pulcrè Petrus his verbis 1. Petri 1. 13. ſuadet: *ſuccincti*, inquit, *lumbos mentis veſtræ*. Quid ſit ſuccingere lumbos mẽtis, perdifficile eſt explicare, cum nullo pacto lumbos menti conuenire reperiamus: ex alia ergo ſcriptura huius loci ſenſus eſt eruendus. Alibi dixit Dominus eidem Petro: *cum eſſes iunior cingebas* Io. 21. 18. *te, & ambulabas vbi volebas; cum autem ſenueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis:* & ſequitur hoc exponens: *hoc autem dixit: ſignificans qua morte eſſet glorificaturus Deum*; cingi ergo, & duci quò quis non vult, ex hac ſcriptura, nihil aliud eſt, niſi mente, & voluntate mori, & *ſuccincti lumbos mentis*, ideſt mente mortui, vt

Digitized by Google

tui, vt nihil in obediendo ſentiatis, aut reluctemini, ſed inſtar mortuorum, nutu iubentis, abſque cunctatione circumducamini. Talem ſe Ieremias præbuit; vnde ei Dominus dicit, *Ad omnia quæ mittam te ibis, & vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris*, & vt oſtenderet, quòd in his exequendis mortuus omnino mente, ac voluntate eſſe deberet, ait, *Noli dicere puer ſum*, ideſt noli in his omnibus, aut contradicere, aut reſpondere, aut excuſationem prætendere, aut vllo pacto reluctari, ſed quaſi mortuus ſine te, quòcunq; circumferri.

56 Obediētia debet eſſe integra. Debet quoq; & illud vero obedienti non deeſſe, vt ſcilicet integro obſequio, ideſt externo, & interno actu ad obſequendum accurrat; quid enim prodeſt ad vocem iubentis præſtò eſſe; cor verò alienum habere? plerumque etenim iuſſa facimus; ſed dum pedes per obedientiam conuertuntur, facies auertitur, quia indignatur, nec ſibi videtur rectum quod agit: ad verum igitur obedientem ſpectat, vt quod externo præſtat obſequio, mente quoque, corde, omni denique interno affectu exhibeat: & hoc exemplo prædictorum animalium, quæ, vti diximus, totum corpus alatum habebant, pedes, caput, &c. ideſt externas, & internas potentias ad obediendum concorditer paratas. Damnat his verbis Dauid falſum eorum obſequiū, qui externo famulatui, internum non iungunt

Pſal. 17. 46 affectum: *filij alieni mentiti ſunt mibi*.

Vatabl. Vatabl. *filij exteri mendaciter ſe mihi ſubijciebant*: ideſt mendaces falſiq; ſunt filij externi, qui licet externam demonſtrent ſubiectionem; intus tamen corde

Actor. 5. diſſentiunt. Tales fuere Anania, & Zafira, qui ſimulato obſequio mentiti ſunt Spiritui ſancto: vnde meritò eodem mortis genere ſubitò periere.

57 Pura debet eſſe obediētia. Pura ſimiliter, & ſimplex eſſe debet obedientia, vt ſcilicet ſola voluntate obſequendi ad opus perſoluendum currat obediens, non alio fine, aut deſiderio motus: hinc licet laudauerit Deus Iehu, eo quòd occidiſſet Achab propter diuinum mandatum; tamen de eo in Oſea hæc dicuntur: *adhuc modicum tēpus, & viſitabo ſanguinem Iezrael ſuper domū Iehu, &c.* quare punitur Iehu, ſi ex diuino mādato occidit Achab? ea profectò ratione punitur; quia cum eum occidit, etiam odio habuit, vt ait Rupertus hìc, & ideò obedientia, quia non pura, ſed odio mixta, Deo placere nequaquā potuit. Vt igitur numeris omnibus abſoluta dici poſſit obedientia prædictis debet conditionibus exornari. Oſeæ 1. 4. Rupertus.

Quis verò (ſi talis fuerit obedientia) eius fructus enumeret? quis dignitates, ac prærogatiuas recenſeat? Veteres vt indicarent quales eſſent obedientiæ fructus, Iouem finxerunt Σωτῆρα, à quo ſalus pendeat, huic vxorem addiderunt Πειθαρχίαν, *Obedientiam*, & ex hoc coniugio natam eſſe filiam Εὐπραξίαν, ideſt, *fœlicitatem*, quod indicans Aeſchylus ait: obedientia enim eſt fœlicitatis mater, coniux Soſpitatoris, &c.; verus enim obediens fœlix omnino dici poteſt. Habet etiam in ſacris litteris præmiorum promiſſiones obediens, vt in Iſaia: *inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles*: & in Deut. *cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt benè ſit eis, & filijs eorum in ſempiternum*. Alibi etiam ſæpius legimus præmia Deum obedientiæ rependiſſe, & quidem Rechabitis Ionadabi mandata ſeruantibus; Iacob matri obtemperanti in negotio primogenituræ; Iehu, & Ieremiæ hìc cui dicitur: *ecce conſtitui te ſuper Gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, &c.* Nec putet aliquis longè præmium abeſſe obedientis, in ipſa namque obedientia, & meritum, & præmium eſt. Quod vt probatum ſit, aduerte quod in canticis dicitur: *collum tuum ſicut monilia*; nulla ſiquidem apparet conuenientia inter hæc duo, collum videlicet, & monilia. Locum hunc Doctores diuerſimodè interpretantur: Ghiſlerius noſter ex Hebræo hunc colligit loci huius ſenſum, videlicet [collum tuum ornatur præ monilibus, quia illud 58 Obediētiæ fructus. Aeſchylus Iſai. 55. 3. Deut. 5. 29 Iere. 35. 18 Gen. 27. Oſeæ 1. 4. Ier. 1. 10. Obediētia ipſa præmium eſt. Can. 1. 10. Ghiſler. in Cant.

Q ornat

Digitized by Google

ornat obedientia:] cœterum quòd monile obedientiam ſignet, monet Chaldæus, qui legit: *quam pulcra ſunt dorſa eorum, vt ſuſtineant iugum præceptorum meorum, & ſint ſuper eos, ſicut ſuper ceruice bouis, qui arat in agro, & ſuſtentat ſe, & Dominum ſuum.* Quid ergo obediente felicius, qui iugum habet præ torque, & monili? Hinc commodè intelligi poteſt illud Prouer. hortantis, vt per obediētiam patris, & matris, adoleſcens paulatim aſſueſcat ſuperiorū imperia proſequi: *audi fili mi diſciplinā patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Aduerte prius obiter, quòd primò gratia capiti, deinde torques collo imponitur; licet enim collum ſit, quod laborē ſentit iugo preſſum, veruntamen niſi ſe prius caput captiuauerit obedientiæ, fructus nullus erit. Sed ad rem noſtram: torques ergo, & monile, iugum ſuper collum obedientis eſt, & adeo certa obedientis eſt merces, vt in ipſo iugo, ac labore obedientiæ, torquem habeat, ac monile; vnum enim pro altero hìc indifferenter ſumuntur. Hinc Beda ſuper hunc locum hæc habet: *mos apud veteres fuit, vt legitimè certantes, coronam in capite, torquem in collo acciperent: & nobis ergo, ſi diſciplina conditoris noſtri, ſi gratia matris ſit ad cuſtodiam, maior inde ſpiritualium virtutum claritas augetur.* Patet igitur quomodo coronam non expectat obediens, ſed ipſa obediētia coronatur, ipſum ſibi bellum victoria eſt. Confirmat hoc locus ille Cant. *vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui*: *in vno*, legunt Sept. *torque colli tui*, & Paraphr. *infixa eſt in tabulis cordis mei dilectio nominis filij tui, ſicut vnus de principibus Iuda ſuper cuius collum poſitum eſt diadema regni*, collum igitur quod iugo premitur obedientiæ, & ſponſum vulnerat, & corona, torque, ac regni diademate inſignitur; nunquam enim liberior, abſolutior, rex, dominuſque ſui animus eſt, quàm cum alijs ſubditur, & maiorum perficit imperata. Inde dicitur, quòd *vir obediens loquetur victorias*, & multiplices quidem, primam ſui, vt ait Gregorius, ſecundam demonum, vt idem Gregor. mortis tertiam, vt ait Climacus.

Chaldæus. Prou. 1. 8. Beda hic. Cant. 4. 9. Septuag. Paraphr. Pro. 22.28 Grego lib. 35. mor. c. 12. Idem l. 1. Reg. c. 12 Climac. Grad. 4.

59 Porrò Adam obediens Deo creaturas ſibi obſequentes habebat, inobediens, rebelles, *& quidem*, inquit Theodoretus, *non immeritò reluctantur beſtiæ hominibus cum ipſi Deo ſuo rebelles ſint*. Hinc Origenes explicans illa verba: *collum tuum ſicut monilia*, legit, *ceruix tua ſicut redimicula*; atque hoc intelligit de animalibus illis, quæ iugum ſuſcipiunt Chriſti dicentis: *ſuſcipite iugum meum ſuper vos; iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*; ceruix enim, quam prius preuaricatoris inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia ſpecioſam facit, & pulcram. Et ex hac ſcriptura magna obedientis colligitur gloria, quòd ſcilicet eques ſit Dei, & pro torque, atque monili Chriſtum habeat; equites enim, vel Ieroſolymitani, vel quicunque alij, crucem deferunt, vel aliud ſignum, quod quidem redimiculo appenſum pendet in pectore; ipſa verò redimicula in ceruicibus ſedere ſolēt, vt ait hìc Origenes, ex quibus per omne collum reliquus ornatus deſcēdit: quod cum ita ſit, quodnam quæſo ex redimiculis, quæ ceruicem obedientis exornat, ſignum pendet? non aliud niſi Chriſtus: *ornamentum*, inquit idem Origenes, *ceruicis eius, quæ eſt obedientia, Chriſtus eſt; ipſe enim factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortē, & ſicut per vnius (Adæ ſcilicet) inobedientiam, peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obedientiam (ſcilicet Chriſti) iuſti conſtituuntur multi.*

Theodor. ſer. 3. Cant. 1. 10 Orig. Matth. 11. 30. Eques Xp̄i eſt obediēs. Origines. Ad Philip. 2. 8. Ad Rom. 5. 19.

60 Ad hanc quoque virtutem ſectandam cœleſtium nos ſpirituum inuitat exemplum; in Angelis enim inſignis eſt, & meritò quidem, vt quia rebelles angeli per inobedientiam corruerunt, ipſi celeri ſeruitio mandata diuina exequentes, illorum auerſionem condemnent; inde Dauid aiebat: *Benedicite Domino omnes uirtutes eius faciētes verbū illius ad audiendam*

dam

Pſal. 102. 10. *dam vocem ſermonem eius*; pondera quod non ſolum ſermonem,ſed *ad audiendum vocem,*inquit, *ſermonum eius*, vt indifferentia,& promptitudo ad obediendum inſinuet, obſerua quoque quod prius dicuntur facere verbum deinde audire ſermonem adeo enim velociter parent, vt videantur cum audiunt præceptum iam obediſſe. Verumtamen quod pedes mentemque captiuatam quodammodo habeant alibi etiã intelligi poteſt; Iſaias in Seraphim viſione cap. 6. tria nobis circa Angelorum obedientiam ponderanda reliquit: *vidi* (inquit propheta)*Dominum ſedentem* Iſai. 6. 1. *ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ vni & ſex alæ alteri duabus velabant*. In hebræo habetur*: duabus velabant pedes ſuos; & duabus velabant faciem ſuam*; ipſorum ſcilicet ſeraphim, hebræus itaque ſentit ſuos ipſos pedes faciemque velaſſe ſeraphim quod quidem oſtendit Lyranus. Quamobrem primo apparet quomodo deſcribantur ij ſpiritus mentem,pedeſque habuiſſe velatos,ac captiuatos ad faciendam vocem ſermonum eius;in pede enim affectus;in capite voluntas eſſe intelligitur, quæ cum velata dicuntur procul dubio,& captiuata voluntas,& mortuus dicitur affectus.Deinde deſcribuntur volare duabus alis medijs ad denotandum quod Angeli ſemper ſunt parati,vt ait Gloſſa:*ad diuina aſcendere, & ad inferiora deſcendere ſecundum Domini voluntatem,ſed volatus in medio diſponitur quaſi ad vtrumque paratus*. Vltimo tandem*: volauit vnus ex Seraphim*, & forcipe tulit calculum de altari,non ſegnis eſt angeli operatio dum agitur de obedientia, quod hæc verba declarant, *& in manu eius calculus*,Seraphim enim manus non habebat, niſi tantum alas, at cum de obedientia ſermo eſt ala conuertitur in manum, vt non qualecunque opus agnoſcas in angelo,ſed alatum.

Obediẽtia in angelis cæca. Lyranus. Gloſſa. Obediẽtia alata.

61 In Ezec. velocitas angelorum ad obe-
Ezech. 9 11 diendum monſtratur. *Erat*, inquit, *vir veſtitus Lineis,& atramentarium ſcriptoris ad renes eius*, & ſex quoque viri deſcripti ſunt ab eodẽ prophe: ad Ieruſalẽ deſcendiſſe:ille ſignaturus Thau:illi vaſa interitus habentes: virum iſtum angelum aiunt eſſe gloſſa, & cæteri expoſitores ſex autem viros reges aquilonares Nabucd. tributarios. Obſerua quod in hac viſione Angelus peracto miſericordiæ myniſterio rediſſe dicitur ad Dominum, & dixiſſe feci ſicut præcepiſti mihi reliqui vero reges haudquaquam quia Angeli præcæteris obediunt, & propria virtus angelorum videtur eſſe obedientia.Sed quare veſtitur lineis qui obedit? leue lineum veſtimentum Obediẽtia velox. eſt,& itinerantibus nullius impedimenti eſt, quale videmus tabellarios, cæteroſque qui ſe expeditiores habere volunt in itinere vſurpaſſe,vt autem qua velocitate parent Angeli ijs veſtibus apparere volunt quibus expeditiores oſtendantur,vel etiam dic(quod vltimum eſt in hac materia)quod lineum veſtimẽtum vile eſt,atque abiectum, & propriũ pauperum eſt:ergo obediens debet paupertatem ideſt humilitatem connectere tumor, enim mentis oculos obedientis excœcat aliquãdo,veſtiatur ergo lineis, quas ambas virtutes vnica reſponſione oſtendit.B.V.dum dixit:*Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum*. & hic Ieremia dum reſpondet: *A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui puer ego ſum*, ſubiungit Deus, *ne dicas puer ego ſum,quia ad omnia, quæ mittam te ibis, & vniuerſa,quæcunque mandauero tibi loqueris ad eos*, meritò quæri poteſt cur non dixit etiam ne dicas,*a,a,a*, neſcio, loqui,ſed ne dicas puer ego ſum forſan prophetam principibus præpoſitum ita voluerat eſſe elinguem,vt ſe pronuntiabat eſſe ל, minime quidem, ſed hic eſt ſẽſus ſimplex iſta nota ל.eſt humilitatis ſe vt toties ſupra oſtendimus, at cum obediente recte congruit humilitas imò illi per neceſſaria eſt ideo humilia te dicens,*a,a,a, &c.* ſed ne dicas quia*, puer ego ſum*,quem donis cæleſtibus auxi ſenſum tibi dedi præmaturum,ac facile vade,& loquere.

Obediẽtia coniuncta cum humilitate. Canti B.M

Digitized by Google

62 Tandem ad verſ.huius expoſitionem completam, varietas lectionum erit obſeruãda. Vulgata enim poſt expoſita verba: *noli dicere puer ſum*, ſequitur: *quia ad omnia quæ mittam te ibis, &c.* Sept. vbi vulgata habet, *ad omnia quæ*, legunt: *ad omnes ad quos, &c.* Chald. *ad omnem locum, &c.* Et quidem iuxta priorem lectionem admonentur Prædicatores non hæc, aut illa ad ſuum libitum, ſed omnia quæcunque illis Dominus mandat, populo annunciare; propterea ſubdit: *vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris.* Quidam enim nõ incongruè nũmorum adulteratoribus comparari poſſunt, qui vulgò dicuntur (taglia monete, ò falſifica monete) ij nimirum duobus modis pecunias adulterare ſolent, vel puro argento, auroque aliquid addendo, puta ſtamnum, æs, &c. vel aliquid diminuendo, minus æquo iuſtum monetæ prætium reddentes. Tali profectò arte chimica vti ſolent Prædicatores, qui vt hominibus ſapientes pluſquam oportet videantur, nunc prophana, nunc inutilia miſcendo, nunc increpationes, & quæ ad ſpiritalem profectum conducunt diminuendo, puriſſimum, electumque aurum verbi Dei adulterãt, & corrumpunt. Verbum enim Dei argentum eſt, aurumque prætioſiſſimum, teſte Dauid, *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* &, *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion.* Quando igitur Prædicatores futilia verba commiſcent, terram auro apponunt, ſtamnum addunt; quando verò à repræhenſionibus, à vitiorum extirpatione, & ab informandis Dei timore animis deſiſtunt, detrahunt verbo Dei, illudque diminuunt. Vnde iure optimo digni ſunt, qui nummorum adulteratoribus aſſimilentur, inſuper & dicantur. De quorum numero longè Paulus aberat, cum dixit: *abdicamus occulta dedecora, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei.* Quod quidẽ crimen expreſſè prohibuit Dominus, cum dixit, *non addetis ad verbum, quod vobis loquar, nec auferetis ex eo.* & Apoc. *Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto: & ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ.* Vbi Tyronius notat, quòd *ſcriptum eſt hoc propter ſalſatores ſanctarũ ſcripturarum, non propter eos, qui ſimpliciter quod ſentiũt dicunt.* & obſeruat Beda, quòd *hæc propter infalſatores dixit, non propter eos, qui ſimpliciter quod ſentiunt dicunt, in nullo prophetia mutilata.* Ex quo ſatis habetur ſpecies delicti, ſcilicet falſatores ſcripturarum, vt ex dictis Doctoribus notatum eſt: & pœna tali conueniens delicto, quod expreſſè liquet in textu, cum dicitur, *apponet ſuper illum Deus plagas, & auferet Deus partem eius de libro vitæ.* Qui huiuſmodi ſunt, falſi criminis, & læſæ maieſtatis crimine accuſari poſſunt, tanquam falſificatores. Sic legum corruptores vocat Demoſthenes. Et Demoſthenem ipſum accuſat Euſebius, quòd non integram legem attulerit. Quod etiam de illis affirmari poteſt, qui indecorè diuinis litteris abutuntur ad prophana, vel cum prophanis, quos Tridentinum repræhendit. Vt ergo à tali vitio immunis reddatur Ieremias, monetur à Domino, vt omnia loquatur, quæcunque mandauerit illi Deus, nihil, vel addendo, vel diminuendo, ſed omnia, & ea, quæ à Domino prædicaturus acceperat. Huius autem optimum attulit exemplum Chriſtus Dominus, qui, vtpote Magiſter diuinus, æternaque ſapientia Patris, Prædicatores ſuos inſtruere volens, ſic dixit, *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci nobis.* non enim ea reſerauit, quæ illi placuerunt, ſed quæ audiuit à Patre, nec ſimpliciter omnia patefecit, ſed quę à Patre reuelaturus acceperat, ea omnia nota fecit, & ideò diem Iudicij ſe neſcire confeſſus eſt, non quia ſimpliciter neſciret, cum ſcientiam omnium habuerit futurorum ab inſtanti ſuæ conceptionis; ſed quia non id audiuit, vt reuelaret, ideò ſe neſcire dixit, vt multi Patres exponunt. Ieremias ergo non ſimpliciter omnia

Septuag. — Chald. — Qui prædicatores ſimiles ſint falſificantibus monetas. — Pſal 11.7 — Pſal. 118. 127. — 2 Cor.4.2. — Deut.4.2. — Apoc.22 — Tyronius. — Beda. — Vita excidúntur falſatores in pœnam criminis. — Orat.contr. Timoc. — Orat.contr. Creſipho. — Seſſ.4. — Ioa.15.15.

Digitized by Google

omnia prædicare iubetur,ſed ea omnia, quæ illi Deus mandauerit: iſta autem omnia nec augere,nec diminuere conetur.Hoc Dauid ſe feciſſe teſtatur, dicẽs

Pſal.118.13

in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. non quidem aliqua pronunciauit,vel pro ſuo libito auxit, vel minuit, ſed ea tantum omnia, quæ iudicia oris

Hieron ad Pammach.

Dei erant.Huc pertinet,quod Hieronymus ad Pammachium ſcribens dixit: *Nec bonis aduerſariorum, ſi honeſtum quid habuerint,detrahendum,nec amicorum laudanda ſunt vitia,ſed rerum pondere iudicandum eſt.*

63 Si verò iuxta ſecundum ſenſum loqui velimus, qui eſt Sept. admonentur Prædicatores, ne dum omnia libera voce annunciare debere, ſed etiam *ad omnes.*Sunt enim nonnulli,qui præſentiam hominum veriti, aliquibus quidem omnia intrepidè prædicant, aliquibus non (vultus hominum conſiderantes) vera enunciare,repræhendereque formidãt. quod quidem maximum peccatum exi-

Ambr. ſuper Malac.

ſtimat Ambroſius, cum de talibus dixerit: *Inter omnia peccata Sacerdotum eſt maximum,quod non cauſas,ſed perſonas conſiderant, & deſpecto iuſto paupere, iniuſtos diuites honorant.* Iſti quidem ſi pauperem nouerint communi aliquo vitio laborare,ſtatim indiſcreto zelo accenſi,contra illum inuehuntur,ac ſi graue aliquid patraſſet. Si verò diuitem viderint pauperum ſanguinem exugentem,aliorum honori inſidiantem, homicidam,adulterum,ſuperbum,vitijſq; omnibus cumulatum, nedum illum nõ admonent,& repræhendunt,ſed ab increpatione deſiſtunt, & vtinam ipſorum malitiam blandis verbis minimè nutriãt, aut accreſcant. Vnde Ethnicus quidam contra tales inuehens dixit,

Iuuenalis Sat.2.

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

Sapien.6.

Debent profecto Prædicatores eſſe imitatores Dei,qui,vt ſap.6.dicitur: *Non ſubtrahet perſonam cuiuſque Deus,nec verebitur magnitudinem cuiuſque. æqualiter eſt illi cura de omnibus.*Ità ſane Prophetæ omnes, verique Prædicatores præſtiterunt: non ſolum enim infimam plebem increpabant, ſed etiam Magnatum, Principum, Regumque ſcelera apertiſſimis verbis annunciabant,& dãnabant:quod præſertim fecit Elias cum Rege Achab,& Daniel cũ Baltaſar.Similiter prophetæ omnes non eſſe acceptatores perſonarum profeſſi ſunt. Et præ

1.Reg.18.17. Dan.4.24. & 5.22.

cęteris Ioannes Baptiſta, qui non ſolum populo prædicauit:*agite pœnitentiam*, &:*facite fructos dignos pęnitentiæ:* ſed etiam Regem ipſum Herodem adiens,libera voce increpauit:*Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Ille ergo ad omnes ritè prædicat,qui à iuſtitiæ libra oculos non auertit; *ille enim*, vt ait Caſsiodorus: *neſcit perſonas reſpicere, qui meram cogitat æquitatem.*Vnde non incongruè prædicatio ſagenæ miſſæ in mari comparatur, quæ ſicut ad cuiuſcunque generis piſces capiendos mittitur, ità etiam prædicatio ad omnes indifferenter extendi debet, & Dominus ait in euangelio: *prædicate euangelium omni creaturæ*,neminem excipite,non pauperem,non obſcuro loco natum.

Lucæ 3.8. Matt.14.8. Lib.2.epiſt 13. Prædicatio cur ſagenæ comparata. Mar.16.15

64 Tertia verſio eſt: *ad omnem locum*, quo ſane intelligitur loci dignitatem, & populorum frequentiam, nullo modo à verbo Dei æqualiter omnibus annuntiando prædicatores ſanctos retardare debere,quin etiam humiles vicos, & caſtella prædicatione colluſtrent: vnde & ille dicebat: *Spiritus Domini ſuper me, euangelizare pauperibus miſit me.*

Luc.4.18.

manifeſtum ſignum eſt ſpiritu Domini afflatos eſſe prædicatores illos, qui non popularem plauſum & gloriam, ſed ſalutarem diligunt pœnitentiam in quocunque ſubruſtico, ac ſuburbano viculo. hoc non ità dixerim, quòd damnem eos, qui ad frequentiſsimas vrbes concionem habent; obedientia enim mittente, rata prædicatio eſt; at hæc loca ſpe lucri, & mundanæ gloriæ affectare, indignum omnino eſt.Igitur ſpiritu Domini dicit ſe eſſe directum ad euangelizandum pauperibus.His conſona ſunt quæ nos diximus de Ezech. quadriga, cuius animalia dicuntur ambulare: *vbi*

erat

erat impetus Spiritus; ad omnem ergo locum graditur ille, qui nulla ducitur [illegible], ſed tantum, Domino in propagatione euangelij paret, nec illum loci d[illegible] , ſed lucrum allicit Animarum. Optime Chriſtus Dominus nos docuit quod vſque adhuc diſſeruimus Marcus enim inquit, quod concionaturus Dominus, *diluculo valde ſurgens egreſſus abijt in deſertum locum, ibique orabat*: hic obiter obſerua quid præſtare debēt, qui concionem ad populum habituri ſunt: prius enim debent ſe oratione mu-

Mar. 1. [illegible] Concion[illegible] hab[illegible] deo[illegible] p[illegible] orare.

nire, atque supernè diſcere quod docere debent.

Pergit Marcus deſcribere, quod hoc peracto, dixerunt ei diſcipuli: *omnes quærunt te*; reſpondit vero Chriſtus: *eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem, adhoc enim veni*, prius vicos prædicatione imbuendos elegit, deinde ciuitates, prius quoque pauperes docet fide firmandos vbi nulla verbum Dei corrumpit ambitio, poſtea ciuitates erudiendæ.

Verſiculus. VIII.

VVLGATA.

Ne timeas à facie eorum; quia tecum ego ſum, vt eruam te, dicit Dominus.

SEPTVAGINTA.

Ne timueris à facie eorum, quia tecum ſum, vt liberem te.

CHALDAEA.

Ne timeas à facie eorum; quia in adiutorium tuum erit verbum meum, vt eruam te, dicit Dominus.

PAGNINVS.

Ne timeas à facie eorum; quia tecum ſum, vt eripiam te, dixit Dominus.

VATABLVS.

Caue metuas vultus eorum; ego enim tecum ſum [illegible] liberem, dicit Dominus.

PARAPHRASIS.

[illegible]

doli ſuccumbas, at incolumis ſemper exiſtes.

Expoſitio.

COnfirmat Deus prophetam, iubens bono, ac forti animo eſſe, nec 1
quidquam metuat, eos increpaturus, ad quos mittebatur, ſe quoque ſemper auxilio adfuturum promittit. Vade, inquit, nec pueritiam, nec linguæ obijcias imperitiam, quamobrem profectionem retardes, ego enim ero tecum Hac habita promiſſione confirmatum Ieremiam ſcribit Nazianzenus, ita vt non fuerit Naziam
vnquam poſtea dubius, nec aliquando contradixerit. *Ieremias*, inquit, *iuuenilem ætatem metuebat, nec prophetiæ munus prius ſubire auſus eſt, quam & pollicitationem, & facultatem ætate præſtantiorem, accepiſſet a Deo. Ne timeas* (ait Hieronymus) *me comitem habebis, quo* Hieron
[illegible] adiuuante complebis; aperi os tuū, & implebo illud; nec cōſideres multitudinem eorum, ad quos, & contra quos deputatus es, ſed me, qui tecum ſum, vt eruam te, dicit Dominus.

Quod vero dicit: *ne timeas*, hoc duo- 2
bus etiam modis intelligi poteſt. primo [illegible], quieſce ſile, ego loquar pro te: [illegible] *iuſtitiam, & propugna-[illegible]*, ne vnquam expugne[illegible] moleſtationibus, & circumuentio[illegible]. probat autem hoc gloſſa

quæ

quæ ſilentium huiuſmodi illud, inquit, referre, quod, *ne timeas*, vti probat in
Iſai. 7. 4. illis verbis Iſaiæ: *vide vt ſileas, noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium iſtorum*: ait ergo: *vide vt ſileas, ideſt ſis in bona pace, & quiete, ideo ſubditur: ne timeas*. Forer.
Forer. etiam hunc locum ita interpretatur [ſis circumſpectus, & quieſce, ne timeas, & cor tuum ne molleſcat] atque in hunc ſenſum optimè quadrat quod dicit Por
Concl. 4. rect. ſilentium eſſe viam adhoc, vt ab hoſtibus ſaluemur, quod etiam affirmat
In Iſa. 7. 4. Iſ. 30. & 32 D. Thom. *confirmat autem prohibens timoris ſignum, quia in ſilentio, & in ſpe erit fortitudo veſtra*, & (quod ad Iere-
Exod. 14. 14. miæ ſecuritatem pertinet) *& erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ, ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum*. Ma-
Exo. 14. 14 nifeſtius in Ex. iubens Moyſes eos timorem omnem abijcere, nec vnquam vllo metu concuti; *Dominus*, ait, *pugnabit, pro vobis, & vos tacebitis*, vos quidem pugnante pro vobis Domino, & ſtrenue agente quieſcetis, nulloque metu perculſi, tanquam nullum certamen vobis ineundum eſſet, ſilebitis. Propterea hoc idem inferius exponens, diffidenti populo propter occurſum Cananæorũ illud, quod ſub nomine quietis, & ſilentij expoſuerat explicans ſub voce, non
2. par. 20. timendi, dixit, *nolite metuere, nec timeatis eos, Dominus Deus, qui ductor eſt noſter, pro vobis ipſe pugnabit*, & alibi, *hæc dicit Dominus vobis: nolite timere, nec paueatis, &c. non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei*, atque hoc eſt quod dicit: *ne timeas, quia tecum ego ſum*.

3 Silere quoque non ſolum abſtinere ſignificat à verbis, ſeu timorem non prodere, vt aliqui interpretantur præallatum Iſaiæ locum, ſed pro eodem ſæpè vſurpatur, quod ceſſare ab opere, vt in
2 Reg. 19. libris Regnorum: *Abſalon, quem vnximus ſuper nos mortuus eſt in bello vſque quo ſiletis, & non reducitis regem*? ideſt vſquequo quieſcitis manuſque veſtras, & opera ad regem reducendum non
Pſal. 27. 1. aptatis? & in pſal. *Deus meus ne ſileas à me, ne quando taceas à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum*, ideſt, ſi nihil agis in me, ſimilis ero, &c. locum verò hunc ſeptimi capitis Iſaiæ, & prædicti pſalmi moraliter infra explicabimus. Interim.

Vel etiam dic (& eſt ſecunda acceptio 4
verbi huius, & propria) quod idem importet, ac deſine timere, cauſſamque profert, ſui preſentiam, nulla ſubibis pericula, dum me comitẽ habueris. Itaque ad tria perſonarum genera mittebatur propheta, ad principes Iuda, Sacerdotes, & Populum, horum ergo vultus ne formidet hortatur, quoniam, vt infra adiecit, conatus omnes promittit fore vt infringat, vnde etiam poſtea dicit: *dedi te in ciuitatem munitam, in columnam ferream, & in murum æreum*, his videlicet tribus generibus perſonarum, vt ſuo loco dicemus, & vti probat Theodoretus. Adhos etiã mitteba- Theodor.
tur Ezec. & iubebatur ſecure accedere, nec vllo modo dolos, formidare, cauſſam que Deus ſubnectit, quæ Ieremiæ expellendi timoris cauſſa etiam eſt, cum ad eaſdem prorſus gentes mittatur: *fili* Ezech. 2.
hominis ne timeas eos, neque metuas ſermones eorum, quia increduli, & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas; verba eorum, & vultus eorum ne formides, quia domus exaſperans eſt: loquere ergo verba mea ad eos ſi forte audiant, & quieſcant. In dubium hìc verti poteſt quomodo illud, quod rationem timoris prophetæ maximè facere debebat, illud inquam ait Dominus cauſam eſſe non timendi, *ne timeas, quia domus exaſperans eſt*, quin imò opor- Mali nullatenus timẽdi.
tuerat ideò timere, quia ſubuerſorum, ac incredulorum mores pleni ſunt calliditate, ac fictione, atque idcirco ſatius eſſet eos declinare. Hoc ſi enodauerimus, patebit quomodò Ieremias, & mortem obierit, & tamen dictus ſit de hoſtibus victoriam reportaſſe. Igitur, *ne timeas*, inquit, *quia ſubuerſores ſunt*, ideſt hoc tibi nullam timoris cauſſam debet ingerere, quia ij, qui tibi ſunt timori, mali ſunt, atque ob id gratis perſequutionem pateris, hoc quidem tibi lætitiæ verti debet

Digitized by Google

bet ſemper enim quod contra te faciũt, id tibi dabitur ad coronam; quia & ſi *corpus occidunt, animam tamen non poſſunt occidere*, itaque quod ait, *ne timeas*, non ad id referri debet, quòd nullas tribulationes pati debuerat, ſed vt ait Hieronymus: *eruam te non in eo, vt nullus tibi inſidietur, ſed in eo, vt patiens inſidias, non delinquas*. Aduerte inferius ordinem, & ſenſum loquendi: primo ponit ſubuerſores, *quia ſubuerſores ſunt tecum*, ſubuerſores autem ſunt Principes terræ, *principibus Iudà*, de quibus dicit Gregorius, *quòd modo laudando bona temporalia, & delectationes præſentis ſæculi callida perſuaſione pollicendo, deflectunt mentes innocentium, eorumque itinera peruertunt, lætantur in prauitatibus ſuis, & exultant in alienis*. Deinde, *increduli ſunt tecum*, increduli ſunt populi terræ (ſupra quos etiam præficiebatur Ieremias) ac de incredulo populo dictum eſt, *tota die expãdi manus meas ad populum contradicentem, & incredulum*. Scorpiones ſunt ſacerdotes improbi, quia per ſcorpionem ſignantur hypocritæ, de quibus dicit Gregorius: *Scorpio palpando incedit, ſed cauda ferit, nec mordet à facie, ſed à poſterioribus nocet*. Scorpiones ergo ſunt, qui blandi, & innoxij videntur in facie, ſed abſconditè portant, vnde veneno inficiant. rectè ergo dicitur, *ne timeas à facie eorum*; & cauſſam ſubindicat*: quia tecum ego ſum*.

Matth. 10. 28.
Hiero. ibi.
Greg. hic.
Ad Rom. 10. 21. Iſa. 65. 2.
Ibidem.

5 Tandem alio quoque modo illud explicare poteris, cur videlicet iuſſus ſit propheta non timere, quoniam cum ſcorpionibus, & ſubuerſoribus, atque incredulis habitabat, explica, inquam, vt ratio non timendi tanquam ex cauſſali dependeat ex eo, quia increduli erant illi, ad quos mittebatur, quod hunc ſenſum efficit: ideo vacuus eſto ab omni timore, quia illi increduli, ac ſubuerſores ſunt, in hoc ſpera, & confide; non enim diutius patitur Deus ab improbis iuſtos affligi, quin in caput ipſorum, eorundem malitiam deſcendere facit; quibus tandem reiectis iuſtos ſuos conſolatur, ac interim dum malorum calumnijs fatigantur, Domini protegentis auxilia experiuntur; vnde in Pſal. Dauid ait: *Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? ſi conſiſtant aduerſũ me caſtra non timebit cor meum; ſi exurgat aduerſum me prælium in hoc ego ſperabo*: Agellius Genebrar. &c. *in hoc ego ſperabo*, in hoc Deo protectore, dum mecum eſt Deus protector, in prælio quoque ſperabo, ſed ad noſtram ſententiam, R. Kimhi: *in hoc prælio ego ſperabo*, hoc mihi ſpes eſt prælium, non ſpes mihi erit in fauore, in diuitijs, in protectione potentium, ſed in hoc quod iniuſti iniuſtè quidem bellum mouent ſpem colloco, ſecurus me reportaturum victoriam, & triumphum conſequuturum; malorum etenim robur, ac potentiam dixerat ſupra non diù conſiſtere, eſſe quoque vti nauis, quæ hoſtia portus plenis velis, ventoque ſecundo ſubire videtur, ac demum repente aduerſo vento inter ſcopulos impingit, & illiditur, ita ſupra, *qui tribulant me ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt*. Hieronymus iuxta Hebræ. *hoſtes mei ipſi impegerunt, & ceciderunt*, igitur ſiue mare bellum inituri traijciãt, ſiue moueant caſtra, petij ego à Domino in arce domus ſuæ cuſtodiri: de ijs verò alibi. *Ne timeas à facie eorum*, quidam vult nihil incommodare, quod, *eorum*, ad *gentes*, referatur, cum hoc generis ſit fæminini, illud verò neutrius; ob id multa profert ſcripturæ loca eodem genere verſa, quod fuit in originali lingua, vt Apoc. *accipe librum*, &c. *& erit dulce*, ait autem, reſpexit non ad librum qui maſculinus eſt, ſed ad βιβλαρίδιον, quod eſt ne utrum, ſed ita vertunt Sept. *ne dicas puer ego ſum, quia ad omnes ad quos mittam te ibis, &c. Ne timeas à facie eorum*, ita Xiſtus in ſua biblia, *eorum* ergo genus, refertur*: ad omnes, ad quos*, minimè ad *gentes*.

Non patitur Deus iuſtos diutius ab improbis affligi.
Pſal. 26. 3.
Agell. Genebr.
Malorum potẽtia, vti proſperitas nauis, quæ tandẽ impingit in ſcopulos.
Pſ. 26. 2.
Hieron.
Apoc. 10.
Sancti hic.
Septuag.
Xiſtus Senen.

Quia tecum ego ſum, vt eruam te dicit Dominus, Theodoretus hìc: *hoc etiam modo Moyſi dixit Deus; illi enim miniſterium extimeſcenti, ac dicenti: quis ego ſum, vt vadam ad Pharaonem, inquit Dominus, quoniam ero tecum, eandem* 6

Theodor.

ſanctis

Digitized by Google

Præſentia Dei vires ad omnia præſtat, & ab aduerſis protegit. Matt.28.20

ſanctis Apoſtolis pollicitationem dedit ratam, & firmam, quos cum iuſſiſſet docere omnes gentes, proſpiciens, vt Deus, & verbum qui fieri poſſet, vt vndecim viri pauperes, & omni facultate dicendi deſtituti, vniuerſam terram peragrarent; ambiguitatem ſoluit, excuſſoque timore, dicit: ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſumationem ſæculi; idem & hic propheta dixit: ego tecum ſum vt eruam te, dicit Dominus. Quas hìc gentes appellat; ſcorpiones dicit Ezech. *cum ſcorpionibus habitas*, ideoque præſentia Domini munitum eſſe oportet eum, qui ad eos mittitur: *ecce*, inquit, *ego dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit:* non alia profectò ratione, niſi quia aſſiſtentia Domini promittitur, vnde & ſubdit: *ecce ego vobiſcum ſum, &c.* & manifeſtò in pſalmis: *ſuper Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem*; ideo quia, *cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, &c.* Liberat autem Domini potentia, & protectio Ieremiam in anima immortali, vt toties diximus, licet ſuccumbat in corpore mortali; ideo Iſaiæ dicitur: *quis tu, vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum ità areſcet?* & alibi: *erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi, &c. quia ego Dominus Deus tuus apprahendens manum tuam, dicenſque tibi: ne timeas, ego adiuui te.*

Luc.10.11

Pſal.90.13

Iſai.51.12.

Iſai.41.11.

7 Tandem aſſiſtentia Domini in prædicatione exigitur, vt prædicationis rectæ munus expleri poſſit dicente Gregorio: *nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia niſi intus ſit, qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat.*

Diuina aſſiſtentia prædicatoribus neceſſaria. Hom.3. ſuper euang.

8 Quod attinet ad morale obſerua ea, quæ diximus; iubere Dominum cum premimur anguſtijs ne timeamus, atque vt ſileamus; quem enim Dominus fortiter ſtare vult in prælio, vt cum facile circumducere poſſit, ſilentio tanquam chamo frænat, quamobrem dicebat Dauid, cum vi obſtantium appeteretur improborum, *poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me.* Hebræi legunt poſui frænum, & chamum, &c. rectè ergo Achaz admonet Iſaias, vt ſileat cum in occurſum pergeret Raſin Regis Lyriæ, & filij Romeliæ regum potentium: alia quoque ratione id Achaz fuiſſe imperatum obſeruo; ij enim contra quos erat præliaturus titiones fumigentes vocantur, ideo dicitur ibi, *cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium iſtorum*, caudæ vocantur fumigantes ſecundum litteram, quia finitum eſt regnum, Raſin enim interfectus eſt à Tegalphalaſar, & ſui in captitatem ducti, & Phacee ſubiugatus fuit, & poſtea interfectus eſt ab Oſeæ, & pro eo regnauit nouem annis, & obſeſſus à Salmanaſar tribus annis captus eſt, & ductus cum decem tribus in montem Medorum, & Perſarum; vel etim dicuntur caudæ, quod Lyrano placet, vt ex hoc exercitus innuat, reges hos duos, ſequentes. Igitur ſilendum prophetæ eſt in conſpectu horum titionum fumigantium, & id quidem diſcretè præcipitur, maior enim fumus excitatur à titione cum quis inſufflat, quod ſi Achaz iracundiam increpatione verborum prodidiſſet, maioiorem profectò fumum impietatis exſuſcitaſſet in regibus impijs; vnde in lib. prou. dictum eſt *ſicut carbones, & pruna & ligna ad ignem ſic homo iracundus ſuſcitat rixas*, at vero ſi titioni fumiganti ignem apponis ſtatim accenſo fumo torris accenditur; lingua vero teſte Iacobo ignis eſt; igitur iubetur ſilere ne immanium regum creſcant incendia.

Moralis

Silere debet, qui tribulatur.

4.Reg.16.

Iracundia dicacitate, tãquã ignis vento excitatur.

Verum enim vero expectanti auxiliũ à Domino ſilendum omnino eſt. Propugnatorem nunquam ſilentem optauerat Dauid, *ad te Domine clamabo Deus meus ne ſileas à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum*, ne forte ſi taceas ſimilis ero deſcendentibus in orcum, moriar in manibus tribulantium me. Vocem in tribulatione clamantis, & Dei reſpondentis hac ſimilitudine explicauerimus: loca 9

Pſal.27.1.

Deus tanquã echo reſpondet.

Digitized by Google

concaua,quas recipiunt voces,eaſdem reſerunt:vox enim pulſo fornice, echo, vt aiunt,aſſonante,redit, & plura in hoc multis in locis comperimus Naturæ miracula,itaque concaua, ſeu petra opere concamerato, excita, eas integras voces fideli regreſſu reſtituit,quas recepit;quęritur ergo Dauid: Deus tu es rupes mea petra mea ita (enim cum Hebræis legit Genebrardus) cur ego vociſero clamores ingentes edo, & tu non exaudis, ſiles?vbi quæſo eſt illa viciſſitudo clamantis, & reſpondentis, ***ad vocem clamoris tui ſtatim,vt audierit reſpondebit tibi?***

10 Echo perfectiſſimè etiam in hoc primo capite inter Deum, & Ieremiam reperio:illud vero genus Echo eſt, quòd vltima verba reſpondet; ſæpè enim in huiuſmodi locis ſi carmen aliquod pangimus cæteris prætermiſſis pedem vltimum ſonat Echo.Ergo Ieremias clamãs ad Dominum(vt à pueris fieri ſolent cũ echo prouocant)his notis.*A,a.a*,& deinde addens,*neſcio loqui,quia puer ego ſum* ſtatim Dominus petra, & rupes gratiarum, vltimam reſtituit dictionem, *ne dicas puer ego ſum*,eodem modo deſijt, ac ille deſiuit; illi finis erat humilitatis, huic gratiæ, confortat enim prophetam monetque Domini preſentia, & auxilio munitum,nequaquam timorem vllum admittere debere, atque ita echo inter Deum, & animam formatur de quo pluries ſcripſi alibi;verumtamen adhunc Ieremiæ locum verba illa Dauidica pertinent, ***vidiſti Domine ne ſileas Deus ne diſcedas à me***, quibus Deum precatur, vt pro ſe ipſe loquatur,neue dum tribulatio ingruit,diſcedat:ſed quæ in allata ſcriptura ſuperſunt ponderemus *à duabus caudis titionum fumigantium*, titio fumigans, ſi procul aderis, vel lacrimas extrahet,vel ſi prope,comburet: ità principi mundano, qui adhæret,etiamſi abfuerit,dolebit; ſi vero contigerit coram miniſtrare,ignis ſentiet incendia. præſto eſt caſus Vriæ qui dum belli moratur, patrato cum Bethſabee adulterio, regij fumi ideſt amiſſi honoris damna ſentijt; qui etiam cum propius ad regem accederet,caloremque Dauidici fauoris experiretur, quomodo torris erutus ab igne fumigansque combureret, inuenit; nam poſtquam ſequutus eſt eum cibus regius,comedit, & bibit coram rege, & à Ioab inter fortiſſimos militum annumeratus,fama prius, deinde vita functus eſt,fumus enim concupiſcentiæ regis,ita perſtrinxerat oculos Vrię,vt non cogitaret quid rei eſſet quod hominem priuatum, nullis aulæ ſeruitijs adſcriptum rex ipſe, vocatum,ita donis ornaret, iuberetque munificentiſſimè ſecum agi,ac in vrbe maneret,præſertim cum nulla emergeret cauſſa,& alioquin militis ipſe vices gereret.Quid enim ad mortem Naboth adegit, niſi palatio principis vinea ſubiecta, vnde contumax aulæ, fraudes ſubijt Iezabelis quoniam falſò delatus quod eſſet blaſphemus, ſaxis appetitus occubuit. Quod ſupra aſſeruimus monet ſcriptura, ***longe abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi,& non ſuſpicaberis timorem mortis, & ſi acceſſeris ad illum noli aliquid committere,ne forte auferat vitam tuam,communionem mortis ſcito,quoniam in medio laqueorum ingrederis,& ſuper dolentium arma ambulabis***. Quæ verba Ianſenius, vt oſtendat effectus titionum fumigantium, ideſt principum tyrannorum,ita explicat [ſuper vulneratos,& proſtratos, & gementes, ac morti proximos] confirmat totum hoc adagium illud πόῤῥω Διός τε καὶ κεραυνοῦ procul à Ioue pariter, ac fulmine, & Ouidius expertus admonet.

Viue tibi quantumque potes prælustria vita.
Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.

11 Vocat caudas titionum huiuſmodi principes Deus, quia titio cum in vna parte eſt ignitus, poteſt quidem tangi nequit vero cum totus, ſic Dominus tyrannis vtitur principibus, vt peccata populi caſtiget donec in ſcelerum profunda deuenerint; cum vero torris omnino ignitus eſt a manu Domini proijcitur, hæc comperies in rege Aſſur

Va

3.Reg.11. per totum

Eccl.9.11.

3.Reg.21. 14.

Omnino læditur qui principis fauores affectat.

Princeps ſeruatur vt que dum totus igne ſcelerum cõſumptus a Domini manu reijcitur.

Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea: ſed quouſque virga in manu Domini, Aſſur? quouſque verteretur,in ignem; cum, enim eleuatum eſſet cor eius & dixiſſet: *in fortitudine manus meæ*, tunc, *ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis, &c.* & Hieronymus, *quidam volunt hunc regem ſignificare poteſtates contrarias, & eum eſſe Aſſiriorum principem ſicuti legitur Princeps Perſarum,& Medorum,& Græcorum, & eum volunt propter ſuperbiam ſenſuum,magnum vocari, & iudicio gehennæ tradi,quæ parata eſt diabolo, & Angelis eius.* Titio quoque dat flammas,& lumen in igne; extrà verò,fumum,quod ſignat principes in igne charitatis permanentes, & flammas actionum, & lumen ædificationis monſtrare proximis; quòd ſi charitate vacui ſint, pœne extincto igne perniciosum ſolummodo fumum emittunt. Vnde, & Saul dum in charitate permanſerat, & in igne obſeruatæ legis,feliciter ei omnia ceſſerant;at poſtquàm extractus ab igne,odij, & vitiorum fumum daret, Dei, & Dauidis oculos lædens; poſtremo,torris nudus, nullo fotus igne extinctus interijt.

Ibid. verſ. 13.

Princeps in igne charitatis dat lumen, extra vero fumum.

1.Reg.13.1

12 Vlterius per hunc timorem à facie, timorem ab hypocritis intelligit Ruper. & gloſ. quamobrem loci huius hic ſenſus erit;ſcio ſanctitatem tuam hypocritas ſacerdotes calumniatores, oppugnatum ire:tu verò hypocriſin, & ſimulationes eorum ne timeas. Principalis pugna Ieremiæ contra hypocritas erat ſubeunda, quippe cum ſupra Iudà, & Sacerdotes conſtituendus;ibi maxime hoc genus hominum detinebatur hypocriſi[Reges Iuda, inquit Hieronymus hic, quæ interpretatur, confeſſio, & principes eius, & ſacerdotes,& populi;Epiſcopi videlicet, & præsbyteri,& diaconi, & vulgus vile, atque ignobile ſi in ſanctum virum conſurgere voluerint habeat Dei firmitatem & timere deſiſtat, quia Domino adiuuante ſuperabit.]

Rup.hic & gloſ.

Ieremias pugnatur contra hypocritas.

13 Morbum vero hunc in illis inuenies, qui ſanctitatem foris oſtendunt quam intus minimè ſeruant, ij vero dicuntur à Domino, *ſepulcra dealbata*, & plura huiuſmodi vocabula inuenies hypocritarum.Dicitur autem Ieremias à facie non timere quia robur omne ſimulatæ ſanctitatis quo aliòs lædunt oſtentant in facie; cum enim per faciem notitia habeatur,vt Gregorius ait, ſi plena dolis, calliditate atque arte, fucata, notitia eſt;deceptionem, & malitiam in promptu habent:ne igitur: *timeas vultus eorum*.

Greg.in 1. Ezech.

Contra hypocritas veluti particulare Dei auxilium,& Spiritus Sancti aſſiſtentia requirenda eſt:non enim hypocrita ſolitis armis,humanas mentes palpando decipit, ſed captioſo vultu, quo minus feriendus ipſius dolos euitare poſſit, ementitæ ſanctitatis figuram explicat, nunc verba refracta dulciori quadam refractione emolliens; nunc oculos leuiter complicando honeſtatem quandam mentis oſtendens; & quaſi pudeat alterum intueri dum ſe talia peccaſſe recognoſcit;inopinatum proſpectum oculorum repentina demiſſione caſtigat:nunc colla contorquens, quaſi nimio ſpiritu laſſeſcens, nulli deuotione ſubſtentare non valeat;nunc inutilium,ac inanium verborum humili voce precatur veniam nunc in crebra, & depreſſa ſuſpiria ora reſoluit,& quaſi charitatis incendia con tegat eo ipſo ſuperbit magis,quò humiliter appetit videri non aduertiſſe;Nunc blando humanitatis officio, ac pietatis zelo proprias laudes longo repetit verborum inuolucro, & alienas laudes ſub ipſis etiam laudibus criminatur; cum vero ſanctum credideris,in geſtu;in com poſitione verborum, in pallore, in humili tandem ſupercilio; venenata reperies cauda ſecreta vulnera aperuiſſe; vti de ſcorpione dictum eſt, & in ſimplicia adſtantium corda læthali improbitate tota venena profudiſſe. Hæc ergo hypocratarum forma eſt, contra hos Dominus Ieremiæ auxilio eſſe promittit, & peculiari præſentia adfuturum ei,qui cum hoſte, nequaquam patentibus armis, erat pugnaturus. 14

Artes hypocratarũ

Digitized by Google

15 Solent plerunque matres, vt vagientes pueri conticeant,ac inhorreſcant diſcoli, malum ſeſe ſpectaculum eis præbere: velo ſubnigro, vel aliquo alio amiculo vultum velare,& concauo gutture vocitare;vnde & ſpectrum fingunt, quod nos dicimus (paputo) dumque pauet puer altera ſpectrum ne ſit puero timori expellit, hoc igitur viſo terrefactus puer quoties gemebundus oneri eſt matri, ſpectri recordatione quieſcit, & obtemperat inobediens, hoc ſimili Caſtrius vtitur ſuper illis verbis, *ſuper quem requieſcent ſpiritus meus,&c. trementem verba mea.* Verum conſtituendus Ieremias ſuper reges,& gentes, adhuc puer, & vix primas notas valens pronuntiare ſciens maximo ſibi ipſi fore timori hypocritas (ſunt enim ſpectra quædam, & phantaſmata dicente Gregorio, *quid eſt vita hypocritæ niſi quædam viſio phantaſmatis quæ oſtendit in imagine, quæ non habet in veritate?*) vagiens quodammodo poſtulat à ſe talia ſpectacula remoueri,non pœna, ſed timore puerili,dicens, *A,a,a, Domine Deus: Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, illorum vultus horreſco,actus paueo, quia puer ego ſum; illi ſpectra,ac phantaſmata ad quos me mittis. Igitur recte reſpondet Dominus, *ne timeas à facie eorum:quia ego tecum ſum,vt liberem te*: & recte in hunc ſenſum reſpondent hæc verba obiectionis Ieremiæ, alioquin quomodo dicenti prophetæ, *puer ego ſum*, reſpondit Dominus, *ne timeas à facie eorum*, niſi horribilem hypocritarum vultum timeret Ieremias, & lurida ipſorum phantaſmata; atque ob id pueritiam oſtenderet? Quod diximus confirmat Dominus in Euangelio dum loquitur de hypocritis, *exterminant enim facies ſuas,&c.* Quod vero in ijs omnino abolendis peculiare à Deo expectatur auxilium palam eſt Suſannæ hiſtoria; cuius hypocritarum dolis circumuentam metronalem pudicitiam, & coniugij fidem, Spiritus Sanctus nouo pueri Danielis ſpiritu aliorum æſtimatione pœnè intermortuam exſuſcitauit. Senes ergo Babilonici ſenile decus, & magiſtratus dignitatem cano vultu prætendentes longiori togæ lapſu, antiquis aſpectibus ſimulata quadam faciei, & oculorum hebetudine impudicos pectoris ignes,& iniuſtam in regendo mentem, abdiderunt. Horum ergo præſentiam tanquam phantaſmatibus præuenta mulier extimuit, & fuſis lacrimis immania,gemitu,oſtendit,vidiſſe ſpectacula,ait enim ſcriptura, poſtquam ſenum hypocritarum deſcribit aduentum:*ingemuit Suſanna,& ait, &c.* Arbitri vero,qui barba pallioue ante ſanctimoniam ſimulabant(vnde hypocritarum illud adagium: *Simia in purpura*)totum in ora,inſidiarum pectus euacuant: Itaque ſenum hypocriſim hoc modo ſcriptura deſcribit. *Egreſſa eſt iniquitas de Babilone à ſenibus,qui videbantur regere populum*, cæterum minime quidem regebant, vt par erat: & infrà *credidit eis multitudo quaſi ſenibus, & iudicibus populi*,quaſi ſenibus,quia præter canitiem nihil ſenile habebãt. Aduerſus huiuſmodi ſenes ſuſcitauit Deus ſpiritum nouum Danielis,ac ſubditur,*in die illa, & deinceps magnus factus eſt in conſpectu populi*, tanti enim eſt fraudes nudare hypocritarum. Igitur ob id dictum eſt; *ne timeas à facie eorum quia ego tecum ſum.*

65 Hypocritarum vero, prædictam duplicitatem optimè in Deut.colligit Gregorius,vbi iubetur populus veſtem nullo modo induere, quæ ex lana, ac lino eſſet contexta:*non indues*, inquit, *veſtimento,quod ex lana, & lino contextum eſt*: cauſſamque ſubindicat Gregorius, *quoniam intus abſconditur linum, foris lana*, intus videlicet deſideria vana,mollia atque futilia, foris aſperitas veſtis humilitatem ſignans,pallor in vultu,& primo aſpectu oblectat,atque allicit, vt inde pungat,& feriat:tandem exteriori vita ideo cæteros trahit, vt interiori, lædat: & hoc eſt quod in Apoc. legimus Ioannem videlicet beſtiam vidiſſe, *& vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra,& habebat cornua duo ſimilia agni, & lo-*

Marginalia: Simile ſpectris hypocra. — Gregor. in mor. — Matt.6.16 — Suſanna phantaſmata vidit dũ à ſenibus prǽuenitur — Dan. 13. 22. — Ibid.6. — Ibid.41. — Ibid 65. — Deute. 22. 11. — Apoca.13. 11.

Digitized by Google

& loquebatur ſicut Draco: Beſtiam hanc idem Gregorius ſpeciem gerere, ait, hypocritarum. *De terra quippe aſcendere eſt, de terrena gloria ſuperbire. Quæ duo cornua habet agni ſimilia, quia per hypocriſin ſanctitatis, eam quam in ſe veraciter Dominus habuit ſingularem, ſibi inesse, & ſapientiam mentitur, & vitam. Sed quia ſub agni ſpecie auditoribus reprobis ſerpentinum virus infundit, rectè illic ſubditur, & loquebatur, vt Draco.* Hic igitur apparet quam blandum ſit quod foris oſtendunt, cornua quippe habent ſimilia agni; & quam crudele quod intus ſeruant, vocem enim habent Draconis; quia quantum foris ſimulatione oblectant, tantum intus verſutia, & calliditate feriunt, & ſerpentinam feritatem præſeferunt. Sæpe probatum eſt huiuſmodi genus hominum aliorum vitam zelo quodam pietatis arguere, & inter hæc proximis detrahere, & mendacia contra proximum fabricare, dumque ſe innocentes, recti, ac zelantes videri appetunt, fœdè aliorum vitam criminantur, ac maculant: atque hoc eſt cornua agni ſibi hypocritam aſſumere dum ſibi innocentiam feriendo aſſumit, & tandem Draco apparet. Iſtud reor intellexiſſe Iob dum amicos ſuos (quos multoties hypocritarum ſpeciem tenere autumat Gregorius) hoc modo interro-
Iob 19.22. gauit: *quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?* ideſt vos quidem, vt Deus, dum perſequimini, vultis videri, qui perſequitur, vt ſaluet; ſed *carnibus meis ſaturamini*, habetis cornua agni, ſed vocem Draconis quia dum me repræhenditis detrahitis mihi, & ita laceratis, vt videamini carnibus meis veſci. Rem ego huiuſmodi hoc ſimili explicarem, celeberrima eſt in re venatica, venatio falconum; illa præcipue (quod in Apulia frequens eſt) cum duo falcones à magiſtro edocti prædam intendunt, iſtorum alter alta petit; alter vero rectà è regione ad ima deſcendit, vbi latet præda, quæ roſtro atque alis deſcendentis excitata, diu reſiſtens; dum celeri volatu feſſas auis alas, ac vngues euadere arbitratur; alterius impetu, qui feſtino lapſu volat correpta, rapitur. Hypocrita dum ſibi laudem venatur, ſeu fidem in lædendo proximum, duo ſibi vitia comparat, fucatam falſamque humilitatem, & ſuperbiam, hanc in altum eregit, vti ſuperbiæ moris eſt, illam vero ad ima deijcit: & dum mente tumet dũ alios deſpicit, ſimulat omnium hominum opprobrio dignum, cui etiam nulla virtus, nulla facultas adſit ingenij, imo tot vitia nutriat quot arenæ grana proluat mare, &c. at vero cum videt hac deiectione incautas adſtantium mentes excitari, ſuperbiæ vitium alterum nutrit. Hoc præſtitit Eliu, Iob ſanctum increpaturus; videns enim quod minime verbis adoleſcentis fides aliqua potuerat adhiberi; dum Iob virum ſanctum accuſaret; & ſe prius Iuuenem profeſſus eſt, & deinde ſpiritu Domini afflatum loqui, & vlterius, vt vitæ innocentia fidem plenius faceret, non niſi verba ſe effuſurum promiſit, quæ ex ore mortem timentis egrederentur. *Reſpondens Eliu filius Barachel, Buzites dixit iunior ſum tempore vos autem antiquiores, &c.* & infra: *neſcio enim quamdiu ſubſiſtam, & si poſt modicum tollat me factor meus*, auem hic prius humilitatem dum carperet famam Iobi præmiſit, ac demiſit vſque ad puluerem mortis; at vero dum adſtantes reperit intentos, prædamque iam videret commotam, altero ſuperbiæ, ac elationis falcone vſus eſt, quæ prædam omnino caperet, nam vlterius addidit: *pater mi probetur Iob vſque ad finem ne deſinas ab homine iniquitatis: qui addit ſuper peccata ſua blaſphemiam, inter nos interim conſtringatur, & tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis Deum*, huc euaſit humilitas, vt Iob condemnaret, & eodẽ ſuſurraretur, & propria deiectio alterius deiectionem peperit; atque hoc modo diſſimilia vitia concorditer ad prædam direxit. Iſtius ſententiæ occaſione, placet propheticæ illius quadrigæ ſenſum ad hyprocritam accomodare, ibi enim in facie multiformi, & pedibus volubilibus, hypocritarum verſipellem natu-

Greg. Moral. c. 33.

Sicuti venatio falconum hypocrita.

Iob 32.6. 16.22.

Iob 34.37

Hieronymus in principio Habac.& gl.

naturam licet inſpicere(ſenſibus enim abundat ſcriptura ſancta, & quod in bonum, teſte Hieronymo ſumitur,iuxtà tropolegiam in malum ſumi poteſt.) Quattuor ergo animalia pedes habebãt, ac facies diuerſas, atque volubiles;quod omnino hypocritarum naturam demonſtrat.

Mald. in Ezech.

18 Placet in ſenſu litterali quod quidam affirmat, hæc animalia reges aliquos ſignificare,quod ille non leui probat coniectura:quattuor facies habent, quia diuerſis moribus diuerſam omnino induunt conditionem;vt ſi humanè cum populis agant, humano tecta vultu, videantur;aſpectu vero leonis ſæuiunt, vt boues conculcant: vt aquila diripiunt, &c.inde Nabuc.aquila vocatur à Ierem.

Cap.48.40

Quod ſi iuxtà alium ſenſum ex flexibilitate,ac volubilitate pedum,& multiplicate facierum hypocritam in his quæſieris,ipſius profectò formam ſtatim inuenies: & primo vides hypocritam inſtar aquilæ ſurſum volare; ideſt à terrenis omnibus abſtinere, & vſque ad cœlum ſimulata ſanctitate pertingere, ſed ideo magis eleuatur, vt magis, ac facilius deſcendat ad prædam;ità deſcribitur Aquila illa in Ezech. *Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarũ, longo membrorum ductu;plena plumis,& varietate,venit ad libanum,& tulit medullam cedri*,magnas ſibi alas aſſumpſit, & plumas, vt ad libanum montem altum,ideſt ad potentes dirigendos efferri potuiſſet;quod vero ait, *tulit medullam cedri*,hypocritas intelligimus, cum enim videntur libanum ſpernere honorum tunc ſummam dignitatem, & medullas affectant.Verum quod videbatur aquila in volatu,in aere, ſtatim in terris apparet,leo; quoniam conſtitutus in dignitate,leo eſt rapiens, & rugiens. Saul enim aquila videbatur antea cum eleuatus ad regni ſublimia filius vnius anni erat innocentia,cum in rectitudine eminebat cæteris ab humero ſurſum, &c. ſed poſtea leo viſus eſt,qui crudelis, & immanis ad aliorum necem conſpirabat; ſub hac ſimilitudine à Dauid plangebatur: *Saul, & Ionathas,&c. Aquilis velociores, & leonibus fortiores*. Bos deinde, illos ex Ricardo denotat qui temporalem gloriam ambiunt, cuiuſmodi ſunt hypocritæ; bos autem cibum quem interdiu in ventrem immiſit noctu extrahit,& ruminans,illo delectatur. Sic aliquando hypocritę,vt videantur ad proprias laudes animum minime intentum habere, aliò ſermonem conuertunt; atque, vt ex hoc maiores laudes captent, ipſas,vt ita dicam, deglutiunt ſanas; ſed deinde ruminando, ac repetendo quod audierant, dies noctesque conſumunt. Denique, & homo iſtius quadrigæ,qui pedes etiam, vt cætera animalia flexibiles, ac rotundos habebat; quid aliud quam hypocritam ſignare poteſt? *vir enim*,ait ſcriptura, *duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis*. Igitur nunc homo,apparet hypocrita;leo nunc aliquando aquila; aliquando vero bos: ſecundum varios effectus,formaſque, quas induit in decipiendo, & ideo cum nequitiæ omnis cauſſa ſit mutatio facierum;bene dictum eſt Ieremiæ,*ne timeas à facie eorum,quia ego tecum ſum*.Quod multiplicitate animalium demonſtrauit Ezech. aliqui authore Pierio in vna beſtia oſtenderunt nempe in ſtrutiocamelo, hoc enim animal Hieroglyficum fecerunt hypocritarum; vnde, & dicit Iſaias:*erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum*,exinde aiunt hoc ſignificare,quoniam parit oua, ſed Illa neque incubatu fouet, ità hypocrita quamuis recti alios admoneat,nullos tamen filios per vllum beneactæ vitæ exemplum generat.Hoc quidem animal, ita deſcribit Plinius[ſtruthio cameli non ſunt volucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ ijs ceruinis ſimiles quibus dimicant, biſulcæ, comprændendis lapidibus vtiles; quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus; concoquendi ſine delectu deuorata,mira natura;ſed non minus ſtoliditas in tanta reliqui corporis altitudine;cum colla frutice occultauerint, latere ſe ſe extimantium. Duo ex his noto in hypocritis primum quod pede pro-

Ezec.17.3. Quadriga Ezech. Symbolũ hypocrytarum.

Hypocrita prius aquila deinde leo.

1.Reg.13.1

1.Reg.2.6 1.21. Ric. de S Vict. de ſõno Nab. 4

Bos eſt hypocritaqui laudem ſanam deuorat,& deinde ruminat

Iac. 1.

Hypocrita ſimilis ſtrutio camelo

Iſ.44. 13.

Pier.lib.31 p. 231.

Lib.10.1. Hypocrita pede ferit.

Hypocrita cum ſe calliditate occultat exiſtimat latere.

terãt quos fictione ſe ipſi viderint inſequentes,& ſecundo quid nõ ineſt ignauiæ hypocritis, qui dum ſe externa ſanctitate contegunt,exiſtimant nequaquã ab alijs agnoſci, primo inſignis fuit Iudas, hypocrita, qui, vt ſtrutiocamelus,cum inſequentem Chriſtum comperit,beneficijs,fauore,&c.non nimio credentem,nec artibus Iudæ deluſum;contra inſequentem pedem erexit : dicente

Ioa.13.18

Domino de eodem Iuda, *qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum,* ideſt quem inſequar meum corpus illi largiendo; inſuper, & pedes lauando;ipſe,tanquam ſtrutiocamelus, leuabit contra me calcaneum, vt tradat, & ictus infligat.

19 Non ergo ab re,& pedes quattuor animalium, tanquam pedes vitulorum, ſunt ; planta enim biſulca apta retinendis lapidibus, quid præſtet hypocrita ingrato falſoque pede,demonſtrat.Turbatur etiam hypocrita, & pede pugnat, cum aliquando corripitur, & in hunc

Grego. in mor.

ſenſum ait Gregorius, *Hypocrita in laude poſitus, ſi hunc quiſquam corripere audeat,aſperitate ſua protinus vitam corripientis cæcat,repræhenſum ſe in prauitate iraſcitur,&c.* Strutiocamelus, ſecundo latere ſe exiſtimat cum collum occultauerit, ideſt iniqua operibus docent, & ſola voce ea,quę ſunt iuſta prætendunt; oſſa ieiunijs atterunt, & mente turgent : corpus deſpectis veſtibus tegunt,& elatione mentis purpuram ſuperant: iacent in cinere, & excelſa non aſpiciunt: doctores humilium, duces ſuperbiæ ouina facie lupinos dentes abſcondunt: talem deſcripſit Perſ.

Perſ.ſat.5.

Pelliculam veterem retines, & fronte politus.
Aſtutam rapido geſtas ſub pectore vulpem.

Idem Iudas ne vllo modo qualis eſſet ſodalibus appareret, grauis dolo, & recubuit in cœna, & ſacratiſſimo Chriſti corpore paſtus eſt; ſed nequaquam latuit, dicente Domino, *qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.*

Matth. 26. 23.

Vnde Iſaias rectè hos deſcribit dicens, *veh,qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatur conſilium,quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos?* Facile eſt huiuſmodi, qui ſe in apparenti quadam virtute contegunt,agnoſcere,ac reuelare; & primo eſt admonitio euangelica. *Attendite à falſis prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium; intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; à fructibus eorum cognoſcetis eos.Nunquid colligunt de ſpinis vuas,aut de tribulis ficus?* totum enim corpus actionum, ac vitiorum, apertum eſt : ex hoc,licet vultum abſconderit, poteris illum cognoſcere,neque enim abſimilia eſſe poſſunt opera, internis; ſicut nec ſpina vuas producit. Inde Auguſtinus docet quomodo eos cognoſcere oporteat. *Cum cœperint,*inquit, *aliquibus tentationibus ea ipſa,vel ſubtrahi, vel negari,quæ iſto velamine conſequuti ſunt, vel conſequi cupierunt;tunc neceſſe eſt, vt appareat, vtrum lupus ſit in pelle ouina; an ouis in ſua,* & quidam ex philoſophis hæc habet.*Nemo poteſt perſonam fictam diu ferre,ficta in naturam ſuam cito recidunt; quibus autem veritas ſubeſt,vt ità dicam, quæcunque ex ſolido enaſcuntur, in maius, meliuſque procedunt:* Chryſoſtomus,quomodo hypocrita tectus ouina pelle,vt lupus agnoſci poſſit, edocet; hæc habens. *Lupus tectus ouina pelle per vocem cognoſcitur,& per actum; ouis balat inclinata deorſum,lupus vlulat contrà cœlum; hoc ſuperbiæ, illud humilitatis ſignum:ouis herbam manducat, lupus carnem.*

Iſ.99. 15.
Matt.7.15
Aug.ſuper Matth. 7.
Quomodo cognoſcendi hypocritæ.
Sen.ad Nero.
Chryſ. S. Matth. 7.

Igitur hoc eſt euidens ſignum,ad cognoſcendum hypocritas, quot enim reperies fictæ abſtinentiæ ſquallore confectos, quos agnos herba depaſtos credideris;ſed deinde nulla pinguior menſa ipſorum famem explere poterit.Talem paucis abhinc annis incolam montis aſperrimi comperimus, qui rudi amictu, nudis pedibus incedens,deditus orationi,ac ſuſpirijs;vitam infamem duxiſſe, ac lupum eſſe,fames inſatiabilis oſtendit; illam enim, neque prætioſiora, ac delicatiora ciborum, neque altilia pigmentario 20

Solitarius in vertice ſurrentini montis egregius hypocrita.

Digitized by Google

tario opere condita, & clam in ſtomachum ingeſta vllo modo extinguere potuerunt. Itaque inde, apparuit, quem pellis lupina contegebat, pſeudoeremitam indignum peperiſſe, non ſolitarium. Herodis impiam hypocriſin, ac actum ſcriptura teſtante nouimus, qui, vt ait Chriſoſtomus, *deuotionem pr omiſit, ſed gladium acuit, & malitiam cordis depingit colore humilitatis: huius perſonam repræſentant hypocritæ, qui dum fictè Deum quærunt illum nunquam merentur inuenire.* Igitur fingit ſe ad Chriſtum adorandum præſto fore, & nati regis ſibi iubet loca monſtrari, *ite, & interrogate de puero, & cum inueneritis renunciate mihi vt, & ego veniens adorem eum*, ſed quomodo hæc deuotio mentita apparuit, & lupus ouina pelle tectus agnitus eſt? inde, quia lupus carnes vorat, & de Herode dicitur, *tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à magis; iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, &c.* & quod attinet ad Chriſtum quem adorare promiſerat, *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptũ, & eſto ibi, vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum*, & Auguſtinus: *ſanguis quem fudiſti, teſtatur, quid de hoc puero volniſti.* Tandem in pſalmis hæc habet Dauid reſpiciens ad vtrumque, ad vocem, & cibos, quibus lupi veſcuntur, & agnoſcuntur, *inimici mei animam meam circumdederunt adipem ſuum concluſerunt, os eorum loquutum eſt ſuperbiam, proijcientes me, nunc circumdederunt me; oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram*, en modeſtiam hypocritarum; declinant oculos in terram; ſed ora blaſphemijs, & latratibus aperiunt, primum ſignum eſt hoc, vox dumtaxat, at alterum ſubdit, *ſuſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.* Vatabl. *vt leo eſt, qui prædæ inhiat.* Pagninus: *ſimilitudo eius, vt Leonis deſiderauit rapere.* Apte iuuenalis huiuſmodi homines declinare ſtatuit.

Chryſ. 5. Matth. 2.

Matth. 2. 7

Herodes ſub ouina pelle ferus lupus.

Matth. 16. 16.

Aug. ibid.

Pſal. 16. 10

Vatabl.

Pagninus. Iune. ſat. 2.

Vltra ſauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios ſimulant, & Bachanalia viuunt,
Loripedem rectus derideat, & Aetiopem albus, &c.

Bernardus naturam deſcribit camelopardalis. [Nabis collò refert equum; pedibus, & cruribus bouem; in capite camelum; maculis tigrim, aut pardum; ità quidam inæquales ſibi varias hominum formas exprimunt; ſi cultum inſpicias, ſanctum aliquem eſſe exiſtimes; ſi orationem audias, ſatrapam aliquem loqui putes; ſi vitam expendes, nebulonem inuenies; ſi ſcripta bubulcum.] tot formas induit hypocrita, totque artes exerit, vt Achiloum, vel (quod fabulantur) Protheum, cenſeas; zelum profert, pietatem, com miſeratio nem, miſericordiam, charitatem, vultus demiſſos, ora inedia conſumpta, &c. cum vitia viderit apparere ſtatim oſtendit, ſimulatione, ac fuco illud ſponte egiſſe; vt omnibus ſeſe monſtraret criminoſum, ſicque camelo pardalis in varias formas mutatus, artem arte fulcit, & vitio, vitium, vt inſuperabilis videatur. Quicunque vario caſu perculſus, ſiue crebro morbo correptus, adhuc viuit. vulgo dicitur [ſeptem ſpiritus habet] vno ſiquidem extincto alius perſeuerat, itaque ſeptem ſpiritus, ſiue ſeptem mala, in corpore multiformi habet hypocrita, qui ſemper profert vnde decipiat; etiamſi deceptor exſtimetur; quamobrem ſcriptura rectius monet difficile eſſe ex ijs victoriam reportare, qui hypocriſi pugnant, *quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius*, ideſt omnes nequitiæ: ſeptenario enim numero vniuerſitas deſignatur. Quis ergo dubitet graue eſſe iſtius modi hominum artes eludere, & vitia eliminare; cum Hercules Lernæum anguem innocuo fœtu repullulantem, & in rediuiua colla tumentem, vix potuerit ſuperare? duplicitatem mulicbrem vario beſtiarum generi ſi-

21 Plin. lib. 8. 18. Ber. in ſimil.

Prouer. 26. 25.

ri ſimilem ſcriptura deſcribit, *commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam: nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum ſuum tanquam vrſus, & quaſi oſtendet in medio proximorum eius*, diuerſa malitia quam recondit, immutat faciem illius, & nunc equum refert, nunc bouem, camelum, tigrim, totum camelopardalem; ideo beſtiam vocat, hypocritam, Hieronymus hoc modo,

Hiper. in Epiſt.

intus Nero; foris cato; totus ambiguus, monſtruum eſt: velut quædam beſtia compacta; ſecundum illud poeticum; *leo pars prima, draco media, ipſa chimæra*. alij legunt, *& ponet vultum ſuum tan*

Pag Eccle. 25.24.

quam vrſus, & quaſi ſaccum oſtendet in medio proximorum, idque referre poteſt prouerbium illud quod ſæpius vſurpatur (l'hà poſto in ſacco) ideſt ita de eo victoriam reportauit, vt illum obligatum, quaſi in ſaccum immiſerit: geſtare vero faciem, tamquam ſaccum, immutatam, eſt, facie fallere, ac ſuperare, quod idem eſt, ac dicere: mulier nequam, ita

vultu mentitur hypocrita.

faciem honeſtat, ac ſigna pudicitiæ oſtendit, cum ſit meretrix; vt intuentes decipiat. Porrò talis etiam hypocritarum fraus, ac facies eſt; vt nutibus, intuitu aſpectu, quemquam ligent, ac ſuperent. Quod affirmat venuſtè Iſaias non in ſacci metafora, ſed nerui. Alloquitur ergo hypocritas, his verbis. *Audi-*

Iſa. 48. 4.

te hæc domus Iacob, qui vocamini nomen Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Iſrael recordamini, non in veritate, & iuſtitia, &c. ſciui enim, quia durus es tu, & neruus ferreus, ceruix tua; & frons tua ferrea, &c. neruus ferreus de quo dicebat

Hypocrita carcerẽ habet in vultu. Iob. 13. 27 & 33. 19.

ille, *poſuiſti in neruo pedem meum*; ſcilicet ij, quos ſimulata ſanctitate fallunt, quaſi in neruo conſtringunt, & capiunt. Verum ad camelopardalem. Ieremias optime Hypocritas à Deo diſcedentes religionem vero prætendentes, ſub animalis huius figura deſcribit cap. ſecun-

Ier. c. 2. 24

do, *quomodo dicis non ſum polluta; poſt Baalim non ambulaui, vide vias tuas in conualle: ſcito quid feceris: curſor leuis explicans vias ſuas: onager aſſuetus, &c.*

Vatabl.

Vatabl. *Quomodo ergo dicis non ſum contaminata, neque poſt Baalim abij? inſpice viam tuam in valle, cognoſce quid feceris: camelopardali veloci, quæ circumcurſitat vias ſuas ſimilis es:* Quare te rectam ſimulas, & in contaminatam? vide vias tuas coinquinatas, inde cognoſces te camelopardalem eſſe, ideſt hypocritam.

22 Duo interim hic noto: & primo quòd hypocrita rectè vias ſuas intueri iubetur

Hypocrita ſeipsũ vti limax conſumit.

ſimilis eſt enim limaci, limax cum incedit ſe ipſum in humorem ſpargit, ac diffundit, paulatimque conſumit; ità ſanè hypocrita, vt ſanctus appareat, toto rigore caſtigat, ac diſcruciat, & plerumque ſaluti noxia pertentat: Cæterum vbi humor ille viſcoſus continuo apparet, illac limax tranſijt, ac ideo monet hypocritam populum videre vias ſuas in valle, vnde tranſijt, hypocriſis, inquam, ſigna, ac detrimenta. Limacem eſſe

Theo. in c. 1. Naum.

hypocritam ait Theoph. *Limaci comparantur, qui charitatem circumplectentes per blanditia, & interim quæ ad pernitiem eorum faciunt meditantes*, & vere limaces ſunt, qui ſe ipſos, vt in via opinionem captent macerant, dicente ſcriptura. *Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; exterminant enim facies ſuas, &c.* atque hanc turpem viam retroactam monetur intueri. Secundo genus hoc camelorum, ità ſitis impatiens eſt, vt ſi quando fontem aquæ puræ offenderit; pedis illam impulſu in-

Matt. 6. 16

quam ſe proruit omnino turbat; turbidamque ſemper haurit, ad quod reſpexit Ieremias, paullo ante quàm populum hypocritam, ſub nomine animalis huius argueret dicens. *Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam*, enimuero eo affectat hypocrita laudum hauſtum, vt vel etiam maceratione turbidas obtineat, id etiam fit cum ſe ipſum accuſat dum laudatur: contra huiuſmodi loquens Iſaias dixit etiam, *nunquid tale eſt ie-*

Hypocrita prius turbataquam laudum de inde bibit.

S *iunium*

Digitized by Google

iunium, quod elegi, affligere hominem per diem?

23 Sed ad ſupradicta redeundum eſt. Camelopardalem reperio ego in Apoc. varijs diſtinctum formis diabolum aſſumpſiſſe ad ſui auxilium: quippe cum, & hæc ars Dæmonis eſt, vt cum ſe videt nullo modo poſſe aliquem circumuenire ſuggeſtione; fortiorem, callidioremque eligat hypocritam; quod mox probo. Statim, ac à religioſa, ac ſancta muliere, quam virtutibus omnibus reſpexit ornatam, agnouit draco deludi, fugientemque illam ad loca deſerti aſſumptis alis, nullo modo perſequi poſſe; propterea indignatus, quod ipſe nequiuit, ſtatuit verſipellis beſtiæ auxilio obtinere. Auocat igitur, e mari in cuius littore draco merens ſtabat, beſtiam, quam in hunc modum deſcripſit Ioannes. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ; & beſtia, quam vidi ſimilis erat pardo, & pedes eius, ſicut vrſi, & os eius, ſicut os leonis, & dedit illi draco virtutem ſuam, & poteſtatem magnam; & vidi vnum de capitibus ſuis, quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt; & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, & adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatem talem beſtiæ dicentes: quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea?* obſeruandus eſt modus quomodo terram vniuerſam vicit, ac proſtrauit, non furore nec aliquo violento incurſu, vti draco, ſed hypocriſiæ ſigno: demiſit collum, quod proprium hypocritarum eſt; atque illud denuo erexit, & ſtatim omnis terra clamauit, *quis ſimilis beſtiæ*, igitur quod draco contra mulierem, alioqui imbellem, vi præſtare non potuit; vnica colli demiſſione Camelopardalis hypocritarum beſtia perfecit.

Iſa.48. 14.

Diabolus vtitur hypocritis cũ impotẽtiã ſuam agnoſcit.

Apo.c.13.

Hypocrita inclinatione capitis plures aliquando ſeducit.

24 Hæc vero beſtia ſeptem capita habere deſcribitur, ſeptem vitia capitalia denotantia, quod etiam concordat cum illo, quod ſupra diximus de huiuſmodi hypocr. *cum ſubmiſerit vocem ſuam ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ in corde eius ſunt.* ideſt vniuerſitas malorum. Id vero quod conſpicuum in beſtia videtur, vt pote diadematum ornatus, ſtatim comperies blaſphemias tegere, *& ſuper capita eius nomina blaſphemiæ*, quoniam illud, quod in hypocrita mirandum, ac omnino conſpicuum apparet, ac laude dignum; illud quidem magis aſpernandum, tanquam fallax, ac captioſum, eſt. At vero, vt fortitudinem iſtiuſmodi hominum teſtaretur recte dixit, *quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea?* quis enim iſtorum fraudes nouerit, niſi ſolus Deus? Vnde, & Chriſtus, vt oſtenderet opera omnium ad quos iubebatur Ioannes ſcribere nota prorſus habere, ſeptem in manu ſtellas habebat, ideſt Spiritus Sancti dona, quibus verſutias omnes, & profunda cordis reuelaret, *hæc dicit, qui habet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio candelabrorum aureorum*; vnde, & intima quoque præſulum, qui monendi erant annuntiat. Quamobrem, & Chriſtus recte nouit inuitatus à phariſæo conuiuarum hypocriſim dum virum hydopriſi laborantem ſiſterent ante ipſum, vt ſi quando ei ſanitas eſſet impenſa violati ſabbathi accuſationem proferrent; ſi vero minimè id faceret, impietatis, ſeu immericordiæ argueretur, at ille ſtatim calumnias agnouit, vnde, & eos repræhenſione reperit dignos, dicens, *hypocritæ*, & ægrum ſaluti reſtituit; quod quidem non præſtaſſet conuiuis alioquin beneuolis, niſi ſtellas haberet cognitionis; quamobrem ſeptem beſtiæ malitias, agnoſcit.

Septem habet nequitias, ideſt vniuerſos dolos. Pro.26.25

Tegit ſub blanda ſpẽ blaſphemias.

Chriſtus videtur habere ſeptẽ ſtellas in Apoc. vt dolos agnoſcat hypocriſis. Apoc.2.1.

Aduerte autem, illud verum eſſe, 25
per hypocritas diabolum aliquando, ad id peruenire, quod per ſe non potuit, magnum ſibi commodum para-

parare eum ſuper hypocritam obequitat; mors enim, quam diabolum intelligunt ibi expoſitores; ideo tot viſa eſt hominum millia proſtrauiſſe ſupra cæteros; quia dumtaxat ſupra equum pallidum ſedebat, quem, hypocritam, aiũt quamplurimi, ſignificare, vnde ſquallore confectum genus iſtud hominum apparet. Igitur hæc habet Ioannes, *& ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi, mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas ſuper quattuor partes terræ interficere, gladio, fame, & morte, & beſtijs terræ*, & vide quid poſſit cum hypocrita littor diabolus, *infernus*, inquit, *ſequebatur eum*, tot erant millia quos equitando vicit, vt fuerit neceſſe etiam carcerem ipſum ſecum ferre, vt venatores in aucupio ligneum volucrum carcerem, caueamque ſecum portant, *& infernus ſequebatur eum*.

Ricard. & Vgo.

Apoc. 6. 8.

Cum ſuper illũ ſedet diabolus hominum millia ſeducit.

26 Vlterius nota, quod beſtia illa colli vnius languore, ac demiſſione, hominum millia decepit: non enim nouum eſt hypocritam colli contorſione, alios ſimulata ſanctitate fallere. Piſcem dat mare, vulgo, piſcatricem, huic collum oblongum eſt, ſubtile corpus, natura vero inditum eſt, vt collum quoad eius fieri poteſt, extrahat ſupra mare; aduenientes vero piſciculos capite quod in eſcam poſuit, tanquam arundine piſcatoria, abſumat, ac voret. Hypocrita qui laudem hominum piſcatur hac arte vtitur; pro eſca, caput faciemque habet exterminatam; quid enim homini iucundius, ac delectabilius quã virum ſanctitatis prætextu, pallidum, confectumque ieiunijs alloqui? atque ideo hãc omnibus ſuauem eſcam ponunt illi, collum vero extendunt, ac contorquent vt aptè eſcam contineat, & ita ad alienam fidem tanquam piſcem captandum Piſcatrices, procedunt. Iſtud vero non tacuit Iſaias cum ementitam eſcam ieiuniorum in fronte hypocritarum apparentem, repræhenderet, ait ergo. *Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros reperitis: Ecce ad lites, & contemptiones veſtras ieiunatis, & percutitis pugno impiè, &c. nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum?* Septuaginta collum ſuum, Vatablus, Tig. *retorquere collum ſuum tanquam hamum*. Non hoc ieiunium elegi captioſum, quod ſit eſca hypocritarum, qui colla laxantes, & circumuertentes debilitate ieiunij, eadem habent, vt hamos, incautos capientes, *quiue collum ad pedes, vel in circuitum inclinant, ſicut monachi*, vt ait interlin. *deſignanteſque dolorem capitis ex ieiunio*, ait gl. Obſerua, quod etiam dicit, omnes debitores veſtros reperitis, cum enim fucatis abſtinentia aſpectibus vitæ ſanctimoniam obijciunt, quoſlibet ſibi debere putant; exigere appetunt laudem, in ſe ipſos obſeruantiam, opinionem, famam, &c. ac interius tabeſcunt, cum præſumptum debitum non reddit vulgus, *& omnes debitores veſtros reperitis*, quod etiam in Iuda videre eſt. Quidam enim obſeruant ideo mulierem illam vnguentum prætioſum profundentem repræhendiſſe his verbis, *poterat enim vnguentum iſtud venundari multò, & dari pauperibus*, vt qui enim ipſe ſolum loculos habebat in quo pecunia condita erat in proprios, & pauperum vſibus diſtribuenda, impius hypocrita ſubmurmurabat ex eo, quia ex vendito vnguento, Chriſto, & perconſequens ſibi, pretium aſſeruandum, & pauperibus deinde diſtribuendum non fuiſſet datum, debitricem ergo, & Magdalenam reperit. Denique, & capitis contorſionem agnoſce in Eliud, qui vt ſociorum beneuolentiam conciliaret, ipſoſque deinde debitores ſuos efficeret, hæc dixit, *iunior ſum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meam ſententiam*. Inde dictum eſt à Chriſto Domino. *Cauete a ſcribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in Synagogis, & primos diſcubitus in cœnis;*

Eſt piſcis piſcatrix.

Habet caput pro eſca.

Iſa. 58. 5.

Habet collum pro hamo.

Exiſtimat quoſque ſibi debitores, vt Iudas Magdalenam.

Iob. 32. 5.

Matt. 26. 9

deberi,ſibi ſalutationes primas,& primas cathedras iactant; dum volunt in ſtolis ambulare.

27 Curuum vero caput, ſimulatores hoſce,Piſcatrices,Dominus ſe diſperſurum

Iſa.9.14. dicit, *& diſperdit Dominus ab Iſrael caput incuruantem, & caudam refrænantem,ſeu deprauantem*; Hypocritas poſſumus intelligere;inferius namque ſubdit, *quia omnis hypocrita eſt nequam*, eos vero, ita deſcribit, ac ſcorpiones,qui cauda deprauant dum palpant, ſeu diabolum, qui incuruauit caput, Euam decipiendo, ſub ſpecie boni; & cauda traxit tertiam partem ſtellarum quas ſeduxit, & deprauauit: Inſuper hypocrita dum caput inclinat,cauda deprauat;inde enim ſequitur, *quia omnis hypocrita eſt nequam*..

Similes diabolo, & ſcorpionibus.

28 Hoc ſimili iſtud explico:fures quidam ſantitatem prætendunt, manus eleuatas habere videntur,in oratione,lacrimas extorquent,ſuſpirant,&c. Sed eo ipſo, abſconditò, aliena rapiunt: hæc hypocritarum fraus eſt; dum enim caput præ deuotione inclinant, vt alios intentos habeant, vel famam, vel ſubſtantiam alterius,auferunt, quod hic expreſſit interl. *aliud ſimulans, aliud agens, preferens caſtitatem, & laſciuiens; oſtentans pauperem, marſupium repleas*, an non cum videris quoſdam, mulierculas, in ſpirituali vita,erudientes, perfectionis inter facile reddentes, myſticam omnem Theologiam effutientes,huiuſmodi,fures, ſpiritum, ac deuotionem oſtendentes credideris; verum cum inde queſtum intendant,cum ſe ipſos arbitros bonorum conſtitui procurent fures etiam agnoſces, manu callida, falſaue ſurripientes: hos deſcripſit Chriſtus Dominus in Euangelio,*veh vobis ſcribæ, & phariſæi hypocritæ;quia comeditis domos viduarum,orantes longas orationes*; videmini matronis orare, & inflatis buccis ſpiritualia verba concrepatis,at eo ipſo viduarum marſupia exenteratis optime Ier.*in ore ſuo pacem cum proximo ſuo loquitur; & occulte ponit inſidias*,pacem loquitur hypocrita, cum omnia redolent ſanctimoniam; at

Sunt fures fallaces.

Matth.23.14.

Ier.5.2.

ibi latet auaritiæ virus, dum enim allicit ſanctitate,calliditate rapit;Dauid quoque id ipſum egregie proſequitur dum dicit, *qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum: da illis, ſecundum nequitiam adinuentionem ipſorum,ſecundum opera manuum eorũ tribue ipſis: quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius deſtrues illos, & non ædificabis eos*; Genebrardus,*ſecundum opera manuum eorum, redde talionẽ*;alludit enim ad fures quos deſcripſimus manu quaſi aliena furantes ore incantantes. Iſtud quoque in ſecundo Ieremiæ capite in perſona hypocritarum Iſraelitarum deſcriptum eſt, in hæc verba, *quomodo confunditur fur quando depræhenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael;ipſi,& reges eorum,principes,& ſacerdotes, & prophetæ eorum: dicentes ligno pater meus es tu, & lapidi tu me genuiſti*.Simulabant eſſe cultores Dei,vt ſupra adnotatur (*quomodo dicis non ſum polluta poſt Baalim non ambulaui*) at inter hæc inuenti ſunt preces fundere ligno,& lapides adorare.

Dum allicit ſancti tate calliditate rapit.

Pſal.27.4.

Hypocritis reddit Deus talionem.

Ier.2.26.

Simulatam eorum ſanctitatem palam ſe ſanctos oſtendentium, clam vero omne malum operantium,auctore Val. in noctua figurabant veteres; noctua enim errabundo volatu, cantuque horriſono perſtrepit; die perperam quieſcit. Igitur dies,nox eſt noctuæ, nox dies. hypocritis, ieiunio, afflictione, quando ab alijs obſeruantur; dies; nox eſt. atque id ex Euangelio poteris deducere, dicente Domino de hypocritis. *nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes; exterminant enim facies ſuas*.Chryſoſtomus,*obſcurant, ecclipſant facies ſuas;vt videantur*.nota quod inquit,*obſcurant,vt videantur*, ecce noctuam,quæ die dum videtur; in obſcuro noctis eſt. Et optime conuenit, quòd Iſaias,inquit,*nunquid tale eſt ieiunium quod elegi,affligere hominem per diem*? in die apparet afflictio,& abiectio,noctu ſtrepitus, ac tumultus. 29

Pier.li.21. pag.190.

Habent cõ dones noctuæ.

Matt.6.16

Ecclipſant faciem, & quare.

Iſa.48.14.

Quod vero dicit,*ecclipſant*, bene naturam hypocritarum depingit: ecclipſis enim, vt raro euenire ſolet; omnium in 30

ſe ora

Digitized by Google

ſe ora conuertit,ac mentem:pueri,docti, indocti oculis ſuſpiciunt, attente curſum naturæ meditantes. Itaque ſimulator ecclipſat vultum, dum illum macie, & ſquallore pictum reddit; atque intendit,vt omnes cauſſam nouerint,ideſt abſtinentiam; at magna proinde atque admiranda contemplentur, & aperto ore profundant. Hieronymus, *demoliuntur faciem ſuam quaſi carie: vt trabes interius exeſæ,exterius deauratæ*. Facit,quod Paulus dicit de hypocritis, *cauteriatam habentes conſcientiam*,corruptam, confectam tabo;exeſam putredine vitiorum; habentes conſcientiam demortuam; attamen auratos geſtant vultus,ſiue ſqual lorem auri præſeferentes, ſiue quia, faciem honeſtant, ne interiora cognoſcantur;ſiue externè ſancti exiſtimantur, & blandiuntur,internè improbi ſunt, & ſæuiunt. Hinc eſt, quod Ioab Amaſæ mentum dextera tenuit,ſed ſiniſtra gladium latenter mittens, eius viſcera effudit:atque, ait textus quod prius verbis, ſalutauit Amaſam, *Salue mi frater*. At vero dextera mentum tenere, ait Gregorius,eſt quaſi ex benignitate blandiri; ſed ſiniſtram ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit. Subdit vero ſcriptura, *& tenuit manu dextera mentum Amaſæ,quaſi deoſculans eum*, quod nos in exemplum,execrandam Iudæ hypocriſim in medium afferre compellit, qui auratum vultum pertendit in oſculo, ſed cauteriatam conſcientiam in ſæuo crimine.

1.Timt. 4.

Cauteriatam habēt conſcientiā,quare.

2.Reg. 20.

Grego. in 20.c. Iob. 1.5.

Dum blandiuntur ſæuiunt.

31 Tandem, vt moralem hunc ſenſum abſoluamus, ſtat ſuus hypocritæ miſer finis;pallium namque,quod cæpit ſanctitatis,illud erit exitij: notum namque eſt atque vulgare, quod is qui pellem induit ouinam, lupi prouocat rabiem. Lupus enim perſequitur oues, at vero cum hypocrita in veſtimentis ouium veniat,ex Euangelio; Dæmon lupus rapax, qui circuit quærens quem deuoret,illo tandem fruetur. Præſto eſt Iudas adhoc probandum, qui ſe ouibus immiſcuit in cœna.ideſt Apoſtolis,fraudulentus proditor,& accepta ſimulationis pelle, in ouis forma apparuit; quam cum protectione paſtoris deſtitutam, errantem comperiſſet lupus rapax, dæmon; prius diſcerpſit,deinde vorauit, *tunc introiuit in eum Sathanas*,poſtremo,*& ſuſpenſus crepuit medius,& diffuſa ſunt omnia viſcera eius*.

Lupi rabiē prouocat, qui ſe omnem ſimulat.

Ioa. 13.27 Act. 1. 18.

Et vere ſi non interitus ſequitur,breuis eſſe poteſt proſperitas hypocritarum,dicente Iob, *gaudium hypocritæ ad inſtar puncti*,hyſtriones enim dum in ſcenis alienam perſonam fingunt, eo, tunc temporis delectari poſſunt; at poſtea breui ſpatio, ad priſtinam redeunt conditionem;talis etiam mos hypocritarum eſt, & ſi ſub probitatis,indumento ſancti appareant,quamobrem laude illa fruantur: tandem breui detecta fraude, ab omnium opinione excidunt; & ideo Eccl. *Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum*, quidam ex græco, *ne ſis actor tragediæ,vel comediæ, ne ſis hiſtrio, vel mimus ad ora hominum*,conſentit cū hac verſione definitio hypocritis: eſt enim ſimulatio teſte Pauſania alienæ perſonę, cui adſtipulantur Plut. & Bud. 32

Iob 20. 5. Breui excident.

Eccl. 139. Ceruſtes. Sunt hyſtriones. Plut. & Bud.in græci comm.

Ver-

Verſiculus. V I I I I.

VVLGATA.

Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo.

SEPTVAGINTA.

Et extendit Dominus manum ſuam ad me, & tetigit os meum; Et dixit Dominus ad me: ecce dedi verba mea in os tuum.

CHALDAEA.

Et miſit Dominus verba prophetiæ ſuæ, & ordinauit ea in ore meo: & dixit Dominus mihi: Ecce poſui verba prophetiæ meæ in ore tuo.

VATABLVS.

Ac ſimul extendit manum ſuam Dominus, & tetigit os meum, dixitque Dominus ad me: Ecce ego poſui verba mea in os tuum.

PAGNINVS.

Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum: Et dixit Dominus ad me: ecce dedi verba mea in ore tuo.

PARAPHRASIS.

Tunc eloquentiæ defectum, & ſcientiæ, vt repararet Dominus, manu ſapientiæ os meum tetigit, quam ego manus ſimilitudinem videns, hæc ab eo verba audiui. Ecce tibi, linguam, & expeditam, & meorum verborum traditione, reddidi eruditam.

Expoſitio.

D. Hieronymus ità hunc locum interpretatur. *Notandum, quod hic manus mittitur Dei, vt os prophetæ tangat, & dicat ei: ecce dedi, &c. in Iſaia ſcriptum eſt, & miſſus eſt ad me vnus de Seraphim, &c. ibi enim quia ſolidæ, & perfectæ ætatis erat, & ipſe ſimpliciter confitetur, quod immunda labia habeat, & habitet in medio populi, &c. mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, ſed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat, & mundet peccata; hic autem ipſius Dei manus mittitur, per quam cuncta operatus eſt, & quæ in alio loco bracchium dicitur, non vt peccata auferat, quæ per pueritiam multa non fecerat; ſed vt loquendi gratiam tribuat, &c. pulcrèque iuxtà litteram manus mittitur, vt humanorum artuum videns ſimilitudinem, tactum manus non reformidet.* Manum, hìc prophetiæ verba intellige, manum quippe mittere, atque os tangere, nihil aliud eſt, niſi prophetam conſtituere, iuxtà illud Ezech. *& facta eſt ſuper eum ibi manus Domini*, quod, prophetiam tributam fuiſſe prophetæ demonſtrat; vnde ſequitur: *& vidi, & ecce, &c.* & Chaldæus conſentit, qui quod vulgata habet: *miſit manum*, legit, *& miſit Dominus verba prophetiæ ſuæ.* Pulcrè autem in hac Ieremiæ ordinatione, eiuſdem prophetæ ſanctificatio, ac puritas commendatur, vt etiam ex verbis Hieronymi habetur dicentis: *non enim opus fuit, vt candenti carbone propheticum os aduceretur, & ab immundis labijs, defectus omnes calculus altaris expelleret, vt Iſaiæ contigit. Neque quod libri commeſtione, tanquam pharmaco quodam, interiora prophetæ purgarētur, vt in Ezechiele factum inuenimus; ſed diuino tactu, Ieremiæ, confidentia datur, & ætas ſuppletur, & eruditio.* Dare autem verba in ore, inſtruere, atque erudire eſt; vt teſtatur mulier: *ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia.*

1 Hieron.

Iſa 6.6.

Ezech. 1.3.

Hieron.

Dare verba in ore, inſtruere e, erudire.

nia verba hæc:& ſupra: *poſuit autem Ioab verba in ore eius*;ideſt docuit quomodo alloquutura regem erat,quidue prouida regijs obiectis reſponderet. Hoc quoque indicat etiam manus,qua verba dantur,vt in eodem capite probatur: reſpondit enim Dauid, cum argutam inſtructamque, ac prudentem mulierem animaduertit: *nunquid manus Ioab tecum eſt in omnibus his?* nunquid verba manu dedit?ideſt forſan te eloquentem eruditamque reddidit Ioab?Porrò apud

Manus, & lingua eloquentiæ Hierogl. Pier.li 33. tit. de lingua.

Aegyptios eloquentiæ Hieroglyphicum manus erat, ex alto miſſa; quæ linguam inter articulos habebat. Lingua quoque Mercurio eloquentiæ præſidi, dicata erat; ipſe enim prius verba redegit in ordinem, & pluribus rebus nomina indidit,ipſum propterea Mathematici, ſicut ſplenem à Saturno;hepar à Ioue; à Marte ſanguinem; cerebrum, & cor à ſole,renes, & genituram à Venere, ſtomachum à Luna;ita linguam regi à Mercurij ſidere ſcribunt.Igitur cum vulgare ſit linguam verba ſignificare:manifeſtum erit, eloquentem reddere voluiſſe prophetam ſuum,Deum,dum manum mittit verbis plenam. Atque hoc congruit ſententiæ D. Thomæ, & Gloſſæ; tres enim,aſſerunt,defectus (vt ſupra retulimus) triplici nota obiecerat Deo Ieremias,atque,*A*,primum expreſſerat defectum ætatis, *A*, ſecundum defectum ſcientiæ:*A*,vero vltimum defectum eloquentiæ.Primũ iã ſuppleuerat Dñs obedientia(vt ſupra probauimus, in illis ver

D Th.hic. Lyranus.

bis:*ne dicas puer ego ſum,quia ad omnia, quæ mittam te ibis, &c.* Nunc verò eloquentiæ,& ſcientiæ defectus, manus ex alto miſſa ſupplet:*& miſit Dominus manum ſuam, &c.*

2 Falsò autem putat, quidam author, Hieronymum aſſerere, prophetam viſibilem manum vidiſſe, & falsò improbat

Gaſp.ſanc. in c.1. Ier.

Hieronymi ſententiam, cuius hæc in hac re ſunt verba, *vt humanorum artuũ videns ſimilitudinem,tactum manus non reformidet*; quare non manum viſibilem aſtruit, ſed abalienatum prophetam à ſenſibus,imaginaria viſione,manus ſimilitudinem aſpexiſſe prophetam, intelligi poteſt Hieronymus. Vel ſi dicamus Ieremiam abſque ſenſuum alienatione manum vidiſſe, eo modo id contigit, quo alibi quoque deſcribitur manus ſimilitudo apparuiſſe: *in eadem hora ap-* Dan.5.5.
paruerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contrà candelabrum,in ſuperficie parietis aulæ regiæ.

Quod cum, ità ſit, quæritur modo 3
cur Ezech. qui tactu etiam manus, prophetiam ſuſcepit, dicat ſe manum vidiſſe:*& vidi,& ecce manus miſſa ad me,* Ezech.2.9
in qua erat inuolutus liber.Ieremias vero nequaquam manum aſſerat aſpexiſſe, ſed: *miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum*, viſane an inuiſa fuerit manus iſta, non meminit. Hoc dubium tunc ſoluetur cum Agellium à cuiuſdã reprænſione vindicauerimus; quamobrem eiuſdem afferam in pſal. expoſitionem, vt inde innoteſcat, quàm pronus ad cenſuram extiterit recentior; quo tandem reſtituto, noſtri expoſitio ſenſus,facilè apparebit. Ait ergo Agell. Agell.
ſuper verba illa Dauid: *Sic in ſancto ap-* Pſal. 62.2.
parui tibi, in Hebræo legi, *ſic in ſancto vidi te*, quod religionis gratia illos mutaſſe puto, ne Deum corporeis oculis ſpectari poſſe ſuſpicionem præberent: idque non ſolum,hoc in loco fecerunt, ſed alibi, vt in Exod. καὶ ὤφθησαν ἐν τῷ
τόπῳ τοῦ θεοῦ καὶ ἔφαγον, καὶ ἔπιον,*& viſi* Exod. 24.
ſunt ſeu apparuerunt in loco Dei,& man 11.
ducauerunt, & biberunt] arguit hunc
Agellij locum Lorinus;argumenta,quo- Lorin.
niam prolixo ſatis ſermone proſequitur, reſponſioni, & breuitati ſtudens, haud quaquam adducere volui, partim ergo in ſuis commentarijs hoc loco, partim in confutatione videri poſſunt. Verbum *chazah*, vtramque ſignificationem habere, actiuam ſcilicet expreſſam per *vidi*, paſſiuam per, *apparui*, indicat, doctiſſimi hebraicæ linguæ profeſſores affirmant, Brendebachius, & Campenſis, quorum vterque vertit *apparui*; quin, & ipſemet Lorinus, non obſcurè ſignat cum ait, videre, eſſe actiuam notionem verbi *chazab*, innuens in eſſe

eidem

eidem verbo paſſiuam etiam ſignificationem. Itaque 70. interpretes, libere potuerunt vtrolibet modo vertere; cur autem potius paſſiuè reddiderint, quam actiuè, *vidi te*, Agellius aſſignat cauſſam, quam non adeò irrationabilem exiſtere, vti eam Lorinus depingit, paucis oſtenſtam.

4 vindicatur Agell à cẽſura Lorini.

Primum perpetua 70. interpretum obſeruatio eſt, quod illud verbum, nunquam, videre, ſed ſemper, apparere, reddiderunt; indicat vtique aliquid latere myſterij; Philadelpho enim regi ſe Biblia in græco transferre meminerunt; multa præterea ne ethnici in errorem caderent prudenter accomodabant, vti eos ſæpè alibi feciſſe adnotauit poſt B. Hieronymum, Leo Caſtrius, & Genebrardus. (Hieron. Caſtr. Genebr.) Atqui prophani illi græci Phæbum, Dianam, Venerem, hoc eſt ſolem, lunã, Phoſphorum oculis corporeis ſe cernere gloriabantur; ne igitur eiuſmodi etiam eſſe noſtrum verum Deum exiſtimarent, ſapienter vertiſſe: *apparui tibi*, non autem: *vidi te*, probabiliter quidem putauit Agellius. Præterea id videtur ſumpſiſſe Agellius ab Euſtathio Antiocheno (Euſtathi.) antiquiſſimo pſalmorum ſcholiaſte, qui ſic habet: *apparui tibi, quoniam natura tua comprehendi nequit ab ijs, qui abs te fiunt, virtute ſcilicet tua, & gloria tua, glorificandi te cauſſas ſumo*. Ecce quod Agellius, inquit, *apparui tibi*, & quod oculis corporeis videri Deus (S. Th. p. p. 9 12. art. 3.) Euſtathes firmat, aſſerens ideò apparuiſſe Deo, vt videret virtutem, & gloriam eius, ideſt eius tantummodo virtutem, & gloriam, hoc eſt opera admiranda, & glorificatione digna.

5 Reſpondetur Lorini rationibus

Quòd verò Lorinus aduerſus Agelliũ affert, facile corruit [apparere (inquit) alicui eſt, ità in conſpectũ eius venire, vt videre, ac videri poſſit] at id nõnũquã falsũ eſt; concionator apparet quidem, hoc eſt videtur à Sũmo Pontifice latente intrà ſeptum illud ligneum, & audiente concionem, in aula conſtantiniana, nec tamen Pontificem concionator videt; alia ſuppetunt exempla, quæ prætereo. Addit vlterius Lorinus contra Agelliũ. [Hieronymus alibi eandem phraſim reddit per videndi verbum, &c.] Reſpondeo: Hieronymus non græcis, & Ethnicis, ſed latinis chriſtianis vertebat Biblia. Itaque hæc obiectio iuuat potius Agellium, indicat enim rationem diſcriminis. Deinde ſubdit Lorin. [Sept. alibi non raro vſi ſunt verbo videndi, igitur non eſt cur hoc loco religione moti, vt Agellius putat, mutauerint verbum: *vidi*, in *apparui*.] At Lorinus mihi ſuggerit quomodo reſponſionem hanc ſuã poſſim euertere, docet enim lxx. vſos (videndi) quotieſcunq; nõ de Deo ipſo, ſed de Angelo (Deum enim nemo vidit vnquam) Dei vicem gerente, & aſpectabili forma viſo, ſermo eſt. Dicam igitur ego cum Agellio, quod hoc loco non de Angelo aliquo videndo agit propheta, ſed de Deo ipſo, animo, atque cordis affectu ambiendo, vti abſentes, eos, quos amant, deſiderio, atque amore ambire, & adire ſolent; idcirco 70. *apparui*, maluerunt vertere quam, *vidi*, ne videlicet (S.Th.p.p.9 12.art.) quiſquam infidelis Deum oculis cerni falsò exiſtimaret. Hactenus de Agellij noſtri ſententia à Lorini cribratione vindicanda.

Nunc verò ſoluitur dubium de manu viſa prophetis, initio propoſitum; 6 (Soluitur dubium ſupra poſitum.) Ieremias ſibi manum, non ſimpliciter, & indefinitè, ſed Domini miſſam dicit; at ne cui ſuſpicioni foret, Deum ipſum oculis corporeis cerni aliquo modo poſſe: nequaquam ſe manum ipſius vidiſſe dicit. Ezech. verò à quo manus ſibi miſſa fuerit non meminit, potuit ergo præter ſuſpicionem aſſerere, ſe manum vidiſſe: *& vidi, & ecce manus, &c.* Ezech. 2. 9.

Intellige autem (ſi myſtice id etiam proſequi volueris) ideò hoc dictum eſſe, 7 (In ordinatione Ieremiæ tota S. Trinitas intelligitur operata.) vt tota ſancta Trinitas in Ieremiæ ordinatione videatur operata, (quod in Apoſtolis, & prædicatoribus factum probat Gregorius, vt ſupra etiam obſeruaui) ait ergo: *miſit Dominus manum ſuam, & tetigit, os meum*. Manus filio tribuitur ſecundum quod dicitur: *emitte manum tuam de alto, & eripe me, &c.* Pſal. 143. 7 quia ipſe eſt virtus Dei per quem pater operatur

omnia

Digitized by Google

omnia,vt probat Gregorius,Ambroſius, Origenes,Hieronymus, Fulg. Cyrillus, Gregorius Niſſenus. Sapientia quoque filio tribuitur ipſe enim eſt ſapientia patris. Digitus verò Dei, Spiritus Sanctus eſt,iuxta illud: *dextera Dei tu digitus*, & *ſi in digito Dei eijcio dæmonia*.Quamob rem dum, inquit, manum Domini tetigiſſe os,tres ſimul perſonas operatas eſſe teſtatur. Manu tamen ſapientiæ prophetam tetigit,vt Ambroſius ait; *nam & manu ſapientiæ Dominus tetigit Ieremiam, ſicut ipſe dicit, &c. vt reparatione quidem, duorum defectuum, omnem prophetæ diſſolueret excuſationem*; defectus verò ſupra,ex ſententia D.Thomæ,inſinuauimus.

8 In his quoque verbis myſterium Incarnationis denotari poteſt: loquitur enim Deus: *priuſquam te formarem in vtero, noui te*; & Ieremias nec dum propheta eſt:mittit manum;ideſt Verbum, & ſuper Gentes, & regna conſtituitur, de quo dicitur:*emitte manum tuam de alto,eripe me, &c.* & homo conſtituitur ſuper regna cœleſtia. Manus quidem eſt Verbum(vti ſupra diximus)os,eſt caro; tactus eſt vnio hypoſtatica; Manus dat verbum ori medio tactu: Diuinitas dat valorem operibus Chriſti,quatenus media ſubſiſtentia Verbi,erat vnita humanitati.

Myſteriũ incarnationis

Pſal.143.7

9 Manum quoque in ſcriptura dicitur admouere Deus, cum aliquid efficaciter operatur, ideoque in hoc ipſo verſu, & myſterium etiam iuſtificationis eſt reperire; prius enim inuitauerat prophetam quaſi blandis verbis:*priuſquam te formarem,&c.*at vbi eum contradicentem, & reſpuentem vidit illis verbis: *a, a, a, Domine Deus neſcio loqui*,tunc Deus: *miſit manum*.ideſt applicauit potentiam; efficaciter egit,vt prædicationis officium propheta ſuſciperet. Vocat ergo Deus per gratiam ſufficientem, & homo non conſentit; mittit manum, & conſentit, manus quippe eſt gratia efficax, vt diximus dicente ſcriptura,*cor regis in manu Domini,quocunque voluerit vertet illud*, Duo interim gratiæ exempla tradamus.

Sufficiẽtis, & efficacis gratiæ diſcrimen.

Prou.21.1

Petrus vocatus à Domino trepido pede infirmas vndas calcans, cæperat mergi,vt teſtatur Matthæus:at vero, vt Dominus manum ſuam extendit qua Petrum tenuit, liquidos gurgites, æquali deinde greſſu contriuit;ſufficienti quippe gratia vocati, ſemper cogitationum fluctibus iactamur,& nunquam ad littoris ſoliditatem per conſenſum venimus. Verum cum Dominus efficacis gratiæ manum extendit,protinus erigimur, & ſaluamur. In canticis quoque oſtium ſibi à ſponſa aperiri cupiebat ſponſus: *aperi mihi ſoror mea ſponſa*, ac prius illam blandis verbis alloquitur;*columba mea,perfecta mea,formoſa mea*:atque (vt ait Niſſenus) *primas claues ad aperiendum accomodat*; ſed illa minimè his verbis capta,diſtulit aperire.Inſtat ſponſus, & fortioribus argumentis oſtium ſibi aperiendum eſſe probat:*quia*,inquit, *caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*,quaſi diceret cur me pateris foribus excluſum guttis frigidæ noctis affici? quod ſi dulcia verba te haud quaquam mouent; commiſeratione,ac pietate ſaltem mouearis. Illa vero nihilo clementior effecta,otioſo cubans lectulo, moræ cauſſas plures innexuit. Tandem ſponſus dilectæ ſuæ torporem penitus excutere cupiens,manum adhibuit,potentiam applicauit; at illa cum manum reperit miſſam p foramen, cum gratia vocaretur efficaci, ſurrexit moræ impatiens,nuda pedes, perperam induta tunicam;quærit ſponſum, per vrbem excurrit, & dolis appetita cuſtodum, adhuc amore languet.*Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius, & ſtatim ſurrexi, vt aperirem dilecto meo*. Pulſat quidem Deus ad ianuam cordis noſtri, vt illi aditum per conſenſum reſeremus, dulciter vocat ſufficienti gratia, nunc flagellis, nunc beneficijs, &c. ſed dum adhuc perſeuerare in peccatis videt, potenti efficacis gratiæ manu per ſecretum cordis peſſulum immiſſa, ad infallibilem conſenſum inducit; ideò dicit:*ſurrexi,vt aperirem dilecto meo*. Licet

Matt.14.3

Cant.5.2.

Niſſenus.

Oſtẽditur efficacia gratiæ.

Gratia efficax per manũ denotatur.

Cant.5.5

cet autem Deus manum immittat per gratiam efficacem, non tamen libertatem lædit, ſed efficaciter facit, vt liberè, & infallibiliter operemur præmouendo voluntatem creatam, vt ad aperiendum ſurgamus. Ex his ergo optimè colligitur, & diuini auxilij efficacia, & liberi arbitrij cooperatio; non enim ad manus contactum velut inanimes ſe habuerunt Petrus, & ſponſa; ſed vterque conſenſum adhibuit dum iſta libere, vt aperiret ſurrexit; ille vt ſaluaretur clamauit: *Domine ſaluum me fac.*

10 Ex his aduertas, quod prædicatores præ cæteris abundantiori gratia ditātur licet enim cæteri perfecti ſint, & cæli appellentur; iuxtà illud, *anima iuſti ſedes*
Iſa.66.1. *eſt ſapientiæ. & cælum mihi ſedes eſt*, ſolo tamen digito Dei formantur; ideſt nō adeò abundanti gratia, *quoniam*, inquit, *videbo cælos tuos opera digitorum tuorum*, quando vero Apoſtoli, Prophetæ, Prędicatores creantur; tota quodammo do manu Dei efformantur; ex eo quia, cum iſti columnæ ſint illos cælos fulciētes, maiori idcirco gratiæ abundantia exornantur. Quod autem columnæ cœli ſint prædicatores. Gregorius inſinuat dicens. *Quid aliud columnas cœli quam vel ſanctos Angelos, vel ſummos Eccleſiæ*
Prædicatores abundātiori gratia donantur, quia ſunt colũnæ, cælos eccleſiæ fulcientes.
Greg. mo lib.17. ca. 17.
Apoc.3. 2 *prædicatores appellat ſuper quos vniuerſalis Eccleſiæ ſpiritualis fabricæ ſtructura ſurrexit?* & alibi ſcriptura dicit: *qui vicerit faciam illum columnam in tēplo meo.*
Gal.2. 9. Apoſtolus quoque, Petrum, Iacobum, & Ioannem vocat columnas Eccleſiæ: *qui videbantur columnæ eſſe, dexteram dederunt mihi*, & Ieremiæ qui columna ferrea appellatus eſt; non digito virtus datur, ſed, *miſit*, inquit, *Dominus manum ſuam, & tetigit os meum*; Denique verum eſt, quod euangelizantibus Dominus dat verbum virtute multa plena ma-
Pſal 67.12 nu, abundanter, *miſit manum, &, ecce dedi verba mea in ore tuo*, hoc autem, quod dicimus plena manu dare aliquid, eſt abundanter tribuere, vti Virg. *Tu*
Virg. *Marcellus eris, manibus date lilia plenis*; vt igitur donorum copia Ieremiæ præſtita oſtendatur, dicit: *miſit Dominus manum ſuam*, &c.

Cum vero egregia diuinæ pietatis monimenta erga Ieremiam in hoc primo capite obſeruemus; ſanctificationem videlicet in vtero, notitiam approbationis prophetiæ dona, & imperium ſupra Gētes; nil mirum ſi manum deinde cum hac pietate inueniamus. Enimuero in Antonini, & L. Aelij Cæſaris numo manus dextera erat expanſa cum inſcriptione, Pietas. hāc (inſigne miſericordiæ ſuæ) Dominus poſuit; eā verò monetā quærebant Anatothites eradere, atque, vt vulgo dici ſolet [ritagliare] dum inuicem dicebant: *eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius*; cum enim eraditur numus, pondere minor, ſui valorem atque æſtimationem amittit. Similem imaginem oſtendit Lucas Euangeliſta impreſſam eſſe in diuinis numiſmatibus, quæ quidem numiſmata non incongruè electorum animas denotare poſſunt, quia ſicuti in numo, regis imago imprimit, quę quādiu durat incorrupta, tandiu eius valore cætera commutari poſſunt; ita etiam anima, diuina imagine inſignitur, quæ dum inuiolata permanet cæleſte regnum mereatur. Ait ergo euangeliſta de Ioanne, qui prætioſiſſima moneta erat quod: *manus Domini erat cum illo*, en manum in numo expanſam, quod ſi inſcriptionē quæras, Pietas, habes quod: *cognati Elizabeth congratulabantur ei, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa.* Prætioſiorem hoc numum ſuperius Euangeliſta deſcripſerat, Beatam, ſcilicet, virginem, numus profecto, in quo non tantum manus, ſed, & brachium ſculptum erat de quo eadem dixit, *fecit potentiam in brachio ſuo*, nec deſcriptio deeſt cum ipſamet dicat, *& miſericordia eius à progenie in progenies, &c.*

Humilitatem prophetæ manu deſuper miſſa confirmat erigitque Deus, & ab humiliato corde, manus oſtenſione, ambiguitatis, & timoris rationem expellit: quem enim tangeret diuina manus niſi qui ſe dicit, puerum, & elinguem? quem

Margin (right column): 11 — Pier. lib. 32. de manu. — Ier. 11.19 — Ioa Baptiſta aſſimilatur monetæ. — Luc.1.65. — B. Virgo numiſma Dei. — Luc.1. — 12 — *Moralis*

Qui ſe humili: statim manu Domini erigitur.

quem vero apprehenderet, & verbis, ac conſtantia, ac virtutum omnium ornamentis ditaret, niſi eum, qui ſe noſcens infirmum; manus diuinæ firmitatem humiliter expectabat? Pulcrè in hoc comprobatum videmus quod Eccleſiaſticus, Eccl.13.9. inquit, *humiliare Deo, & expecta manus eius*; qui enim humilitate ſe proſternit ſtatim à Domini manu, fauoribus, ac donis erigitur. Dicat ergo Ieremias: *a, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui*, vt deinde audiat: *ne dicas neſcio loqui*, & manum de excelſo videat venientem: *miſit Dominus manum ſuam*. Deinde comprobatum videmus, quod ſcribit Petrus: 1.Petr 5.6 *humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis*, dum enim humiliatur ſub manu Dei propheta, deinde exaltatur: *conſtitui te ſuper Gentes, & regna*.

13 Manus deinde Domini Ieremiæ mittitur, atque in hoc eo modo egit Dominus, ac reges ſolēt cum vicarios ſuos regnis præficiunt; minime illi diſcedunt, niſi litteras, vt aiunt, patentes regia manu firmatas habeant, vnde & ipſi authoritatem ſumant. Itaque Ieremias conſtituendus erat ſuper regna, &c. & vt abſoluta authoritate polleret, manum ſuam mittit Dominus, ideſt litteras prophetię, ſua manu roboratas; *miſit Dominus manum ſuam, &c.* ideò ſequitur *ecce conſtitui te ſuper Gentes, & regna, &c.*

14 Man⁹ mittitur Ieremiæ, quia regū corda regebat.

Præterea manu Ieremiæ datur prophetia, quia non ſupra populum tantū, ſicut cæteri prophetæ, ſed ſupra reges conſtituendus, manu Domini hæc inſignia conſequitur; manus enim Domini regnum habet, poteſtatem, & imperium: *& in manu eius*, inquit, *regnum, potentia, & imperium*. Neque ad hoc tantum prophetia extendebatur, ſed ad ſubijcienda ſibi, ac Domino regum corda ad fidei veritatem, regum, inquam, qui à lege deflexerant, vel idolatria detinebantur; ideò ergo mittitur manus, quia de manu Domini ſcriptum legimus: Pro.21.1 *cor regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud*. Hoc etiam Ioannes impleturus erat, de quo ſcribitur, quia: *manus Domini erat cum illo; parare*, ſcilicet, *plebem perfectam*; & dare, *ſcientiam ſalutis plebi eius*, & quod proprium Luc.1.71 16.79. eſt manus Dei vti diximus, regis Herodis cor inclinabat dicente ſcriptura. *Herodes enim metuebat Ioannem ſciens eū virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Mar.6.20. Angelus quoque de eodem teſtatur: *conuertet corda patrum in filios*.

15 Poterit etiam hic obſeruari, in miſſione manus Dominicæ; poteſtatem, ac robur præſtitum eſſe Ieremiæ ad coercendas, & debellandas Gentes. Cautum Cap.2. de maledicis Gloſſ. & DD.ibi. enim lege eſt à iudice ſæculari concedendum eſſe brachium eccleſiaſtico iudici petenti. Igitur rectè inferimus hoc in Ieremia, cum enim audiſſet prophetam in Gentibus dari, reſpondiſſetque imparem ſe eſſe viribus ad calicem maledictionem propinandum (vti Chaldæum vertere ſæpe diximus) *ſuſcipe Domine deprecationem meam, &c. prophetam propinantem calicem maledictionis mittis me*, ideſt quomodo Gentes idolatras potentia minor, potero vnquam tuæ ſubijcere ditioni, quia in me nullum ad hoc exequendum robur reperio? id profecto efficere nunquam potero, niſi tu dederis potentiam, & bracchium, proinde ſequitur: *miſit Dominus manum ſuam*, & quid hoc bracchio munitus deinde poſſet propheta, inſinuat dicens: *ecce conſtitui te ſuper Gentes, & regna, vt diſperdas, & diſſipes, deſtruas, &c.* hac bracchij mei authoritate pollens, iam poteris deinceps, deſtruere, demoliri, reedificare, & captiuatos populos tibi ſubijcere.

Ieremias veluti iudex brachium implorat.

16 Præterea non poteſt iudex ſæcularis religioſos viros, ac ſacerdotes tenere, atque in eos iura pænalia exercere, niſi habita facultate à iudice eccleſiaſtico cui ſubiecti ſunt. Eccleſiaſticus ergo authoritatem ſuam, iuſque illi demandat, vt cauſſa optime cognita delinquentes religioſos puniat. Itaque cum Ieremias ſacerdotum cauſſas cogniturus erat (ſacerdotum inquam improborum, qui

Ieremias cauſſas agnoſcit ſacerdotum.

diuino ſeruitio mancipati;attamen idolis ſeruiebant) vti eodem capite, enumerans iterum Dominus eos ſupra quos obtinuerat imperium recenſet etiam apoſtatas ſacerdotes dicens: *ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam,& in columnam ferream,& in murum æreum ſuper omnem terram, regibus Iuda,principibus eius, & ſacerdotibus,& populo terræ*,proinde conſequẽs, erat,vt facultatem.& authoritatem præſtaret,quod fecit manum, bracchium,& potentiam ſuam mittendo; atque hoc pacto religioſorum ſacerdotumque dignitas,etiam improborum, perſpicua eſt;quos nullo modo vexari vult Dominus,niſi ipſe poteſtatem faciat,ſuaque manu id demonſtret.

17 Manus inſuper miſſa omnes timoris,ſeu mæroris anguſtias, ſeu quidquid ſonant illa verba, *a,a,a*, expellit. Ad timorem vero hunc abſtergendum mittit Dominus manum ſuam confortatricem quæ prophetam conſoletur,quod vero manus confortet in vaticinio Ezec.reperitur. Ezechiel namque mittendus ad Gentes apoſtatrices, & exaſperantes, & dura facie,& indomabili corde, triſtitia affectus, ſeptem dies mœrore conſumpſit, *abij*,inquit, *amarus in indignatione ſpiritus mei*,deinde manu Domini confortatur vnde ſequitur, *manus Domini erat mecum,confortans me*. Manus quoque ſymbolum liberantis, & auxilium præbentis eſt, Regius enim propheta manum hanc expectabat ad ſui liberationem,& adiutorium dicens: *Emitte manum tuam de alto,eripe me, & libera me,&c.* & alibi expreſſius: *manus enim mea auxiliabitur ei,nihil proficiet inimicus in eo,& filius iniquitatis non apponet nocere ei*.

Manus Domini,timorem expellit,& confortat.

Eze.3.14.

Pſa.143.7

Pſa.88.22.

18 Denotari etiam poteſt per hanc manus miſſionem ordo, qui in diuinis operibus elucet. Præelegerat quidem Ieremiam Deus ad prophetale munus, & ſub metaphora euellendi,& plantandi, Iſraeliticum populum à vitijs expurgatum, virtutibus informandum deſignabat. At quomodo inexpertus puer euellere,& plantare poterat, niſi manus, & dicentis,& roborantis adiuuaret? Hoc autem, & ſolitum,& conforme eſſe diuinæ ſapientiæ, in ſcriptura ſacra fundatus S.Thomas oſtendit, ait enim, Quod vnicuique datur à Deo gratia ſecundũ hoc,ad quod eligitur:quod multis exẽplis probari poteſt,Chriſtus enim inquãtum eſt homo ad hoc fuit prædeſtinatus, & electus,vt eſſet Filius Dei,in virtute ſanctificandi: vnde ex vi talis electionis, proprium ſibi fuit tanta gratiæ plenitudine cumulari, vt in omnes redundaret,ſecundum quod dicitur, *de plenitudine eius nos omnes accepimus*. Beata etiam Virgo Maria ex eo, quod mater Chriſti electa fuit,& propinquiſſima authori gratiæ,tantam obtinuit gratiæ plenitudinem, vt meritò de ea dixerit Hieronymus exponens illud Lucæ 1. *Aue gratia plena.Bene gratia plena: quia cæteris per partes, Mariæ verò ſe totam ſimul infudit gratiæ plenitudo*.

Deus gratiam præſtat officio conformẽ

D.Th.3.p. q.27.art.5

Ioan.1.16

D.Hiero. tom.2.ſer. de Aſſumpt.B.V.

19 Quantò quippe dignior eſt mater Regis omnibus ſeruis,tanto plenior in Maria gratia fuit præomnibus ſanctis. Iſaias quoque mundiſſima Dei verba prædicare populo non valens ob labiorum maculam,altaris calculo,vt poſſit, mundatur. Et ne dum innumeris ſcripturæ exemplis id magis confirmari poſſet,patet etiam in ipſis inuiſibilium Spirituum ordinibus.Vnde Dionyſ.dicit,quod Angeli,qui ſunt Deo propinquiores,magis participant de bonitatibus Diuinis, quã homines,& vnus Angelus eò eſt alio dignior,quo ſummæ Deitati vicinior.Conſtat igitur,hoc moris eſſe Dei,vt auxilia, vireſque præſtet non impares officio,ad quod eleuat; & ideo Ieremiæ manum miſiſſe deſcribitur, quia cum ad euellendum,deſtruendum,diſperdendum,ædificandum,& plantandum miſſurus erat: euellere quippe,& deſtruere, ædificare, & plantare, abſque manu robuſta effici nequit.Hinc Cicero ait,*quod natura dedit homini manus multarum, artium miniſtras*, & Hypocrates, *in vnaquaque arte manus,vnuſquiſque ad opus, quod facere deſtinauit, accomodat*. Non ergo mirum

D. Dionyſ. cap.4.de cæleſt.Hierar. ante med.

Manus operis hieroglyphicum. mirum ſi manum Ieremię porrigit Deus quem ad tot artes exercendas, Aedificatoris, ſcilicet, & Hortolani deſtinat.

20 Manus item apud Aegyptios operis erat hieroglyphicum, & hominem ædificandi ſtudioſum ſignificabat, quod etiã in ſcriptura aliquod habet fundamentum. Vnde de muliere illa Salomonica Pro. vlt 19 dicitur, *Manum ſuam miſit ad fortia*, ideſt grande opus incæpit. Et Amos 7. di- Amos 3.7. citur Dominus apparuiſſe, *ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij*. Aedificatoris ſpeciem præſeferens. Ideo cum Ieremias ad Aedificatoris officium, & ad talia aggredienda opera eligitur, vt ſcilicet euellat, & deſtruat, ædificet, & plantet; iure optimo manus miſſa præmittitur, vt quid agendum illi eſſet, agnoſceret. Difficilia quidem erant opera, quæ intentare iubebatur, propinare ſcilicet calicem maledictionis, & primates populi libera voce arguere; vt ergo hæc in figura præcederent, manus operis typus illi miſſa deſcribitur.

21 Vel ideo, *miſit Dominus manum* Exod. 14. 31. *ſuam*, vt & Ieremiæ tolleret formidinem, & incredulitatem, & imminentia populi flagella denotaret, manus quippe Domini vtrumque alias feciſſe legitur Exod. Quando enim Hebræorum populus egreſſus de Aegypto vidit poſt Manus Domini firmat in fide. ſe Pharaonem inſequentem cum exercitu magno, exterritus valde clamauit ad Dominum, & cum Moyſe querebatur, quod ex Aegypto illum eduxiſſet; parum credens diuinis promiſſis per Moyſem factis. At vbi Aegyptios aquis obrutos, ſepultoſque viderunt, tunc firmiter Moyſis dictis crediderunt, & debitas Deo laudes exoluerunt. Quod totum manum Domini feciſſe textus declarat, dicens. *Et viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius*. Manus Domini, & deiecit Aegyptos, & in fide roborauit Hebræos. Hoc itaque per hãc manus miſſionem denotatur. Duo quippe opere erant implenda, & caſtigandus populus propter delicta, & confirmandus in fide Ieremias propter pueritiam hæſitans. Quando enim Dominus ad prophetiæ munus Ieremiam euexit dicens: *Prophetam in Gentibus dedi te*, non ſtatim ille credidit voci diuinæ, ſed excuſationem obiecit incredulus, *A, a, a, Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, ideo, *miſit Dominus manum ſuam*. Vnde contigit, vt & impoſitum ſibi onus credens ſuſciperet, & flagella ventura populo prophetaret per ollam ſuccenſam figurata.

Miſit Dominus manum ſuam. Popu- 22 lus, ad quem Ieremias mittebatur, lutum Ieremias figulus Gentium. erat, vt olla viſa ſignificare etiam poteſt: lutum autem manus figuli componunt, vel in vaſa efformant, vel in ignem proijciunt, vel etiam à ſe abijciunt, ita vt totum eſſe luti à figuli manibus depẽdeat. Quia ergo Ieremiam Dominus conſtituerat ſuper Gentes, & regna, ſuper ſacerdotes, & populum terræ, quæ omnia lutum eſſe olla ſignabat, meritò manum miſiſſe dicitur, vt in manu ſua, quaſi in manu figuli, populum terræ, qui lutum erat, conſtitueret, & Ieremiæ voluntati ſubijceret, ſicut lutum in manu figuli. Quod videtur adnotaſſe Ieremias ipſe, cum dixit, *ſicut lutum in manu figuli*, Ier. 18.6. *ſic vos in manu mea domus Iſrael*.

Item hæc manus miſſio denotare po- 23 teſt ſollicitudinem, qua hortabatur Ieremias Dominum eſſe deprecandum, vt ad iniunctum officium fideliter exequendum vires tribueret. Lacedæmones manibus dicebant eſſe Deos inuocandos, Oratio feruens per manus denotata. neque aliter exaudire: non quod manibus orationem profundant, cum id potius ſit ore, & mente præſtandum; ſed vt ſegniter, & frigidè orantes minimè exaudiri ſolitos denotarent, & ad animi feruorem in oratione excitandum oſtenderent. In quam ſententiam Salluſtianus Salluſtianus cato. Cato hæc habet, *Non votis, atque ſupplicijs muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene conſulendo proſpere omnia cedunt; vbi ſocordiæ te, & ignauiæ tradideris, ne quicquam Deos implores, irati, infeſtique ſunt*. Quod adeo

Digitized by Google

adeò conſonum eſt rationi, vt etiam in ſacra ſcriptura fundamentum habeat, ſicut eſt illud, *leuemus corda cum manibus ad Dominum in cælis*, ideſt fundemus orationes ad Dominum non quidem animo torpenti, & pigro, ſed totis viribus, & enixè Deum precemur. Poteſt etiam dici, quod eleuare ad Dominum corda cum manibus, ſit idem, ac fide operibus iuncta exorare: vnde non mirum ſi tales orationes citò exaudiuntur, & nunquam Diuino fruſtrantur fauore. Ideo Tobias exauditus eſt, quia fidem operibus animauit, cui ab Angelo dicitur. *Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Non enim ſimpliciter orabat cum lachrymis, & opera miſericordiæ, fidei iungebat: vnde non mirum ſi

Fides operibus iungenda in oratione.

Tob. 12. 12

17 eius oratio Angelicis manibus Domino fuerit oblata. Manibus etiam Daniel inuocabat Dominum, quando ieiunio, ſacco, & cinere deprecatus eſt Dominum: & meritò ab Angelo meruit audire, *ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua*. Hoc aliquo pacto in Canticis ſponſus figurauit, cum orationem ſponſæ celebrans aiebat, *Fauus diſtillans labia tua: mel, & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*, quaſi diceret, gratiſſima mihi quidem eſt, ò ſponſa, oratio tua: quia non ſolum lac fidei abſcondis ſub lingua, ſed etiam odorem & bonam famam operum tuorum, quæ per veſtimenta ſignantur, ſuauiter redoles, & gratanter fragras. Igitur cum Ieremias veluti ſimplici, & nuda fide oraret, & auxilium ad prophetiam iniunctam à Domino poſtularet illis verbis, *A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui*; quæ ſecundum Chaldaicam verſionem, orationem Ieremiæ denotant, *Suſcipe Domine deprecationem meam*. Dominus miſit manum ſuam, hoc exteriori ſigno prophetam admonens, vt enixius precaretur, & tepentem fidem operum calore foueret, quaſi diceret, ne ſimplici verborum probatione, ò propheta, debes orare: en ego mitto manus, en modum tibi orationis præſcribo; manum oppone, operibus inſiſte, fidei bona opera adde: orationi ieiunium iunge, verba lacrymæ ſubſequantur: hoc pacto tandem exaudieris, vt dignus Propheta habearis. Si enim tantum ore clamaueris, manibus autem in ſinu abſconderis, ſimilis illis eris, *qui dicunt ſe noſſe Deum, factis autem negant*, manum ergo admoue, vt exaudiri merearis.

Dani. 10. 12.

Cant. 4. 11

Tit. 1. 16.

Manum item poteſtatis, & authoritatis hieroglyphicum fuiſſe prophanis, idem Pierius teſtatur. 24 Ideo cum pranden ti Veſpaſiano humana manus triclinio illata fuiſſet, & ſubter menſam ſubiecta, dixerunt Aruſpices, rerum poteſtatem ad Veſpaſianum aliquando peruenturam. Idcirco forſan manus in muro viſa eſt in conuiuio Baltaſar quaſi è domo diſcedens, & per parietes foras egrediens, quia regnum, & poteſtatem ab ipſo Rege transferendam ſignificabat. Cũ ergo Ieremiæ manus appareat, rerum poteſtatem ſibi dandam fore prænotabat: quod ſequentia verba ſatis declarant, ſtatim enim, ac manus dicitur miſſa, ſubditur, *Ecce conſtitui te ſuper Gentes, & regna, &c.* Idem legimus de Ioanne Baptiſta prænunciatum fuiſſe. *Erit enim*, inquit Angelus, *magnus coram Domino*: & mirabantur Iudæi, cum natus eſſet, dicentes: *Quis putas puer iſte erit?* & ſtatim Euangeliſta huius magnitudinis rationem affert, *Etenim manus Domini erat cum illo*, quaſi diceret, dignum profectò, quod omnes magnitudinem Ioannis, vel in ipſis incunabilis mirentur, quem manus Domini magnũ eſſe ſignabat.

Poteſtatē manus ſignificat.

Dan 6.

Luc. 1. 65.

Inſuper manum Dominus dicitur miſiſſe ad Ieremiam, 25 vt ſuam in Prophetam oſtenderet liberalitatem. Quod autem manus liberalitatis, & erogationis typum gerat, præter prophanorum dicta, ſcripturæ ſacræ authoritate roboratur. Vnde de liberalitate Diuina in re-

Magnis beneficijs ditatus Ieremias.

bus

Digitized by Google

Pſal. 144. 16. bus obſeruandis Dauid aiebat, *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*, & de celebri, fortique muliere Salomon, inquit, *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* Prou. vlt. 19. Vt ergo ſignificaret Dominus quāta beneficiorū copia Ieremiā cumulaſſet, miſiſſe manum dicitur, quæ iuxta Cant. 5. 14. ſponſæ dictum, *tornatilis aurea eſt plena hyacinthis.* Ideo non mirum ſi antequam natus, ſanctificatus ſit, & propheta in Gentibus datus, inſuper conſtitutus ſuper Gentes, & Regna.

26 Manus autem Domini flagellum ſignificat, Sophon. 1. 4. vt patet ex Sophonia. *Extendam manum meam ſuper Iudam*, & ex illo Iob. Iob. 19. 21 *Manus Domini tetigit me*, & etiam, Pſal. 62. 11 *tradentur in manus gladij*. Et ideo miſit Dominus manum ſuam ad Ieremiam, vt flagellum, calamitatemque populo venturam denotaret.

27 Nec prætereundum puto, quod manus fœderis fideique erat etiam hieroglyphicum. *Manus fœderis hieroglyphicum.* Vnde eſt illud Pythagoricum. *Non vnicuique dextera eſt porrigenda*, ideſt non cum omnibus ineunda familiaritas. Et de fide dixit Poeta.

Virgil.

En dextra, fideſque
Quem ſecum patrios aiunt portare penates.

Et iterum.

Dat dextram, atque animum præſenti pignore firmat.

28 Vnde ad hæc vſque tempora vſus tranſmiſit, quod in ſignum fidelitatis, paciſque ſeruandæ dexteram damus: quod vulgò dicimus (darſi la fede) Quaſi ergo iratus paululum Dominus fuerat, quod iniunctum officium recuſaſſet Ieremias, verùm eius humilitatem intuitus reconciliatus inijt fœdus, inſuper in omnibus ſuum promittens auxilium, dat dexteram; ideo dicitur, *miſit Dominus manum ſuam, &c.*

29 Cæterum hanc manus miſſionem varijs huc vſque antiquorum placitis ponderatam, non incongruè ſanè amplius eam diſcutiendi Dauid in quodam Pſalmo præbet occaſionem. Ait enim Pſal. 89. 12. *Dexteram tuam ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientia*, in quo quidem verſu quoniam, & dexteræ, & ſapientiæ fit mentio, aptè Ieremiæ prophetia quaſi præfigurata videtur, quæ iam per manum, & ſapientiam cælitus immiſſam exhibita eſt. Vt autem, & Dauidici verſus expoſitionem, eiuſdemque verſus vaticinio Ieremiæ applicationem habeamus, præcedentis verſus expoſitiones afferre operepræṫium; duxi aliter enim ob eam, quam in ſe continet difficultatem, germanà intelligentia haberi non poteſt.

Eſt igitur primus ſenſus, *dexteram tuam ſic notam fac, &c.* dixerat verſu 30 præcedenti, *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Hieronymus, *quis nouit fortitudinem iræ tuæ?* Paraphraſtes, *quis eſt ille, qui ſciat auertere fortitudinem iræ tuæ?* *Ira Dei in peccatores grauia mala inducit.* Quis poterit dinumerare quanta mala inducat in peccatores ira Dei, & quanta inducturus eſt in extremo iudicio? ſi enim, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*, Iſa. 64. 4. ita etiam peccatoribus, vt Caſſiodorus ait. Dicit ergo Dauid, quamuis hæc ira ineffabilis ſit, oramus tamen, vt quàm potens ſit etiam in adiuuando notam facias, ne ſerui tui animo concidant, immo corde erudiantur in ſapientia.

Secundus ſenſus eſſe poteſt; Dinume 31 rari nequeunt omnes iræ tuæ effectus circa peccatum originale, & actualia, quæ ſic ſeueriter caſtigaſti, & omnes puniendi modos excogitare; & iuxta Paraphraſtem. *quis eſt ille, qui ſciet auertere fortitudinem iræ tuæ?* ſed eſt quidem, iſque eſt dextera tua, ideſt Verbum quam dexteram ſi notam facies, hæc ſciet auertere iram tuam: (Chriſtus enim dicitur dextera Patris;) Sicque erimus eruditi corde in ſapientia: in hoc enim, vt ait Apoſtolus, *ſcimus quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis tuæ.* Epheſ. 1. 19 Vel poteſt ly. *Eeruditos corde in ſapientia*, pro alio ſupponi, quàm pro dextera, & erit ſenſus, notam, fac dexteram tuam, & mitte homines eruditos corde in ſapientia, ideſt

Digitized by Google

ideſt Apoſtolos,Prophetas, Prædicatores; nam propter iram tuam meruimus priuari ſapientibus hominibus, iuxta illud, *auferet Dominus à Ieruſalem, & à Iuda validum,& fortem,& Iudicem,& Prophetam,&c. conſiliarium, & ſapientem*: ſed nunc propter miſericordiam præſtitam per manum, quam notam facies,ideſt propter Verbi Incarnationem, da etiam eruditos corde in ſapientia, ideſt optimos Prædicatores. Sed nota hic;quod poſtulat propheta viros corde eruditos, non lingua tantum, ſed prius corde,deinde lingua,prius,*eruditos corde*,deinde,*in ſapientia*. Debent namque Prædicatores eſſe quod docent, debent prius ediſcere, deinde docere: debent corde eruditi eſſe,ideſt amore inſtructi, & charitate Dei, & proximi. Senſus iſte ex Chaldæa colligitur, quæ ſic habet, quis eſt ille,qui ſciet auertere fortitudinem iræ tuæ,niſi iuſti, qui timent te, ſedantes furorem tuum?

Iſai.3.1.

Sapientia ſanctorũ habita ex merito Incarnationis.

Prædicatores debent eſſe, quod docent.

32 Tertius ſenſus eſt.Orat propheta Dominum, vt doceat ipſum numerare dies vitæ ſuæ(vt ex Hebræo colligitur) ne forte fallatur, & diuturniores iudicet, quàm ſunt;*ſic*,ideſt rectè,& benè numerare:ſic namque cognoſcemus, quàm exigui ſint. Quod ſi feceris, inducemus in cor noſtrum ſapientiam,non amplius erimus ſtulti terrena ſectantes, & temporalibus inhiantes, *ſapientia enim huius mundi apud Deum ſtultitia eſt*. Et edocebimur etiam quonam modo declinare poſſimus iram tuam,quæ ſummã exercet in peccatores poteſtatem,& vin dictam.Ideo Hieronymus, *vt numerentur dies noſtri,ſic oſtende*.Alij, *vt numeremus dies noſtros,ſic ſcire fac nos*, ideſt ita,& in hunc modum doce nos, & tuã accomoda nobis diſciplinam,vt ſciamus dies noſtros,ſeu vitæ noſtræ breuitatem agnoſcere.Hinc collige quàm arduum ſit mortis memoriam in noſtra mente figere, ac firmiter hærere facere, cum inſuper Deum ipſum præceptorem, & Doctorem expoſcat, quaſi alius non ſit, qui hoc perficere valeat.

Mortis cõſideratio auertit irã Dei,& tribuit ſapiẽtiam.

1.Chor.3.19.

33 Quartus ſenſus eſt. Doce nos quantum temporis adhuc reſtat,quouſque expectaturi ſumus, & veniet Propheta in lege promiſſus,ideſt Meſſias,ſeu Chriſtus Saluator, & Redemptor, in cuius corde eſt ſapientia, *ſapientia namque requieſcit in corde eius,& prudentia in ſermone oris illius*, ardenti quippe deſiderio flagrabat videre Meſſiam, ideo ſubdit, *Conuertere Domine vſquequo?*

Quintus ſenſus eſt Hugonis, qui per *poteſtatem iræ*, intelligit miſericordiam, quæ poteſtatem habet ſuper iram Dei, & veluti ei præſidet, eamque moderatur. In quem ſenſum exponi poteſt illud,*Miſericordia eius ſuper omnia opera eius*. 34

Miſericordia Domini iuſtitiã ſuperat.

Pſa.144.9.

Iuxta varias huius verſus expoſitiones,variç poſſunt efformari ponderationes ad Ieremiæ manus miſſionem pertinentes. Et quidem iuxta primum ſenſum dictum eſt,oraſſe Dauid,vt quàm potens ſit in adiuuando Deus,omnibus innoteſceret: in cuius ſignum dexteram mittat,quo & animo conſternati erigantur,& corde erudiantur in ſapientia. Ieremias ergo vtroque morbo ſe laborare dicit, & animi imbecillitate per pueritiã ſignatam, *puer ego ſum*:& mentis imprudentia,& ignorãtia ad tantum,ad quod aſſumebatur,opus exequendum,dicens, *A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui*. At Dominus, vt ſuum in Prophetam oſtenderet adiutorium, dexteram ſuam notam fecit,quãdo, *miſit manum ſuam:* & erudiuit eum corde in ſapientia,quando dixit, *Ecce dedi verba mea in ore tuo*. 35

In ſecundo ſenſu dictum fuit, quod Verbum caro factum (quod dexteræ nomine figuratur)nouit auertere iram Dei, quæ iuſtè in peccatores ſæuiebat;Mediator quippe Dei, & hominum Chriſtus Ieſus,verè languores noſtros tulit,& dolores noſtros ipſe portauit: cuius morte reconciliati ſumus Deo, & tranſlati in regnum filiorum Dei.Nec ſolum reconciliauit nos Deo, auertens iram eius à nobis, verùm etiam erudiuit nos corde in ſapientia,quia factus eſt nobis ſapientia, & vocauit nos in admirabile lumen 36

ſuum

ſuum, vt cognoſcamus ſupereminentem ſcientiam Charitatis eius. Hæc igitur manus longè antè in figura ad Ieremiam miſſa, auertit iram Dei, qua veluti indignatus recuſanti prophetæ dixit, *Noli dicere puer ſum*: inſuper, & eruditum corde in ſapientia effecit, dum prophetam conſtituit. Chriſtus enim Dominus, qui & dextera, & manus Domini dicitur, radix eſt totius ſanctitatis, & iuſtitiæ, non ſolùm eorum, qui poſt ipſum extiterunt, ſed etiam eorum, qui ipſum præceſſerunt. Hac ergo manu ſanctificatum ſe dicit Propheta, cuius ſeptiformi ſpiritu afflatus, eruditus eſt corde in ſapientia, & prophetali munere ſublimatus. Optimus quidem extitit Propheta, & Prædicator Ieremias, dum non ſolum verbo populum redarguit, ſed etiam exemplo increpauit. Sanctus enim prius effectus eſt, quam natus: & omnia loquutus eſt, quæ Deus ipſi præceperat. Alij verò ſenſus huc pertinere videntur, quod per manum Domini, eiuſque dexteram intelligat Dauid vel Incarnationem Verbi, vel inſtructionem Diuinam, qua vel vanitatem, breuitatemque præſentis vitæ, vel Diuinam in peccatores iuſtitiam, vel denique eius miſericordiam, quanta ſit, noſcere poſſit. Quæ quidem omnia Ieremiæ contigiſſe, ſatis probatum eſſe reor, dum per manus miſſionem inſtructum prophetam oſtendimus.

Ieremias optimus prædicator.

37 Cum frequenter ordinationem Ieremiæ cum Iſaiæ contulerimus, iure optimo vtriuſque hic diuerſitas quæri poteſt, Iſaiæ namque forcipe admoto labia tanguntur ab Angelo, Dominus vero non labia, ſed os Ieremiæ tetigit. Verum cur Dominus hunc, illum vero ordinat Angelus, ac de illo dicitur: *& volauit ad me vnus de Seraphim, &c.* de hoc vero: *miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum?*

Iſai. 6. 6.

38 Primum, quod quæritur, diuerſitatem mundanarum, ac ſpiritualium conſolationum oſtendit: eæ namque quæ à creatura prodeunt (vt erat Angelus) vix labiorum ſummitatem attingunt, *& tetigit labia mea*, quod enim nullo modo ſatiare poteſt, extrema dicitur labia tangere (prout aquæ infernales, quas Tantali ſitim nunquam extinxiſſe fabulabantur veteres.) Hoc vero parum eſſet, niſi ignis, etiam labia combureret: *& in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* quot enim patitur tribulationum incendia, qui mundanas conſolationes affectat? Igitur tangit labia, non implet os; fluxarum eſt delectatio rerum; illa vero, quæ æterna eſt, & ſpiritualis, & ſitim explet, & os implet, dicente Iob cum de vltima fœlicitate loqueretur, *donec impleatur riſu os tuũ, & labia tua iubilo*, hoc de perfecto, ac nouiſſimo gaudio Gregorius intelligit his verbis: *os quippe iuſtorum, tunc riſu replebitur, cum eorum corda finitis peregrinationum fletibus, æternæ lætitiæ exultatione ſatiabuntur*, gaudium vero hoc nec aduerſitate auferetur, nec tempore minuetur, vnde Dominus: *& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*, & alibi: (quaſi nunc omnino veræ conſolationis areſcente riuulo, nulla eſſet riſus occaſio) de Salomoniaca muliere dicitur, *ridebit in die nouiſſimo*: quæ quidem conſolatio in die nouiſſimo apparebit illi, qui iter prius anguſtiæ, & mæroris calcat. Verumenimuero in hoc mundanæ à diuinis refectionibus diſtant, quod etſi vtræque labores conſequuntur; illæ eternæ ſunt, & deſiderium explent, hæ temporales, & magis accendunt. Ionathas oſtendit; *guſtans*, inquiẽs, *guſtaui parum mellis in ſummitate virgæ & ecce morior.* Nota quod in virga guſtat, ideſt inter labores, per virgam etenim, vti ſæpè dicemus, tribulatio denotatur, & anguſtia.

Differe ia inter conſolationẽ à creatura, & à creatore.

Ibidem.

Iob 8. 5.

Greg. ibi.

Ioa. 16 22.

Pro. 31. 25

Iud. 19. 10

Secundo, *in ſummitate virgæ*, hoc optime inſinuatur quot tribulationes patitur, qui mundana vult guſtare; non dicit in medio, vel in virga, ſed in ſummitate; vt omnis prius laborum longitudo ſubeatur, & deinde cum credideris melle, ideſt dignitate, fauore frui, in parum mellis mortem inuenies: *& ecce morior.* Igitur hæc conſolatio inter tribulatio- 40

Guſtus mũdanus breuis, & exiguus.

 nem,

Digitized by Google

nem,& mortẽ exurgit. Aſtenor Dux Locr. cum exercitũ inter Rheginorum fines traduceret, ob militum multitudinem poenè ſecurus de victoria, exercitum iuſſit (fluminis qualitate delectatus) ad ripam Maurò Niro (quod aiunt) expectare; ſed cum amœnitati loci, & aquæ frigiditati nimium indulxiſſet, repentino hoſtium incurſu trucidandus, hæc dixit cum inuitum iugulum aptaret ferro [heu mihi amaram aquam] frigidę dumtaxat aquæ potus, & victoriam abſtulit, & vitam.

Abbas Angelus ſpagnolus de rebus Rheginis lib. 4 c. 2 & lib. 19. c. 3. de numis Rheg.

41 Illud vero mirabatur S. Iob, bouem mugire poſſe cum ante præſepe plenum ſteterit, quod dicit eſſe internam fidelium refectionem ideſt conſolationem ſpiritualem, cuius ſententiæ hic ſenſus eſſe poteſt: quomodo poteſt homo, qui habet paratam in Deo dulcedinem, & bona ſpiritualia, & præſepe eccleſiæ plenum guſtibus diuinis, illa faſtidio habere? *& poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum, aut poteſt aliquid guſtare, quod guſtatum affert mortem?* hic eſt Ionathæ caſus, & Regis Locrenſium; quorum alter guſtato cibo neci addicitur, alter vero guſtans aquam trucidatur. Quamobrem rectè ſubiungat Iob ſibi nullam exoptandam eſſe conſolationem in hac vita, præter afflictionem & dolorem, *& hac mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat.* Aptè vero ſimilitudinem bouis ſuperius poſuit Iob, illum ſignificans, qui mundanam fœlicitatem exquirit; bos enim licet tota die comedat, adhuc tamen depaſtum cibum noctu denuo ruminat, ac demum vacuo ventre, famem patitur: ex bouis inſuper cadauere apes naſcuntur mellis matres, quæ quidem apes rectè eos ſignant, qui cum aliquid impensè operantur, ſuo quidem opere fruſtrantur; quæ enim mella diſtendunt, cæteris parant. Itaque nulla apud mortales, rei alicuius extat delectatio perfecta, & omnimoda conſolatio ibi tantum ſeruatur vbi ſeruatam eſſe deſcribit Iſaias, his verbis: *vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius; vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius: quomodo ſi cui mater blandiatur, ità, & ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini.* In Ieruſalem ideſt in viſione perfecta & viſione pacis, conſolatio erit omnimoda; quod, vt probem inferius. Notandum eſt, conſolationes terrenas, etiamſi videãtur perfectum pacatumque deſiderium explere, attamen aliqua ex parte ad anguſtias cogere; ſicuti Iſaias aiebat, *pallium breue eſt vtrumque operire non poteſt*, illud autem optime probatur in pſalmis vbi dicuntur Iſraelitæ concupiuiſſe in deſerto paratam menſam ſicuti educere fecit Deus aquam è petra, *& tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis: & malè loquuti ſunt de Deo dixerunt nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?* Igitur omnimodam expetebant conſolationem terrenam in aqua, & pane contemptam, quam elargitur Deus, *& mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit; & pluit illis manna, ad manducandum*, manna cibus eſt, *cibauit*, inquit, *illos ex adipe frumenti*, pluuia vero potui conuenit, *pluit illis manna ad manducandu:* at vt cibus omnem defectum ſuppleret, & in hac vita ſatiarentur increduli, potum, & eſcam in vna manna tribuit: Verumtamen non omnimoda conſolatio in cibis his temporalibus inuenitur, ſequitur enim, *& manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis*, & inde*: adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos, &c. & defecerunt in vanitate dies eorum, &c.* Itaque omnimodum videtur ſolatium mundanorum, ſed quid ibi amari lateat ſtatim apparet.

Iob 6. 5.

Vera hui' vitæ conſolatio, afflictio debet eſſe.

Col. Plin. refert tex. in offi.

Iſa. 66. 10.

Vera conſolatio futura in Ieruſalẽ cœleſti.

Iſai. 28. 20.

Pſal. 77. 19

Videamus nunc omnimodam conſolationem in ſpiritualibus. 42
In canticis ſponſi guttur dicitur ſuauiſſimum, *guttur, inquit, tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijs & dentibus ad ruminandam.* In vino ſpirituales conſolationes frequenter vſurpantur, teſte Gregorio, & Origine; at vero quod ruminatur cibus ſolidus eſt,

Can. 7. 9.

1. Reg. 1. 5. Can. hom. 1.

eſtque

Digitized by Google

Spirituales conſolationes habēt omnimodam delectationem

eſtque in ventre,in gutture,& in ore. Igitur rectè dicit vinum conſolationum ſpiritualium eſſe dignum ad ruminandum,quia & potus,& cibus eſt,& totum explet deſiderium; inſuper guttur dicitur ſicut vinum, quoniam, qui cœleſti dulcedine inebriatur, ſuauitatem eructat,dicente propheta, *memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt*. Denique,& ſeptuaginta vertunt, *guttur tuum ſicut vinum bonum cadens nepoti meo in rectitudinem ſufficiens in labijs*. Sufficit labijs ſpirituale vinum: mundanum nequaquam. Igitur dubium ſatis ſolutum eſt;ſummitatem labij tangit Angelus, & ad modicum conſolatur: totum vero os tetigit Dominus manu,quæ implet omne animal benedictione.& quoniā Deus totius conſolationis eſt, & ſtatim gratiarum dona ſequuntur; ait enim infra, *conſtitui te, &c.* quo nullum maius dominium eſt; Angelus vero ibi tantum aduſto forcipe à labe purgat. Inſpecta diuerſitate inter has, & illas conſolationes,reliquum eſt priuſquam ad alterum dubium deſcendamus,quo ſilentio ſancti ſpiritualem dulcedinem corde tegāt, manifeſtare. Cum enim interno quodam rapiantur affectu, potius illud nouerunt ſentire,quàm declarare; inenarrabile arbitrantes effatu, quod in anima ſentiunt,quod quidem hac ponderatione compertum erit. Immenſitas conſolationum nunquam magis apoſtolis experta eſt niſi quando in monte Thabor reuelata Domini gloria, patrum teſtimonio, Chriſtum, Deum agnouerunt, & gaudiorum cæleſtium pondus in diſcipulos redundauit;cum Petrus gloriæ delectatus experimento, *bonum eſt*, inquit, *nos hic eſſe*.

Pſa.144.7.

Sancti conſolationes ſpirituales inenarrabiles arbitrantur.

Luc.9.32.

43 Aduerte hic, quod Euangeliſtæ, qui tali viſioni minimè interfuerunt, rei ſeriem euangelica narratione poſteris conſignarunt; Ioannes vero ex tribus vnus, qui montem cum Domino conſcenderat, Empirei particeps gaudij, tantæ rei (teſtis oculatus)narrationem præterit in ſuo Euangelio.Cui enim in tanto negotio maior eſſet fides adhibenda quam illi, qui patris vocem audiuit, gloriam Chriſti conſpexit? Hoc equidem verum eſt, ſed ita pauperum facit in loquendo abundantia cœleſtis cum mentem replet,vt omnino effari nequit, quod guſtatur.Ideo Paulus aiebat, *audiuit arcana verba,quæ non licet homini loqui*. Atqui etiam Deus, ita gaudet cœleſti dono mentes ſuorum perfundere, vt cum gaudia cœleſtia concedit, os quodammodo gaudentium videatur obſtruere. Pleriſque animalibus cibus inter rete lineum apponitur ori, maximè cum iter eſt habendum,ne incedentia, herbas,vel quidquid pariter compererint pro cibis ſumant,& moras nectant in itinere.Hoc etiam præſtat Deus in ſanctis ſuis dum cibum conſolationum ſpiritualium concedit, os claudit nequando aliquid ex hoc mundo ſumentes,diutius inter hæc bona tranſitoria morentur; igitur etiam Dei animalia ſancti dicuntur vti in pſalmo, *animalia tua habitabunt in ea*, & ſtatim, *paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*;Deus paratum præbet cibum, ne ad alia mundi paſcua in itinere peregrinationis diuertant: ſed id quoque optimè probatur in Canticis,quod videlicet os claudat Deus habenti cœleſtes conſolationes, *ſicut vitta coccinea labia tua*. Expoſitores hic tradunt duabus quaſi victis ſponſæ labia cuſtodiri;quemadmodum dicitur, *poſui ori meo cuſtodiam*, &, *pone Domine cuſtodiam ori meo*, ſed alia cauſſa latet cur velit ſericis retiaculis ora claudi ſponſæ,cauſſa igitur ſtatim ponitur, *mel,& lac ſub lingua tua*, aderat dulcedo conſolationis in ore,in lacte ſiquidem conſolatio exprimitur ſicut in melle, vt ex his, quæ diximus ſatis conſtat. Hic ergo ſenſus eſt, habes mel, & lac ſub lingua,ideſt diuinos fauores? os illico nedum claude, ſed conſue vitta ſerica:quod intellige, vel ne aliam præter ipſam cœleſtem dulcedinem experiatur, vel,quod impoſſibile ſit manifeſtare,quod ſentitur;os igitur claude. Quicunque theſaurum domi condit fores clauſas iubet haberi, furum inſidias metuens;ſemper vndique ſedulo circum

Ioannes teſtis transfigurationis præterit notoriam,quare

2.Cor.12.4.

Claudit ora Deus conſolatorū ne mundana guſtent.

Pſal.67.11.

Cant.4.3.

Pſal.38.2.
Pſal.140.3

Cōſolatio ſpiritualis debet abſcondi velut theſaurus.

ſpectat, atque ea omnia anxius patrat quæcunque ſenex Euclio in aulularia Plauti. Conſolatio ſpiritualis Theſaurus eſt, Dauid: *quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te!* Genebr. *quam abſcondiſti velut theſaurum reconditumque ſeruas metuentibus te*, rectè ergo iubet ſponſus theſaurum hunc, clauſo oris oſtio cuſtodiri, ne quando fures, ſcilicet ſcurrilitas, nugæ, mendacia, vitia omnia, theſaurum furentur. [Pſal 30.20]

44 Et vide quomodo res ſeſe habeat cum Ieremia, & Iſaia, manum ſuam confortatricem, ac fautricem plenam cæleſtibus donis ad os prophetæ miſit Dominus, illum ſupra reges ipſos extollẽs; pulcrè autem cauſſam addere poteris, quia Ieremias primò omni ſecreto res diuinas tegendas eſſe monſtrauit; inquiens, *a, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui*, ita abſcondita mihi erunt, quæ elargitur Deus, vt neque illa ſciam propalare, itaque fauores illi cæleſtes impertit Dominus, qui vitta ſilentij, os ſecretum claudit. At vero Iſaias ſtatim, ac arcana cœlorum aſpexit; tantum abeſt, quod ſilentio viſa preſſerit, quin etiam doluit, quòd tacuerit, & implicita, labe, habuerit ora; propterea non poſſit cæleſtia aperto ore profundere: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, &c. & dixi: veh mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum*, non ergo manum ſentiat Dominicam conſolantem, ſed candenti carbone os aduritur, & veluti pronum ad manifeſtanda diuina, punitur; vti mater efficit cum loquacis nati os obſtruit: vel etiam, quemadmodum Alexander ſigillo ora compreſſit amici, qui ſecretam ipſius epiſtolam viderat: oſtendens ſigillo obſignandum eſſe os, quod tam arcana contineret; Angelus ergo cęleſtia aſpicientis os, candenti carbone tanquam ſigillo quodam claudit, & obſignat. [Ieremias dona diuina abſcondit.] [Iſa.6.5.] [Q.Curt. in vita Alex]

45 Vlterius, quod ad Iſaiam ſpectat, labijs, purgatur, igne; & oris immundi contagia pelluntur, ac tandem ignito calculo inflammatur, vt poſtea virginei partus poſſet reſerare ſecretum, quis enim digne de Deipara ſermonem audeat habere, qui charitate antea non excitetur, & labia prius fæda non emundet? Igitur Iſaias candenti carbone vritur, qui deinde in hęc verba virginis partum erat deſcripturus: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, ad quod pertinent Chryſologi verba dicentis, *ſicut Iſaias poſt emundationem labiorum, ineffabilem partum virginis eſt loquutus.* Nam quod ad prophetiam vniuerſam ſpectat, debuerat quidẽ, ſicut, & cæteri, initio vaticinij ſui, hoc, quod initio prophetię contigit, narrare; ſed illud pręcipue obſeruauit, vt ibi maculis obterſum angelico forcipe ſe diceret; vbi loquuturus de virgine, nemo crederet ſe virginea matris Dei arcana, immundis labijs protuliſſe, atque hæc quidem non infirma ratio eſt. [Iſaias purgatur prius vt de virgine digne poſſit ſermonem habere.] [Ier. 70. in ſymb Apoſt.] [Iſa.7.14.]

46 Idem quoque Chryſologus angelico tactu fidei Iſaiam vſtum eſſe affirmat, quamobrem hoc nobis optat contingere ſcribens ibi in hæc verba: *immunda quoque labia nos habere pijs gemitibus defleamus, vt vnus iſte de Seraphim legis gratiæ forcipe, acceptum de ſuperno altari nobis ignitum fidei deferat Sacramentum; taliqꝫ moderamine noſtrorum tangat ora labiorum, vt iniquitates auferat, & peccata, & ora noſtra ſic in flammam plena confeſſionis accendat, vt ſit iſta ſalutis aduſtio non doloris*: hęc ille, eſtque ſententia etiam Cyrilli dum hæc proſequitur, *quomodo autem in noſtris erit labijs, quando fidem, quæ in Chriſtum eſt non confitemur? ita Diuinus Paulus prope te verbum eſt in ore tuo, & in corde tuo; hæc eſt prædicatio fidei quam prædicamus, quia ſi confeſſus fueris ore tuo Dominum Ieſum, & credideris corde tuo, Deum excitaſſe ipſum à mortuis ſeruaberis, &c. quod autem dicatur forcipe accipi eleganter intellige, quod fidem in ipſo, ac cognitionem legalibus, & propheticis inſtitutionibus, ſiue prædicationibus, tanquam quopiam forcipe capimus.* [Iſaias fide purgatur.]

47 Verum enim vero, non vacat dubio, quòd dicitur Seraphin calculo carbonẽ altaris accenſum accepiſſe: quomodo .n. fieri

Pſal.103.4 Pruna altaris Verbũ incarnatũ In Iſa. lib. 4. fidei ca. 14. Caſp. 5. in Iſa. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ. Munditia ſacerdotũ qualis.

fieri poteſt, vt is qui cæleſtis ignis eſt, iuxtà illud, *qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*, qui perenni amoris vruntur incendio; prunæ candentis vereatur ignem tangere? quandoquidem non audeas illa nuda manu, ſed accepto forcipe ptingere? *& in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari*, hoc vt ſoluam, aſſeram, quod dicit Cyrillus, Baſilius, & Damaſcenus: prunam hanc videlicet verbum incarnatum denotare, quod quidem myſterium quidam autumat eo ſymbolo explicari, quod ignis, ità diſtinguitur à ferro, vel ligno, quod candet; vt neque ferrum in ignis; neque ignis in ferri naturam econtrà transformetur: atque ita vniuntur, vt nulla pars ferri, ſeu ligni ſit non ignita; quod vero ſumpta ſit ex altari pruna; id ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum referunt, quod ara conficitur. Itaque hoc poſito patet cur Angelus carbonem refugit ſolo digito pertingere, ſed forcipis vtitur minyſterio; hic enim ignis Euchariſtiæ maior omnino angelico eſt; atque ita præſtat, vt Seraphica quoque, ſi dici poteſt, exurat incẽdia: Deus enim noſter ignis conſumens eſt. Hoc vero ſi ita eſt, plura hic obiter adnota; & primo, quod forcipe tulit angelus ſacramentum non auſus rem tantam manibus tangere; ſacerdotes in hoc inſtruens, nunquam opinandum eſſe dignam tanto ſacramento munditiam haberi; cum angelorum ſupremus, amantiſſimus Dei, manu, ignitum ſacramentum reuerentia quadam deſumere non audeat; atque hoc pertinet ad munditiã, quam ſacerdotes procurare debent; cæterum etiam ſpectare poteſt ad dignitatem, vt ipſi cenſeantur digni cui nudis manibus ſacramentum committatur; quod ipſis etiam Angelis fieri denegatur.

Sumentes ſollicitos reddit. 3 Reg. 19. 9.

48 Secundo, *& volauit*, inquit, *ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari*: ſi volauit Angelus ferens prunã, quãta velocitate feretur, quali volatu, ſacerdos, qui Deũ ſumit manu, condit corde? nihil durum, nihil aſperum in itinere eſt, tali pondere volanti, non affectio, non mundus; qui enim alas habet huiuſcemodi amoris, montium cacumina, leuis ſuperat: non enim otioſe ſcriptum eſt, quod poſt quam comedit panem ſubcinericium Elias, *ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei*: ſalebroſa montium, iſtius figura panis repletus aſcendit.

Luc.1.39. B. Virgo plena Deo quid egerit. Pſal.42.3. Pſal.14.1.

49 Et Virgo Plena Deo, ſtatim ac æternæ prolis ſentijt leui pondere vrgeri, quaſi alas aſſumeret, ad montana cum feſtinatione contendit, *exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda*, quo vero, inquit, Ambroſius niſi in montana pergeret virgo plena Deo? Non igitur minori dono impletur ſacerdos, cum Chriſtum immolat in altari, nec minori curſu ad perfectionem opus eſt, & ad montana virtutum aſcendere. Ad montem vero Eliæ, ideſt ad montem, ad quem ait ſacerdos deduci, & ad tabernacula altaris, *emitte lucem tuam, & veritatem tuam ipſa me deduxerunt, in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua*, ille ingreditur, de quo dicit Dauid, *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam*.

Iſa.1.25. Ier.23.6. Matth.27.19. Col.4.11.

50 Et quidem, quoniam huc euaſimus, ſi de munditia ſacerdotum ſermo eſt, non quælibet neceſſaria eſt, ſed quam Deus ipſe exigit: *conuertam*, inquit, *manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum, poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis*, nomen iuſti Chriſto competit, *& hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter*, & illa dixit, *nihil tibi, & iuſto illi*, & ad Coloſſ. *Ieſus, qui dicitur iuſtus*, hic ergo iuſtus eam exigit in ſacerdote, ſeu in eo quocum habitat puritatem, vt omnium operam in purgando ciuitatem hanc cordis humani, præter ſuam ipſius minime congruam eſſe dicat; non hominis, non Angeli, non cuiuſcunque; alibi enim ſe Angelum

Digitized by Google

gelum præmiſſurum dixit ad templum cordis humani, vt mundum pararet habitaculum Domini,ſtatim vero quaſi Angelica diligentia non ſufficeret, quæ tanto ſacramento dignam conſtitueret habitationem;ſe id præſtare conſtituit, ait

Malach. 3. 1. ergo.*Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam,&c.*ſed quaſi non ſufficeret addidit,*& ſtatim veniet ad templum ſuum,&c.ſedebit conſlans,& emundans argentum, & purgabit filios leui*: nota quod dicit ſedere;hoc enim in ſcripturis ſumitur pro aliquid conſideratè, ac maturè præſtare:purgare autem, tritici eſſe ſolet,cum quis, lappa, lolio, &c.

Iud. 10. 5. triticum emundat,& purgat: *venit Angelus Domini,& ſedit ſub quercu,quæ erat in Ephra, cumque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in tortulari.*Id ergo magnæ diligentiæ, ac laboris eſt; verumtamen, vt omnem in hoc includeret ſollicitudinem dicitur Dominus ſatagere purgationis huiuſcemodi emundando, purgando; colando, conflando. Hinc infer ſi filios leui (genus inquam leuitarum, ac ſacerdotum) quos Angelica parauit viſitatio, iterum purgat Dominus; vt tanto dignam hoſpite domum parent;quanto probantur offerri dedecore, qui ad Euchariſtiæ Sacramentum accedentes, internam cordis immunditiam,nulla compunctione, nec lacrima purgati,pigri, oſcitantes, ità oſtendunt;vt cogites,ad id muneris,ſomnolentos aſſumi, quiue veloces accurrunt,velociter ſacrificium peragunt, & quaſi tæderet eos ſacramenti;moras omnes ſoluunt,& præcipiti verborum prolatione, ac actione,rem ſacram confarciunt? nequaquàm vnquam vllo modo hos cenſendum eſt puritati vacaſſe, ac munditiæ, qui ecquid rerum gerant, non aduertunt: præſertim cum ſacerdotes (quod in tali dignitate præcipuum eſt)amantes, & charitate feruentes,teſte Ioanne, ac Chriſoſtomo; author huius ſacramenti amantiſſimus, eſſe voluerit: ideoque ſequitur, *& colabit eos quaſi aurum*, aurum enim charitatis eſſe ſimbolum,ſatis vulgatum eſt.

Sacerdotis animā ipſe Dominus vult præparare

Sacerdotes pigri.

Ioannes Chryſoſtomus.

51 Rebus ergo compoſitis, & taliter emundata conſcientia, tunc ſibi placitum eſſe dicit ſacrificium, *& placebit Deo ſacrificium Iudà, & Ieruſalem*, ſacerdotalis vero puritatis figura fuit illa Leu. vbi præcepit ſacerdoti Deus, dum victima pro peccato offertur, *quidquid tetigerit carnes eius ſanctificabitur; ſi de ſanguine illius,ideſt ſacerdotis,veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto; vas autem fictile, inquo cocta eſt confringetur;quod ſi vas æneum fuerit, defricabatur, & lauabitur aqua*, religionis ergò præceptum eſt, vt confringatur, quod aſperſum eſt ſanguine victimæ; indignum enim cenſetur, vt vas ignobile victimæ ſanguine aſpergatur. At ſi non ſanguine vitulorum, & taurorum, ſed Chriſte ſanguine aſpergitur, & corpore tangitur; cur, immundum cor, fictile,terreum,ad pœnitentiam,& compunctionem, & charitatem lacrimis non ſcindit quicunque per culpam immundus accedit? Debet profecto noua omnia parare veteri diruta habitatione, qui labem admittit, locumque, ac vas non dignum ſacramento confringere; ſicuti enim omnia peccatum commaculat,fœdat,ac ſpurcat,os,aures,cor,geſtus operationes,ità, qui in ſe hæc admiſiſſe cognouit; omnia denuo reſtituenda procuret.Accedit quoque, quod in Ieruſalem placet ſacrificium Deo ciuitate ſancta, ideſt in anima pura; quæ cum ſit viſio perfecta,& pacis,ſignetque paradiſum;vt paradiſus, denotat debere eſſe animam,quæ ſacrificat Deo,*& placebit*, inquit,*Deo ſacrificium Iuda, & Ieruſalem*.

Luc. 6. 27.

52 Ita Dauid in figura ſacrificij nouæ legis cum adulterium patraret, ſentiens ex organorum diſſonantia omnia in ſe diſſoluta eſſe;atque ex partium ruina, iacturam totius vrbis,cordis ſui,perpeſſum; prius paullatim omnia reedificari, ac conſona reddi arbitratus eſt; deinde ſacrificiū Deo parare;auditum ergo, oſſa,ſpiritum, labia, linguam,rogat innouari;tunc his reſtitutis quaſi nouam ſibi extruere,vetere ſoluta manſionem,nouæ Ie-

Digitized by Google

rusalem , ideſt animæ ſuæ ſtructurã perfectiſſime rogat exurgere , concludit ergo , *benigne fac Domine in bona voluntate tua ſion,vt ędificentur muri Ieruſalem* , ac ſciens complacitum eſſe Domino innouatis omnibus,& compoſitis,in hac Ieruſalem ſacrificium acceptare , ſicuti probaui ſupra ; *& placebit Domino ſacrificium Iuda,& Ieruſalem*;tunc ſe in noua domo oblaturum promittit acceptabile ſacrificium; *tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes , & holocauſta tunc imponent ſuper altare tuum vitulos* , tunc, inquit, non alioqui , cum Dominus in Ieruſalem habitet, & ibi ſacrificium velit ; tunc acceptabit ſacrificiũ cum ei purgati cordis denuo parauero Ieruſalem. Pondera quoque quod ſicut vas indignum iubebatur frangi, vt nullis vſibus prodeſſet;ità cor expoſcit Dauid de nouo creari , *cor mundum crea in me Deus*,vt omnia munda mundiſſimo Deo componatur,& vetera aboleantur.

Pſal. 50.

Debet ſe homo reædificare per pœnitẽtiam cũ accedit ad ſacramentum.

53 Porrò ne dum vetus eſt cordis noſtri ædificium per culpam, & deſtrui debet, vt rite deinde reparatum Deo inueniatur dignum ; ſed animati cordis nomen obtinere non debet , quod noxa fœdatum , omnino cenſetur inanimatum . Quod hoc modo probatur ex ſcripturis;cum Aggæus hoc dubium ſacerdotibus proponit dirimendum, *ſi tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem,aut pulmentum , aut vinum, aut oleum , aut omnem cibum , nunquid ſanctificabitur? reſpondentes autẽ ſacerdotes dixerunt:non; & dixit Aggæus ſi tetigerit pollutus in anima ex omnibus his , nunquid contaminabitur ? reſponderunt ſacerdotes,& dixerunt: contaminabitur. Et reſpondit Aggæus, & dixit,&c.*quærunt expoſitores , ac præcipuè gloſſa quare pannus ſanctificatus ex tactu carnis, per tactum ſuum non ſanctificat aliud,ad cibum,vel ad potum pertinẽs , & tamen homo pollutus ex tactu rei immundæ polluit illud.Duas profert cauſſas , primam quia ſicuti facilius eſt deſtruere quam conſtruere , ità facilius eſt polluere , quàm ſanctificare : ſed magis videtur ſecunda rem noſtram probare , quæ hæc eſt ; *quia homo eſt magis ſuſceptiuus ſanctificationis,& pollutionis, quã res inanimata,quæ non eſt ſuſceptiua vitij , & virtutis,ſicut homo:propter quod, &c.* tum ſic ego infero homo eſt ſuſceptiuus ſanctificationis,res inanimata non ità;ergo cum venit ſanctificatus,ſanctus, ſanctitas,Chriſtus Dominus, in animam ſacerdotis,& hic non ſanctificatur, iure optimo poſſumus aſſerere inanimatum eſſe,rebus inanimatis inſenſibiliorem , quæ alioquin ſanctificãtur;ſed cor impij tacto ſacramento magis obdureſcit , & fit inanime .

Aggæi 12. 1.

Inſenſatus videtur ille eſſe, qui ſacramento non mouetur ad bonum.

Quamobrem Bonauentura decernit lapide duriorem illum eſſe , qui igne ſacramenti non caleſcit ; puritate non mundatur, & virtute non purgatur ; Ad quod addo humaniores eſſe in hoc lapides,& quod per hyberbolem dici ſolet, ſi iſtorum conditionem ſaxa cernerent,lamentarentur , & quod homo vitijs obductus, non capit; ſurdus duruſq; lapis intenderet;nec ab re exiſtimo iſtud equidem in ſcripturis obſeruare,Zacharias enim ſcribit ſe vidiſſe ſacerdotem magnum Ieſum veſtitum veſtibus ſordidis; ſatan quoque inſidiantem illi; ſacerdos hic arguitur de tranſgreſſione Iudæorum,quod vxores alienigenas acceperint ſibi,& licet ipſe vxorem non duxerit ; attamen in hoc pœna inuenitur dignus , quod populo prælatus , ipſius culpæ datur , quod populus commiſit ; ſicuti propter filiorum improbitatem Heli punitur 1.Reg.Igitur veſtitus apparet veſtibus ſordidis,maculas noxæ pertendentibus,& oppugnatur à dæmone; poſt hæc ait Zaccharias, quod lapis vicinus , vt opprobrium,infortunium ſacerdotis illius deploraret,ſeptem ſibi oculos aſſumpſit , totidemque lacrimis deditur *in lapide vno ſeptem oculi ſunt*; & vero cur non gemitus ederet etiam lapis ; dum eam dignitatem cerneret à dæmone vexari,quæ ſibi ſubiectos haberet dæmones;candoremquem veſtium in vilem ſordidamque tunicam commutaret ? 54

Bonauentura in op. de S.M. lapid.: durior cenſendus eſt.

Zacch. 3. 1

1. Eſd. 10.

1. Reg. 3.

Etiam lapides gemũt Sacerdotũ improbitatem.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi Ieſus hìc aliena culpa ſordidus ploratur, quid eſſet ſi proprio ſcelere inuitaret ad lamenta?

55 Itaque graue eſt hoſpitia cordis ad deteriora conuerti aduenicnte Domino; animatique pectoris arcana lapidis euadere in naturam; Abſit autem, quod ſacramenti hoc proprium ſit, illud enim animam ſanctificat; ſed animæ ſcelus eſt, quia munditiam omnem reſpuit, dum immunda ſeſe offert Deo. Iſtud autem hoc ſimili ſatis vulgato intellige. Medicina ſi rite ſumatur, adhibitis ijs, quæ ad corporis diſpoſitionem præparantur, ægrotanti quidem ſalubritati eſt, contrà vero; confuſis interiorum humoribus, quæcunque in corpore inordinato reperit, ſiue bona, ſiue mala, commixta extrahit per inferiora, & plerumque vna ſalutem, ac vitam; Medicina ſacratiſſimus hic cibus eſt, atque eoſdem in anima parit effectus; quod his verbis de cibo corporali innuit Chryſoſtomus, *ſicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum amplius lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium, ita iſte ſpiritualis cibus ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet non ſua natura, ſed accipientis vitio.* Porrò ſacramentum eſſe veram medicinam, Ambroſius etiam autumat; *qui vulnus habet medicinam requirit, vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus; medicina eſt venerabile ſacramentum.*

Chryſoſt. Hom. 5 ſuper Matt.

Sacramentum medicina.

Ambr. de ſacramentis lib. 3.

56 Iudas proditor malè medicinam hanc ſuſcipientis eſt exemplum; non enim prius interiora compoſuit, vt deinde diſpoſita, pharmaci vitalis, ideſt ſacramenti beneficia ſentiret; ſed confuſa turbidaque conſcientia, auſus eſt Chriſtum ſuſcipere in cibum; quare (vt hoc nobis corporaliter, etiam ſignificaretur, quod ſpiritaliter geſtum eſt,) ſoluto corpore, viſcera, ac inteſtina profluere. Rectè ergo dictum eſt, quod paullo poſt, *ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius*, non enim interiora, proditione, murmuratione, ac fœdata furtis; aduenientis medicinæ, & puræ ſalutis vim ſuſtinuere, quin rupta corporis compage ſciſſoque impedimento diffugerent.

Quare Iudas crepuit medius.

Act. 1. 18.

57 Sordes itaque cordis prius abluendæ, & peccati maculæ abſtergendę, ne forte ſentiat ægrotus ex medicina venenum. huc referas, quæ Dominus Moyſi præcepit, cum populo legem daret, *cum lauerit carnem ſuam aqua, & occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis: quia cibus illius eſt*, non tantum lauet aqua carnem, ſed poſt ſolis occaſum id præſtet. & Iudæis quidem (dum de corpore ſuo, quod alijs ad mãducandum traditurus erat Chriſtus Dominus ageret) minime ſol occubuerat cum dicebant, *quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* ſol igitur intelligentia, mens, ratio decidant, ſtante fide, ac demum lotus aquis compunctionis, & lacrimarum; potum cæleſtem ebibat.

Leu. 22. 6.

Simplice fide, ac purus accedit.

Ioan. 6. 52.

58 Secundo, quod quæritur eſt cur Iſaiam Dominus ordinat? & plura quidem reſponſioni occurrunt. Primò, quia Iſaias tantum prædicator effectus erat, & Propheta, & *dixi quem mittam? ecce ego mitte me*, Ieremias vero non tantum prædicandi munus accepit, ſed ſuper reges conſtituebatur, & regna; eradicare, plantare, &c. At vero cum prælatura, quid magnum ſit, manu quodammodo Dei videtur indigere, quæ rectum conſtituat, roboret, & confirmet. tanti enim eſt alijs præeſſe. Datur inſuper hæc autoritas immediate à Deo, ne in acquirendis dignitatibus, fauor aliquis, ab humana dextera procedens miſceatur, quippe quod nulla hominum gratia admitti debeat. Hoc vero innuitur, debere homines à Deo tantum ad dignitates aduocari, & diuina manu perduci; vulgo autem dici ſolet cum res ardua inſurgit [hic manus Dei perneceſſaria eſt.]

Quam ſit arduum alijs præeſſe.

59 Secundo diuerſa munera, ad quæ expediebantur prophetæ, diuerſam quoque exegerant ordinationem. Vaticinium quippe Iſaiæ (ſi reddimus rationem cur hic tangitur, ille comburitur) ferè totum de aduentu Chriſti eſt; & te-

Digitized by Google

Hieron. in prolog. D. Chr. ſerm. 33. in ſymbol. Apoſt.

& teſtatur de Iſaia Hier. quod non tam propheta dicendus ſit quam Euangeliſta, quod etiam dicit Chryſologus. Itaq; dum Chriſti aduentum vaticinatur Iſaias, qui in hunc mundum ignem venit mittere perpetuæ dilectionis; profecto verbis ignitis, & ore à Seraphim, carbone charitatis tacto, prophetiam obire debuerat; contra vero, quia totum Iſaiæ vaticinium minas continet, & flagella, à manu, quæ tribulationem ſignat (vt

Ruth. 1. 13

Ruth. *egreſſa eſt manus Domini contrà me, &c.*) prophetiæ verba deſumpſit.

Humilitas Ieremiæ.

Humilitati Ieremiæ aliqui hoc tribuunt, vt quia ſe balbutientem dixerat, & artis, peritæ linguæ ignarū; ea manu, quæ humiles exaltat dignus ſit ordinari, quod fortaſſis Iſaiæ negatum eſt, qui ſtatim expediri flagitauerit.

60 Sed adhuc optime cauſſam extitiſſe dicimus, quia Ieremias, tanquam is, qui abundantiori dono præditus erat, digniorem ordinationem vindicaret. Puritate nunquam efficitur homo Angelus Dei; nemo vero illo purior eſt, qui in vtero matris ſanctificatur; hic autem Angelus dici poteſt ſicut Ioanni tribuitur illud Euang. *Ecce ego mitto Angelum meum*. Igitur ſanctificatus Ieremias, vt Ioannes, per gratiam Angelus effectus eſt Dei. Enimuero, vt prophetici munus officij à ſuperiore, non à ſimili conferri demonſtretur; Ieremias à Domino, Iſaias ordinatur ab Angelo; longe enim maiore puritate donatus eſt Ieremias, quam Iſaias, de quo dictum eſt: *ecce tetigit hoc labia tua; & peccatum tuum mundabitur*. Ex hoc diſcere poteris cur puer Ieremias, adoleſcens Iſaias ad prædicandum mittatur; & vir Ezec. ſiquidem Ieremias adhuc in ventre matris ſanctificatus noxæ neſcius, vix prima proferens elementa, progreditur. Iſaias humana forſan labe detentus, vt ipſe dolet, non mittitur ſtatim, niſi in ſolida prius ætate, ora prophetæ, angelico myniſterio, comburantur. Cum vero Angelus puritatem, ac caſtitatem præſeferat, *non nubent, &c. ſed erunt ſicut Angeli Dei*, recte purius ora renouat, & purificat Iſaiæ; ne forſan aliqua contagione præpediatur. Ezec. autem, vt ex D. Hier. Pagninus obſeruat, haud quaquam mittitur donec coniugij ſollicitudine liber, defuncta vxore, carnalis etiam ſollicitudo deficeret; ideoque aſſerit ipſe, quod expleto luctu, prædicationis exordia ſumpſit: *veſpere mortua eſt mihi vxor mea, & mane feci, quæ præcepit mihi Deus*. Illud vero, ità ſeruari vult Dominus, vt etiam Ieremiæ iam ſanctificationis gratia purgato, poſt imperata dicat: *tu autem accinge lumbos tuos*, quaſi diceret, etſi ſanctificatus, etſi purus; adhuc autem impuræ conuerſationis occaſiones fuge, & carnalis vitij otia repelle.

Mal. 3. 1

Ieremias quaſi Angelus.

Cur diſpari ætate mittuntur ad prædicandum. Iſa. Ier. & Ezec.

Mar. 12. 15

Iſa. Pagni.

Eze. 24. 18

Quam neceſſaria prædic. cōtinentia. Ie. 1. 17.

Vltimo tandem ratio eſt venuſtior, atque promptior; ſi ecqui nam fuerint ambo perpendatur; Iſaias, propheta quidem, & prophetæ filius; ex regula illa quam in principio libri adnotauimus; ex patre igitur Amos propheta, vates ipſe extitit, *viſio Iſaiæ filij Amos*, ac vide quæſo quis fuerit, & qua proſapia progenitus Ieremias? præter prophetiam claruit genus Elciæ, ſacerdotio, *Verba Ieremiæ filij Elciæ de ſacerdotibus, qui fuerunt in Anatoth*; propterea ad prophetam deſcendit Angelus: ad virum ſacerdotio præditum, quaſi minor eſſet Angelus, accurrit Deus, *miſit Dominus manum ſuam*, atque hoc videtur aliquo modo Theodoretus innuere. Porrò perpende qualis ſit dignitas, quæ diuina mereatur officia, Angelica reputans inferiora. Et quidem tanti eſt ſacerdotium, vt aliquo modo videatur cum diuinitate confuſum, dicente Paulo de Melchiſedech ſacerdote: *primum quidem interpretatur rex iuſtitiæ. deinde autem, & rex Salem, quod eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſiue genealogia; neque initium dierum, neque finem vitæ habēs.* matrem ſine patre habere, Chriſto conuenit in terris; patrem ſine matre; Chriſto Deo. At quomodo fieri poteſt, vt Melchiſedech, cuius genealogiam nouimus, ſine patre exiſtat, ac ſine matre, & ſine genealogia, & nec finem dierum neque principium habeat, niſi quia pœ- 61

Iſa. 1. 1.

Quare ad Iſaiam Angelus, ad Ieremiam Dominus venit.

Dignitas ſacerdotij

Ad Hebr. 7. 2.

Sacerdos quodammodo De

Digitized by Google

nè,quod Deo tribuitur, etiam & ſacerdotio tribuatur quod (nempe ſacerdotem diuinam quodammodo poteſtatem habere)fuſius ponderemus.In veſte Summi Pontificis totus orbis terrarum
Sap. 18.20 deſcriptus eſſe dictus eſt, *in veſte enim poderis, quam habebat,totus erat orbis terrarum,& parentum magnalia*,explicat Lyra.hic tunica figurabat terrã,Baltheus cingens illam tunicam, oceanum terram cingentem, tunica hiacintina ratione coloris, aerem; Baltheus autem cingens tunicam hiacintinam, figurabat ignem,qui ambit aerem; ſuperhumerale cum rationali ſibi coniuncto,ex varietate lapidum prætioſorum, & diuerſorum colorum, figurabat cœlũ ſidereum ſtellis ornatum; duo lapides onichini in ſuperhumerali ſignificabant duo magna luminaria, ſolem, & lunam;duodecim ſtellæ rationalis, duodecim ſigna zodiaci;mytra,quæ erat in capite,ſuperiorem partem mundi, ſcilicet cælum chriſtallinum, & empireum; lamina ſancta pendens in fronte, Deum omnibus præſidentem.

62 Sacerdos omnibus præſidet.

Quamobrem ex his mihi deduco his omnibus in podere deſcriptis, ac repreſentatis prælatum eſſe ſacerdotem,propterea, quod & hic mos fuit apud eſteros ſubiecta regna ditionemq; in veſte, reges,honoris gratia, præferre, authore
Cœlius Rhod. Cœlio Rodegino,& vſus etiã inualuit; hac enim ætate in gentilitio ſtegmate ſubiectas prouincias ac regna aliquo ænigmate, ſeu ſigno oſtendunt magnates.Fertur quoque regnorum ſubiectorum nomina, hoc verſu Rogerius collegiſſe in enſe,quem geſtabat. *Appulus,& Siculus calaber mihi ſeruit, & Afer*. Itaque cum omnia in veſte repreſentet ſacerdos, cœlum, terram, ſimilis quodammodo Deo videtur, qui omnibus
Hier.tom. 1.epiſt.127 ad Fab. præeſt;licet Hieronymus, hæc omnia depinxiſſe dicit ſacerdotem, vt omnia demonſtraret indigere miſericordia Dei, &c. & vt non pro liberis tantum ſacrificaret, ſed pro omni creatura præ-
Rom.8.20 caretur: *vanitati enim ſubiecta eſt omnis creatura,non volens*,&c.

63 Verum ad ſuperiora; Indi ſacerdotiũ in Atlante Mauritano oſtendebant, quem fabulabantur in vertice montis, cœlos ſuſtinere; quoniam dicebant, ſicuti Atlas cœlum terramque ſimul pertingit,ita ſacerdotis authoritas, & ſupra terrã, & ſupra cœlum communis eſt: quod etiam probat tali dignitate decoros humana diuinis fere in imperio ſociare: Referunt ijdem vltima Bactra diu oppugnata ab Alexandro,expugnata deinde,prius vrbis claues eidem cõſignaſſe:quod maximæ gloriæ ducens Alexander depinxit in Clipeo claues hæc addens, *Bactrianorum vires,noſtra virtuti datis clauibus reuelantur*,quid obtegi quidue negari poterit Alexandro, qui claues vrbis obtinuit, & ſeruat? quod ſi ad illius regni ad ditionem obtinendam valuit Alexandro,& deinde belli iure ſuo ſibi Bactrianos addidit imperio;iure optimo,& ſacerdotes,cœlorum Domini cenſendi ſunt,quibus conceſſione clauium, ſecreta atque arcana reuelantur:*& tibi*, inquit, Dominus Petro, ac ſacerdotibus,*dabo claues regni Cælorum* & vide,quid ſequitur, *& quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum,& in Cælo; & quodcunque ſolueris ſuper terram,erit ſolutum, & in Cælis*, quæ quidem clauiũ poteſtas eſt,qua ſacerdotali determinatione, ſeu ſoluitur, ſeu tenacius quidquam adligatur.

Auctores Theatri.

Matth.16. 19.

Quibus rite conſideratis optime concludẽdum eſt,ad Ieremiam ſacerdotalis proſapiæ virũ,ea omnia ſpectare, quæ ad tantam dignitatem pertinent; cuius etiam authoritatem infra non obſcurè Dominus indicauit; dum dixit, *conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna,vt euellas,& deſtruas, & diſperdas,& diſſipes,ædifices, & plantes*, ecce quomodo ſupra terrena conſtituit, deinde interrogatus,quid videret?reſpondit,*virgam vigilantem*:virgam hanc ſæpius dicemus, baculum eſſe ſceptrumque oculo ſubnixum, vt ex Cirillo etiã ſuo loco adnotabimus, quod ſceptrum vſurpabant ægyptij, ad ſignificandum ſolem omnibus præſidentem. Porro, vt 64
oſten-

Hier. D Conſt. in M.G. oſtenderet dominum Ieremiæ, non quodlibet fore, ſed quale ſacerdotem deceret, in ſole figuratum eſt, cum & ſol vbique inſit, cœlo, ac terris; conſtitui te in terris, ſed in cœlis etiam obedieris, & ſicuti ſol, ſacerdotale imperium vbique diffundetur.

65 Aduerte vltimo ex his quæ diximus, ſacerdotale decus, & excellentiam. Magnum videbatur in cœlo, quod mulier amicta ſole, & duodecim ſtellis ornata proceſſiſſet, *ecce ſignum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* (Apoc.12.1) At quam magnum videri debet dum ſacerdos veſtem induit, quæ & ſtellas habet, & ſolem, & lunam, & cæleſtia, ac terrena omnia; & quod maius; quid mirum eſt in cælis vbi, & ſol, & ſtellæ, & luna refulgent ijs circumdari? mirum omnino eſt ſacerdotem his omnibus in terris ornari, ac dici, ſignum magnum apparuit in terris ſacerdos ornatus, ſole, ſtellis, &c. (Sacerdos ſignū magnum.)

66 Præterea ſacerdotes obſeruare debent non hæc intus aſſeruaſſe deſignata Pontificem, ſed in veſte foris depinxiſſe iubente Deo, quoniam, (vt moralem etiam ſenſum agnoſcas) hæc mundana omnia, & cœleſtia, atque terreſtia ornamenta, parentum curæ, nequaquam in mente ſacerdotis permanere debent; curis enim omnibus abſolutus procedat, qui ad altare accedit, at ſi quid humani habet, id exterius habeat; animam vero paret vacuam Deo, tunc enim honor Domini apparet in anima cum intus ſeruat hoſpitia Deo tantum; licet exterius mundana opulentia videatur; dicente Dauid, *omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus:* quomodo intus gloria aſſeruatur, ſi decus foris apparet? ideo, quia aurum exterius eſt, intus Dei gloria, terrenum decus foris excluditur, vt dominica gloria ſeruetur intus. Quod quidem in illa ipſa veſte poderis expreſſum erat, nam quæcunque ad exteriora pertinebant, ad terrena, &c. in veſte demonſtrabantur, inde enim ait, quod in veſte parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant ſculpta; ſed diuina, & quæ ad Deum erant; non in veſte, ſed in diademate, quod caput operit, *& magnificentia tua in diademate capitis illius erat ſcripta*, (Sap.18.24) magnificentia, ideſt ineffabile nomen tetragrammaton, quod eſt proprium altiſſimi creatoris in diademate erat ſculptum, ideſt in lamina aurea, quæ erat tracta in modum ſemicirculi, ab aure vſque ad aurem attingens per frontem. (Curas omnes exterius debet habere, interius Deū.)

67 Itaque cum magnificentia mundana in veſte refulgeat, attamen Sacrum Dei nomen quo profitebatur ſacerdos obſequium Deo, à duabus auribus appenſum geſtabatur, atque in diademate erat ſcriptum; etſi enim externa mundum redoleant, attamen locus, vbi mens, vbi ratio, vnde aditus ad animam; Deum ſapiat, & altiſſimo ipſius nomine, claudatur; quid enim terrenum per aures intrat, quas Sacrum Dei nomen obturat? (Diuina debent aures ſacerdotū obſeruare) Hoc vt exprimerent Iſiaci ſacerdotes, capite raſo incedebant, canem ſupra caput deferentes, & pineam nucem in manu. quod ſignificabat, inſtar pini mentem Deo eleuare ſemper, mentemque ipſam, ne quis terrenus affectus ab hac eleuatione impedire poſſet, canem cuſtodem ad latrantemque in capite raſo geſtabant; ideſt à cogitationibus ſuperfluis, ac terrenis detonſo atque abraſo. (Alexan. ab Alex lib 2 ca 8. geu. dier.) Quod, vt oſtenderent Dionæi oraculi Pontifices ad quæſtum diuinorum, contemptum externorum, quam maximè ſacerdotes, inuigilare, proficere, illotis pedibus incedebant, & ſuper nudam humum cobitabant; hoc quoque intelligebant, omni prorſus terreno affectu, deberi ſolui ſacerdotem, quod in illotis pedibus exprimitur, qui adfectus ſignificant, & nulla mundi cura teneri. (Cuſtodem in capite habent ne adfectus humanus intret. Idem ibi.)

68 Quod egregie Dauid teſtatus eſt in Pſalmis, *Sacerdotes tui induantur iuſti-*

induantur iuſtitiam, & ſancti tui exultent, voces ſunt populi, qui arcam delaturus erat in templum à Salomone extructum, vt ibi tandem quieſceret; ac pro ſacerdotibus petitur, iuſtitiæ plenitudo, &c. iuſtitia, ſanctimonia, pietas, vitaque aſſona dignitati. Chriſoſtomus, *(vt iuſte, & ſanctè coram te miniſtrent remque tuam diuinam purè faciant*. Chald. *veſtes iuſtitia*; tandem (che ſi poſſano veſtire della diuiſa di Dio) ne
Oſee 4.11 forte dicatur; erit ſicut populus ſic ſacerdos; ſed quaſi minus, quam expediat, ſacerdotes petierint; ſubdidit infra Deus;
Chriſtum ſemper debet preferre. *ſacerdotes eius induam ſalutari*, ideſt Saluatore, ideſt ipſomet Chriſto, *induimini Dominum Ieſum Chriſtum*, & Chald. *veſtibus redemptionis*, vnde, & Hier. hic habet, quod, *nos conformes corpori ſuo effecit, qui eſt iuſtitia ſaluſque noſtra, præparans nobis tabernacula ſempiterna*.

69 Conformitatem hanc in veteribus, etiam ſacerdotibus Cybelis inuenio, qui vt nihil humani, aſpectui Deæ offerrent cum ante ſimulacrum incederent, varijs coloribus erant fucati, ne illos Dea agnoſceret homines eſſe, ad Deos enim credebant ſacrificia ſpectare propter authoritatem dignitatis, & faciem pygmen
Alex. 16. Sunt quaſi Diuini. to deliniti, oculos etiam habebant obunctos; proprium ijs erat cum tinnitu Cimbalorum, & Timpanorum ſacrum facere deinde etiam indignum ducebant aſtantes, vel faciem ipſorum nudam intueri, qui numini ſacrificabāt; ſeu ſacrificijs intereſſe impauidos: vnde, vt ex timore reuerentiam excitarent Timpana percuti præcipiebant.

70 Quamobrem præceptum erat tintinnabula ſacerdotem in veſte portare, cum templum intraret ideo (inquit gl.) vt populus ſonitus montis Synai recordaretur, cū legem acceperat; vnde pauore concuſſi, nec quidem oculos attollere audebant; niſi mauis etiam aſſerere tintinnabula illa, inceſſus ſacerdotales, numerare; vt inquit, vulgus (mi conta
Eccleſ. 45. 11. le pedate) & ideo Eccleſ. *vinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro dare ſonitum in inceſſu ſuo*, in veſtigijs, ſonitus, vt indicaret, quo maior eſſet dignitas, eo maiorem exigere rationem; illud autem minimè nouum eſt dicente Iob,
dinumeraſti greſſus meos, ſed ad ſuperiora. & radiantem etiam ex conſortio Iob 14.16
Domini vultum operiebat Moyſes, *ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam ſi quando loquebatur ad eos*, & vt talia conſortia Sacrificijs populus cum timore debet aſſiſtere.
populus, qua par erat reuerentia, ac timore ſuſpiceret; *cunctus populus videbat* Exo. 34. 35
voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, monteque fumantem, & perterriti, ac pauore concuſſi ſteterunt procul, &c. quod Exo. 20. 18
de Samuele legimus cum ſacrificaret
Deo, *& cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis, & inuocauit Dominum omnipotentem, vndique in oblatione viri inuiolati, & intonuit de Cælo Dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam*. Eccleſ. 46. 20.
Cæterum, & illud quidem minime diſplicet, hoc videlicet ideo præſtaſſe ſacerdotes Cybelitas, vt bellum ſuperis inferri demonſtrarent cum eis ſacra facerēt; ſuperos enim, pietas mortalium veluti ſuperat, & ad petita deſcendere cogit: verum ad vltimam preſentis verſ. patrem deueniamus. Superis quodamodo infert bellum.

Et dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo. Quæri poteſt cur 71
Ieremiæ Deus excuſationem ætatis, & loquelæ obijcienti reſponderit tantum, *ne dicas puer ego ſum*, & pueritiam verborum conceſſione compenſet dicens, *ecce dedi verba in ore tuo*; imo oportuerat econtra tribui verba ei, qui ſe loqui neſcire profitetur dicendo, *ne dicas neſcio loqui: ecce dedi verba mea in ore tuo*, balbuties enim tollitur verbis; ætas viribus. Verum, quid diuina verba poſſint ſatis hoc indicat, roborat enim, vt incurſus hoſtiles minime timeat propheta, vt ædificet, plantet, euellat, &c. & enſis ſit acutiſſimus contra aduerſantes verbum Dei, quod ſi iuueni turpia fabulanti Diogenes dixit [nō te pudet ex eburnea vagina plumbeum gladiū exerere?] Verbum Dei, enſis. Diogenes.
exiſtimandum quoque eſt in oris vagina ſancta verba, fortiſſimum gladium futura eſſe, quæ auxilio ſint puero prophetæ

Heb.4.12 phetæ: *viuus eſt ſermo Dei, & efficax, &*
penetrabilior omni gladio ancipiti, vt etiã
Apo.1.16. ille in Apoc. apparuit, *ex ore eius gla-*
dius exibat vtraque parte acutus. Hie-
Pſal.4.4. ron. Pſal. *accingere gladio tuo ſuper fæ-*
mur tuum potentiſſime, per gladium,
verbum; per fœmur incarnationem ac-
Chriſtus quomodo accinxit gladium. cipit; accingit ergo homo gladium ad
pugnandum; ſed, *accingere gladium po-*
tentiſſimè: ac ſi dicat propheta: tu Chri-
ſte indue carnem, pugna contra diabo-
lum, & libera genus humanum de infer-
no; accingere gladio, verbo, prædica-
tionis, qui diuidit filium à Patre, filiam à
matre; hunc habebat Ieremias, vt diuide-
ret à regno diaboli, regnũ Chriſti: imo
prçliaturus contra gẽtes, verbũ hoc fuit
Iſid. illi in exercitum, *ecce dedi verba mea in*
ore tuo. Iſid. *& ordinauit ea in ore meo*,
Tribulatio prophetæ inſinuatur *& dixit mihi: ne timeas, quia in adiuto-*
rium tuum erit verbum meum, ideſt ne
timeas, quia cum exercitu meorum ver-
borum, quę ordinaui, potentiam illorum
& robur omne confringes. Verumta-
men ſi aduertas, hæc verba puero hæſi-
Iob 16.21 tanti manu data eſſe, quæ alioquin por-
tendit anguſtias, vt illa, *manus Domini*
tetigit me: id equidem reor factum, vt
propheta tribulationes, & cruces in ver-
borum huiuſcemodi prolatione para-
tas eſſe optime ſciret. Etenim, & hoc
prophetis ſæpius ſolet conteſtari; & à
preſſura incipere prædicatio debet, &
tribulatione; quæcunque enim amara
peccatoribus annunciant, ipſi & eadem
quodammodo experiri calumnijs im-
proborum appetiti neceſſe eſt. Vnde
& Ezech. & Ioannes librum deuorare
Apo.10.9. iuſſi ſunt, quorum vni venter amarica-
tus eſt, alterum lamentationes carmen,
& veh, quæ in illo contenta erant ad
Eze.3.16 mœrorem compulere. Iſaias vero oſten-
dit, quid primo procurare debeant præ-
dicatores; miſſurus namque ad munus
prædicationis, vidit Dominum, quod
ita ipſe deſcribit, *vidi Dominum ſeden-*
Iſa.6.1. *tem ſuper tronum excelſum, & eleuatum*
& plena erat domus à maieſtate eius,
& ea quæ ſub ipſo erant replebant tem-
plum: ſeraphin ſtabant ſuper illud ſex alæ
vni, & ſex alæ alteri; duabus velabãt fa-
ciem eius, & duabus velabant pedes eius Iſaias vidit myſteriũ Crucis in viſione ſept. cap.
& duabus volabant. Hic, ſi penſetur An-
gelorũ ſitus, inuenietur profecto, crucis
figurã efformaſſe: alæ namque ad volan-
dum extenſæ cornua depingũt Crucis,
plicatæ vero ad pedes, & caput, reliquas
Crucis partes efformant: atque hoc vi-
debatur innuere Ioannes cum hæc dixit
hæc dixit Iſaias quando vidit gloriam
eius, & loquutus eſt de eo, Crucem vide- Tribulationes ſtatim monetur, qui prædicat.
licet, in qua nos oportet gloriari. Itaque
Crucis imago ordinando ad prophetiã
oſtenditur, & id quidem duplici ex cauſ-
ſa, primo vt ipſe ſciat Crucis ſibi labores
parari, ideoque, illa inſpecta, firmetur, &
roboretur, ne vnquam neſcius periculi,
vel inter medias tribulationes animum
deſpondeat. Idque confirmauit vlterius
reipſa Deus miſit enim ſeraphim, qui
calculo ignito prophetica ora combuſſit,
vt quidem disceret experimento, quod
ſibi monſtratum eſt; ac oculis tantum
aſpexit. Seu hoc quidem actum eſt, vt
quid oporteat prædicare quidue popu-
lis annunciare, diſceret, Chriſtum dum-
taxat Crucifixum, vnde Crucis imagi-
nem mox prædicaturus aſpexit, *nos au-* 1.Co.1.23
tem, inquit Paulus, *prædicamus Chri*
ſtum Crucifixum, &c. obiter etiam ea,
quæ diximus hic de Iſaia ad illum, qui
noſtræ religioni dat nomen deducere
poteris; vt enim ex populo polluto erigi
tur, & in cœtum illorum, qui purgati
ſunt emiſſis votis, coaptatur, videt Cru-
cem, inſigne ſcilicet religionis noſtræ,
ſub qua bellum gerere, oportet, illam-
que nudum ſequi.

72 Si per verbum, ac verba ſpiritualiter
ſubaudis, orationem; hæc quidem tutiſ-
ſimum prophetæ refugium eſt, propte-
rea ex malis, quæ longo verborum du-
ctu, Dauid enumerat, oratione tandem Pſal.68.13
ſe dixit ereptum, *aduerſum me loqueban*
tur, qui ſedebant in porta, &, in me pſalle-
bant, qui bibebant vinum; teterrimorum
hominum, ac ex vulgo imbecillimorum
cum vitijs appetebar, & ſubſannationi-
bus, *ego vero*, ſequitur, *orationem meam*
ad te Domine, in hoc tantum protectio-
nem

Digitized by Google

nem inueni, & alibi, *ſi conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo*, ſed videamus, qua ratione hoc ſibi promittat, vt inter carnificum manus, & præliantium, arma ſperet inermis? inde, quia, *vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ*, ſufficit, quod templum ingrediar, quod in Eccleſiæ ſiſtar angulo, vbi preces fundere conſueſco, hoc aſſequar, &

Pſal. 26.3.
Oratio aufugium à periculis.

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Hor. car. 3

Non timebit cor meum, illud explicant ſequentia verba, *vt videam voluptatem Domini*, noſter Agellius, *voluptatem*, carmina intelligit in laudem Dei compoſita, vti alio pſalmo: *Deo noſtro ſit iucunda, decoraque laudatio*; nec obſtat videndi verbum, hoc enim maximè facit, quod voluptas, orationem, ac laudes à à prophetis ſolitas decantari, ſignificet. Prophetæ namque videntes appellaban tur olim, & ipſi laudes componere canereque conſueuerat. Hinc primo Paralip. *Heman, qui princeps erat cantorum vocabatur videns*. Itaque ſenſus hic eſto, parent arma inimici, prompti, vel etiam carnificinam agere; at ego hoc expeto in aſſueto loco templi canere laudes Deo, inde enim conatus omnes iſtiuſmodi hominum, canendo, tanquã ſtrenue pugnando eludam, nullis enim pectus orantis concuti minis, ac caſibus poteſt; templum ipſum, orationis locus, ab omni eos eripit, ac protegit infortunio. Vnde, & quod ſubdit Dauid, *vt viſitem templum Domini*, & Rom. pſalt. *protegar à templo*, innuit Aſilum eſſe templum à tribulatione, & miſeria.

Pſal 146.1
Templum refugium à miſeria.

56 At vero, quid oratio poſſit, in Deut. reperiri etiam poteſt: vbi hæc leguntur, *ſi exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem quam tu habes, aduerſarij exercitus multitudinem: non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum eſt, qui eduxit te de terra Aegypti; appropinquante autem iam prælio ſtabit ſacerdos ante aciem*: recte inquit, *non timebit, quia Dominus Deus tuus tecum eſt, & ſacerdos ſtabit ante aciem*, habes protectionem Dei, & ſacerdotis arma, oratione, præcedit orans? quis reſiſtet? pars fortior, ac validior anteit exercitum? primo idcirco incurſu cadet hoſtis: Itaque recte poteris intelligere cur ætatem alioqui infirmam Ieremiæ hoc impedimentũ obijcientis, non modo nõ repararit Dominus, ſed neque ad hoc reſponderit, hoc enim eſt cauſſæ, quoniam ſui præſentiam promiſerat, & ſcierat oratione plurimum pollere Ieremiam; quæ duo dixerat in Deut. longe ſuperiorem hoſtium multitudinem poſſe ſuperare, dicit itaque, *ne timeas, quia ego tecum ſum: & in adiutorium tuum erit verbum meum*, hæc habe, & hoſtilis turba contra imbellem puerum robur totius hoſtis cogat ad pugnam; nec militum copia, nec vires, iſtructum ità militem ſuperabũt, hæc de oratione ſignificata in verbis: cætera, ſupra abundantius.

Deut. 20.1
Ieremias præſentia Dei, & oratione armatus.

Verum ſiquis roget cur Deus ipſe prophetam inſtruit, & verba ſua conceſſerit? ob humilitatem reſponderem: cum enim Iſaias ex eo, quod pœnè audacter ad prophetiam ſeſe obtulerit, *quem mittam? ecce ego mitte me*, ideo, Angelus, ſatis fuit, vt ad legationem Iſaiam edoceret; verum humilitatis magiſter, dignam Ieremiæ cenſuit humilitatem (dum illa verba protulit, *A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui*, quæ nil turgidum nil faſtuoſum ſonant, ſed omnino abiectum, ac humile) quæ Deum haberet præceptorem, & eloquio diuino propheta repleretur, *ecce dedi verba mea, &c.* in hanc ſententiam affer illud, *abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*: & illud quoque Dauid dicentis, humilitate, Deum doctorem habuiſſe, *bonum mihi, quia humiliaſti me* Quare? *vt diſcam iuſtificationes tuas*, quas quidem, proteſtatur ipſo Deo magiſtro didiciſſe, & non alio, ideo ſubdit, *bonũ mihi lex oris tui*, & non alterius. *& ſuper quem requieſcet ſpiritus meus, &c.* Verumtamen rite quoque obſeruabis quo-

Iſa. 6.
Cur. Iere. Deum habuerit præceptorem.
Marc. 10. 21.
Pſal 118. 71.

quoque obſeruabis occaſione huius ſententiæ, quod is, qui docetur ſæpius vapulat;non enim eſt à verberibus immunis; vt ſæpe pueros in gymnaſio ſub ferula experimur proficere,& ad altiora promoueri. Igit ſi minime abſoluerint, quidquid eis in re litteraria præceptum eſt, minas ſtatim audiunt præceptoris [videte pueri: veſtrum erit hæc verba lectionis memoria retinere, ſin aliter, videtis hanc ferulã? ſi verbum vnum exciderit vos verberibus contundam, & faciam ego veſtra latera lorea] Ità cum Ieremia puero egit Deus; dedit verba ſu :,lectionem quoque explanauit rerum ab eodem gerendarum; deinde pluries proteſtatus eſt:aduerte, quid dixerim quando hæc memoria retineas:*ecce dedi verba mea in ore tuo*; *ecce conſtitui te ſuper gentes, &c.* vide nequid prætermittas ex ijs,quæ præcepi: quid eſt hoc quod in manu gero?*virgam.* reſpondit ille,*vigilantem ego video*: [quaſi virgam in manu Domini, ait Sanctus Thomas] recte,ſubdidit Deus, vidiſti; *ſic vigilabo ego ſuper verbo meo,*ideſt ſi vel verbum meum prætermittas ex ijs, quæ dedi, & explanaui tibi, vapulabis hac virga, & ego id diligentiſſime curabo: inde ego ſequitur,*tu ergo ſurge,& loquere omnia, quæ ego præcipio tibi.*

Diſcit Ieremias, quæ doctus eſt.

74 In his quoque verbis illud admirationem profert,quod non in lingua ponuntur verba, vbi maiora ſunt vocis inſtrumenta,ſed in ore;cur non dicit,*dedi verba mea in lingua tua*?præſertim cum dictum etiam ſit, *cæperunt loqui varijs linguis*, fortaſſis ideo factum eſt, quia verbum diuinitus compoſitum,in ore ponitur,vt ſtatim ac os reſeratur,producatur: nihil enim ſollicitus curare debet concionator,quam verba diuina proferre,cum forte aperit os, *Domine*, inquit, Dauid,*labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam*: vbi nota quam facile eſſet Dauid laudes Diuinas effundere, quia vix ſummis labijs apertis ad illas decantandas conuertitur:ponuntur quoque in ore, quia multoties lingua, vel metu, vel fauore temporali

Act.4. 2.

Pſ.50. 17.

adligatur,at *verbum Domini non eſt adligatum*,vt ait Paulus. Tertio quoque os, & non lingua dicitur verba diuina habere,vt donum principalius,ac maius Ieremiæ conceſſum intelligatur;donum autem prophetiæ ſignatur in ore, vt ait Auguſtinus,& Bernard.qui aperit ora prophetarum.& Ieremiæ dicitur,*ſi ſeparaueris pretioſum à vili quaſi os meum eris.*& Ezech.*aperi os tuum, & comede,* & infra,*tibi dabo apertum os*, donum ergo prophetiæ habetur in ore; linguæ vero, in lingua; iſtud vero quoniam inferius illo eſt non exprimitur;cauſſam hanc aſſigno ex D.Paulo.Iſaias nec ædificandi mandatum acceperat, nec ſupra gentes conſtituebatur, ſed vt Chriſti aduentum,& ea,quæ geſturus erat,prophetaret; hinc eſt quod linguam perhibetur habere deſertam, *Dominus dedit mihi linguam eruditam*. Ieremias vero mittebatur ad ædificationem, & deſtructionem,*vt ædifices,& Plantes.* Ad reges quoque Iuda mittebatur,Iuda vero confeſſio dicitur,ideſt,vt ait S.Hieronymus; *ad diaconos, & presbyteros, &c.* inde oris dono opus erat,Paulus enim ait,qui *prophetat hominibus, loquitur ad ædificationē; q loquitur lingua, ſemetipſum ædificat;qui autem prophetat, Eccleſiam ædificat* (hoc eſt autem ad Iuda mitti, ideſt ad confeſſionem, & Eccleſiam, vt ſupra diximus: *volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare*, licet ibi Paulus per linguam aliud intelligat.Hinc fortaſſe factum eſt,vt facundiam, & ſermonis peritiam non dederit in lingua prophetæ,vt omnis ornatus,& calamiſtra verborum quibus ſimplicia facta rhetores depingunt, abeſſet à propheta. Hinc poteris obſeruare, quod cum dixiſſet Ieremias,*neſcio loqui,* ideſt neſcio verba proferre, nec polleo diſertis ad loquelam inſtrumentis, non reſpondit faciam ego organa loquelæ ſint directa; recte me adiuuante ſermonem proferes,nec vllo modo balbuties, ſed licet balbutias adhuc tamen tibi perfecta dabo verba mea; id vero non alia ratione præſtitit,niſi vt propheta ea ipſa loque-

2.Tim.2.9

Auguſt.de verbis Domini.

Ber in ſeſt. om S. ſer. 1 ſ 19.

Ezec. 28.

Eze.29.21

Iſa.50.4.

1.Cor.14 4.

Procul ornatus vanus à prædicatore.

loqueretur, quæ Dominus poſuit in ore, ſi recte loqui voluerit: alioquin ſi proprio ſenſu loqueretur, inſtrumenta vocis, & loquelæ diſſona inueniret, & inutilia, ac impedimenta ſentiret in loquendo. Quamobrem, vt labor omnis procul eſſet, cum proferendus eſſet ſermo Domini, & aliquod proprium agnoſceret Ieremias, etiam ipſe Dominus verba in ore ordinauit, vt etiam ſciret quid prius, quid proferret poſterius, nec aliquid immutaret: *& ordinauit ea in ore meo*, hoc reſpondet dicto Pauli, *tu autem loquere, quæ decent, ſanam doctrinam*, ſanam ideſt non fractam figuris, & luce oratoria concinnatam; nec verborum ſuperfluitate redundantem: & alibi, *erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt*, ac proinde tranſibunt à ſoliditate oris ad linguæ vanitatem, *ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, ad fabulas autem conuertentur*, ſermo enim hominum ſtatim, ac in lingua ponitur, vitiatur. Inde *non eſt ſermo in lingua mea*, quod Geneb. non, λόγος, vt eſt in Rom. Pſ. ſed δόλος, *quoniam non eſt dolus in lingua mea*, pro ſermone doloſo, & fraudolento: vides quomodo illud, quod erat ſermo, dolus inueniatur in lingua? Quamobrem idem Dauid dum loqueretur de verbis Domini à ſe prolatis, dicit ſe lingua tanquam inſtrumento vſum fuiſſe in proferendo verba Domini, *ſpiritus*, inquit, *Domini loquutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam*, non, *in lingua mea*.

Quod Domini eſt tã tũ loquatur.

Tit.2.1.

2.Tim.4.3

Lingua ſermonem vitiat.

2.Reg.23.2.

75 Sed quid eſt, quod cum dat prophetæ verba ſolum tangit os; cum vero opus deſcribit ſubdit, *conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, &c.* hoc quidem reor, quia minus debet eſſe, quod ore pronuntiat prædicator, quam quod manu operatur; propterea, *tetigit os ſuum*, pauca verba tribuit, quæ tactu dari poſſunt, actionem vero, & opus, multiplex; euellendi, deſtruendi. &c. Elephans, regis, ac prælati Hierogliphicum, promoſcidem, qua ad operationem tanquam manu vtitur, habet oblongam; linguam vero teſte Ariſ. ita breuem, ac exiguam, vt vix cerni poſſit; vel etiam dic, quod tactu recipit verba prædicator, vt etiam ipſe, tactu diſpenſet; eſt enim medicus vnde etiam cognoſcat, quid cuique conueniat; non enim æquè omnes arguendi ſunt, ita diues, ac pauper, improbus, ac is, qui ex fragilitate labitur in culpam; ſæcularis, ac religioſus; ſed temperamentum probus medicus vniuſcuiuſque cognoſcat. Vnde Dauid in hunc ſenſum dicebat, *miſit verbum ſuum, & ſanauit eos*, ita attemperauit ſalutarem verborum medicinam cuiuſlibet naturam cognoſcendo, vt eos ſanarit. Pondus ideo regiminis contemplatus Iſaias, ait, *non ſum medicus*, & ſanitas erat in pennis iuſtitiæ Chriſti, *orietur timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*, quod vero ſalus hæc in pennis ſit, optime ad cognitionem nos ducit quare dicatur, *ecce dedi*, & non, *ecce do*, celeriter enim ſanitatem verba proferant predicatores, nec tarditate ſalutem impediant, ita celeriter do, vt videar dediſſe, ſic idem Geneb. *miſit, & ſanauit*, explicat, ocius dicto miſit, & ſalutem attulit.

Ariſ. de nat. anim. magis operari, quam loqui.

Prædicator medicus animæ debet eſſe.

Iſ.3.7.

Mal.4.2.

Tandem, quod ad excuſationem ineloquentiæ, virium infirmitatem affert; indicat, quod non tam verba, quam opera à prædicatoribus exigat Deus. dicit ergo Ieremias, quis neſciat me recte proferre, quod annuntiari iubes populo? dum enim me excuſo recte excuſationem profero; at vero non hoc tantum exigis tu, ſed manu data verba, requiris etiam, manu laboris confirmari; at hoc per ætatem ego præſtare non poſſum, *neſcio loqui, quia puer ego ſum*, & aduerte, quid reſpondeat Dominus (vt hæc quæ diximus confirmare poſſis) imperitiam loquendi, & pueritiam obicienti Ieremiæ ad pueritiam reſpondit dicens, ne dicas, quia puer ego ſum: loquela non adeo neceſſaria prædicatori eſt, quam actio, & exemplum, quod per ætatem præſtari ſolet; ideo licet dicas ſum elinguis, ne tamen dicas, *puer ego ſum*. 76

Hic

Digitized by Google

77 Hoc in errore viſus eſt Moyſes detineri cum oris imperitiam oſtendit Domino dicens, *non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius*, ſed Deus inquit non oportere in verborum apparatu, & eloquentia vim facere, qui manibus operari deberet, pluſquam ore: imò, inquit, ne loquaris tu, frater tuus Aaron, *ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum*. Ipſi denique præcepit, vt virgam manu teneret quaſi diceret: manu potius quã verbis opus eſt. Virga operabatur Moyſes, & deinde quando manum extollebat, dum præliabantur cæteri, victor erat. Et Paulus in noſtram ſententiam. *Noli contendere verbis ad nihil enim vtile eſt niſi ad ſubuerſionem audientiũ, ſollicitum cura te ipſum, probabilem exhibere Deo operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis*; Vbi nota, quod verbum Dei tractari debet, ideſt manibus bonorum operum reuolui. Manu itaque tribuitur verbum Ieremiæ, hoc enim exigebatur, manus robuſta, ac valida ad ruſticanos labores.

Ex. 4. 10.

1. Tim. 2. 15.

Manu tractari debent verba.

78 Licet autem Deus per materialia inſtrumenta non operetur, id tamen ei tribuitur, quod iuxtà noſtrum intelligendi modum actui proportionatur, vt aures, dum preces exaudit, *fiant aures tuæ intendentes*; oculi, dum miſeretur, *oculi eius in pauperem reſpiciunt*: in creatione, manus, *manus tuæ fecerunt me*: at vero cur in prophetiæ, & verborum collatione manu potius deſcribitur operari, & non ore? *miſit Dominus manum ſuam*, verbum enim vox eſt, ſonus, aura, nihil: ac vti ille dixit [vox nihil; quæ concauo gutturis per inſtrumenta vocis emiſſa in articulos ſoluitur inuiſibiles] cuius ſedes, os eſt; quod retinet, concinnat, perficit, profert; manus vero ab organorum vocalium officijs omnino diſformis? Nõ otioſe tamen dantur verba; hoc enim inſtruimur, quod operatiua debeant eſſe, non inania, non fucata; manus enim operis ſymbolum eſſe diximus. Eius ergo efficaciæ ſint oportet verba prædicatoris, quaſi manus, & bracchia videantur habere. Rurſus in manu dantur, vt forma etiam prophetæ daretur, quomodo, & ipſe auditoribus dare debeat; ꝙ præſtitiſſe legimus in conſequentibus, *verbum, quod loquutus eſt Dominus de Babilone, & de terra Chaldæorum, in manu Ieremiæ prophetæ*, datur ergo inter bonorum operum exempla; hoc eſt verbũ in manu dare; vnde Gregorius, *ille loqui veraciter nouit, qui prius benefacere didicit*, & idem Greg. diuinum dicit eum nõ prædicatorem, qui ꝙ alijs prædicat, ipſe ſuis actibus non exequitur, *paſtor igitur eccleſiæ, qui vitæ ſanctitatẽ habet, & diuinæ prædicationis virtutem non habet, ſacerdos quidem, & non diuinus eſt: ſi verbi facundiam retinet ſine vitæ ſanctitate, & ſi diuinus eſſe cernitur, ſacerdotis honore nequaquam decoratur; quia quod ſubtiliter prædicat terrena actione conculcat*.

Pſ. 129. 2

Pſ. 9. 8. & Pſal. 118.

Ier. 37.

Super Ez. hom. 3.

1. Reg. 6.

Tandem inquirendum eſt cur Deus addidit, *mea*: ait enim: *ecce dedi verba mea in ore tuo*; id autem minime dictum eſſet, niſi aliquod indicaret, quod ad prędicatorem ſpectare poſſet. Igitur in hac communicatione atque prædicatoris ordinatione vides, verba, Dei eſſe; locũ vero in quo cõdũtur os eſſe prophetæ vnde dicit: *ecce dedi verba mea in ore tuo*. Recte id dictum eſt, vt agnoſcas, ea quæ Dei ſunt, tanquam aliena, & ad ſe minus pertinentia pertractanda, conſeruanda, & cuſtodienda mandari, imo (vti fit in rebus proprijs) curam adhibendam eſſe maximam, quo nil expreſſius in Pſal. *tu mandaſti*, inquit, *mandata tua cuſtodiri nimis*; mandata in hæbraica lingua dicuntur (pikudim) quod idem eſt, ac depoſita. 79

Pſ. 118. 4.

Hic igitur loci huius eſt ſenſus: dediſti mihi Domine Deus legem, præcepta, ac mãdata tua, quæ inſtar prætioſiſſimi depoſiti, ſumma, & exquiſita diligentia, nimis inquã voluiſti à me cuſtodiri, & ſeruari; ea dumtaxat cura, ac ſi mea cuſtodirem. Solertem vero curam circa depoſitum adhibendam, Paulus docuit, his verbis, *potens eſt depoſitum meum ſeruare*, hac propterea vſus metaphora ſcribens 80

Digitized by Google

ad Thimotheum dicebat, *ò Timothee depoſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ*, intelligitur doctrina verbo tradita, ſic etiã Chryſoſt. cuius hæc ſunt verba, *ò Timothee depoſitum cuſtodi, caue ne minuas; non enim tua, ſed aliena ſunt, quæ ſeruanda accepiſti; nihil imminuas, lex enim depoſiti, non patitur, vt aliquid pereat ſine culpa apud depoſitarium*, & Epiſt. 2. *quæ à me audiſti in fide, & dilectione in Chriſto Ieſu, bonum depoſitum cuſtodi*, ideſt monita, ac doctrinam, ſeu Euangelium ipſum à me tibi traditum ad tui profectum, & alijs prædicandum; ita cuſtodi, ac ſi pretioſiſſimum eſſet depoſitum; ne forte tua culpa deperdatur, & reus, & debitor illius efficiaris.

1. Tim. 6.

Verba Dei retinet prędicator, vt depoſitũ. Cap. 1. 14.

81 Quam quidem, Dauid, diligentiam in hac cuſtodia aptius manifeſtare non potuit, niſi mellis exemplo, & Theſauri. *Deſiderabilia*, inquit, *ſuper aurum, & lapidem prætioſum multum, & dulciora ſuper mel, & fauum; Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea*, quis neſciat quantam impendat in Theſauri cuſtodia, auarus diligentiam? arcarum plerumque ſecreta minime videntur tuta, quærit ſubterranea loca, & omnino conatus omnes arteſque exerit, vt nemini locus pateat theſauri. Apum quoque in melle ſeruando notiſſima cura eſt, quæ & fucos deſtinant, & ipſæ etiam aculeatæ inſidias omnes arcent, vt intacta mella ſeruentur; huiuſmodi prædicatorũ in recondendo pectoribus ſuis verbo Dei eſſe debet cura. Cum igitur Theſauro comparetur hic verbum Dei, & alibi etiam, *infinitus enim theſaurus eſt hominibus*, fauo quoque mellis. eodem Pſal. *quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo*. par item exigitur in conſeruatione diligentia ſubdat ergo, *nam, & ſeruus tuus cuſtodit ea, &c.*

Pſ. 118. 11 & 12. Vt theſaurus cuſtodiri debét & vt mel.

Sap. 7. 14 14.

82 Sed quæ præcipitur cuſtodia niſi primo ipſorum obſeruatio? quaſi ſit ſenſus nam, & ſeruus tuus obſeruat ea, ea inquam prima cuſtodia eſt, vt in præceptorum obſeruatione moretur, quaſi hæc maxima intelligatur impenſa cura ſi quę cuſtodit, ſeruanda cuſtodiat, quod etiam in eodem Pſalm. litteraliter intelligas, *vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas*? ſuſpirat cuſtodiam iuſtificationum in vijs ideſt actionibus, moribus vitæ, &c. hoc autem intellige de obſeruatione iuſtificationum, quaſi hoc ſit cuſtodire iuſtificationes, ac opere implere, & ſumma openiti; vt quod traditum eſt à Deo cuſtodiat opere, quod ſi Ieremias ſua dicat eſſe diuina verba; hoc dictum puta, quia illa cuſtodit atque adeo in ipſorum cuſtodia ſuam operationem impendit.

Ille verè cuſtodit, qui opere implet.

Hanc vero cuſtodiam, quis non videt in prædicatoribus ſanctis aliquid præpoſterum eſſe, vt verba diuina, quæ cæter. diſpenſanda receperunt, vt in publicum prodant, incubili ſecreto mentis recondantur; ideo in hunc ſenſum loquitur ſcriptura. *ſapientia abſconſa, & Theſaurus inuiſus; quæ vtilitas in vtriſque? melior eſt, qui cælat inſipientiam ſuam, quam homo, qui abſcondit ſapientiam ſuam*, ita vt ex hoc deducatur nihil proficere abſcondita Dei verba, atque adeo quemadmodum ſapiens reputatur inſipiens ſi abſcondit inſipientiam, ſimili quoque modo ignauiæ ducitur ſapientis, qui corde tumulatur ſapientiam, & dona diuinitus ſine inuidia, ac fictione impertienda, ſecreto puſilli cordis abſcondantur. Hoc equidem, ita eſſet niſi in cuſtodia magnum aliquid latere aduerteremus. Hieronymus namque, ita vertit, *nam, & ſeruus tuus docebit ea*, quaſi dicat Hieronymus, ille verus cuſtos oculatus eſt verbi Dei, qui primo ipſe mandata, ac præcepta diuina ſeruat, ac cuſtodit, & alijs deinde prædicat cuſtodienda, ac ſeruanda; alioquin cur damnatur in euangelio ſeruus ille, qui pecuniam Domini ſui abſcondit in terra? Theſaurus enim, & pecunia tunc bene poſſidetur, cũ bene ſeruatur, & abſconditur: ſed quia pecunia illa, Dei verbum ſignificabat, quod in abſcondito mentis haud quaquam otioſum

83

Eccle. 20 32.

ſum ſeruari debet ideo malè cuſtoditæ pecuniæ Dominus damnatur, hoc obiter. Verum & ſententia Hieronymi illo quoque ſcripturæ loco probatur, *labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam*, profecto nullus cuſtodiendi verborum vſus labijs eſſe debet; labia namque inſtrumenta ſunt quibus apte proferimus quare ergo, quod eſt prolationis, cuſtodiæ tribuit, vt labia dicat cuſtodire ſcientiam? id eſt quod Hieronymus ait, nam & ſeruus tuus docebit ea; quaſi Malachiæ ſcripturæ, hic ſit ſenſus, *labia ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiã*, ideſt enarrant, & docent legem Dei, populum inſtruũt de diuinis præceptis, hunc vero intellectum ex ipſius ſcripturæ verbis colligo.

Docere impios hoc eſt cuſtodiri. *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius; in pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate: labia enim ſacerdotis, &c.* pondera priora ſcripturæ iſtius verba, *Lex veritatis*, ait, *fuit in ore eius*; hoc ipſius iuſtitia monſtratur; *deinde multos auertit ab iniquitate*, ergo legem hanc, vt malos à peccato retraheret expendit, quid tandem mirum, *ſi labia*, ſequantur, *ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam*, cum cuſtodire hic per epexegeſim explicetur alios docere; retraxit, inquit, impios ab improbitate, quoniam ſacerdotis labiorum hoc præſertim munus eſt, vt quam legem habent ore, in cæterorum inſtructionem, & diſciplinam impendant, vt à vitijs auertantur. Itaque ex his, quæ diximus facili negotio deducere poteris, cur dictum ſit, *ecce dedi verba mea in ore tuo*, verba enim quæ cuſtodiebat diuina, in cæterorum ſalutem, & ædificationem adhibebat, ideo à Deo ſibi collata, vt tantum cuſtos exiſteret, & ſeruandi, & erogandi, ſeu inſtruendi ius haberet.

84 Poſtremo hæc depoſiti lex eſt, vt depoſitarius in ſui vtilitatem, & commodum, depoſitum minimè conuertat, alioqui furti reus efficitur: hoc diſcant ij, qui verbum Dei non ad illius gloriam, ſed ad captum auræ popularis; neque ad animarum profectum, tractant, quæſtui inanis gloriæ intenti, quiue ſancta Dei eloquia, vanis fabularum commentis, atque pigmentis obſcurant, cum etiam amplius dicat minime depoſitum prædicationis, vocum nouitatibus eſſe imbuendum, *deuitans verborum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ*. De his, qui verbum Dei ad propriam vtilitatem vertunt aiebat Dominus (*amant ſalutationes, in foro, & vocari ab hominibus Rabbì*, & Ezech. *paſcebant ſe metipſos*, vult Dominus verbum ſuum, vt proprium ſeruari, non vt propriæ cædat vtilitati, ſed tanquam proprium, vt ſeruent, & miniſtrent. prædicatorum vero munus quale debeat eſſe require vlterius in propria materia. Interim obſeruare poteris ex hoc, quod diximus, quid illa verba dominica importent, *mea doctrina non eſt mea*, quæ magnam aduocant difficultatem; cur propria, aliena doctrina, vocetur, *doctrina*, inquit, mea eſt, quia tanquam propriam cuſtodio, ac ſeruo, *non eſt mea*, quia Dei eſt, doctrinam committentis, *mea*, inſuper, quia depoſitarius non alienam extimo, tanta fide cuſtodiam impendo, ſed, *non eſt mea*, quia quidquid depoſitarius ſeruat, Domini depoſitantis eſt. Sic itaque quæcunque de verbis Ieremiæ diximus, & verbis Dei, huc quoque traduci poſſunt.

(Margin: L. 1. c. depoſiti. — 1. ad Tim. 6. — Matt. 23. 7. Ezech. 34. per totum — Ioa. 7. 16. — Quomodo doctrina Chriſti intelligatur nõ eſſe Chriſti.)

Vltimo tandem Deus verba ſua non in corde, ſed in ore poſuit Hieremiæ, vt profecto ſciret, cæterorum eſſe, non prophetarum, in corde tantum verba recondere, & in aliorum vtilitatem non erogare. Qui vero ad prædicandum deſtinatur à Domino, & officium prædicandi prætermittit, lagunculæ nouæ cõparatur in ſcriptura: vas ergo nouum cum muſto repletur, ſi non habet vnde expiret, ſtatim confringitur: quando vero foris redundat recte concoquitur, vt deinde in vini ſubſtantiam tranſeat, vnde diu tacens, Eliu dicebat, *plenus ſum ſermonibus, & coartat me ſpiritus vteri mei: en venter meus quaſi muſtũ abſq; ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit: loquar, & reſpirabo paululum*, 85

(Margin: Qui officium prædicãdi prætermittit comparatur lagunculæ. — Iob. 32. 19.)

Digitized by Google

hæc verba Eliu ſe iactantis S. Gregorius ſpiritualiter ad ſanctos prædicatores conuertit, *quod ſi intelligere ſpiritualiter debemus, hoc loco ventrem, ſinum cordis appellat; in muſto vero Sancti Spiritus feruor accipitur, de quo in euangelio Dominus dicit: vinum nouum mittunt in vtros nouos, ex quo dum repente replerentur Apoſtoli, dum linguis hominum loquerentur, à Iudæis neſcientibus, ſed tantum vera atteſtantibus, dictum eſt, hi muſto pleni ſunt. Lagunculas vero infirmas ipſa humanitate, conſcientias, vel certe hæc terrena corporum vaſcula, non inconuenienter accipimus, de quibus Paulus Apoſtolus ait, habemus Theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.* Heliu autem, quia ſicut ſuperius diximus ſic elatione inflationis extenditur, ac ſi ad loquendum per charitatis gratiam ardore Spiritus Sancti accendatur; ſenſus ſui ſpiritum, in eo, quod tacuit, quaſi muſto abſque ſpiraculo comparauit, &c, ex hoc Gregorij diſcurſu euidēter colligitur, quam ſit aſperum, verbum in corde retinere; colligitur etiam, quod venter ſinus dicitur cordis, & quod per lagunculas etiam corpora noſtra accipimus, in quibus habemus Theſaurum noſtrum; quod cū ità ſit, patet quod cor prædicatoris debet eſſe quaſi promptuarium quoddam, in quo verba Dei reponat, & conſeruet; & cum opus fuerit, illis vti: quapropter dicebat Dauid, *in corde meo abſcondi eloquia tua*, ideſt in promptuario cordis mei abſcondi eloquia tua, vt inde poſſim ea extrahere, cum opus fuerit; abſcondi in ſinu cordis mei, in vaſe cordis mei, vbi theſaurus ſunt, & adeo conſeruo, quia bonus homo de Theſauro cordis ſui profert bona: non enim ſemper eſt tempus proferendi, ſed tempus loquendi, & tempus tacendi; ego autem in promptuario meo in promptu verba tua habeo, ne cum tempus venerit loquendi, tacens, peccem tibi. Porrò dicit eccleſiaſtes, *eſt tacens, qui inuenitur ſapiens, & odibilis, qui procax eſt ad loquendum, eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis: Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, &c.* tacebit dumtaxat vſque præceptis, & inſtitutionibus diuinis imbuatur; vſquequo ſpiritu confirmetur, vſquequo per pœnitentiam, & ſpiritualem vitam purgetur; inde dicebat ſe loquuturū Dauid, & docturum iniquos vias Domini, cum ſpiritu principali prius fuiſſet inſtructus; ſapiens ergo retinet in corde eloquia Dei, & poſtquam contulit illa, & fructum accepit ex illis; ſtatim prorumpit ad ſermones in proximi vtilitatem; & verba Diuina, quæ ipſe geſtauit in promptuario virtutibus proficiendo, & ea perficiendo profert exterius. hoc nos egregiè feciſſe idem Dauid comperimus, *in corde meo*, inquit, *abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi*; ecce verba Dei in theſauro cordis. *benedictus es Domine doce me iuſtificationes tuas*: ecce profectum, quem capit ex verbis Dei, quæ ſepeliuit in corde, & quomodo illa non ſtatim ore profundit, niſi prius doceatur; q̄d ergo ſequitur niſi poſtquā ipſe proficit, ipſa in aliorum ſalutem, per opus prædicationis impendat ſequitur ergo, *in labijs meis pronuntiaui omnia iuditia oris tui*, prius recondit, & recondita ad vtilitatem vertit, & deinde exponit auditoribus. ſanè proficere debet prędicator ex verbis cordis ſui nec ſtatim prædicationis officium ſumere debet, niſi doceat Deus iuſtificationes ſuas, vt fecit Ieremiæ, quem conſtituerat prophetam, & adhuc dicit, *quæcunque mandauero tibi loqueris ad eos*, ideſt poſtquam tibi verba dedero, tunc loqueris; poſtquā te admonuero de verbis meis, loqueris ad eos, & ſequitur, *ecce dedi verba mea in ore tuo, &c. ecce conſtitui te, &c.* poſtquā verborum fuit qualitate inſtructus; virtutum omnium ratione firmatus; fortitudine ſcilicet, *dedi te murum æneum*, vigilantia, *quid tu vides? virgam vigilantem ego video*, ſollicitudine, ac prudentia paſtorali, *vt edifices, & plantes, & diſſipes, &c* omnium denique virtutum munimentis, *dedi te hodie in ciuitatem munitam*; ſtatim inquam poſtquam aptum vidit ad prædicationem,

Pſal. 118. 26.

Locū hunc interpretatur Amb oſius de myſterijs non publicandis, ne nobis contingat, quod in peccatū fuit Ezec. Agell pſa. 118. hic.

Eccl. 20. 5

prædicator debet omnibus virtutibus eſſe inſtructus. nem, iuſſit Ieremiam prædicationis officium exordiri;ſequitur namque: *tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia, quæ præcipio tibi*, nunc iubetur prædicare, & verba Diuina virtutum ornare ſplendoribus. Non deſunt loca Patrum,& ſcipturę,probãtia,quod prædicator officium prædicationis nullatenus ſumere debet, niſi ſe aptum ad profectum,& exemplum aliorum & propriæ vtilitatis agnouerit. Sed quando à noſtra materia alienum hoc eſt, inferius locum aptum diſponemus.nunc autem ad rem noſtram, licet Ieremias tot præditus virtutibus ad prædicationem ſe expoſuerit, tamen quia puer erat, & adeo neceſſarium eſt, vt prius diutius immoretur prædicator ſibi ipſi prædicando;ait Gregorius ex miraculo Deum Ieremiam, & Dan. miſiſſe ad prædicandum vnde hæc habet: *quouſque enim* Greg. hō 3. in Ezec. *infirmi ſumus,continere intrà nos metipſos debemus;ne dum tenera bona citius oſtendimus, amittamus: ad exemplum ergo non ſunt oſtendenda,niſi quæ firma ſunt:* affert exemplum Saluatoris,qui duodecim annorum ætatis, in templo, potius voluit interrogans inueniri,quam docere: vnde quod Hieremias poſtea mittitur, & Daniel, dicit eſſe miracula; ea namque in exemplo operationis non ſunt trahenda,*omnipotens enim Deus,& linguas infantium fecit eſſe diſertas, & ex ore infantium, atque lactentium perficit laudes*,competens ergo ordo eſt,vt prius,quam doceas diſcas,vt Eccleſ.*antequam loquaris diſce*,& Hier.*ſola ſcriptu* Hieron. in prol. Bib c. 6. *rarum ars eſt, quam ſibi omnes vendicant,ſcribimus indocti,doctique poemata paſſim; hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant.* Pudeat aliquos, qui ſibi ipſis tantum docti, ac perfecti, vt longum videantur perfectionis,ac doctrinæ tranſiſſe ſtadium, in ſcientias patrum,& vitæ ſpiritualis documenta ſermones longos contexunt,ipſi vero de procacitate gloriantur, ac vento ſuperbiæ inanitur eleuati, matronarum aures com-

monitionibus implent; dumque alijs erogant, quod non habent,malo deinde conuerſationis exemplo, quod erogarunt perdunt, nobis igitur prius conſulendum eſt, vt quod alijs impenditur firmum ſit. Aliud quod in Gregorio obſeruabamus erat, quod venter ibi pro ſinu cordis accipiebatur, quamobrem bene poſſumus aſſimilare verbum Dei in corde prædicantis, ouis, quæ gallina fouet:hæc congregat oua, & indefeſſo labore materno amoris incendio,fouet; oua verò dum tempus adhuc immaturum ęſt,nulli vſui eſſe poſſunt,non cibo non generationi pullorum, quia corrupta, prima generationis principia cõtraxerunt, nec proinde ſi intempeſtiue à materno incubatu remoueantur ex illis excludũtur pulli:generationis enim principia defectu caloris corrumpuntur;præſtat ergo, vt ſub alis gallinæ opportuno tempore ſuppoſitis ouis in lucem emergant.verbum Dei ad inſtar oui eſt,quod fouet prædicator in ſinu cordis, quod ſi vſque ad tempus opportunum non fouerit verbum,nullum fructum affert,ſi enim expectabitur vſquequo in ſinu matris vitam habeant, poſſunt alijs deſeruire;quia nimirum pullos edunt. ecce Iob quomodo verba mandatorum Dei fouebat,& fructus percepit, *à mandatis*, inquit, *labiorum eius non receſſi*; virtutem habui obedientiæ, & cæteras virtutes, quas ego percipere potui ex mandatis Domini, ſed quare hoc? quia fouit oua verborum Domini in ſinu; ſequitur ſtatim,reddens rationem huius rei,*in ſinu meo abſcondi verba oris eius*, alludit ad gallinam,quæ ſinu fouet oua, ideo ergo perfectus,quia in ſinu cordis eo vſque abſcondit verba Domini,quouſque calore charitatis erumpant pulli, ideſt prædicatio,quæ fructus alijs ferat. Et bene de ouis ſimilitudo tranſlata eſt; mater namque dum fouet oua, infima amore, ſemper tacet,at pullis excluſis, ſemper cicurit cum pullis; genus namque pullorum, ita querulum eſt, vt vix ouis exutum in voces erumpat, verbum enim Dei,qui continent à garrulitate, & ni-

Verba prędicationis fouet prædicator, vt oua.

Iob 23.12.

Digitized by Google

& à nimijs verbis alieni ſunt;attamen dũ tempus loquendi aduenerit, nunquam loquendi finem facere debent: ſed vbi vitam habent hæc oua verborum Dei? Vitam habēt verba Dei in medio cordis Prou.4.21 vbi ſedet vita, ideſt in corde, quod ſi priuſquam vitam habeant à calore deuotionis remoueãtur ad nihil deſeruire poſſunt:audi Salomonem, *cuſtodi ea in medio cordis tui,vita enim ſunt inuenientibus ea*; verba ergo in medio cordis,in fonte vitæ,dum habent vitam, ipſa quidem etiam,*vita ſunt inuenientibus ea*, dum tamẽ ea inueniãtur detecta à cortice ouorum.Moral.autem;huius rei figura mihi videtur tradi inDeut.ait enim ibi Deut 22.6 Deus,*ſi ambulans per viam; in arbore aut in terra nidum auis inueneris,& matrem pullis, vel ouis deſuper incubantem;non tenebis eam cum filijs,ſed abire patieris,captos tenens filios,vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore.* iubet Deus pullos dettineri non oua, neque matrem, non enim aliquid habent perfectionis oua non excluſa, ideſt verba Dei non dum digeſta in corde prædicatoris;& deinde ſequitur,*vt bene ſit tibi, & longo tempore viuas*, hoc eſt, quod dicebat,*vita ſunt inuenientibus ea*; Vgo de ſancto Vict. hic poſtquam diſſerit, quomodo verbum Dei corde teneamus hæc habens,*abſcondit eloquia in corde, qui per dilectionem ſuſcipit, qui memoriam retinet,qui humilitatem tegit*,vſus eadem ſimilitudine ouorum, hæc ſubdit,*ſi nuſquam tegerentur,non fouerentur* fouendum eſt igitur verbum Dei in medio cordis, vbi vitam recipiat, qua recepta alijs tribuat.atque vt hoc explicaret Iacobus Apoſtolus inſitionis ſimilitudine vſus eſt, inſitiones hoc pacto fiunt;diuiditur truncus,tunc virgultũ adligatur trunco,& in terra in medio ſepelitur, vſquequo in flores erumpat; nec ab eo ligamina remouentur donec vireſcant,& in terra coaluiſſe cernantur; ita verbum Dei debet eſſe, ait Apoſtolus inſitum cordi noſtro prius vinculo charitatis; ligamen enim, charitas eſt, quæ eſt vinculum perfectionis, & in terra humilitatis prius debet, in corde, radices figere virentes, deinde fructus alijs edere.*Suſcipite*,inquit, *inſitum verbum,quod poteſt ſaluare animas veſtras* Iac.1.c.21 poteſt ſaluare, inquit, animas veſtras; tunc ſaluat animas,cum inſitum eſt, ideſt cum prius coaluerit,& radices fixerit in animas prædicantium; ſaluat deinde animas cæterorum; verbum enim Dei, quod prius humilitate, ac charitate, & patientia creuit, fructum affert, etiam in patientia,& appoſita in noſtrum ſenſum eſt ſimilitudo hæc plantationis,& inſitionis; quandoquidem ipſe hoc ipſum debet alijs præſtare prædicator, vt quaſi hortulanus ſe gerat in officio prædicandi. Vnde Ieremiæ ſtatim,ac prædicandi munus demandatur,officiũ hortolani præcipue iuſſus eſt agere, *conſtitui te ſuper gentes,vt deſperdas, & diſſipes, ædifices,& plantes*,& ſuper hæc verba Prædicator hortolanus. ait Bernar. (vt ſupra diximus) *quid horum ſactum ſonat? ruſticani magis ſudoris ſchemate, quidam labor ſpiritualis expreſſus eſt,&c.*quod cum ita ſit, agriculturę nobis exempla, officium prædicatoris oſtendunt; hortus, dum adhuc, tener flos eſt,olera,plantæ, ac inſitiones pubeſcẽtes;ſi ſæpè,ſi muro,non abſconditur,beſtiarum patet incurſibus, peregrinorum denique, ac puerorum fœdatus manibus;crebris contrectationibus, non dum confirmatas plantas emittit, quod ſi muro prius vallatur, ſecreto hortolani labore, paradiſi pulcritudinẽ acquirit. Vocabatur ſponſa, *hortus concluſus,fons ſignatus*,quia,*flores ac fructus in bona intentione,vitæ æternæ abſcondit dum humanas laudes omnino contemnit; ipſa etiam bona intentione ſe circumſæpit,ne ad ipſos fructus rapiendos antiquus hoſtis irrumpere poſſit*, vt ait Gregorius; Can.4.12. Quod autem hic,per hæc verba, prædicatores deſcribantur ſuperiora textus verba declarant,*fauus diſtillans, labia tua,mel,& lac ſub lingua tua*,quæ verba de prædicatoribus intelligit Gregorius his verbis, *prædicatores eccleſiæ bene labia ſponſæ dicuntur, quia per eos populus loquitur,& per eos ad fidem paruuli quique erudiuntur; dum per eos occulta ſcriptura*,

Verbum Dei inſitũ prius quo modo fructũ parit.

ptura, quaſi cordis latentia manifeſtantur, hic obiter obſerua, quod recte dicitur fauus prædicatio, & valde ad noſtrũ ſenſum: in fauo enim cera videtur, & mel intus latet; quando enim electus quiſque prædicat; quando cæleſtia gaudia neſcientibus reuelat, tunc fauus diſtillat; mel autem abſcondi ſemper debet niſi cum opus fuerit alijs reuelare, & ſequitur idem: *quia quanta dulcedo*
1.Cor.4.7 *ſapientiæ in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifeſtat: vnde ſcriptum eſt habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*, ſed ad rem propoſitam quare diſtillantia ſunt labia ſponſæ quare melle, & lacte repleta? quia ſequitur, *hortus concluſus, fons ſignatus*, quia habuit mel ſub lingua, ideſt internam virtutum dulcedinem reſeruauit, & abſcondit, ſed magis facit, quod ſubdit, *hortus concluſus: emiſſiones tuæ paradiſus*, prædicator .n. q̃ hortus concluſus eſt, emiſſiones eius, ideſt prædicatio eius paradiſus eſt; ideſt diuina, ac cæleſtia vere nuntiat; vita ſunt verba eius; ſic qui eſt fons ſignatus, vita etiam ſunt vndæ eius. Hortus concluſus fuit Chriſtus; qui vſque ad trigeſimum annum voluit potius tacens inueniri, quam prædicare. Dicit enim Bona. *nihil faciendo fecit magnifica: nihil enim de eius factis à myſterio vacat, ſed ſicut virtuoſe loquebatur, & operabatur ſic virtuoſe tacebat, & requieſcebat, & ſe ſubtrahebat. Magiſter igitur ſummus, aliquando docturus gentes cæpit à iuuentute, cæpit opera facere virtuoſa reddendo ſe aſpectui hominum inutilem, & abiectum, ac inſipientem: ibat ad Sinagogam, ideſt ad Eccleſiam, &c.* en tibi quomodo Dominus tanto tempore fuit hortus concluſus, vt inde emiſſiones eius eſsẽt paradiſus; ipſe enim cæpit facere, & deinde docere. vltimo tandem cum tempus loquendi adueniſſet, ita loquebatur, vt æternę vitæ paradiſum emitteret: ait enim Petrus, *ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*, verba eius erant vitam afferentia, *Domine dic tantum verbo, & ſanabitur puer meus.* aduerte autem, quod dicit ſcriptura

Prius ſecu ſtodiat deinde emittas fructus prædicationis.

Bon. in med vitæ Chriſti.

Io.6.. 68
Luc.7.7.

hortus concluſus emiſſiones tuæ paradiſus, emiſſiones huius horti ſunt paradiſus; & quis eſt paradiſus iſte? virtutum malorum punicorum, quæ per charitatẽ accipiũtur, cypri cum Nardo, Nardus & Crocus, &c. quæ omnia quaſlibet virtutes denotant.

At vero, ne vlterius progrediamur; 86
hic primo capitulo oſtẽditur nobis quomodo prædicator debet eſſe, quanta ſcilicet cautela verbum Dei tenere debet; Deus namque inſtruit Ieremiam quomodo verbum Dei in ſinu cordis abſcondat, dicens, *quid tu vides Ieremia? virgam*, reſpondit, *vigilantem: baculum nuceum*, Hieronymus, Ambroſius & Iſidorus, & fere communiter expoſitores, *bene vidiſti*, reſpondit, *quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud* nux dura, atque binis corticibus obtecta eſt; nucleum tegitur duro, & nodoſo cortice; arbor eſt, quæ nullos, vel obſcuros flores emittit, ſed nucleum habet ſuaue; cum ergo Deus dederit verbum Ieremiæ, *ecce dedi verba mea*, oſtendit quomodo verbis vtendum eſt; atque ſub hac ſimilitudine verba in medio cordis docuit retineri debere; nec ſufficit habere verba ſub cortice ſilentij tecta, ſed requiritur, quod prædicator vigilet ſuper his, nam ſequitur, *bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud.* Nota, quod non ſemper debet verbum in corde tegere, ſed licet vigilet ſuper verbo, attamen debet eadem cuſtodia auditoribus communicare; hoc enim eſt vigilare, vt faciat: hoc autem dicit in pſona Ieremię, nã ei⁹ verba erãt Dei, *ecce dedi verba mea, & verbum Dei verbum Ieremiæ.* Nota vlterius, quod non ſolum tectum iubetur eſſe verbum ad inſtar nuclei, ſed etiam Ieremias ipſe iubetur vigilare inſtar ciuitatis, quæ hoſtium timet incurſus; licet enim tegatur muris, licet præſidijs muniatur, ne tamen noctu inſidietur inimicus; vigiles in muris tenet, qui agant excubias, & à ſecretæ noctis inſidijs tueantur. Ciuitas erat Ieremias, & ciuitas munita, *ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, &c.* nec munitio-

Ier.1.12.

Inſtruit Ieremias quomodo prædicari oportet.

Tegat verba, ſed nõ abſcõdat ab auditoribus.

Ier.1.9.

Ier. 1. 18.

Digitized by Google

ni ones ipſas alias habuit, niſi quando verbum habuit Domini, prius enim neſcie bat loqui, puer elinguis, nec dũ munimenta neceſſaria ad ſe tuendum ab inimicis habebat. ad tuendum igitur in hac ciuitate verbum Dei, non ſufficiunt munitiones, fortitudinis ſcilicet, & rectitudinis, quas ipſe habebat, *poſui te in columnam ferream*; nec impenetrabilitas murorum: *dedi te in murum æneum*, nec ſolum dignitas prælatorum, *conſtitui te ſuper gentes, &c.* ſed, vt omnino ſecurior ciuitas reddatur, vigilantia opus eſt, quæ omnes inſidias ſuperbiæ, oſtentationis, cæteraque hoſtilia machinamenta deturbet. Quod autem per vigiles prædicatores ſumantur, probat Bernar. ſuper illa verba Cant. *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt, &c.* vbi per vigiles prædicatores intelligit: Hinc eſt, quod verba, quæ dicebantur de puero; Maria conferebat, & conſeruabat in corde ſuo. Sed quid ſibi hoc vult, quod ciuitas hæc animata, vrbs fortitudinis noſtræ, in qua poſitus eſt Saluator, murus, & antemurale, conferebat verbum? niſi quod vigilando, non patiebatur eſſe otioſum verbum in corde ſuo; ſemper promiſſis Angeli, diuinam incarnationẽ, incarnationis prodigia, cantus Angelorum, verba paſtorum adinuicem connectens, mira de puero concludebat: ipſa verò verbum Dei, quod ignis eſt, ſub cinere ſilentij, & humilitatis abſcondebat.

Bernar. in Cant.

B.V. quomodo verbum abſcondebat in corde.

87 Ne autem, quis putet (vt verſiculum hunc concludamus) omnino prædicat. reticendum eſſe, differendum nobis eſt apertius quando verba facturus eſt quãdo vero tacere debeat; tempus ſilentij, tunc eſt, quando in comparatione virtutum verſatur; prius enim debet oratione, ac exercitatione ſpiritualium rerum, ſemetipſum inſtruere, & poſtea alios docere, edoctus ipſe à Deo alios docet, vt toties replicauimus; *Dei namque*, ait Gregor. *docibilis eſſe debet, qui docere alios cupit.* manifeſte huius rei figuram habemus in Ezec. vbi Dominus prophætam ordinauit Ezecch. & cibauit volumine, & mandata dedit, quæ facere debebat, & quæ docere oportebat populum poſtquam; hoc egit; iuſſit prophætam ingredi ſtatim in medio ſuæ domus, & includi in ea, & non egredi, nec hoc tantum, ſed voluit illum obmuteſcere, & linguam palato adhærere. quare, priuſquam prædicaret, effecit mutum dum haberet, iam, verba Domini in ore, & iam promptus eſſet ad prædicandum? nulla alia ratione, niſi vt ſupra diximus; quia prædicator licet verba, & eloquentiam habeat non tamen debet populi curam ſuſcipere prædicando, niſi prius ſibi ipſi prædicet ſilendo, & conferendo verba Domini, & audiendo à Domino quanti ſit ponderis miniſteriũ ſuum, vnde, & eidem Eze. dicitur a Domino, *cum autem loquutus fuero ad te, aperiam os tuum*, quaſi dicat, cum autẽ ex meo ore fueris inſtructus per mentale exercitium, & ſilentij virtutem, tunc loqueris ad eos. Iſtud, tempus tacendi eſt: at vero quemadmodum imperfectio eſt, prodire non edoctus à Domino, ita præpoſterum eſt, cum tempus loquendi inſtructo prædicatori aduenerit, tacere. Inde lamentabatur Hieremias, in oſſibus ſuis verbum Dei furere, ac ardere. Ieremias doctus à Domino, qui audiuit, *ecce dedi verba mea, & quæcunque mandauero tibi loqueris ad eos*; *& ſurge, & loquere, &c.* ipſe enim cum ſilentium ſibi indixiſſet (vt ait Gregorius) dicens, *non recordabor amplius, neque loquar vltra in nomine illius*; illico adiunxit, *& factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens, &c.* ſuper hoc Baſilius, cum ſubtraxiſſet ſermonem à populo timẽs ne eodem igne ſpiritualiter vreretur, hæc habet, [*quare, & ipſe, quod vos celatum eſſe nolim in ſilentio permanſiſſem, ſi exemplum Hieremiæ non extimuiſſem, qui cum ad populum dicto non audientem, verba facere nollet, ea perpeſſus eſt, quæ ipſe recenſet; quod in viſceribus eius, ignis, &c.*] eadem de hoc igne ſcribit Ambroſius, in Pſalm. *ignitum eloquium tuum vehementer: quem*

Ezec 3.26

Eze. iubetur ſilere prius quã prædicet.

Ier. 20. 9.

Baſ. hom. 14. de ebriet. & luxu. & oratione 6 de inſtit.

Digitized by Google

quem ergo Dominus ignem in nouo miſit teſtamento, qui ſecretos mentium diuina ardore cognitionis inflammaret affectus, q vaporem fidei, & deuotionis adoleret: vnde Ieremias aiebat, & dixi non recordabor vltrà, nec prophetabor amplius in nomine illius; & factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtiuans, clauſuſq; in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinēs, &c. ſentit hoc, qui verba Dei debita populo corde retinet; qui ignem quo frigida audientium pectora calore diuino fouenda ſunt, pectore ſuo, ſibi prædicator abſcondit.

88 Inſtrumenti bellici genus aiunt huiuſmodi eſſe, quod arcis ima parte præcluſum, obſtructo quocunque aditu, excitata ab igne, ſulphurei pulueris tormentarij virtute, irarum plenum, & ruinæ, obſiſtentes ſibi aditus totamque arcem ſerpente incendio euertit; hunc in modū aiunt Aethnam, & Veſeuum, flammarū globos euaporare; cum enim viſceribus flammam nutrirent, igne intus debacchāte factum eſt, vt in cacumine, os immane ad euomendas flammas, mons ipſe hiās aperiret; quod facerent flammarum latētium impetu, in cinerem redigerentur; tanti eſt verbum Dei, quod ignis eſt ſecreto cordis ſinu abſcondere; vel tanti etiam Ieremiæ fuit abſcōdiſſe, quod per oſſa clauſo oris aditu ſerperet vrens, & exæſtuans; vnde ſubiuxit, *& defeci ferre non ſubſiſtens*, ſtatim vero ad prædicationem verbi Dei ora tacentia ſoluit. Dauid quoque ignito plenus eloquio quōdam tacuit, *obmutui*, inquit, *& humiliatus ſum, & ſolui à bonis*; ſiluit à bonis rebus, quas debebat prædicare, inde graue fuit, quod ſiluit à bonis rebus etiam humiliatus; q inde accidit? clauſo ore cū ignis verbi non haberet aditum, cor cæperat exuri, ait enim, *dolor meus renouatus eſt: concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis*, & Greg. addit cauſſam quare concaluit dicens, *ignis in meditatione cordis exarſit, quia increpatio delinquētium à correptione oris, refrixit intus; concaluit, quia dilectionis ardor, per admonitionem loquutionis exterius emanare recuſauit; ignis exarſit intus, quia abditus intus, & cordiū pabulo gaudet, dum ad cæterorum corda per os non emittitur, pabulo proprij cordis omnino vtitur.*

Simile. Inſtar ænei inſtrumenti, q arces euertit.

Pſal. 38. 5.

Greg. in 1 cap. Io.

Enimuerò ſm̄ varios ignis effectus, 89
varios cernimus eos, qui tegunt ignem verbi, corde, effectus ſortitos eſſe. hoc ſimili, totum hoc patebit. Cum vrbs, vel domus admoto igne traditur incendio, videas quoſdam igne latente conſumi, alios flammarum impetus ingruentes, concito curſu euitare, exclamare; alios vicinorum opem implorare; alios intenſiori flamma peruſtos, deficere. Hos parit ignis materialis effectus; atque hos etiam in ſcripturis ſæpe; atque hoc etiā in igne ſpirituali comperimus. Iob amicorum loquacitatem ferre non ſubſtinens diu expectauit, vt vero ſermone ipſos argueret, & talem in ſilentio vim patiebatur; tandem interno igne depopulante in hæc verba erupit, *tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit, & ænigmata mea, auribus audite ſermonem meum*, & deinde ſtatum, quod patiebatur ſilentio ſubdidit, *quare tacens conſumor?* hic primus effectus ignis, qui conſumit abſconditus.

Simile.

B. Virgo Plena Verbo Dei, & conſeqn 90
ter igne conſumente; ipſe enim dicebat, *ignem veni mittere in terrā, & quid volo niſi, vt ardeat?* plena incēdio Spiritus Sancti, *Deus noſter ignis conſumens eſt*, &, *viuus, ignis, charitas*, igne inquam verbi, plena, vt aliq ex incendio ſolariū haberet, curſu ad montana prexit, *& exurgēs Maria*, ait Euangeliſta, *abijt in montana cum feſtinatione*. Elizabeth ſpiritus et Sācti ſenſit incendia, non ſolū propria, ſed pueri Ioannis, ſed Mariæ, *exaltauit infans in vtero eius*, &, *repleta eſt Spiritu Sancto Elizabeth*, effectum parit ignis in Elizabeth clamoris, *& exclamauit voce magna Elizabeth, Benedicta tu in mulieribus, &c.* ſed quare diuerſus eſt in Maria, & Elizabeth, dum vtraq; Spiritu Sancto repleta eſt? De Maria.n. dicitur *Spiritus Sanctus ſuperueniet, &c.* & de Elizabeth, *& repleta eſt Spiritu Sancto Elizabeth.*

B Virgo plena verbo Dei cur iit ad montana.

Luc. 1.

Quare cur rit B Virgo, & non Elizabeth.

Z

beth.De B.Virg. hanc aſſignat rationem
Ambr.hic Ambr.hic,*quo enim Deo plena niſi ad ſuperiora*,cum feſtinatione conſcenderet? neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia,& infra virginitati tribuit,*in montana virgo cum feſtinatione*.

91 Aliam nos poſſumus aſſignare rationem diuerſi fœtus,quibus replebantur, diuerſos ignes attulerant;erat lucerna Ioannes,ardens,& lucens;ſed erat etiam vox clamantis in deſerto,quid ergo mirum ſi mater eius igne ſpiritus peruſta, dum habet vocem clamantem exclamat
Iſa.8.3. voce magna? Erat Chriſtus ignis,*ignem veni mittere in terram*, ſed nomen eius vocabatur,*feſtina,accelera*, nil ergo mirum ſi currit Maria cum feſtinatione ad Eliſabeth,iſta exclamat

92 Chriſtus præterea, quem in vtero virgo geſtabat,videbatur fore, vt magnam ex curſu delectationẽ caperet; nec tantum hoc,ſed poſtquam,e cœlo egreſſus eſt,curſu cœpit vitæ ſuæ ſtadium menſurare;ait enim de ipſomet Chriſto Dauid
Pſal 18.6. *exultauit,vt gigas ad currendam viam.* ſed quare ex tunc in vtero? quia ex tunc oblectabatur, ſequitur enim quod principium viæ fuit egreſſio,*à ſummo cœlo egreſſio eius*, inde enim habuit curſus exordium;mater vero,quia cęleſtibus filij motibus obſequebatur;& feſtinat, & exultat,*abijt in montana cum feſtinatione;& exultauit ſpiritus meus*.

93 Hinc eſt, quod alius videtur ignis latentis effectus,*abijt*,inquit,*in montana*, hoc proprium ignis eſt,quod inter cætera elementa ſemper ſuperiorem locum requirat,& feſtine rapiatur, connaturaliter enim ad ſphæram elementa confugiunt;inde Maria æſtuans igne,ſuprema petit;quia ſecreto igne mouebatur.

Maria ad montana pergit, qa ignis aſcẽdit.

94 Vel dicamus tandem,Mariam, Diuinos fauores, licet interna gratiarũ actione,& humilitate recognouerit; non tamen adhuc in laudis canticum aliquod prorupiſſe; quapropter conceptum ſermonem de diuinis laudibus, haud quaquam valens longius retinere,cito curſu vt melos aliquod cantaret venit,& ſalutauit Elizabeth;mos enim eſt cantorum, vt vocem (vt aiunt) priuſquam cantent, ſumant à magiſtro : quid ergo mirum ſi canitura virgo,vocem,à voce venit ſumere? vocem autem deſumpſit cum Elizabeth ad motum pueri, *exclamauit voce magna dicens,&c.* tunc ait, Euangeliſta; *& ait Maria,Magnificat anima mea Dominum*, quare non prius? quia tunc vocem habuit,tunc cantandi modum, ideo cucurrit,vt caneret:exultauit puer, & ipſa pariter exultauit. melos autem [alto,& graui] vt aiunt,duabus vocibus recitatum eſt;primam cecinit partem Elizabeth,*exclamauit voce magna* dicens, *vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* quę altitudo maior poteſt excogitari, vt voce magna Matrem Domini Mariam appellet?quæ vero profunditas in cantu maior audiri poteſt,quam vt ancillam ſe nominet, quæ mater Dei prius appellata eſt?*reſpexit*,ait,*humilitatem ancillæ ſuæ,&c.*

Canũt ad inuicem Maria,& Elizabeth. Luc.1.45.

Aduerte autem, quod quando ſcriptura vult exponere alicuius flagelli feſtinãtiam,ac velocitatem;illud igni comparat ſiluam depopulanti; ignis enim in montibus citiſſimo incendio lignorum eſcam abſumit;*ſicut ignis, qui comburit ſyluas; & ſicut flamma comburens montes;ita perſequeris illos,&c.*ignis autem Chriſti,ignis,inquam,amoris,quid aliud præſtaret,niſi vt arderet, & citiſſime cõburreret;prima autẽ quæ hoc igne combuſta eſt,fuit B.Virgo:merito igitur,cæleſti igni alios incenſura perrexit; vt autem effectus huius velocis ignis monſtretur, puer, qui adhuc geſtabatur vtero, hoc amoris ſancto igne præuentus, immaturè exultat.Atque hoc modo,diuerſi,diuerſa ex verbo,& Sancto Spiritu incendia ſenſere;ſimilitudines autem ſi videbitur poſſunt comprobari ex incẽdio troiano, & à contrario ſenſu ex actione Amatæ,qui perrexit in ſyuas decantatura Mænadum carmina Euohę,excurrens pręfurore latentis ignis:quæ omnia pete ex Virgilio : nos autem hæc prætermiſimus, ne Sancti Spiritus igne videamur turpem illum furoris immiſcere, &c. 95

Pſal.82.15

Celeritas oſtenditur in igne.

Virg.2. Ana. & 8.

Verſi-

Verſiculus. X.

VVLGATA.

Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

SEPTVAGINTA.

Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, eradicare, & deſtruere, & perdere, & reædificare, & plantare.

CHALDÆA.

Vide, quod conſtituerim te hodie ſuper populos, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & perdas, & diſſipes, & ſuper domum Iſrael, vt ædifices, & confirmes.

PAGNINVS.

Vide, conſtitui te die hac ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & diruas, & diſperdas, & excutias, vt ædifices, & plantes.

VATABLVS.

Ecce ego conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas, & extirpes, vt perdas, & diſſipes, vt ædifices, & plantes.

PARAPHRASIS.

En Ieremia te conſtitui, vt euellendum Iudæorum populum, & à ſuo loco extirpandum, & diſsipandum à Babilonio rege nunciares; ac denuo, ſoluta captiuitate, in Ieruſalem reædificandum, & plantandum.

Expoſitio.

E*Cce conſtitui te ſuper gentes, & regna.* Pagnin. *vide:* Bis repetit, *ecce dedi, ecce conſtitui te:* nec otioſè: vt ſenſus ſit; aduerte, quod te conſtituerim ſuper gentes; vide quod onus tibi ſit demandatum: tui te officij commoneo: quod autem legis Ieremiam ædificaturum, & plantaturum, non ità accipias, quaſi ſuper reges, & regna conſtituendus, fabrilia munera præſtare debuerat; ſed quod regibus, prædicatione, euertenda nunciaret. Sæpe enim in ſcripturis cum aliquid fieri denunciatur, hoc ipſum dicitur elici ab eo, quod denunciat, vt, *excoeca cor populi huius*, non enim Iſaias ad excoecanda Iſraelitarum corda mittebatur; ſed ad populi excoecationem annunciandam: vide plura exempla apud Gaſp. Sanct. hic: Aptè autem dicitur, *vt euellas, & diſsipes*: his enim verbis exprimitur, quod prædicatio Ieremiæ, ad eos eſſet dirigenda, qui à vero cultu exciderant, ad idola conuerſi; ædificare namque, & plantare, eorum eſt, qui legem amplectuntur, & fidem: qui contrà, euellere, ac deſtruere eorum eſt, qui à religione defecerunt, quales ij extitere quos redarguit Ieremias; præſertim ſequentibus quattuor capitibus de quibus ait, *dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Porro deficiente cultu, omnis plantatio langueſcit, & deſtruitur ædificium, ſeu humore gratiæ deficiente, *omnis plantatio, quam non plantauit pater meus eradicabitur*, ſeu ob ſuperbiam ſit areſacta, vt Eccleſ. *radices gentium ſuperbarum areſecit Dominus*, ſeu quod fructum non ferat, *omnem palmitem non ferentẽ fructum, &c.* hæc vero plantare, ſeu eradicare, ſeu deſtruere, ſeu quoduis aliud, prophetarum præſertim eſt, atque Apoſtolorum, vnde dicitur, *vt euellas, & deſtruas, &c. & ædifices, &c.* Paulus vtriuſque etiam meminit officij, architecti, videlicet, & agricultoris, *Dei enim ſumus adiutores, Dei agricultu-*

Marginal notes: 1 — Regula ſcripturæ — Iſai. 6. 10. — Gaſp. ſan — Ier. 2. 3. — Matth. 15. 13. — Eccl. 10 18. — Io. 15. 2. — 1. Cor. 3. 9

agricultura eſtis,Dei ædificatio eſtis ,ſecundum gratiam Dei,quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectum poſui,& Ieremias
Hier. architectus erat, inquit, Hieronymus, inde ſcriptura, *ſi quieſcentes manſeritis in terra hac, ædificabo vos; & non euel-*
Ier.42.10. *lam; iam enim placatus ſum ſuper malo, quod feci vobis*, & alibi, *ecce quos ædifica-*
Ier.45.6. *ui ego deſtruo; & quos plantaui ego euello.* hæc verbi tranſlata acceptio, euulſionem ſignificat Domus Iudæ,& commigrationem in Babilonem, *Ecce ego euel-*
Ier.12.14 *lam eos de terra ſua*, inquit, *& domum Iuda euellam de medio eorum, & cum ædificauero eos, & miſerebor eorum, &c.* deſtruam autem ad deſtructionem mu-
Ier.52.14. rorum vrbis Ieruſalem ſpectat. *Et totum murum Ieruſalem per circuitum deſtruxit cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magiſtro militiæ*: alibi, *aſpexi,*
Ier.4.26. *& ecce Carmelus deſertus, & omnes vrbes eius deſtructæ ſunt.* & Tren. *omnes*
Tren.1.4. *portæ eius deſtructæ ſunt: deſtruxit in furore ſuo muros; deſtruxit, & non pepercit;* euidenter autem ad deſtructionem ciuitatis refertur, quam nunciaturus erat propheta. Diſperſionem vero eam ſignificat, cuius meminit etiam idem
Ier.42.11. propheta. *Et diſperdam omnem Iudà, & diſperdam populum meum*, gentes ſcilicet quas deplorabat diſperdendas eſſe Eze. cum præceptum eſt, vt præter ſignatos Tau. omnes, gladio cæderentur; illis quoque dictum eſt (haud dubium, quin regibus Babilonicis) *audiente me, tranſite per ciuitates ſequentes eum, & percutite: non parcat, &c. remanſi ego, ruique ſuper faciẽ meam, & clamans aio, heu, heu, heu, Domine Deus; ergo ne diſperdes omnes re-*
Eze.9.7. *liquias Iſrael; effundes furorem tuum ſuper Ieruſalem?* excidium populi, & vrbis diſperſionem, prænunciauit his ver-
Pſal 51.7. bis Dauid, hæc omnia in Pſal. complectens, *propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam, de terra viuentium*, hoc ad litteram eſt, quod Ieremias, ait de eradicare, diſperdere, euellere, &c. & ad litteram hunc locum de excidio vrbis, & populi tranſmigratione, intelligit Hieronymus, *omnia hac,* Hieron. in Pſal. 51.
inquiens, *in iudaico impleta ſunt populo, quia & ei legis littera deſtructus, & euulſus e ciuitate, migratuſque eſt de tabernaculo Dei*, lege Pſal. 43. qui has populi tribulationes, & calamitates commemorat.

Diſſipare quoque pertinet ad omnimodam diſperſionem, ita vt, neque veſtigium aliquod populi huius appareat, *vt ventus Aquilo diſſipat pluuias,* Pro.25.23
ita, &c. hac quoque voce in populi exterminatione vtitur Ezec. *erit enim im-* Ez. 13.11.
ber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem: diſſipare quoque ad muros referri poteſt; ſupra enim dixerat, *dic ad eos, qui liniunt abſque temperatu-* Amos 5.
ra, quod caſurus ſit: quaſi etiam denotet diſſipationem murorum, *diſſipabit ædes multas*, vel ad arborem, cuius radices euellendæ erant, ità vt neque veſtigium ramorum euulſorum, ideſt Iudæorum de tabernaculo, & æde commigratorum appareret. vnde Tren. *diſſipauit quaſi* Ier. Tren. 2.6.
hortum tentorium ſuum; omnia autem hęc dolenti plangit Ieremias alphabeto. *Factus eſt Dominus velut inimicus, præ-* Ibidem.
cipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius, diſſipauit omnes munitiones eius & repleuit in filia Iudæ humiliatum, & humiliatam: & diſſipauit, &c. & infra, Tr.2.5.
cogitauit Dominus diſſipare murum, luxitque antemurale, &, murus pariter diſſipatus eſt. Diſſipationem vero populi non in prima tantum, ſed in ſecunda, etiam captiuitate intelligit Rupertus, *quando euellas, & deſtruas? quando ve-* Rup. hic.
nient Romani vindices tui, eorumque, & locum, & gentem tollent; deinde cum in manus gladij materialis traditi fuerint, euulſæ corporibus animæ, partes vulpium, ideſt malignorum ſpirituum fient; non modo, ità euellas, vt ſaltim vni captiuitatis loco, ſimul permittas, ſed diſperdas in omnes partes, diſſipes in ſemitas, porticuſque locorum: & ædifices, & plantes quos? non ipſos, ſed pro ipſis alios; ideſt gentes exteras, deſertas; ædifices gentes, non habentes locum in teſtamento Dei,

in

in terra viuentium plantes.

3 Aedifices:hoc quoque referendum arbitror ad reductionem de captiuitate Babilonica,quam ſæpe ædificandi verbo expreſsit : *Hæc dicit Dominus inuenit gratiam in deſerto,populus, qui remanſerat gladio,vadet ad requiem ſuam Iſrael longe Dominus apparuit mihi, & in charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te, miſerans,rurſumque ædificabo te,& ædificaberis virgo Iſrael*:quos enim diſperdidit in captiuitatem, iterum reædificauit, Pſal.vero,qui de hac ædificatione poſt reuerſionem à Babilone loquitur, hoc etiam verbo vſus eſt, *ædificans Ieruſalem Dominus* (Hæbræ.*ædificabit*) *diſperſiones Iſraelis congregabit*,meton.diſperſos ex Iſrael colliget , nec patietur interire Dominus , qui ædificat Ieruſalem ; Iſaias quoque ſic appellat exules à patria eiectos , è ſuis ædibus aſportatos in captiuitatem Babilonicam ; *& leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iſrael colliget à quattuor plagis terræ*.Genebr.Rabbinorum meminit,qui, & temporariam congregationem in Iudæam intelligunt, diſperſionem ex ea ex quattuor monarchijs.alibi,*in miſerationibus magnis congregabo te*; multoties etiam hoc loquendi genus reperies in ſcriptura in hac re.

Ier. 31. 1. Pſa 146. 2. Iſa. 11 12. Iſa. 54. 7.

4 Eodem modo plantandi verbo vſus eſt Hieron. qui plantationem intelligit Eccleſiæ in nouo teſtamento , idem explicat illa verba pſalmi *plantauit radices eius , & impleuit terram:* pluries ſe iterum plantaturum gentem ſuam promittit Deus,& Ier.*plantabo,& non euellam* & Ezech. *vt ædificem , & plantem illos*. Huius etiam plantationis,& tranſplantationis meminit Ezech.in perſona , & rebellione Sedeciæ,plantatus enim,tranſplantatus eſt Babilone , dum captiuus duceretur. in hac vero ſcriptura (vt toties ſupra) excidium vrbis ex incendio , & interfectione aperte deſcribitur, *mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo,ſuper aquam plantata eſt,fructus eius,& frondes eius creuerunt ex aquis multis, &c.* & , *ventus vrens ſiccauit fructum , marcuerunt , & areſactæ ſunt, virgæ roboris eius,ignis comedit eam;& nunc tranſplantata eſt in deſerto,in terra inuia,& ſiticati; & egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit*. Hic, captum Sedeciam à rege ſuperbiſsimo Babiloniorum,incendio regnum peremptum, regemque tranſplantatum captiuitate deſcripſit. Hæc iuxta litteram dicta ſint. Hier. locum iſtum Ieremiæ ſuper perſona Chriſti intelligit , *qui regna deſtruxit diaboli , aduerſarias perdidit poteſtates, delens chyrographum errorum in cruce:de quibus in pſal.ſub hyſtoriæ veritatem,quare fremuerunt gentes;pro his euulſis atque deſtructis ædificatur Eccleſia Dei:ſuper perſona vero Ieremiæ nulli dubiũ eſt , legimus enim in conſequẽtibus quod accipiat calicem meri , & propinet cunctis gentibus*. Hæc Hier. denique, & in Eccleſ.de Ieremia dicitur , *qui à ventre matris conſecratus eſt propheta,euertere,eruere,& perdere;& item ædificare & renouare*. Deinceps morales obſeruationes percurrendæ ſunt.

Pſa. 79. 10. Ier. 42. Eze. 17 8. Hier. hic.

5 Et primo obſerua nullam hic fieri mẽtionem de ſacerdotibus,*ecce conſtitui te ſuper gentes,& ſuper regna*,cum vlterius inter eos , qui Ieremiæ forent ſubiecti enumerentur etiam ſacerdotes,*dedi te in ciuitatem munitam:in murum æreum & in columnam ferream;ſuper omnem terram;regibus Iuda;principibus eius ſacerdotibus,& populo terræ*.Verbum Dei eius roboris eſt , vt eo audito princeps quamuis malus commoueatur , idcirco dicitur, *ecce dedi verba mea:ecce conſtitui te ſuper reges , &c.* quaſi verbum ſit arma,& vires ad expeditionem imperij, & principes debellandos ſpirituali dominio. Inde Dauid ſuas ipſe tribulationes enumerans,& ea,quæ à frementibus principibus contra ipſum parabantur , aiebat:*quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania,&c.aſtiterunt reges terræ,&c.*at vero nullum remedium aptius ad ipſos deterrendos , eſſe dicit , quam Domini verba : vnde ait , *Dominus irridebit eos,&* cauſſam affert , *tunc loquetur ad eos in ira ſua*(ad vna reprenſione.)

Moralis

Quare ſacerdotes minime dicti ſunt ſubijci à Ier.

Pſa. 2. 1.

ſione.)terrebuntur,verbo conuertentur Genebr.*terrebit eos, ideſt compunctione afficientur*. Itaque licet minax ſit, ac ferox princeps,gladio tantum verbi Dei, ideſt compunctione transfigitur.Cum vero de ſacerdotibus impijs ſermo eſt, oportet inſtructum, ac magis præmunitum prophetam accedere; atque vt ciuitas ſit munita,murus æneus,& columna ferrea idcirco dum ſe dicit imbecillem Ieremias, non occurrat: dum ciuitas eſt armorum ſpiritualium inſtrumentis munitiſſima,cum ſacerdotibus cōgrediatur, magis enim mouetur populus, & reges terreni; quam ij, qui quod audiunt derident, & quaſi omnia nouerint,quæ prædicatores annunciant, non deuotionem quærunt, ſed ea quæ in deuotis etiam rebus criminentur,& deludant.Congruit ſententia illa Saluatoris,*quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur*?& quod exponendo, inquit, Auguſtinus, *qui erunt homines per quos à nobis error auferatur*,hoc de improbis quod ſi in bonum ſenſum iſtud trahis,ità diſcurre.

Facilius compunguntur ſæculares, quam improbi religioſi.

Matt.5.13

6 Religioſos diuino cultui dicatos, nequaquam vult Dominus fræno regi,quo reges,ac principes;fræno,inquam,graui, & duro; etenim ſuper hos datur poteſtas deſtruendi,diſſipandi,&c.non enim cæleſti ſeruitio mancipati,ità debent ſubijci, vt ſæculari ſeruitio premantur. Itaque religioſos, ac Eccleſiaſticos non ponit hic vulgata, ſed ità ponuntur à Chaldæo,vt facile intelligamus quo dominio coercendi ſint: Principibus namque à Deo conſtitutis datur poteſtas circa quoſcunque,deſtruendi,& perdendi; præter quam circa habitantes in domo Iſrael, ideſt ſeruitio diuino addictos, circa quos nullum habet princeps ius deſtruendi,ſed potius, confirmandi, protegendi, & reædificandi, ait enim Chald. *& dixit Dominus mihi: ecce poſui verba prophetiæ meæ in ore tuo: vide quod conſtituerim te hodie ſuper populos, & ſuper regna,vt euellas,& deſtruas,& perdas, & diſſipes: & ſuper domum Iſrael, vt ædifices, & confirmes, &c.* hanc domum,illam cenſet Hieronymus, Presbyterorum, Epiſcoporum, vt ſupra dictum eſt:ad confirmationem itaque dantur Eccleſiaſticis, ſeparatim ab alijs, licet premantur ſæculares, quod quidem magnum religioſorum priuilegium exiſtimari debet.

Sacerdotii dignitas.

Notandum vero, vt etiam in hoc ſacerdotalem dignitatem habeas, quod 7
quando reges, ac regna Ieremiæ ſubdit Dominus,his verbis vtitur:*ecce conſtitui te hodie ſuper gentes,& ſuper regna:* quādo vero inferius ſacerdotes enumerat, non hoc verbo dominij vtitur,ſed, *dedi te hodie in ciuitatem munitam,&c.ſacerdotibus,&c.*ſubijcies,& calcabis reges,& regna: ſacerdotibus vero reſiſtens, præſtante tibi gratia mea auxilium, a nullo enim calcatur ſacerdos,quia etſi vitæ minor eſt,& vilis dignitate,tamen cæt. antecellit, atque hoc pacto illud facile explicabimus, quod ſupra in alium ſenſum etiam ponderauimus, ſcilicet quod in Zacch.dubium mouet;cur hoc modo Satan ſtantem à dextris Ieſu ſacerdotis interpellet,ac increpet Angelus,*increpet Dominus in te Satan, & increpet Dominus in te, qui elegit Ieruſalem*; *nunquid non iſte eſt torris erutus de igne? & Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli*, rationem reddit increpationis dicens, *nunquid non iſte eſt torris erutus de igne*? Igitur, & hoc obijcere poterat Satan,ideo ipſum ſacerdotem nihili duco,ac mihi ſubijcio,quia non eſt adhuc in incendio charitatis, nec vita innocente ignem dignitatis ſacerdotalis fouet; quin imò extractus tanquam torris,diſpari conuerſatione, nuda tantum remanente dignitate, eam improbitate fœdat,vnde,& veſtes ſordidæ apparent. At illud addit Angelus *nunquid non iſte eſt torris erutus de igne*? ideſt torris iſte licet extinctus ſit vita ſpirituali, te fugare deberet dignitas abſque ornamentis probitatis; tanti eſt valoris, vt te partem in illo non patiatur habere, & maioris eſt dignitas iſtius abſque meritis,quam quælibet dignitas mundanæ potentiæ:increpet ergo Dominus in te, quia inſidiaris Ieſu

Zacch.3.1

Sacerdos improbus torris erutus ab igne.

ſacer-

Digitized by Google

ſacerdoti magno licet indigno.

8 *Conſtitui te, &c.* modum quo ſubiectos populos regere debuerat propheta verum Dei cultum reuocaturus; ità Dominus inſinuat, *conſtitui te, &c. vt euellas, &c.* quapropter Hieronymus hæc habet: *Et aduertendum, quod quattuor triſtibus duo læta ſuccedunt, neque enim ædificari poſſent bona, niſi deſtructa eſſent mala, nec plantari optima, niſi eradicentur peſſima: omnis enim plãtatio, &c.* quæ ſupra petram non habet fundamentum, ſed ſupra arenam extructa eſt, ſermone Dei ſuffoditur, atque deſtruitur: Bis autem dicit, *vt plantes, & ædifices,* quater vt, *deſtruas, diſperdas, diſſipes,* & *euellas*; plures enim improbi ſunt, qui deſtruendi quam boni, qui confirmandi: pluritate itaque verborum, numerus eorum deſcribitur, & repetito tantum confirmationis, & plantationis verbo, paucitas benè viuentium. Verum, ordinem attendamus: prius debet euelli, quod aridum, quod infructuoſum eſt, & deinde in animis audientium, fructuoſum plantari, vti docet Gregorius, *ita eſſe ars docentium debet, vt in auditorum ſuorum mentibus prius ſtudeant peruerſa deſtruere, & poſtmodum recta prædicare, ne bonum ſanctæ prædicationis ſemen, plena malis corda non capiant, & de hoc dicit Sanctus Ioannes nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt; quia ſiquis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo.* Debet ergo ſuperior peruerſum germen omnino ex cordibus ſubditorum euellere diuina mandata plantaturus in impijs; imò plus laborandum in extirpatione eſt (atque hic alius ſenſus eſt) propterea ſæpius de extirpatione fit mentio, bis de inſtauratione, hoc namque docemur menſuram prædicationis, potiſſimam in ædificio ſpirituali, extirpationem vitiorum eſſe: quod etiam alibi docet Gregorius his verbis: *hinc eſt enim, quod Ieremiæ miſſo ad prædicationem dicitur: Ecce enim conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes, quia niſi prius peruerſa deſtrueret, ædificare vtiliter recta non poſſet, quia niſi ab auditorum ſuorum cordibus, ſpinas vani amoris euelleret, nimirum fruſtra in eis ſancti amoris verba plantaret,* id ipſum præſtitiſſe Iob obſeruat, itaque alibi. *Vnde ad Ieremiam dicitur, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes; prius itaque iubetur, vt deſtruat, & poſtmodum, vt ædificet, &c. B. Iob poſtquam cauſſas vniuerſalis Eccleſiæ amicorum ſuorum dictis, quaſi contra hæreticorum verba reſpondit, eorumq; elationem multimoda reſponſione deſtruit, iam docere ſe perhibet, vt videlicet apertè videatur ex his quæ ſubdidit, recta plantare; in his vero, quæ præmiſit, euulſiſſe peruerſa, ſequitur docebo vos per manum Dei, quæ omnipotens habeat nec abſcondam, &c.* exemplum alibi affert Petri, qui prius Iudæos increpauit dicens, *Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis in virtutibus, & prodigijs, &c. hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum, per manum iniquorum affigentes, interemiſtis:* inde enim Iudæi crudelitatis ſuæ cognitione deſtructi, ædificationem prædicationis audirent, vnde anxiè reſponderunt, *quid ergo faciemus viri fratres?* & reſponſum eſt, *agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum.* Quapropter Saulus, non quid recte faceret, ſed quod prauè feciſſet audiuit, nam cum proſtratus requireret dicens, *quis es Domine?* reſpondetur protinus, *ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris,* & cum ſubiungeret. *Domine, quid me vis facere?* illico adiungitur, *ſurge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere,* quamobrem prius perſecutoris facta corripuit Dominus, nec ſtatim facienda monſtrauit.

Hier. hic. Matth. 15.
Greg. Iob. 18.8.
Greg. cur. paſt. pa. 3. 3.
Mor. 18.8.
Cur. paſt. 16.
Act. 2.
Act. 11. 7.

9 *Conſtitui te, vt euellas:* Hic inſinuatur prophetæ omnem prorſus mali occaſionem, à cordibus peccatorum eſſe reuellendam; non enim ſufficit malum euitare, niſi etiam omnis mali occaſio euitetur; debet etiam quiſque omne

mali

mali germen, non obtruncare tantum, ſed euellere, ideoque dr̃, *euellas*, ideſt ſi occaſio, mali aliquid parturiet, eam radicitus extirpa, ne vnquam pullulante, ac indureſcente germine, graue ſit tandem eradicare. Vnde, & Iudas, ne quando infamis, ac rebellis vrbs Ephron inſtauraretur demolitus eſt, ruinamque his verbis deſcribit ſcriptura, *& peremerunt omnem maſculum in ore gladij, & eradicauit eam*, ideſt vſque fundamenta contriuit, alius etiam modus loquendi alibi, *venit aduerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit; eos autem, qui ab igne refugerant gladio peremit*, nec ſatis ſæuitum eſſe contrà proditores arbitratus, vt omnino illos e medio tolleret, adiunxit, *& cum hæc ita egiſſet diſceſſit, quaſi iterum reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus*, ne vnquam Ioppitarum iniquum germen repullularet.

Ma ch. 5. 51.

2. Mach. 12. 7.

10 Vlterius *deſtruas*, inquit, ſed ſtatim ſequitur, *diſperdas*; non ſufficit domum peccati deſtruere, ne occaſione vrgente, aliam poſitis fundamentis ſibi mali domum peccator ædificet; ſed, *diſperdas*, ideſt omnem prorſus iterum mali occaſionem diſperde, dirue, & diruta omnino diſperde huc illucque, vt nullo vnquam labore iterum poſſes vnire diſperſa, ideſt impedimenta talia interpone in illa amicitia, quæ te ad peccatum impellit, vt nunquam denuo impellaris. Quod ſi ex conſortio aliquorum, peccatum oritur, vel ibi gratia, ſcandali, vel alterius generis; non bene deſtruitur domus conſortij, ſi deſtruas ſeparando, ſed diſcedant ab eodem loco; vt vtrique conueniendi difficilis ſit poteſtas, fac vt ita remoueas, vt ſi fieri etiam poſſit diſperdantur.

Occaſio peccati omnino diſſipanda.

11 At vero, quia malum eſt occaſionem mali non euitare, diſperſionem, inquit, non ſufficere, ne aliquo modo exurgente malo, domus iterũ reædificetur: ideo ſequitur, *diſſipes*, ideſt annihiles: diſſipare namque redigere eſt ad nihilum. *Qui credebant ei diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum*, & proprium domorum eſt in quibus poſt ruinam nequaquam cerni poteſt, quid ibi extiterit, *& murus pariter diſſipatus eſt: diſſipauit domos eius*; & de filio prodigo, *& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam*: diſſipare oportet lapides dirutæ domus peccati, ideo exagerat, vt diſſipes, ideſt annihilentur; Aliquid etiam innuit in peccatore, quod dicit, *euellas, & deſtruas*, primum ad plantas pertinet, ſecundũ ad domum, ſiquidem peccatum facile euelli poteſt, quod recenter exortum eſt, vt olera, & plantæ: deinde vero quaſi habitatio firma eſt, quæ diuturnior eſt. verumtamen quoniam peccator, qui in habitaculi culpa moratur, iucunde in culpis teneri videtur, aliquo modo de eodem dici poteſt, (quod ad commoditatem alicuius in aliqua re exprimendam vſurpamus italicè (ſi fa l'orto, e la caſa) qui enim per diuturnam quietem in peccatis habitat, domum videtur extruere; qui vero quaſi in delitijs peccando tenetur, hortum plantat: Illud tribuit peccato Paulus, vnde, & dixit, *in conſummatione ſæculorum ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit*, & alibi, *vt deſtruatur corpus peccati*.

Act. 5. 36.

Tren. 2. 8.

Luc. 15. 13

Peccatum inſtar olerum.

Ad hebræos 9. 26

Rom. 6. 6.

12 Chaldæus vero legit, *vt excutias*; ſi domum peccati deſtruit improbus, ita debet occaſiones, e medio tollere, vt etiam puluerem quodammodo, quem in deſtruendo contraxerat, excutiat; ideſt vel vſque minimam occaſionem proſcindat, qui libere à peccato conſeruari cupit; mulieres impudicæ proſpectus amoue, & quod maius eſt pudicæ etiam conſortia fuge; otia, riſus, donariola; hoc eſt mali occaſionem abigendo excute optimum eſt ſcripturæ exemplum, præceptum eſt in Deut. *ſubuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles, & ſuper omnem lignum frondoſum, diſſipate aras earum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite diſperdite nomina earum de loco illis*: obſerua quod loca gentilium etiam præcipit ſubuerti: fieri enim poterat, vt curioſius hebræi inſpectantes,

Deut. 12.

tes,

Digitized by Google

res, & idola quærerent, & mores deinde tenerent, ideo loca ſubuertite, & diſſipate aras: & quod euidentius eſt, Iacob aſcenſurus Bethel, hæc præcepit domui ſuæ: *abijcite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo, &c. dederunt ergo ei omnes Deos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum; at ille infodit eas ſubter terebinthum, quæ eſt poſt vrbem Sichem,* ſufficit abijcere Deos, cur præceptum eſt, & veſtimenta mutare idola colentes? nempe hoc eſt diſſipare, vt ſi puluis idoli remanſit in veſtimento, ſi odor ſacrificij, aboleatur. Præterea, ne populus illa veſtimenta cernens, quibuſcum ſacrificabat idolis, aliquo modo illorum recordaretur. Igitur, *mutate veſtimenta:* at vero cum per tempus non liceret idola comburere, ac proinde conderentur, vt odio omnibus locus ille eſſet, inde diuino perculſi timore abſceſſerunt. Sed quare inaures tradidere? hoc enim minime ad idola pertinebant: conſulto id factum eſt, vt neque ornamentum aliquid populorum idololatrantium retinerent; vnde ait Rup. *in aures habebant viri more cæterorum orientalium populorum, quod mollis, & effœminati erat animi inſtrumentum*, ne in memoriam vnquam rediret, viſa inaure, voluptas præterita ſuperioris vitæ; recte ergo, & deſtruxit idola, & omnem occaſionem perpetrandi mali eliminauit, ac diſſipauit: Neque præterire licet, hic, quod myſtice proſequitur Rupertus his verbis, *planè hoc ordine, & his profectibus aſcendendum eſt in Bethel, ideſt in domum Dei, quæ non eſt alia, quam Eccleſia Chriſti: prius eſt priſtinos abdicare errores, &c. quod eſt auferre Deos alienos: ſignificant autem inaures aureæ, falſæ doctrinæ phaleras, &c. Terebintus autem arbor reſinam generans pratioſiſſimum, lignum Crucis, ſubter quam peccata noſtra ſepeliuntur, &c.* inanis gloriæ minimè excuſſa fuit occaſio in Dauide, dum populum numeraret, forſan ita

Quare Iacob præcepit mutari veſtimẽta deſtructis idolis

Gen. 35. 13.4.

Peccati occaſio vitanda.

Rup.

Ordo aſcẽſionis ad Deum.

Crux Chriſti.

ſibi complacuit dum Rabbanitas educeret, & eductos occideret, *Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & precioſiſſimas gemmas; populum autem, qui erat in ea eduxit, & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire; ità vt diſſecarentur, & contererentur: ſic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon, &c.* deinde populum ſuum numerauit Dauid, *conſurrexit autem Satan contrà Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael, &c.* delectatus ergo Populi Rabbam oſtenſione, in quem iuſtè ſæuit, educi imperauit, ac numerari populum ſuum, in iactantiam, & inanem gloriam. Sed vlterius: *euellas, & deſtruas*, à radice extirpes: plerique enim, peccatum non euellunt radicitus, ſed, vt aiunt, putant, ideſt malum, & culpam exiſtimant auferre per pœnitentiam; ſed radicem, occaſionem ſcilicet peccati matrem, non extirpant; in his, occaſione vireſcente, vireſcit peccatum. Et ſunt nonnulli, qui arbitrantur faciem denigratam ſuper carbones poſſe candidam reddere, ſi albedine confeſſionis illam liniant; ſed conſcientia, occaſione minime amputata, adhuc nigra remanet: hi faciem dealbant, vt fieri ſolet in domibus vetuſtate collapſis, quas calce, quæ vetuſtatem tegit dealbamus; & illis ſimiles ſunt qui dicti ſunt à Domino, *ſepulcra dealbata*, ideſt plena dolis, & iniquitate, & extrinſeca ſolum demonſtratione fucata. At vero dealbatio vetuſtatem, & ruinam non tollit, ideſt hæc pœnitentia niſi euitetur occaſio peccati, non amouet culpam; & dealbatus conſcientiæ vultus, nigreſcit vſque ad priſtinam figuram; ideo admonet domos haſce penitus deſtruendas, & hortos euellendos.

1.p.c.20.2

1.p.21.3.

Peccatum Dauid enumerationis ex occaſione.

Faciem dealbat peccator.

Quædam inſuper peccata ſunt ad modum horti, omnibus patentis; ſicut enim hortus non latet primo aſpectu, ſed ſeſe offert intuentibus; ita peccata quædam omnibus expoſita, ac manifeſta ſunt; vtpote peccata ſcan- 13

Digitized by Google

dali, & cætera, quæ ſtatim panduntur, nec latent vulgus; ea quoque in modum herbarum excreſcunt, quæ facili negotio extirpantur; & ſole arente langueſcunt, ac delentur; nec in euulſione plurimum eſt laboris. huiuſmodi fuit Dauid culpa, omnibus patens; ſed feruente ſole diuinæ gratiæ, vt primum Nathan data parabola, quod malè excreuerat conuellere nititur, vſque à radice luxuriantis peccati plantam extirpauit. Peccata vero, quæ inſtar domus ſunt, in qua peccator ſe ſuaque cuſtodit, grauia ſunt, & in ijs abolendis maius opus exigitur; atque inde probatur; quia de primo genere peccatorum ſolum dixit, *vt euellas*, non enim tanti eſt illa delere; at de iſtiuſmodi peccatis abolendis ter repetitum eſt: *vt deſtruas, & diſperdas, & diſſipes*, arduum omnino negotium, vt is qui ſibi habitaculum ſtruxit, in peccatis, reſipiſcat, & ad ſanam mentem reuertatur: proinde ter enitere; primo, *deſtruas*, deinde, *diſperdas*, tertio, *diſſipes*, has ſibi domos ædificauerant illi ad quos mittebatur Ezecch. *ad filios dura & facie, & indomabili corde; ſi forte audiant, & quieſcant, quia domus exaſperans eſt*. Hoc quidem maximè Ieremiæ vaticinio congruit; ad præuaricatores namque, & exaſperantes prædicabat, qui per idololatriam lapſi erant: de quorum habitaculis peccatorum, ab Iſaia prædicente conuerſionem ad fidem dictũ eſt, *in cubilibus, in quibus habitabant dracones, orietur viror calami, & iunci*.

Peccatum occultum, quid.

Peccatum obſt.

Ezech. 2. & 5.

Iſa. 35.7.

14 Hæc autem dignitas, prophetæ data eſt, vt non tantum de munere gauderet, quantum exerceretur in labore: ideo ſuper gentes, & regna conſtituitur: hoc autem inſinuauit, vt alibi diximus, Diuus Bernardus, quod in hac dominij prærogatiua ruſticanus labor exprimitur; cultura in dignitate, & in prælatura ædificatio; nemo dedignetur licet ſupremo fulgeat honore, humilia myniſteria exercere, cum, & Ieremias cui ſubdebantur imperia, agricolendi, & domus conſtruendæ munera ſuſceperit, verba autẽ Ber. hęc ſunt, *nã vt propheta cum ſimiliter leuaretur audiuit: vt euellas, & deſtruas: quid horum facta ſonant ruſticani ſudoris ſchemate, quidam labor ſpiritualis expreſſus eſt*.

Dignitas cum labore.

Vlterius demonſtrantur peccata ſub nomine horti, & domus: quædam enim peccata ſunt obſtinatorum, eo modo ordinata, vt nullam operam neceſſe ſit diabolum impendere; obſtinatione enim peccatoris, firmam quodammodo ſtabilemque ſibi diabolus erexit domum; quædam vero quotidiana indigent irrigatione: ea vero ſunt in aliquorum conſcientijs, quæ licet ad malum pronæ ſint, verumtamen niſi nouis iterum diabolus ſuggeſtionibus mordeat, compunguntur; quamobrem rigat, & irrigat, ſeminat, & magno labore ſuperſeminat, vt dicitur in Euangelio, *venit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizania*. Porrò irrigationes diabolicæ, occaſiones ſunt, nugæ, confabulationes, otia mala: quæ niſi aſſidua ſuggeſtione fæcundarentur nequaquam radicem mitterent, & excreſcerent. 15

Matt. 13. 25. Quæ peccata indigeant quotidiana diaboli irrigatione.

Iterum, *vt euellas*, &, *deſtruas*; hoc enim refertur ad gentes, & regna: gentes reſpicit, *vt euellas*; reges vero, *vt deſtruas*. Euellas, populis; quia populorum peccata facili negotio diluuntur; idcirco Ieremias hortulani officium ſuſcepturus, vt ſupra diximus, ad euellendum conſtituitur. *Deſtruas*, regibus conuenit, quia regum peccatum in domibus eſt; latitant enim in ſecreto, & in penetralibus peccata magnatum; nec facile ad eos peruenit, ſermo correctionis, & vox arguentis; cubiculum namque principum non patet omnibus, tot enim aulæ, & aulicorum offendiculis præpeditur, vt tardè poſſis illuc accedere, vbi attentius audiaris, facile autem populi admonentur: rectè ergo horum peccata, horti ſunt, illorum, domus. 16

Populi peccata facile; Principum difficile corriguntur.

Denique quædam peccata ſunt obiter commiſſa, ideſt errata commiſſa ad 17

ſolatium

Digitized by Google

ſolatium cum amicis, videlicet, animi cauſſa, hæc, ortus deliciarum peccatoris ſunt; quædam vero non ita, ſed vt diximus nocte, & die adhærēt improbo; prima, & ſi aliquando pereant, alia tamen ſubnaſcuntur, vt obſeruamus fieri in hortis; exſiccatis enim oleribus eiuſdem ſpeciei, quædam germina ex condito ſemine repullulant, atque iterum quot annis ſemper eadem naſcendi, & renaſcendi, in oleribus conditio eſt; pigreſcentium religioſorum hoc eſſe ſolet, qui dum leuia videntur amputare, iterum plantant, & fouent; minime diſſipata, ac reiecta torporis origine: hæc peccata prudens hortolanus eradicare debet, ac prorſus abijcere, ac in eodem loco virtutum plantas nutrire. Hoc eſt, inquit Ambroſius, *diſperdere atque plantare, vt vitioſa eradicentur meliora plantentur in pectoribus ſingulorum, de quo præclarè Moyſes; educens plantabis eos in montem, &c.* Atque hæc declaraſſe ſufficiat.

Religioſus improbus hortolan.

Amb. pſ. 79

Verſiculus. XI. & XII.

VVLGATA.

Et factum eſt Verbum Domini ad me dicens: quid tu vides Hieremia? & dixi virgam vigilantem ego video.

Et dixit Dominus ad me: bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud.

SEPTVAGINTA.

Et factum eſt Verbum Domini ad me dicens: quid tu vides Ieremias? & dixi baculum nuceum.

Et dixit Dominus ad me: bene vidiſti, quia vigilaui ego ſuper verba mea, vt facerem ea.

CHALDAEA.

Et factum eſt verbum prophetia, à facie Domini ad me dicens: quid tu vides Ieremias? & dixi, regem feſtinantem ad maleſaciendum ego video.

Et dixit Dominus mihi. bene vidiſti, quia feſtinabo ego ſuper verbum meum, vt faciam illud.

VATABLVS.

Factusque eſt rurſum ſermo Domini ad me in hunc modum: quid tu vides Hieremias? & dixi virgam imminentem, ac vigilantem video ego.

Et ait Dominus ad me: recte vidiſti, quoniam ego vigilo verbo meo, vt illud perficiam.

PAGNINVS.

Et fuit Verbum Domini ad me dicendo: quid tu vides Hirmeiahu? & dixi, virgam ex amigdalo celeriter florentem video.

Et dixit Dominus ad me: bene feciſti videndo, quia accelerabo verbum meum, vt faciam illud.

PARAPHRASIS.

Dominus quoque ſubdidit: vt tibi, quæ dixi manifeſtò oſtendam; dic, quæ nunc vides? & ego reſpondi: virgam video ex amygdalo celeriter florentem, cæteraſque arbores, flore, præuenientem: & Dominus ad me; vt immaturo tempore arbor hæc floruit; ità ego (alioqui remotum, & diſtans) tempus captiuitatis attraxi.

Expoſitio.

1 VIx prophetali dignitate propheta donatur,& oris atque ętatis propellitur impedimentum,vix recenſetur, imperij dignitas, & authoritate cæleſti dominia firmantur; cum prophetiæ, & eiuſdem muneris exercitia requiruntur; olim enim videns dicebatur, qui nunc propheta dicitur; ideoque apte ſubiungit Deus, poſtquam prophetam in gentibus Ieremiam conſtituit, *prophetam in gentibus dedi te; quid tu vides? & dixi virgam vigilantem ego video*, videntem inquit in gentibus te conſtitui? quid ergo vides? non enim otioſa debet officium dignitate fulgere, ſed quaſi citiſſimo debet effectu atque exercitio præuenire, recte S.Thom. hic [primo ponitur prophetæ excitatio ad videndum, *quid tu vides?* quaſi dicat ex quo propheta es, tuum eſt videre.] hæc autem prophetæ viſio quoniam omnium quidem locupletiſſima eſt, & diues ſenſuum, quos etiam varios in littera ipſa ſcriptores,& expoſitores tribuunt; variè à nobis exponetur, ſecundum multiplices verſiones,vt cuique peculiaris intelligentia tribuatur:inde tamen vltimò,ſuo ordine quælibet materia,quæ ad morale ſpectat deducetur.

Qui præeſt ita in debet exercere poteſtatem.

S.Thom.

2 Hanc ergo virgam, quamplures inſtructioni tribuunt Ieremiæ, vt ſimili viſione ſuum Deus prophetam voluerit munus iniunctum edocere; quam nos expoſitionem infrà percurremus,cum de ſuperioribus habebitur ſermo.Porrò manifeſtum eſt,quod omnes ferè aduertunt,captiuitatem Ieruſalem à Babilonico rege portendere, quod ſequentia capitis verba declarant; & valde congruum erat,quas nunciaturus eſſet propheta tribulationes, & calicem maledictionis oſtendere; quem ad maledictionem,& captiuitatē annuntiandam populo Iudæ mitti,ipſo ordinationis exordio proteſtatus eſt(*ſuſcipe*,inquit,*deprecationem meam Domine, quia à principio meo tribulationem, & captiuitatem annuntio contrà populum hunc.* Imminentem ergo calamitatem in hac virga oſtendit,quam Nabucdonoſor debebat inferre; idque præter id, quod in conſequentibus habetur,lectio chaldæa demōſtrat, *Regem*, inquit, *video feſtinantem ad malefaciendum.* Hebr. *nimis mane ſurgentem*. Rex ergo Nabucdonoſor aſpicitur ſub nomine virgæ, quia cum per virgam flagellum intelligamus,atque tribulationem, *viſitabo*, inquit, *in virga iniquitates eorum*, tribulationis miniſtrum virgam appellat; eundem vero Deo vindice proſtratum eodem modo,virgam,ſeu baculum (vtroque enim modo verti ſolet,) appellat Iſaias, *contriuit Dominus baculum impiorum*,hunc baculum Nabucdonoſ. intelligit Pinctus, his verbis [hoc eſt perdidit Deus Nabucdonoſorem, qui erat baculus, & virga,qua cædebantur impij;de quo ſupra dictum fuit, *Aſſur,virga furoris mei.*]

Chald.

Virga vigilans Nabuch.

Pſal.88.3.

Iſai.14.5.

Hec. P.

Iſa.10.5.

3 Symmachus vero; Aquila, Theodotio,Pagninus, & Vatablus, *virgā amygdalinam*, vertunt, & aliter,alij,vt inferius, & in fronte capitis adnotauimus; multiplex enim ſignificatio vocis hebreę *Sacad*,multiplicem affert tranſlationem. ꝙ vero in amygdalum verſum ſit, optime celeritas diuinæ monſtratur vltionis,hæc enim arbor(vt omnes hic exponunt,) prior omnibus etiam in verna tempeſtate flores aperit,nec nouo vere, cæterarum arborum tempus expectat; itaque tranſacta hieme,cum aliæ in gemmas erumpunt,ex floribus, ipſa fructus parturijt. Porrò vigilare dicitur ne aliqua alia in germinando præcedat,& flores emittendo,feſtina; quaſi attentè obſeruat,ne cui ſecunda,neue præpoſtera, ſed benefitio naturæ inueniatur prima. Apte ergo virga dicitur amygdalina, & vigilans,imminens flagellum, & captiuitas;iam enim maturabat tempus, cum irruentes Caldæi ciuitatem Regi Nabucdonoſor ſubijcerent. Sed adhuc obſeruandum eſt, vigiliæ ſomnum præceſſiſſe (ſi virgam vigilantem pro Deo vigilante ſumimus ad puniendum) ſomnus enim longanimitas eſt,vigilia vero vindicta; idcirco

Amigdalus cęteras arbores præuenit.

idcirco hac excitatione ad puniendum, demonſtrat Deus diu, longanimitate expectaſſe contumacis populi conuerſionem, inde tamen euigilare, vt puniat, quaſi malis acclamantibus excitatus. Baruch. *vigilauit*, inquit, *Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos*: ideſt dormiens Dominus longanimitate, & conſtantia, malorum clamoribus, expergefactus eſt; recte hic Theodoretus vigiliam appellat excitationem ad vindictam, longanimitatem vero, ſomnum, ſicut ait, *& excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino*. Vides ergo, quam ſit alienum à Deo, punire, qui ſomnum habet pro miſericordia, pro punitione vigilias; nihil enim moroſius eſt, quam è dulci ſomno, ad vigilias excitari; ſic longe diſplicet Deo vocari de miſericordia ad pœnam infligendum.

Bar. 2.6.

Pſa. 77.63

Alienum à Deo punire.

4 Quod, & non obſcure ſignificat idem Ieremias cum de hac eadem loqueretur captiuitate, deque tribulatione, quam propter idololatriam huic populo, poſt diutinam expectationem miſericordiæ ſuæ, illaturus erat. *Ideo quaſi de ſomno*, inquit, *excitatus ſum, & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi: ecce dies veniunt, &c. & ſicut vigilaui ſuper eos, vt euellerem & demolirer, &c.*

Ier. 31.26

5 Hunc locum Populo alij tribuunt, alij miſtice, Chriſto; alij vero prophetæ; quaſi inopinatum aliquod vidiſſet; ideſt populi captiui liberationem: Deo ergo tribuimus, qui vigilauit, vt adduceret malum, & diſſiparet; nunc vigilat, vt ædificet: Aduerte, quod ſuperius dixi, ſomnum, miſericordiam in Deo ſignificare; excitationem, vindictam; ideo ergo dicit iterum, *ſomnus meus dulcis mihi*: quia iterum miſereor, licet excitatus ad puniendum; iterum tamen obdormio, ſomno vtique longanimitatis, ac miſericordiæ dulci; Vigilia porro ad vindictam, per virgam amygdalinam, & non alio modo expreſſa eſt, vt quaſi coactum ſe ad vindictam venire demonſtraret. virgam, namque, aiunt amygdalinam, dormientem excitare, vigiliaſque inducere, ſi puluinari cubantis admoueatur; hac ergo virga vtitur ad puniendum, ideſt ad vigiliam vindictæ, neſcit enim expergefieri, niſi aliquod ad vigiliam impellat & ſomnum remoueat: qua de re vide infra in exercitatione miſericordiæ.

Hier. & S. Th.

Deus quaſi coactè ad puniendum venit

Plinius.

6 Nec nouum videtur eſſe in ſcriptura, cum de vltione ſermo eſt, Deum vigilem appellari. Daniel. *Videbam in viſione capitis mei, ſuper ſtratum meum, & ecce vigil, & ſanctus de cœlo deſcendit*; vigilem hic vltorem Deum intellige, &c *quod autem vidit Deus uigilem, & ſanctum deſcendere de Cœlo, & dicere ſuccidite arborem, & diſſipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite*. Nota obiter, quod hic radix adhuc remanet, *quod autem præcepit, ut relinqueretur germen radicum eius*, ideſt arboris, *regnum tuum tibi manebit poſt quam cognoueris poteſtatem eſſe cæleſtem*, amiſsio regni Iudæorum in virga demõſtratur, vt radicem cognoſcamus nõ euulſam, cum iterum poſt captiuitatem Babilonicam debere Ieruſalem ædificari, Regnumq; vigere. vigil ergo dicitur Deus, dum punit, & euigilant peccata, non quod ipſa vigilent, ſed vigilare faciant Deum, vt infra.

Dan. 4.10.

Radix arboris Nabuc. cur. reman ſit.

7 *Baculum*, inquiunt, *nuceum*, Sept. plures baculum intelligunt ſine floribus, & folijs; alij regium ſceptrum intelligunt, & hoc pertinet etiam ad vindictæ ſignificationem, ſeu Nabuc. ſignificatur; vocatur enim in Iſa. Baculus impiorũ (vt diximus) ſeu Deus ipſe ſignificatur, ꝙ commodius eſt ità interpretari, vel oculatus, vel etiam abſque oculo. Aegyptij namque ſacerdotes Deum omnium moderatorem ſignificare volentes, baculum cui oculus imminebat depinxerunt; baculus ergo oculatus virga vigilans dici poteſt, vel etiam, vti ſcribit Cirillus contra Iulianum, veteres per ſtantem baculum abſque oculo, Deum figurarunt, quia ſemper ſtare diuina natura ſubſiſtere, ac omnia moderari dicatur, maeſtatemque Dei, baculo directo expreſſerunt, merito ergo vindex Deus diuinitati iniuriam illatam ob cultum idolola

Iſa. 14.5.

Deus depictus in baculo.

Cyril. lib. 9.6.50. pa. eundẽ n.

triæ,

Digitized by Google

triæ,oſtenſione omnipotentiæ, ac diuinitatis punit, formam baculi, ſeu virgæ demonſtrans, qua ſe Deum, & vltorem oſtendat.

8 Multi Nabuc. vigilantiæ tribuunt, qui victoriam affectans, omnino inuigilabat, vt ad prædam properaret, quaſi ſenſus ſit;vide quæ nunciaturus es,virga vigilat, ideſt Nabucdonoſor meditatur vrbis excidium,& gentes ſtragem,& ipſi non dum reſipiſcunt,adhuc gentium errore detenti.cur autem amygdalina virga, regis Chaldæorum vigilantia denotetur,eæ rationes oſtendunt, quæ Deo vigilanti congruunt, alibi etiam, *pardus uigilans*,vocatur Nabuc. *idcirco*,inquit, *percuſſit eos Leo de Silua,Lupus ad ueſperam uaſtauit eos, pardus uigilans ſuper ciuitates eorum*,quibus ſimilitudinibus, furor regis exprimitur, conditioque inſinuatur.Leonis, ei tribuit audaciam, ac potentiam; lupi rapacitatem, ac verſutiam;& pardi vigilantiam, vt quo modo liberari tentaret ciuitas, vndique inimicorum potentia premeretur. Exercitus ergo Chaldæorum verſutus erat, & vigilans, vt pardus: quam vigilantiam Iſaias,ita deſcribit,*non eſt deficiens, neque laborans in eo,non dormitabit,neque dormiet, neque ſoluetur cingulum renum eius,neque rumpetur corrigia calceamenti eius*, vigiles his verbis expreſſit, illos præſertim,qui cuſtodes appellantur;nec nudi, ſomno corripiuntur in lectulis; nec torpent quiete;neque etiam veſtes exuunt cum pergunt cubitum, ideo dicit, *non rumpetur corrigia calceamenti*, cingulum enim, & calceamenta, vigilias cuſtodientes, nequaquam ſoluunt, & fere proprium cuſtodum eſt, inter deabulandum dormitare, quam etiam vigiliam,huius exercitus militibus tribuit;quaſi ſenſus ſit,non adeo vigilaſſe Chaldæos,vt vrbem expugnarent,ſed quaſi propriam cuſtodiebant,tuebantur ad inſtar cuſtodis agrorum, & vinearum,ideo inquit,*quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper muros in giro, quia me ad iracundiam prouocarunt; dicit Dominus*,virga igitur vigilans dicitur,ideſt imminens flagellum vigilat,vt omnino puniat; & vt omnimodæ vrbs direptioni tradita videatur, eoſdem milites oſtendit,hac viſione, non adeo ad ſubijciendam ſibi vrbem vigilare, ſed ad cuſtodiendam iã poſſeſſam atque ſubiectam.

Ier 5.6.

Exercitus Chaldæorum verſutus,& vigilans.

Iſa 5.27.

Ier.4.17.

Sed adhuc feſtinantiam, & vigilantiam huius Regis,& exercitus eius,ſimilitudine venationis deſcribit Iſaias. Venator inuigilat noctu,& interdiu; cum autem prædam concluſit, ſibilat ad canes, qui ad prædam citiſſime peruolant; ſeu qui ciuitati inſidiantur, transfugam per fraudem mittunt,qui ſomno depreſſos ciues offendens,ſigno aliquo, vel ẽt ſibilo, hoſtes ad vrbis vocat direptionem;vigiliæ ergo excubiantis, & ciuium ſomnus ciuitatem perdunt,ſic igitur ſomno vitiorum,& idololatriæ præcipue, detentam intuens Deus vrbem, ad prædam hoſtes,ſigno,& ſibilo vocat, his oſtendens iam concluſam ciuitatem, neque vllum effugio locum eſſe; eodem modo Deum Nabucdonoſorem ad vaſtandam Ieruſalem appellaſſe deſcribit *& eleuabit*,inquit,*ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum definibus terræ;& ecce feſtinus,velocitur,veniet,&c. & frendet,& tenebit prædam,& amplexabitur,& non erit,qui eruat*: hæc autem,quæ de excidio vrbis, & captiuitate diximus, recte applicari poſſunt reprobis morientibus, cum Nabuc. ideſt Satan omnia diripit,ac depopulatur. 9

Quaſi ſibi [illegible] inimicum Deus ad perdendã vrbem.

Iſa 5.26.

Reprobi morientes quomodo diripiãtur.

Regis iterum celeritatem ad pœnam Ieruſalem infligendam, ac ciuitatis ruinam Zacch.propheta hoc modo expreſſit, *& ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedebat in medio amphoræ,& dixit:hæc impietas, & proiecit eam in medio amphoræ,& miſit maſſam plumbeam in os eius; & leuaui oculos meos,& vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas, quaſi alas milui, & leuauerunt amphoram inter cœlum,& terram. Et dixi ad Angelum,qui loquebatur in me;quo iſta deferunt amphoram? & dixit ad me,vt ædificetur ei domus in terra ſenaar,& ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper* 10

Zacch.5.

ſuper baſem ſuam, apertiſſime Iudęorum captiuitatem deſcribit, vt hic habent expoſitores; mulier autem ſedens ſuper amphoram, idololatria eſt, vt adnotat Liranus, quæ directe eſt contra Deum, & ideo excedit peccata, quæ ſunt contra proximum; ideo vocatur, impietas, quia ſicut cultus Dei vocatur, pietas, ſecundum Tullium, ità & idololatria, impietas; amphora vero fictile vas eſt ad menſuram adhibitum, vel ad aquam exportandam, qua Ieruſalem optime poteſt deſignari, & ciuitatis euerſio, ac ruina; quemadmodum enim vas fictile, facillime frangitur; ità, & Ieruſalem incurſione, ac hoſtium vi, breui diruenda erat; nec hoc nouum in ſcriptura eſt, eadem .n. deſtructio ciuitatis in cõſeq̃ntibus, per ollam ſuccenſam exponitur, quæ fictil e vas eſt; & manifeſtius cap. 19. iubetur propheta Ieremias deſtructionem, ac ſtragem vrbis, colliſione lagunculæ, quæ ſpecies quædam amphoræ fictilis eſt, oſtendere. *Hæc dicit dominus: vade, & accipe lagunculam figuli teſtеam, &c. & dices: ecce ego inducam, &c. & conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum, & dices ad eos: hæc dicit Dominus exercituum, ſic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, &c.* Amphora igitur, & mulier exportatur in terram Senaar, eadem enim eſt cum terra Babilonis, vt patet Gen. 2. ideſt idololatria, & Ieruſalem, vt Babilone matre idololatriæ firmetur ibi ſedes; de quo habes vaticinium Apoc. in muliere meretrice, ſedente ſuper aquas, cui ſcriptum erat in fronte, *myſterium Babilon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ*, ideſt idololatriæ; verum vt de celeritate captiuitatis, & exercitus vigilantia, hanc prophetiam ſcriptam eſſe probemus; hoc modo vertit Vatablus, *cumque ſubleuaſſem oculos meos, vidi, & ecce duæ mulieres prodibant, ventuſque erat in alis earum: erantque eis alæ ciconiarum, quæ epha inter cælum, & terram ſubſtulerunt* alij legunt, *erantque eis alæ ſtruthiocamelorum*, gloſſa vero ibi hæc adnotat

Liranus. Idololatria vocatur impietas.

Cap. 19. 1.

Ieruſalem exportatur in Babil.

Apoc. 17. 5

Vatab. hic.

Duæ mulieres, ideſt duæ tribus (regnum enim Iudà nominatur Regnum duarum tribuum) prodibant, propter idololatriã principaliter, & fuerunt captiuatæ, & ductæ in Babilonem. Alæ ſtruthiocamelorum celeritatem denotant captiuitatis, quia quamcelerrime adductę fuerunt in captiuitatem. Nota hic quomodo celeritas deſcribitur, *ventus*, inquit, *erat in alis earum*, non ſufficiebant alæ quibus properẽt, ſed vt citiſſimo volatu raperentur, ventus additur alis; ventus ſæpè vocatur exercitus Chaldæorum ob celeritatem, vt Oſee, *& adducet ventum vrentem Dominus de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem eius, & ipſe diripiet Theſaurum omnis vaſis deſiderabilis*; & Iſaiæ pluries. & *ab aquilone pandetur omne malum*; ventum igitur addere alis ad prædam, nihil aliud ſonat, niſi nimis feſtinare, ſicut dictum eſt, *regem video feſtinantem ad maleſaciendum*, & vt vigilias non excludat, *regem*, vertunt, *nimis mane ſurgentem*, vt autem ſcripturarum connexionem cognoſcas, hæc ipſa celeritas, Oſee, eadem loquendi forma deſcribitur, *ligauit*, inquit, *eam ventus in alis ſuis*, ideſt quam citiſſime adducetur; eam enim conſtrinxit, vt adduceret in captiuitatem ventus Nabucdonoſor, qui ventus appellatur; conſtrictam, inquam, tenebit in alis, vbi volatus ſedet, & explicatur, vel ocior ventis migrabit hinc, vt ſeruiat Babilonicis; quod autem his verbis manifeſto pręnuntietur captiuitas, ex Paraſr. probatur, *opera magnatum illorum haud recta ſunt; quemadmodum conſtrictus non poteſt teneri ventus in ala, ſuum adducet contra eum inimicum, & confuſione obſtupeſcet ob aras idolorum ſuorum*; & Vatablus, *hic ventus conſtrictam tenebit cõgregationem Iſraelitarum in alis ſuis, & illos aliò transferet*, hic prædicit captiuitatem vrbis, feſtinantia igitur Regis non in obſidione ſolum, & deſtructione, verum etiam in ipſa populi adductione monſtratur, per vtrumque, & alas, & ventum; in vigilantia, & in illo, nimis mane, præter hæc autem

Celeritas captiuitatis. Liran hic. adnot. ad Vatablum

Ex. 13. 15.

Iſai. 17.

Oſ. 4. 19.

Vatab. in annot.

Digitized by Google

tem ſæpè ſolet in ſcriptura Rex Babilonis,nunc ſub figura venti,nunc vero ſub volucris forma deſcribi quo velocitas habetur quam citiſſima, de vento ſupra iam dictum eſt.Ventum,& alas habes in viſione Ezech de quattuor animalibus; hæc enim quattuor animalia, vti plures autumant,quattuor Reges ſignificāt,qui Ieruſalem incendio extinxerunt,Aſſiriorū videlicet Regem,Chaldæorum Aegyptiorum, & Tiriorum; alas dicuntur habere per totum corpus, & alibi, oculos (putat enim quidam eandem hanc eſſe viſionem cum illa, quam Ioannes in Apoc.conſpexit)vt ſimul in his ducibus velocitas & vigilia habeatur; virga namque vigilans dicitur, ſeu rex feſtinans ad malefaciendum, nec toto corpore tantum deſcribuntur alatæ;ſed aſpectus, & ſimilitudo eorum, quaſi aſpectus lampadarum, & in medio eorum ventus vrens,ſeu ventus flans,vt Iſidoro Placet, & Symmacho; rapidus ergo ventus vrens alis addebatur,vt adderet alis velocitatem & magis feſtinatio diripientium explicari non poſſit. hæc vero viſio ad litteram de Babilonica deſtructione ab exercitu Chaldæorum eſt, & ità Hieronymus, *& ecce ventus: verbum hebræum, Ruha, pro qualitate locorum, vel ſpiritus ſignificat, vt emitte ſpiritum &c. vnde, egredietur ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam,vel ſicut ibi,in ſpiritu vehementi conteres,&c. qui ventum, & flatum tempeſtatis hic intelligunt;dicunt iram,venire ab Aquilone, ideſt Nabuc. & Ieruſalem poſt ſex annos viſionis huius eſſe capiendam*, cernitur enim hęc viſio quarto anno tranſmigrationis Io.R.I.qui, & Sedeciæ regnanti in Ieruſalem quintus erat,qui poſt ſex annos ideſt vndecimo anno Imperij ſui ſub vrbe capta in Babiloniam ductus eſt.His ergo, qui habitabant iuxta fluuium Chobar, & ſponte ſe tradiderant reuelatur,& benefecerunt ſententiæ Dei obedientes,in breui enim,& Iudæa prouincia, & Ieruſalem erat capienda.Nubes magna,quæ ſuper Ieruſalem, & Iudæam imbres pluuiaſque deportat,ignis inuoluens,monſtrat futura ſupplicia, & captiuitatis mala; ſplendor in circuitu aperta Dei iudicia,&c. ventus dicitur vrens, ſeu quod Ieruſalem combuſſit, ſeu quod in combuſtione velocitas oſtendatur;quaſi vento, ignis, quo cremanda erat Ieruſalem aſportaretur. 6

Eze. 1.

In viſione Eze 1.velocitas, & vigilia explicatur Babiloniorum.

Theodoretus vero vim venti ab Aquilone,impetum Babiloniorum ſignificare ſentit,atque hoc portendere dicit ollam ſuccenſam initio vaticinij à Ieremia propoſitam, dum inquit, *ollam ſuccenſam ego video,& facies eius à facie aquilonis*.

Theod.hic

11 Gregorius licet moraliter hoc explicet, tamen videtur ex littera captiuitatem in hac viſione deducere. *Ecce*, inquit,*ventus turbinis ideſt tentatio mentis, quæ iudaicum populum vndeque concuſſit,venit ab aquilone, qui dicit ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis, montem enim tenuit cum populum, qui legem acceperat ſibi ſubiugauit, & Doctorum corda quaſi montes; quanto enim contra Dominum exarſit,tanto me ruit excæcari.Hæc omnia ab Aquilone, quia torporis ſui frigore ad ignorantiæ caliginem perducta,vſque ad malitiam perſequutionis erupit, vnde ollam ſuccenſam ego video,& facies eius à facie aquilonis*, hæc Gregorius: quibus omnibus, nil manifeſtius,quod captiuitas,& irrumpens Chaldęorum exercitus in hac viſione figuretur; & alatis animaliū corporibus,& oculato curru, ſeu rotis inuicem innexis,& vento vrenti raptis;regum,ad inſtar venti, ad excidium ciuitatis properantium vigilantia,atque impetus, intelligatur: neque enim infrequens eſt in prophetarum vaticinio, Regem rapidiſſimum,ventum,vt ſupra monſtrauimus, appellari;Ieremias eum vocat turbinem *ecce*, ibi, *turbo*, inquit, *dominicæ indignationis uenit*, quem locum cum illo viſionis Ezec.omnino cohęrere affirmat Villalpr. idem ſignificare & Iſai. *ſpiritus à facie mea egredietur,flatus ego faciam*: & alibi Ier.

Greg. ibi in Eze.

Ier.23. 19

Iſa.57.16.

12 Sunt qui dicant alterum ex quattuor animalibus, aquilam ſcilicet, Nabucdo-

noſo-

Digitized by Google

noſorem portendere;hæc enim quam citiſsimo fertur volatu, omnium rapaciſsima; quæ,egregie auium regina Regem feſtinantem explicat,ac rapacem, quæ ſi impetu fertur, & vento vrenti, vt dicit, *ubi erat impetus ſpiritus illic gradiebatur*, manifeſto apparet de eod. dici, quod ſupra dictum eſſe probaui, *ligauit uentum in alis ſuis*.Hæc ad Moab deſcendiſſe deſcribitur à Ier. *ecce quaſi aquila uolabit, & extendet alas ſuas ad Moab*,ideſt,ecce ait Dominus, quā primum aderit Nabucdonoſor propter velocitatem,& vnguium aduncitatem, ideſt ex eo quod feſtinet,& aduolet,aquilæ non diſsimilis;qui ſicut illa alas ad volandum explicat, contra Moab acies ad deſtruendum explicabit; rapto enim viuit aquila ſanguinemque lambit, ita ergo vndecunque collectis copijs Nabucdonoſor rapiet Moab,vt aduertas aquilę rapacitatem;hunc locum *(Virgam vigilantem)* alij vertunt, *virgam latronum ego uideo*,quem ſenſum expendemus vlterius,vocatur etiam alibi Aquila, *ecce quaſi Aquila aſcendet, & uolabit, & expandet alas ſuas ſuper Boſram.* Aquila rapax eſt, tunc autem ad prædam dirigitur,& ſecura potitur;cum prēda inſidiarū ſecura incedit, ipſa inquam,vel leporem,vel id genus aliud, ex aere ſpeculata, rapidiſsimo volatu, quo aufugium omne quadrupedi demat, ſeipſam demittit adinſtar fulguris ad prædam. apte hæc præda Nabuc. cohæret, quo enim magis,ac magis Ieruſalem de futuro excidio monebatur, eos monitores, ac prophetas irridebat, *ecce ipſi dicunt ad me, ubi eſt ſermo Domini? ueniat*, tanquam mendax atque nugator (quod quidem non leue erat) arguebatur propheta, cum prædiceret captiuitatem; & quidem populus,incredulitate,ac perfidia,ſecurus perinde minarum,detinebatur, vt exprobaret, atque irrideret prophetam, quaſi inania, atque omnino commentitia vaticinaretur;nec hoc tantum,ſed(quod oſtinati animi eſt)ſubnectunt, quod ſi verum hoc verbum erit captiuitatis,nihili ducemus, veniat, vides,inquiunt, quam non timeamus, veniat, & hoc etiam Eſaiæ reſponderant, *qui dicitis feſtinet, & cito ueniat opus eius, vt uideamus* ſubſannantis verò prorſus illa vox eſt, Ezecchielem deſpicientis,qui eodem modo vaticinium aſſiduè ad ciuitatis futurā ſtragem intenderat, *& dixi ah,ah,ah, Domine Deus: ecce ipſi dicunt ad me, nunquid non per parabolas loquitur iſte?* manifeſtam, inquit, vrbis ruinam, quam quotidie annuncio,mente,obſtinatione obducti,parabolicam cenſent, & minime credunt. Sic ēt in Ier.& ſæpè alibi duritiā populi, & ſecuritatem ab exercitu contrario,teſtatam reperies; hæc igitur aquila contemplata prædam,deſcendit ſuper Ieruſalem,eamque diripuit, ac regem aſportauit, qui per medullam cedri intelligitur, *hæc dicit Dominus Deus, aquila grandis,magnarum alarum,longo membrorum ductu,plena plumis,& uarietate, uenit ad libanum, & tulit medullam cedri*, vide expoſitores in hac re, conuenientes, quod Regem Iuda per medullam cedri intelligant, qui in captiuitatem ducendus erat.

Ier.48.40. — Nab. quare dicatur Aquila. — Ier 49.22. — Iſraelitæ deludebāt vaticinia de captiuitate. — Iſa.5.19. — Ez 20.49. — Ier.c.2. — Ezec.17.3.

13 Nec tantum Regem abſtuliſſe meminit ſcriptura,ſed & ſacerdotem Somna, qui templi præpoſitus erat,ſacerdos,atque Pontifex, vir ſuperbiſsimus; quem tradunt nonnulli alienigenam fuiſſe, ac iudæis perſuaſiſſe, ne prophetis crederent, & cum Senacheribo aduerſus Ezechiā coniuraſſe.Huic propter tumorem ſuperbiæ accidit, quod eueniſſe quidam fabulatur Gallo gallinacio animali ſuperbiſsimo,hic vnguibus,roſtro, alis diuerberantibus, pullis in contemptum redactis,glorioſus,ac tumidus,quaſi ſibi ipſe victoriam facinoris caniturus, tectum arcis aſcendens, cœperat cucurire, & ſtridoribus omnia commiſcere; forte illac præteruolabat aquila, quæ Galli faſtum intuita,præcipiti volatu alis excuſſa, gallum vngue raptum roſtro diſcerpſit.Huiuſmodi fuit euentus ſacerdotis Somna ſuperbiſsimi, qui enim alios contempſerat,gloria inani turgidus, dum ſuas ſibi virtutes,fidem adimendo,

Hector P. — Luci. — Superbia ſomna deſcribitur.

Bb pro-

prophetis caneret, inopinatò, repentino Aquilæ, ideſt Nabucdonoſor inſultu, raptus, atque aſportatus ad cædem eſt: hoc enim ſcribitur ad litterã in Iſa. *vade*
Iſa.22.17. *ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Somna præpoſitum templi, & dices ad eum; quid tu hic? aut quaſi quis hic? quia excidiſti tibi hic ſepulcrum; excidiſti in excelſo memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi: Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus, & quaſi amictum ſic ſubleuabit te, & expellam te de ſtatione tua, &c.* Denique Abacuch, exercitus velocitatem, ciuitatis ſcilicet properans flagellum, aquilæ rapacitatem, ac velocitatem, cum vento, & igne, quo ſuccendenda, atque ſolo æquanda ciuitas erat, egre
Haba.1.8. gie copulauit; *leuiores Pardis æqui eius, inquit, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius, equites namque eius de longe venient, volabunt quaſi Aquila feſtinans ad comedendum; omnes ad prædam venient facies eorum ventus vrens, & congregabit quaſi arenam captiuitatem*, hæc ergo omnia, quæ ſupra fuſe de ſollicitudine regis ad deſtructionem venturi, ſcripſimus; hac vna authoritate Abacuch colliguntur: vide Ieremiã
Ier. 56. *idcirco percuſſit eos Leo, Leo de ſilua, Lupus ad veſperam vaſtauit eos, Pardus vigilans ſuper ciuitates eorum.*

14 Alia exercitus Nabucdonoſor colligitur ſimilitudo, milui ſcilicet, quę rem, noſtram maxime declarat; duces namque aſſyriorum eſercitus, ſub varijs beſtiarum, & portentorum nominibus, ap-
Iſa.34.14. pellãtur ibi: *cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem, ibi habuit foueam ericius, & nutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius; illuc congregati ſunt milui, alter ad alterum, &c.* ſi miluorum conſiderabimus naturam, & quæ tunc erat
Alës 8. hiſt. animaliũ. Cl. Alex. 3. poed. Ieruſalem, recte mliuos tunc accurriſſe firmabimus; Miluus auis eſt rapaciſſima, quæ præcipuè gallinarum pullis, quotieſcunque à materna alarum protectione aberrant inſidiatur, eſtque carniuora, & inter animalia immunda computatur; ſignificat latrones, & cæt. qui aliorum bona deuorare nituntur. Tunc vero temporis, facilis erat miluis præda Iudæorum, neque enim alis diuini cultus, & protectione fouebantur; qui diſperſi ſecundum vias ſuas, vnuſquiſque ſibi idola compegerat, in contemptum veri Dei *verterunt*, inquit, *ad me tergum, & non faciem, & in tempore aſſlictionis dicent ſurge, & libera nos: vbi ſunt dij quos feciſti? ſurgant, & liberent te in die aſſlictionis tuæ, &c. ſecundum numerum quippe ciuitatem tuarum tui dij erant Iuda, &c.* nec aliam protectionem ſibi nacti ſunt, à protectione Domini alieni, niſi mendacij; *flagellum inundans cum tranſierit non veniet ſuper nos, quia poſuimus mendacium, ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus*, idolis: quæ eis protectio haudquaquam profuit, quin à rapaciſſimis miluis [illegible]; in alia quoque deſtructione, hac ſimilitudine Chriſtus Dominus noſter vſus eſt, cum gemens, aſpiciens vrbem, proxime inimicorum impetu, atque incurſione funditus delendam, Romanorum dumtaxat exercitu, *quoties*, inquit, *volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub ala, & noluiſti? ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*, ideſt, tu, quaſi longe facta à matris protectione, vagaris, haudquaquam conſiderans circumuolantes ad te miluos, vt rapiant, & hinc abducant: quoties ego tibi volui eſſe ꝓtectioni, & ſub alis meis cõgregare, & noluiſti, ac deſpexiſti? futurũ ꝓinde eſt, vt nullis alis ꝓtegaris, rapinis miluorũ, quaſi in deſerto expoſita, vt nemo ſit, qui ad defenſionem accurrat.

Babilonici vti milui abſtraxerunt Ieruſalem.
Ier. 2.
Iſ. 28. 9.
Matth. 23. 39.
Secunda deſtructio reſpondet etiam primæ.

Hæc, q̃ diximus, non tm̃ ap ꝓpinquare, ſed et accelerare tẽpus denotãt captiuitatis; id .n. explicatur, *Bene*, inquit, *vidiſti quia vigilabo ego ſuper verbo meo, ut faciam illud*; atq; hoc modo vertit Chaldæus, *& dixit Dominus mihi bene vidiſti, quia feſtinabo ego ſuper verbo meo*, multiplicatis namque ſceleribus, tempus diu dilatæ vindictæ iam accelerat. Egit in hac re Deus, vt iudex, qui moræ productione, videns alicuius cauſſam, cui ipſe fauere ſtudet, omnino 15
Simile.

deterio-

Digitized by Google

deteriorari; poſtquam diligenter egit, vt reum abſolueret, & merita ipſa produceret, inuitus tandem damnationis ſententiam profert. Delictum Ieruſalem furtum extitit in quo compræhenſa eſt, Ier.c.2.26. & furti alligatur cap. ſecundo: *quomodo confunditur fur quando deprahenditur; ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi, & reges eorum, principes, & ſacerdotes, & prophetæ eorum: dicentes ligno, pater meus es tu,* quidegerit Deus, vt Ieruſalem abſolueret. *lapidi, tu me genuiſti:* cultum quippe debitum vero Deo, ad lapides, & ligna tranſtulerant: qua vero arte vſus ſit Deus, vt eam ab excidio liberaret, alibi Ier.5.1. deſcribitur: *circuite vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius, virum facientem iudicium, & quærentem fidem; & propitius ero ei:* & cum minime fuerit inuentus, quærit verſ.5. inter optimates: *ego autem dixi: forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei ſui. & ecce bi ſimul confregerunt iugum, ruperunt vin*verſ.6. *cula.* Sequatur ergo: *idcirco percuſſit eos Leo de ſylua, Lupus rapax ad veſperam vaſtauit eos, Pardus vigilans, &c.*

16 Hic ſubitus vrbis interitus, & abbre-
Amos.8.1. uiatio dilationis ab Amos deſcribitur, *& oſtendit mihi Dominus Deus, & ecce vncinus pomorum; & dixit, quid tu vides Amos? & dixi: vncinum pomorum; & dixit ad me: venit finis ſuper populum meum Iſrael.* Vncinus, haſta quædam Quid ſit vncino attrahere tempus. eſt, in ſummitate deſinens in ferrum recuruum, quo rami obducuntur, vt poma decerpantur. Poma vero non omnia colliguntur vncino, ſed immatura; cæt. excuſſa arbore decidunt: ſic igitur immaturum tempus captiuitatis, vt oſtenderet eſſe attrahendum, vncini poſuit ſimi-Hier.hic. litudinem. Vel melius ex Hieronymi ſententia, (qui ad litteram hunc locum, idem dicit ſignificare, ac virga vigilans.) quemadmodum diſtantes rami attrahuntur vncino; ſic diſtans tempus contraham iuſtitia (quod ferè in idem recidit) eius autem verba hæc ſunt, *ſicut vncino rami arborum deuehuntur ad poma carpenda; ità ego proximum captiuitatis tempus attraxi.* Sunt qui hebraicè vertant, Chelub; eſt autem, Chelub; genus vaſis ſiue ſtamineum, ſiue vimineum, ſiue id genus aliud; latum inferius, anguſtius in ore; ad quęlibet excipiendum, ſiue retinendum, idoneum; ſecundum quam verſionem, ita Hierony. hunc locum interpretatur: *Sin autem voluerimus legere, pro vncino pomorum vas aucupis, hoc dicendum eſt, quod quando auceps, viſco, vel retibus aues volantes per aerem, & ſublimius diſcurrentes, ad terram detrahit; ſic nunc Deus, per Nabuc. quem nunc nomine aucupis intelligimus; populum ſuum liberum, & legis obſeruatione ſublimem; comprahenderit, vinxerit, tranſtulerit, enecarit.* Quaſi viſco,& retibus detraxit hebręos Nabuc. & hoc modo inopinatus etiam vrbis deſcribitur interitus, nihil enim minus ſuſpectum habent aues præteruolantes; quā viſco, aut retibus inuolui. Illum ipſum Nabuc. Sedeciam comprehendentem, alibi deſcribit Ezec. vſus alia ſimilitudine: *& tu aſſumes planctum ſuper principes Iſrael, dicens, &c. & conuenerunt aduerſum eum* Ez c.19.8. (Leonem puta, qui didicit capere prædam, vt habes ibi) *gentes vndique de prouincijs, & expanderunt ſuper eum rete ſuum: in vulneribus earū captus eſt, & miſerunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babilonis, miſeruntque eum in carcerem.* Hęc cauea Chelub hebraicè dicitur, ex qua, decipulam vertit Vulg. & Ier. *ſicut decipula plena auibus ſic domus eorum plenæ dolo, adeo magnificati ſunt, & ditati.* Ier.5.27. Ad vigilantiam, hoc aucupium dicit ſpectare Hieron. quaſi, auceps, vt capiat, & decipiat volucres vigilet. hæc ſunt ipſius verba: *& ecce vas aucupis, & dixi, &c. quod Ieremias ſub virga cernit vigiliarum, ſiue nucis; eò quod vigilauerit ſuper peccata populi ſui, ne quaſi clauſis, & conniuentibus oculis; eorum delicta non viderit, hoc nunc Amos intuetur:* Vigilia virgę Ieremię deſcripta in venatione. pluries reperies in ſcript. ſub hac venationis ſimilitudine, captiuitatem deſcriptam eſſe, & vigilantiam: vt in Tren. *venatione comprehenderunt me inimici mei gratis: lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me,* Tren.3.53 toti hæc conueniunt populo,

Digitized by Google

licet Olimp. & Ruffinus ad Chriſtum ſpe ctare dicat, vt D. Thom. Theoderetus & alij.

17 Duplicis etiam generis venenationis meminit alibi Ieremias; terreſtris ſcilicet, & maritimæ; vt omne aufugium in mari, & in terra indicet hebræis interclu- *Ier. 16. 17.* ſum extitiſſe; nec illis ſiluarum latibula, nec alta maris, fuiſſe vnquam tuta: *mittam piſcatores multos dicit Dominus, & piſcabuntur eos; & poſt hæc mittam multos venatores, & venabuntur eos; de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.* ſenſus autem hic eſt, vbicunq; locorum fuerint, captiui abducentur. Sed ad ſcripturam propoſitam Amos. Poma, quæ poſſunt, manu carpuntur; cæt. vero vncino; hac ergo ſimilitudine deſignatur diuina vltio, iam vltimata, ſine retractatione; ideo ſubdit, *venit finis*, quaſi dicatur; etſi plures antea captiui adducti ſint (vti dicitur, *in diebus Phacee regis Iſrael venit Theglàthphalaſar Rex* *4. Reg. 15. 29.* *Aſſur, & cepit Aion, & Abel domum Maaca. & Ianoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad & Galilæam, & vniuerſam terram Neptali; & tranſtulit eos in Aſſyrios)* adhuc tamen quidquid reliquum erat in arbore Ieroſolymitana, vncino Babylonico capi omnino debuerat. Itaque his dictis, puto etiam hoc vncino, nil aliud exprimi; niſi tempus, alioqui oblongum, diuina ſententia, vt ità loquar, compendiari; celerius enim ruſticus poma decerpit vncino, quàm ſi arborem ſcandat; ita, *venit finis*, quem vncino quodammodo ſententiæ contraxi. Interim *Cōpendio ſus aduentus Chriſti* gratum erit adnotare, quod dicuntur, preces, celeritatem incarnationis obtinuiſſe (quod fuſe infrà ſuo loco) ac tempus maturaſſe; ità enim in hunc modum hoc explicat regius vates: *Domine inclina cœlos tuos, & deſcende*, quaſi diceret, vt quid cœlos pandere, & curribus, ac equis vehi ſi vis accelerare, *inclina cælos* *Pſa. 143. 5.* *& deſcende*; cælorum namque inclinatione, compendioſior erit deſcenſus, & immenſa tranſibis aeris ſpatia curuitate cælorum extemplo: ita etiam illud: *Pſa. 17. 10.* *inclinauit cælos, & deſcendit.*

Quod vero Parafr. ibi legat, *vas plenum nouiſſimis æſtatis fructibus*. aliud 18
non indicat, niſi iam maturam captiuitatem; fructus ſcilicet, qui in arbore minime conſiſtere poterant, iam maturos, Caniſtro Chaldæorum contineri. hæc enim viſio tranſmigrationem denotat, ſicut enim fructus maturi tolluntur *Maturi iſ culpis aſportantur ſicut in caniſtro.* de arbore, ſic tempus aderat, quo auferendi, & aſportandi eſſent Iſraelitæ de terra illa; ideo, *venit finis*: hoc planxit Ieremias: *vindemiauit me, vt loquutus eſt* *Tr. 1. 12.* *Dominus in die iræ furoris ſui.*

19 Huc ſpectat verſio illa Hebræorum in virga vigilante, quam adducit Gl. & S. Thom. *virgam vigilantem*, idest, *vigilantium latronum, qui vigilant de nocte, quando alij dormiunt, ad faciendum furta; & habent aliquando virgam longam in extremitate, vncinum ferreum habentem, cum quo extrahant veſtes, vel aliã rem per feneſtras, &c.* hoc namq; futurã Chaldæorum incurſionem dicunt intelligi; & Hier. viſionem vncini Amos, hoc *Hier. Amos 8.* explicari autumat. Milites ergo Babylonios, vel reges ipſos, nomine latronum appellat; neque vero nouum eſt, milites, etiam illos, qui iuſto indicto bello pugnãt, latrones appellari. Virg. *fixumque latronis, Impauidus frangit telum, & fremit, ore cruento.* *Virg. Aen. 12.*

Quod obſeruat Seruius, & Feſtus 20
Pompeius; Hoc quoque reſpexit Plautus, *Nam Rex Seleucus, me opere orauit maximo, vt ſibi latrones cogerem, & conſcriberem*. Illud autem Ioel vaticinatus eſt; atque ibi apertè, furum nomine, hoſtium inſidiæ deſcriptæ ſunt. *Vrbem ingredientur in muro, current domos, conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur*: prius dixerat, *quaſi viri bellatores aſcendent murum; & viri in vijs ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis*: hæc forma oppugnantium eſt; ita enim ordinatè incedent, vt non nimis ab inuicem ſeparentur, nec nimis coniungentur; ex regula Vegetij, quod iſta eſt optima diſpoſitio bellantium, ne per nimiam ſeparationem aduerſarij ingrediantur aciem; & per nimiam coniunctio-

Pla in mil. gl. art. 1. ſc. 1 vid. Gal. Sa. 5 c. 18. Ier. 22. *Ioel. 2. 9.* *Veg. de re mil.*

ctionem vnus non impediat alium. Sæpè vero deſtructio Ieruſalem dicitur à latronibus; tunc enim latrones in ædes irrumpunt, cum Dominum minus rei familiari intentũ eſſe ſpeculantur; ideo repentinus Domini aduentus, furis ſimilitudine deſcribitur: *Dies Domini, ſicut fur in nocte, itá veniet*, &, *ſi ergo non vigilaueris veniam ad te, tanquam fur & neſcies qua hora veniam ad te*. Porrò Ieremias Babylonicos inſidiantes, tanquam latrones, ædibus Iſraelitarum inopinatò irrupiſſe dicit; tunc autem, expergefactos Iſraelitas, clamores ediidiſſe, *audiatur clamor de domibus eorum adduces enim ſuper eos latronem repente*: tunc clamores edidere, cum furabatur latro; prius admoniti, minime credebant; & alibi in hunc ſenſum de exercitu Nabuc: *Aſcendit Nabuc. Rex Babylonis, & factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis, rurſuſque rebellauit contrà eum, immiſitque eis Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, & immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eum*. Oſee quoque, *& fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris*. Et quidem dignè plexa eſt Ieruſalem, vt, tanquam fur, compræhenſa; quæ cultum veri Dei ad lapides, & ligna tranſtulit, à latronibus deleretur. Idem enim ferè pœnæ malum immittit Deus, quod peccatores ſceleribus auocarunt. Vnde Michæas, *nunc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos; in virga percutient maxillam iudicis Iſrael*: deſcribitur hic vrbis, & regis Sedeciæ captiuitas, atque eadem pœna æquum erat affligi; Sedecias enim, & prædam capere, & rapto viuere didiciſſe, ſub nomine Leonis, monſtratur alibi. At vero, quod Deus occaſionem puniendi ex tali culpa ſumat, hic probatur, *quid tu vides? virgam vigilantem, ego video*; Chaldæa. *baculum nuceum*. rectè baculus monſtratur populo idololatræ, qui baculo deliquerat: Oſee namque cum de idololatriæ crimine mentionem faceret, hæc ait, *baculus eius annunciauit ei*: hoc verò, ita gloſ. exponit [erat enim quidam diuinandi modus, per proiectionem baculi; & omnia iſta, & ſimilia ad idololatriam, & ſuperſtitionem pertinent] in baculo ergo delinquentes, baculum, qui pœnam portendit videant: In moralibus ſæpè obſeruamus, id mali alicui euenire, quod in alijs dolosè criminatur, & culpat. Prætere irriſores hebræi, quibus verbis aſpernabantur prophetas, vaticinantes captiuitatem; iiſdem prorſus agnouerunt ſibi præſcriptam, ac decretam extitiſſe: *qui dicitis feſtinet, & cito veniat opus eius & videamus, & appropriet*: Lyranus, hæc verba populi eſſe, ait deludentis Iſaiam [propheta enim comminabatur pœnam à Deo inferendam pro malis ſuis, & ipſi deridendo reſpondebant, *feſtinet & cito veniat opus eius*] euenit proinde vt quæ verba aſſumerent ad contemptũ aſſumeret Deus ad pœnam: *& ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus, veniet velociter, &c.* & itá patet, quid virga vigilans, ſeu rex feſtinans ad malefaciendum importet.

Margin notes (left column): 1. Th. 5. 2. — Apoc. 3. 3. — Ier. 18. 22. — 4. Reg. 13. 24. — Oſ. 7. 1. — Mich. 5. 1. — 4. Reg. 24. — Eze. 19. — Oſ. 4. 12.

Margin notes (right column): Deus dat pœnam reſpondentẽ delicto. — Iſa. 5. 19. — Iſ. 5. 25.

Virga vigilans explicata pro tribulatione.

SVperius dictum eſt, ad tribulationem annunciandam mitti prophetam: *propinantem calicem maledictionis dedi te*: moris autem Dei erat, cum mittendi eſſent prophetæ, ea ſub aliqua ſpecie prius ijs demonſtrare, quæ apud illos, ad quos mittebantur geſturi erant; ſeu quis tunc illius gentis eſſet ſtatus; quem admodum in exodo, poſitus in ardenti Rubo, populi afflictionem præmonſtrauit, quaſi eadem inter ignem, & Rubi ſpinas, quæ populus ſentiebat, pateretur: flagella vero, quæ Moyſes, illaturus erat genti; varia, portentoſa, virgæ portentis oſtendit. Itaque Ieremias prophetaturus Iſraelitarum damna, & vrbis incendia, prius virgam cernit, deinde ollæ ſuccenſæ feruorem; olla namq; teſtea figuli; & virga, altera ſuccenſa, altera dura, & minax; omnimodum vrbis interitum porten-

Margin notes: 21 Chal. — Ex. 3. — Deus oſtẽdit prophetis, quæ geſturi ſunt.

tendebant;quod cum ità ſit,materiam nobis præbet,expoſitionem huiuſmodi de tribulatione contexendi; cum etiam faueant ſequentia verba: *ſic vigilabo ego ſuper uerbo meo,ut faciam illud*; verbum hoc,ſuper quo vigilat,illud eſt,quod ex Chaldæo ſupra innuimus, *prophetam propinantem calicem maledictionis dedi te*:ſuper qua maledictione,ideſt captiuitate,& excidio,donec compleatur,vigilare ſe dicit.

22 Nec vero nouum eſt in ſcripturis, quod virgæ nomine tribulatio exprima-
Pſa.83.13. tur, *uiſitabo in uirga iniquitates eorum & in uerberibus peccata eorum*: virga quoque genus flagelli eſt,quo puluis,& & quidquid ſordidum eſt excutitur;præceptores quoque illam ad diſcipulos corrigendos adhibent; præter dolorem, nil mali affert. Igitur quotieſcunque puerilia ſectamur, auerſi à diſciplina virtutum,virga nos percutit,vt emẽdet,
Pro.22.15 iuxtà illud, *ſtultitia alligata eſt in corde pueri, & uirga diſciplinæ fugabit eam*. Videas aliquos qui nunquam Deo vacant,nunquam cæleſtia meditantur, nec ſe mortales eſſe cenſent;hos, tribulationis virga,reuocat ad mentem:pleroſque vero è contra,nil virga proficere,qa generoſiori animo ad aſpectum flagelli vileſcunt,quidquid boni operantur,beneficijs acti perficiunt; manus inertes neſciunt ad bonum,ad virgæ aſpectum admouere: quam vtrorumque conditionem in pueris agnouimus;minis enim minimè quidam proficiunt, ſed amore; cæt.loris,& virga; de ſecundis dictum
Pro.29.15 Iob. 9.34. eſt: *uirga atque correctio tribuit ſapientiam*: de illis vero præclarè Iob: *auferat à me uirgam ſuam,& pauor eius non me terreat; loquar, & non timebo eum*: additque cauſſam, (quam etiam in pueris experimur dum minaci præceptoris virga,quæ memoriæ mandarunt effundentes;arguuntur) *neque enim poſſum, metuens,reſpondere*. Deus tanquam præceptor,dum ego ſtudeo diſciplinæ, virga tribulationis non me terreat, quia metuens reſpondere non poſſum; ſed potius,blanditijs,atque amore,proficio.

Tribulatione quidam proficiũt, quidam amore.

Hæc aliquando virga,deſtructiua eſt, 23
ex Hieronymo, & Baſilio;hinc Saul tribulationibus adactus,occubuit, *tenent*, 2.Reg.1.9
inquit,*me Anguſtiæ*: ita ſceleſtis Antiochus, circumfluentibus è ſacrilego corpore vermibus, interijt; nec quidquam profuit in ſæua plaga, Dei admonitio: *cæpit Antiochus graui morbo deductus ad agnitionem ſui uenire,diuina admonitus plaga*. 2.Macä.9.11.
Aliquando conſolatur, *bonus Dominus, & confortans in die tribulationis*;& Elias,inter anguſtæ mala,angelico cibo recreatur. 3.Reg.9.
Corrigit aliquando: *diſciplina tua correxit me in finem*:quod de tribulatione interpretatur Hieronymus,& Aquila,in perſona ipſiuſmet Dauidis; correxit enim cordis exaltationem tribulatio, ruina contagij;quando ipſe clamabat, *non ne ego ſum, qui iuſſi, ut numeraretur populus? ego,qui peccaui, ego,qui malum feci*. Pſa.17.39 par 21.19.

24 D.Ambroſius baculum hunc, nuceũ eſſe,ait;quia,*nux foris*,inquit,*amara eſt, in medio dura,intus eſt fructuoſa, & in nucleo,dulcis;ità & tribulatio,& ſi uidetur aſpera, fructum habet abſconditum*. Nota obiter, quod graue eſt tribulatione non excitari, ſed in ipſa obdormire; nuces namque vmbram, aiunt, inſalubrem,ac infauſtam parere;male ergo cædit illi,qui dormit ſub nuce, ſub tribulatione non reſipiſcit, non redit ad ſanam mentem; vt obdormiſſe videtur ſponſa in horto nucum: *deſcendi in hortum nucum, ut uiderem poma conuallium,& inſpicerem ſi floruiſſet uinea, & germinaſſent mala punica*. ſed infauſta, ſomno correpta, videt; nam ſequitur, *anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab*: Aminadab,*ſpontaneus populi mei*, interpretatur, & Gregorius Chriſtum intelligit;anima ergo dormiẽs in vmbra tribulationis, conturbatur à Chriſto propter quadrigas, intuens Chriſti Euangelia, quattuor Euangeliſtas, Apoſtolos,ipſumque Chriſtum, medijs tribulationibus manifeſtari; ſed alio quoque ſenſu,cum Gregorio; ideo conturbatur ſponſa, quia inter anguſtias vmbræ,ingratæ nucis,quærit flores & po-

Vmbra nucis infauſta. Can.6.10.

Digitized by Google

& poma, in horto nucum; ideſt tribulationis, exquirat ſolatia, ideo terretur,

Malè cedit illi, qui dormit in tribulatione.

propter quadrigas Aminadab, admonita continuo ſibi laborandum eſſe inſtar Aminadab, qui primus dux fuit ex ijs, qui per rubrum mare, virga Moyſis diuiſum, inter ſtabiles vndas inceſſere; q̃ crebrem vrgente retro hoſte, metu etiam nũquam antea calcatæ viæ premebatur.

Lyranus.

Itaque ſponſæ, hæc imago viſa eſt quærenti pacem in laboribus; niſi enim tribulatione, & vndique ingruente anguſtia, nunquam ad viridantia florum prata

Malè quæritur ſolatium inter trib.

deducetur; ſed ad baculum nuceum: habes in nuce amaritudinem, & ſaporem; nucleum, & corticem; hoc modo caſtigat Deus, hoc baculo corripit; quem enim percutit, paſcit; quantum tormenti, & aduerſitatis adhibet; tantum iniungit conſolationis, & gaudij, ne afflictus deprimatur nimis, ne conſolatione, iuſtus eleuetur: præſtat id, quod vulgo di-

Pſal 2.9.

citur [pane, e baſtonate] vt in Pſalmo; vbi myſticè pater, regnaturo filio, regulam tradit, quomodo ſubditos regat: *poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam; & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, & ſequitur, *reges eos in virga ferrea*. Hebr. *paſces eos in virga, &c.* panem adhibe, & virgam in regimine, vt rectè dominceris, & timearis: non præua-

3. Reg. c. 12

leat conſilium iuuenum Roboam neque de eis dicatur, *non eſt timor Dei an*

Pſal. 9. 26.

te oculos eorum, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore, &c. dulcis ſeueritas exigitur, & aſpera dulcedo; altera rectitudinem commendet, altera manſuetudinẽ; ideo Dominum, aiebat Dauid, dignum eſſe, qui leges ferat: *dulcis, & rectus Do-*

Pſal. 24. [8.

minus; propter hoc legem dabit delinquentibus in via, & infra, *vniuerſæ viæ Domi*

Verſ. 10.

ni miſericordia, & veritas. Ita Michæas, *paſce populum tuum in virga*: agebatur

Mich 7. 14

de reductione populi ex Babylone ad Ieruſalem; & ait Gloſ. [dirige virga dire-

Simile.

ctionis, ſed conſolare conſolatione diuina, &c. Hanc vero conſolationem, & rectitudinem, pater aliquando demonſtrat cum filium arguit, minatur, ac cædit; at ne ex mœrore puer in morbum incidat; matrem hortatur, vt blandè cum filio agat, cibis reficiat, conſoletur; hoc ſanè conſilio vſus, vt corrigatur puer in moribus, eleuetur in natura, patris vultus horreat, & inde emendetur, matris blandimenta cognoſcat, & inde reſpiret: hæc vero Dauid, in Pſalmo deſcribit: *virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*, quomodo ex verberibus conſolatio orta eſt? quia ſequitur, *paraſti in conſpectu meo menſam*, vtriuſque Pſal. 22. 4.

partes ipſe agit Dominus, patris, dum baculo cædit, matris dum poſt increpationem, & verbera, ponit menſam: poſtquam me virga cæcidiſti, pauiſti me, & Hier. hic, *verbera erudierunt*, inquit, *conſolando*; non, *afflixerunt mortificando*, obſerua, quæ idem Hier. ait, tribulatio-

Deus tanquam pater verberat, & paſcit.

nes, gaudio, nobis debere eſſe propter futuram conſolationem, *conſolata ſunt me virga, & baculus, propter futuram menſæ conſolationem*: vlterius ex eodem aduerte, quod dicit, *paraſti in conſpectu meo menſam, vt iam non lacte quaſi paruulus alar, ſed ſolido cibo, &c.* datur ergo cibus ſólidus tribulatis; ſecurior enim ad ſalutem via tribulatio eſt; conſolatio ſæpè decipit, fallit quies; via enim Domini turbo eſt laborum, & anguſtiæ: *Dominus in tempeſtate, & in turbine* Naum 1. 3

viæ eius, ſcito ergo ad te Dominum properare, cum tempeſtas ingruerit afflictionis. Itaque tribulatio, vti diximus, dat cibum, non puerilem, ſed virilem, ſed enutrientem: & hoc modo intelligo ſcripturam illam: *arguam eum in virga* 2. Reg. 7. 14.

virorum: virga virorum, quæ menſam diuinæ miſericordiæ apponit, ideo ſe- Quæ ſit virga virorũ.

quitur infra, *miſericordiam autem meã non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul*. Quod diximus, in hac viſione probatur; omnes enim æquè autumant, vt ſæpe dictum eſt, hanc virgam, quæ tribulationem ſignificabat; baculum eſſe oculum ſubſtentantem. Itaque vides quomodo Punit Deus virga oculata.

puniat Deus; oculum quaſi ponit in virga, vt leniter puniat, ne ſi durius agat, oculos ſibi lædat, & ideo Iob, iuſtus, & afflictus dicebat, *non auferet à iuſto oculos* Iob 36. 7.

ſuos. Vel in alio ſenſu dic, quod qui virgam

Digitized by Google

gam habet vigilantem,habet & oculum, quo videat mala,& euitet;æterna, & ſequatur. quid enim excitat magis, quam correctio? & ideo, *virgam vigilantem : nimis mane ſurgentem*,legunt aliqui (vt ſupra)ſtatim in virga vigilias,& ſollicitudinem obſeruamus;ergo recte Oſee, *in tribulatione ſua*,quid ſequitur ex tribulatione virgæ? *mane ſurgent ad me*, mane ſurgere eſt, in malis clauſos oculos ſtatim aperire; ſunt qui minime adhærent Deo, graui ſopore rerum temporalium detenti;ad quos dicebat Paulus, *hora eſt iam nos de ſomno ſurgere*, *&c.*& *propterea multi infirmi, & imbecilles,& dormiunt multi*:hos tribulatione excitat Deus,morbo,aduerſitatibus,&c. & Ieremias, licet in materno vtero ſanctificatus;adhuc dicit ſe ad ſui ipſius cognitionem veniſſe,propter hanc virgam: *ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius*,etſi videns ſemper extiterit.

Qui tribulatur mane ſurgit ad Dominum.
Oſ.2.1.
Rom.13.11
1 Cor. 11. 30.
Tren.3.1.

25 Quod autem tribulatio ad Deum nos ducat, facit quod, inquit Dauid, *vides quoniam tu laborem, & dolorem conſideras,vt tradas eos in manus tuas :* quod triplicem ſenſum habere poteſt. Primus eſt;conſideras nullam aliam opportuniorem viam reperiri,adhoc, vt ex vanitate, ad tuas manus aduoces peccatorem, præter tribulationem, vnde eſt illud, *cum anguſtiaretur in me anima mea Domini recordatus ſum*, in tribulatione oculum mentis aperui.Secundus : peccator,in manu aliena eſt,per culpam abſtractus ex manibus Dei, vt ipſe Dauid,*eripe me de manu inimicorũ meorũ*; & alibi, *eruet animam meam de manu inferi*:cum vero Deus cogitat illum, ex aliena manu ad ſe eripere, tribulatione, & anguſtia id efficere conſtituit : itaque dolorem conſideras immittere, & laborem, vt eum tradas in manus tuas: vnde Hebr.*vides,quia tu laborem, & furorem reſpicis,vt detur in manu tua :* per furorem tribulationis, ſenſus tyrannus, & Mundus vileſcit, & eripitur peccator. Tertius ſpectat præcipue ad Dei miſericordiam; cum tradis in manus tuas, cum affligis (manus enim Domini hic tribulatio ſumi poteſt,vt placet Hieronymo, & ferè hic communiter vſurpatur) reſpicis,& conſideras dolorem,& laborem,ponderas, ne ſupra id quod poteſt homo tentetur,*ecce vniuerſa, quæ habet in manu tua ſunt*.hic eſt labor, & dolor; *tantum in eum ne extendas manum tuam*,ecce quomodo cogitat, & liberat: ſi filios mors abripit, ſubſtantiam Deus auget,&c.deiectum contumelijs patientia ſubleuat,&c.virga verberat, ſed oculum habet,vt conſideret,& videat: Ideo agens Ieremias de tribulatione, quam habuit populus quando eductus eſt de Aegypto, horrens per ſquallida vaſtiſſimi deſerti; hæc habet. *Hæc dicit Dominus, recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ:quando ſequuta es me in deſerto;in terra,quæ non ſeminatur*,& paullo infrà:*& non dixerunt, vbi eſt Dominus,qui aſcendere nos fecit de terra Aegypti; qui traduxit nos per deſertum,per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram ſitis, & imaginem mortis,per terram,in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo*.in ſquallenti, atque vaſta ſolitudine enumerat mala ex quibus afflictio emerſit Iſraelitis, ſed oculus diuinæ protectionis ſtatim videtur: *& induxi uos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius,& optima illius*,tribulatione concuſſit, ſed beneficijs erexit; Ideo Balaam de hac ipſa(in itinere Iſraelitarum) anguſtia loquens, ita egiſſe Deum,inquit;vt etſi feriret, reſpiceret tamen,& plagas cogitaret:Ait ergo ad Balac, *Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis*.Rhinoceros cum cætera animalia cornua habeant in fronte,vnum in nare cornu habet;quo ad ſaxa limato,ſe pugnę præparat, teſte Pierio, Martiali, & Plinio, prius ergo circumſpectat quem ferit, & conſcium cornu, oculo duce dirigit ad pugnam;non igitur temerè proſilit, vt taurus,ſed edoctum cornu,oculorum inſtructione admouet ad vulnus. Igitur cum hic Deus intelligatur nomine Rhinoce-

Pſal.30.16.
Pſal.88.16.
Ponderat Deus trib.
Iob.1.12.
Ier.2.1.
Nu.23.22.
Pier. de Rhin.
Deus ferit ſed reſpicit,vt Rhi.

noceroțis, optime colligitur, qualem fortitudinem in populum alioqui contumacem in deſerto exercuerit; pupugit ſed nō inſcio, & cœco anguſtiæ cornu, ſed cogitauit dolorem, vt traderet gentem illam in manus ſuas.

Ter. ad.iud Grig.num. hom.1.

26 Caue nequando minime conſideret; ne forte virga ſit dormiens, quæ non eſt ad pœnitentiam, ſed ad æternam pœnā; qualis requieſcit, ac dormit ſuper damnatos, ſicut ſub nomine Phaſſur de diabolo dicit Iſaias: *Pauebit Phaſſur virga percuſſus, à voce Domini, & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum: pauebit Phaſſur*, ideſt diabolus, inquit, Lyranus (ſicut ſupra ſub nomine etiam Regis Babylonis ſignificatur quoque diabolus ad litterā) *virga percuſſus*, ideſt virga diuinæ ſententiæ: *& erit tranſitus virgæ fundatus*, ideſt firmus, ſtabilis; quia illa ſententia erit irretractabilis, quia pœna illius ſententiæ tenebit eum depreſſum vſq; in ſempiternū. Sicut qui cæcus eſt, ſi quādo verberibus agitur, non conſiderat, lædat ne pectus, caput, oculos; ſed prono baculo, quidquid obijcitur, contundit; ita cœcorum verbera, ex virga cœca ſentient damnati, nullum in anima doloris locum excludente: hoc præcauens Dauid aiebat: *exurge quare obdormis Domine? quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?* ex hebræo, *exurge quare dormitas Domine? euigila quare proijcis nos in ſempiternum, & faciem tuam abſconais?* ergo cum Deus flagellat dormiens, cum damnatis agit, proijcit in ſēpiternum, euidens ſignum eſt quod nō ponderat pœnam, vti ſui moris eſt in hac vita tribulationem immittere; quam vlterius hoc ſimili explico.

Virga dormiens, pœna æterna.

Iſa. 30. 31.

Pſ. 43. 24.

27 Qui dexteritate nimia pollet, & ſuper extenſum funem, circumſpectante populo incedit, funambulus dictus: vt Ter. in prol. ecyræ; omnis ipſius corporis motus, & pedū inceſſus, breui funis anguſti ſpatio concluditur; quod ſi caſu pedes quoquouerſū extrahit; vacuo ſaltu, prçceps ruit: ſemper autem in deambulando mens, & metus præcedit pedem, ne fallax ſolum, ac lubricum, dubium excipiens pedem ad ruinam adigat; quare Apul. comædus ſermocinatur, Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur: vulgò autem dicitur de ijs, qui metum in actione oſtendunt [incedis per funē?] ità vult tribulationes aduētantes in hac vita ambulare, Deus; neue latum ſpatiū concedit, dum ad nos properant; ſed viam aperit arctam, ac breuem: vt pedes (vt ità dicam) cōtracto incedant, & quaſi ambulent per funem: Dauid *viam fecit ſemitæ iræ ſuæ*, plures ſunt verſ. huius expoſitiones, & verſiones quas omnes cōgerit Lorinus, nobis autē de hoc infrà, alij *librauit, ponderauit*: appoſitè, qui.n. publica funis exhibēt ſpectacula, menſura quadam, quam manu tenēt, ſe librant quodāmodo, & pōderant. Igitur ira, ſeù iuſtitia, ſeu tribulatio cum incedendum eſt, ſe per anguſtiſſimam ſemitam librat, (ità breue ſpatium ei conceſſum eſt) ne vnquam præcipitio ruat. Pœna in hoc mundo librata, non totaliter afficit; in inferno, nil à tormentis alienum. Ligna, quæ in clibano comburuntur totis exponuntur ignibus, nec quidquam immune eſt ab incendio; quæ verò alibi, partim remanent. Tanquam in clibano, in inferno vruntur damnati, expoſiti omnimodæ pœnæ, nec enim aliquid tormento vacat, non ſenſus, non mens, &c. at in hoc mūdo ſi paupertas tribulatum adigit ad famem, ſapientia erigit ad Deum; ſi mors germen eripit proſapiæ; vel inde reſtituet De⁹, vel mētē alio cōuertet, &c. de primis ergo dictū eſt, *pones eos vt clibanū ignis; Dn̄s in ira ſua cōturbabit eos, & deuorabit eos ignis*; in clibano infernali poſitos, fac eos ignis deuoret totos.

Simile.

Pſ. 50. 77.

Simile.

Differentia inter hæc, & æternas trib.

Pſ. 20. 10.

Lignum præterea ſi comburatur, carbo ſupereſt, aut cinis, ſi ſtipula, vel aliud id genus, nihil ab incendio remanet, ſic in inferno omnia ſoluentur igne; probat hoc Agellius in Cant. Moyſis *miſiſti irā tuā, q̄ deuorabit eos ſicut ſtipulā*. i. [totos deuoraſti flāmis çternis; nihil ab igne reſeruaſti, oīa cōmiſſa pœnis] cōtra verò, cuidā populo, vt ad ſe per tribulationes

Cant. M. 7.

Digitized by Google

rediret hæc dicit Dominus, *Facti eſtis,* Amos 4. 11. *quaſi torris raptus ab incendio, & non rediſtis ad me: dicit Dominus:* rapitur ab incendio, ne igne conſumente redigatur ad nihilum: & Iſaias, de damnatis: Iſ. 5. 24. *Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: ſic radix eorum: quaſi fauilla erit.* gloſſa dicit hãc eſſe pœnam ignis æterni [radix eorum, quaſi fauilla erit, ideſt totaliter exterminabitur, ſicut arbor, cuius radix eſt totaliter incenerata] quæ ſpes erit fructus damnato, cuius radix igne deuorata eſt? hoc innuit, quod arbor damnatorũ omnino infructuoſa, datur flammis: plerũq; autem falce arborũ ramos incidimus, ne luxuriantia folia, fructus humorem attrahant; magnum hoc arborũ beneficiũ eſt: ſed ſi funditus eradicentur, inutiles omninò ſunt, & nullius vſibus proſunt infructuoſæ, nec pullulant amplius, nec producitur germen. Damnati, & fructũ amittunt, & radicem; vt prorſus inutiles ſint; prædictus pſalmus hoc probat, *deuorabit eos ignis,* addit S. Thom. [qui humano flatu non ſuccenditur, ſed diuina virtute] & ſubditur; *fructum eorum de terra perdes,* en arborem carentem fructibus, *& ſemen eorum à filijs hominum:* excisſo ſemine, & perditis fructibus quid damnato ſupereſt ſpei? Simili quoque pœna exterminati dicti ſunt angeli rebelles, Amorrçus enim interpretatur rebellis, at de Amorræo dicit Amos, *Ego autem exterminaui Amorræum à facie eorum, cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus, & cõtriui fructum eius deſuper, & radicem eius ſupter.* nil expreſſius probare potuerant ſuperiora: apoſtata namq; angelus, quẽ fructum niſi ſuperbiæ retinuit radicitus euulſus ab Empireo? Igitũ ad hoc reſpexit Iudas in ſua canonica, cũ de aliquib⁹ loqueretur infernali pœnæ addictis: *arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ:* & ſubdit, *quibus procella tenebrarũ ſeruata eſt in æternũ:* bis mortuas opinor dixiſſe, qa infructuoſæ ſũt, & eradicatæ: hæ arbores infernæ caligini mancipatæ, æternos ignes nutriunt.

Damnati infructuoſæ arbores, & eradicatæ.

Amos 2. 9.

Iudas 13

29 Verum etſi præſens tribulatio fructum quandoq; aufert, minimè radices extirpat; aliquando enim iterum cum germine fructus emittet; probatur hoc in vaticinio Danielis: *videbam, & ecce arbor in medio terræ, & proceritas eius contingens cælum: & ecce vigil ſanctus de cælo deſcendit, &c. ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius, fugiat beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis eius: veruntamen germen radicũ eius in terra ſinite.* Vides ergo virgam vigilãtẽ, Dominum ſcilicet, qui vigil hic dicitur, in prçciſione arboris iſtius, folia, fructus, & ornamenta omnia iuſſiſſe præſcindi, non tamen explantari; vt homini vſque ad feritatem redacto, aliquid ſeruaret illæſum: vnde & alibi ſcriptum eſt, *radix iuſtorum non commouebitur. & radix autem iuſtorum proficiet:* ob profectum conſeruat radices.

Dan. 4. 10.

Radices tribulati in hac vita ſẽper manent.

Pro. 16. 1. ib. 4.

30 Verum ſi iuxta expoſitionem D. Th. dixerimus virgam hanc vigilantem æterni in manu Dei, & ſi pro tribulatione ſumatur; neceſſe erit aſſerere, virgam in hoc mundo afflictiuam, minime radices figere; ne diu percutere intelligatur; contra verò in æterna tribulatione; virga nãque damnatorum fixa radicibus eſt. De prima ſcriptum eſt, *virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion:* virgam hanc ſceptrum, & regiam poteſtatem qua Rex animaduertit in impios intelligũt expoſitores; ex qua ipſe timetur; *emittet*. i. extra mittet: *ex Sion,* Siõ interpretatũ *aceruus;* in aceruo ſcimus nullas radices poſſe coaleſcere: quid .n. germinare põt in maceria? nec inter luti cõpagines, ſeu in geſta ſaxa, foueri poſſũt germina; exorta verò, vel areſcũt, vel facillimè cõuelluntur. Interpretatũ ẽt Siõ, *ſtrepitus*: huiuſmodi ſũt tẽporales hæ tribulationes; virga .n. potius ſtridorem, ſtrepitũq; cũ aliquid verberatur, quã dolorem ingẽtem edit: hoc modo affligimur in hac vita. At verò infernalis virgæ tribulatio radicata, ac fundata eſt, & cum ſit æterna, & à perpetua nũquam euellatur anguſtia; nequaquam ſtridebit; aerem eleuata colli-

Pſ. 109. 1.

Tribulatio nõ eſt diu perſeuerãs.

Digitized by Google

colliđens; ſed in dorſo damnatorum moratibur ſemper, vt nunquam careat tribulatione damnatus.

31 Quod Iſaias loquitur, agens de pœna damnatorum, ſub nomine virgæ, & Aſſur. *à voce*, inquit, *Domini pauebit Aſſur virga percuſſus, & erit tranſitus virgæ fundatus*: ecce radicatam virgam inferni: *quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum*: ecce continuam virgæ afflictionem, quæ nunquam amouetur. In hac vita emittitur virga ex ſtrepitu, cum enim eleuatur, ſtrepitum, aeris colliſione cauſſat virga, & tunc requieſcit tribulatus: optimè Dauid: *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum, ſuper ſortem iuſtorum*: Aliqui rabinorum virgam, plagas, & flagellum interpretantur non ſceptrum: virga enim, & poteſtatis inſigne eſt, & etiam verberum inſtrumẽtum. Itaq; hic eſto ſenſus: eam virgam qua peccatores percutit, & nunquam à dorſo ipſorum amouet; non faciet requieſcere ſupra dorſum illorum, qui corriguntur in hac vita, vt ſalui fiant. Hebr. *Quia non requieſcet virga, &c.* innuit, quod ſupra dixi de virga damnatorum quieſcente: quieſcere autem intelligo, vel ſopitos ſenſus habere, vel requiem capere, vel in centro conſiſtere: virga ergo damnatorum, ideſt tribulatio in centro eſt, vel in malis dormit.

Pſ.124.3.

Quid ſit virgam requieſcere in dorſo.

32 Virgæ quoque infernalis firmitatem, ideſt pœnarum perpetuitatem, ac durationem, alio modo explicat Iob, quem hoc ſimili interpretor: Auis plerunque ſecura peruolat, nec vnquam ſuſpicatur inſidias; accipiter verò inpinato illuc fertur impetu, qui auem vngue comprehenſam, prædam deſtinat fami; & eo magis eam vngue premit, quo magis excutitur ad libertatem: ità Diabolus voluptuoſos homines tanquam aues, comprehenſos conſtringet. Igitur Iob hæc habet: *Tollet eum vẽtus vrens, & auferet & velut turbo rapiet eum de loco ſuo, & mittet ſuper eum, & non parcet; de manu eius fugiẽs fugiet: ſtringet ſuper eũ manus ſuas, & ſibilabit ſuper illũ intuens locum eius*: hic eſt ſenſus: *tollet eũ vẽtus vrens*: ideſt ſententia: (vt placet Hier.) quã vẽti nomine deſcribit, qua velut puluis, quiſque eorũ proijcietur à facie terræ: (& vẽtus diuinę ſentẽtiæ dr̃ vrens, quia ad gehennã vrentẽ cõpellit ſiuè ducit;) vel vẽtus vrens, ideſt Diabolus, qui ardet ſẽ ꝑ cupiditate nocendi: *de manu eius fugiẽs fugiet*: fugit ait glo. de manu Dei ſæuiẽtis: ſed iuxtà litteram de dãnato, qui fugere deſiderat, ſi poſſet; ſed hoc impoſſibile eſt: *fugiens fugiet*: Hier. [pereuntẽ in perpetuũ peccatorẽ ſignificat, qui nũquã reuocandus ſit ad vitam, & illic ei pœnitentiæ locus non erit] *ſtringet ſuper eũ manus ſuas*: Lyra. hæc ad noſtram ſententiã explicat his verbis [loquitur de diabolo ad modũ accipitris, qui tenens auiculam captam, & ſentiens, quod velit euadere magis ſtringit eã vnguib⁹ ſuis:] ità etiã Ieremias *venatione ceperũt me, quaſi auem inimici mei gratis*; ad litteram de ſeipſo, hæc dicit Ieremias. Qui miſſus eſt in lacũ; ſed de venatione diaboli ſumi etiã poſſe, inquit, Arnob. quẽ refert Genebrardus in pſãl. Quid ergo fiet ex præda venatione capta? *lapſa eſt*: ait, damnatus, *in lacum vita mea*; addit deinde, *& poſuerũt lapidẽ ſuper me*: ꝙ in hac vita nos cruciãt afflictiones, illæ sũt quæ liberant ab externis; fuge voluptates, & euitabis plagas vnguiũ infernaliũ. Qui aucupio delectantur, caſſitas, coturnices inter dumeta abſcõditas ficto quodã ſono, accipitri, vocatas, obijciunt; nẽpè mentito illo cantu, ità attrahuntur: vt eo in aperta aeris eductæ, in vngues incidant accipitris. Babylonios, ſimiles voces ediđiſſe, ait Hieronymus, referẽs multorũ ſententias in capite eccl. *lætare adoleſcens*; ait ergo: *Chaldæus veniet quaſi cantus volucris, ità Ieremiæ vocibus prophetatus*: hoc refert ad ſequentia verba, *& conſurgent ad uocẽ uolucris, & obmuteſcent omnes filiæ carminis*; quod de Ieroſolimitano interitu explicat interl. Itaq; ſicuti hebræi à voce volucris Regis decepti ſunt, ità mundani à cantu voluptatũ à diabolo decipiẽtur: in ſenſu aũt tropolo., ꝙ Chaldæus, idẽ diabolus eſt: & ꝙ Ieruſalẽ, aĩa ſm̃ Hieron. ſed vlterius.

Simile.

Iob.27 22

Damnatus tanquam auicula in manu dæmonis accipitris.

Tren.3.52

Pſ.2.3.

Eccl.12.1.

Dæmõ cãtus edit, vt animã decipiat.
Eccl. 13 6.

Digitized by Google

33 In duplici hac Ieremiæ viſione,duplicis,temporalis,& æternæ, tribulationis forma præſcribitur; paternæ prima eſt clementiæ;ſecunda cruciatus inferni. pater ſi verberat filium, nunquam ſeuerè it vultum; indignatione,& ſupercilio terret magis,quam manu;verum ſi delictum,pœnam atrociorem poſcat;non ipſe (ne forte præualeat paternus amor) ſed mandat ſeruis vltionem: ità Caſſius filium poſtquam poteſtatem trib.pl.depoſuit,affectati regni crimine,domi damnauit: verberibuſque à littoribus affectum, necari iuſſit; & peculium eius Cereri conſecrauit. Brutus quoque, filios ſuos dominationem à ſe expulſam Tarquinij reducentes; ſummum imperium obtinens,comprehenſos,proq; tribunali virgis cædi imperat, & ad palum religatos ſecuri percuti iuſſit; Quod & M. Scaurus,& Aulus, alter.n.filium non ſe ſtrenuè belli gerentem;alter Catilinæ ſocium iuſſit occidi. Itaque ſæuè animaduerſionis ſignum eſt,cum filius paterno imperio ab alio iubetur,ſeu cædi,ſeu occidi; mitius tamen agit pater cuius manui filius dat pœnas. Cernit ergo virgam Ieremias,& ollam; illam oculatam; ſuccenſam iſtam, virga cernitur in manu Dei: non committitur alteri tribulatio pro ſalute immittenda;ait S. Thom. hic *virgam video in manu Domini:* & ſtatim ſequitur,*ſic vigilabo ego ſuper verbo meo.* Nos dicimus [haurò gli occhi aperti] cum vigilantiam, ac diligentiam in aliqua actione promittimus: vigilabo ne plus æquo cædantur,ne malum aliquod inde eueniat. Olla vero à facie aquilonis eſt: *& facies eius, à facie aquilonis:* qui,Diabolus eſt, vt ait Gregorius, & nos ſuo loco:non tribulat hic Ieremiam, ſed habitatores terræ (vt Hieronymus, & nos ſuo etiam loco) eos qui terrena ſapiũt;tortoribus ergo cõmittaĩ exequutio. Virga ſeruat nucleum, intus enim in corde gaudet tribulatus:*ibant*, enim, *Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine eius contumeliam pati*: ſed olla, feruorem rotantis, & ſpumantis aquæ (vt ibi gloſſa;) quod ſignificat in æterna tribulatione damnatos intus cruciari: *crucior in hac flamma,&c. peccator videbit, & iraſcetur;dentibus ſuis fremet,& tabeſcet deſiderium peccatorum peribit,*& merito ibi damnatum oſtendit, Chald. *regem feruentem quaſi lebetem ego video,*& Vatab. *ollam ebullientem video*: atque hæc vtriuſque tribulationis conditio eſt: vel in bina hac viſione duplicem tribulationem ſic explica;virga,lignea, ſcripea eſt, conditione corrumpitur, ac tempore conſumitur;ità tribulatio, tranſitoria, *areſactæ ſunt uirgæ roboris eius*, & Naũ, *& nunc conteram uirgam eius de dorſo tuo, & uincula tua diſrumpam*: ſymbolum temporalis afflictionis hæc virga eſt:at altera damnatorum, nec tempore nec vlla vi frangi poteſt; ferrea dicitur, nulla percuſſione cedit; reſiſtit ſemper; æternum punit: vnde de ijs dicitur, *reges eos in uirga ferrea:* vas quoque teſteum figuli confractum, nullo pacto inſtaurari, ac refici poteſt; ità damnatorũ caſus, nullo tempore, ſeù conſilio: & ideò, *& tanquã uas figuli,cõfringes eos:* quod teſta contrita,hoc ſignificet in dãnatis, probatur ibi: *uade & accipe lagũculam figuli teſteam,&c.& dices ad eos: ſic conteram populum iſtum ſicùt conteritur uas figuli, quod non poteſt ultrà inſtaurari: & in Topheth ſepelierunt, eo quod non ſit alius locus ad ſepeliendum:* Topheth hebraicè Geennon dicitur; & plerique,quos Hier. ibi recenſet, gehẽnam,putant,appellatam eſſe;in gehenna ergo conteritur vas figuli, quod nullo proſit vſui: Iſaias quoque alibi,*& comminuentur ſicut comminuitur lagena figuli,contritione præualida; & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incẽdio,aut hauriatur parum aquæ de fouea*: irreparabile prorſus excidium damnatorum eſt, qui inutilibus pœnis conſummentur; huic adde adagium illud [chironium vulnus] quod arte nulla leuari ſanariue poteſt.

Val. Max. lib. 5. c. 8.

Deus ſua manu nos cædit hic, diabolus dãnatos.

Actor. 5.

Luc. 16. 24. Pſ. 19. 9.

Ez. 19. 12. Naum 1. 13.

Pſ. 2. 9.

Ier. 19. 1.

Iſ. 30. 14.

Damnati contereñt irreparabiliter, vt teſta.

Enimuero cum Topheth meminerimus, vnum oportet explicare, quod ad 34

hanc

hanc materiam pertinet. Topheth locus erat vbi idolo Moloch in holocauſtū filios comburebant, deſciſcentes à Deo, de quo Pſal. (Pſ.105.36) *immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs*. vocabatur locus Topheth à tympanis, quæ diabolico ſanè inuento pulſabantur; ne pater, filij plorantis gemitus exaudiret; nunquam enim ablata muſica illa concordia, amans pater eſſet paſſus, filiū ſacrificari, paterna commiſeratione commotus; eodem modo hoc ità ad tribulationem traduco. Homo in hac vita naſcitur ad labores. (Iob 7.1.) *militia eſt vita hominis ſuper terram*: & cum hoſtibus inuiſibilibus nobis aſſidua colluctatio eſt; Dæmones.n. quotidiè inſidiantur, vt animam perpetratione peccatorum, ipſis immolemus; at verò ſi in hac vita ſumus in valle Topheth, ideſt in loco tympanorum, & iubili; ſi tympanum voluptatum habemus in manibus; manifeſtum eſt, quod animę plorantis eiulatus, & conſcientiæ morſus, & monita, exaudire non poſſumus; indè eſt, quod incauti, tribulationis expertes, lætitiæ vacantes, & iubilo, animā idolo Moloch, ideſt diabolo ſacrificamus: quamapertiſſimè hæc probat Iob loquens de improbis procurantibus felicitatem in hac vita, & in ipſa collætantibus. (Iob.21.11) *Quare ergo impij viuunt ſubleuati ſunt, & confortati ſunt diuitijs; ſemen eorum permanet coram eis, propinquorū turba, & nepotum in conſpectu eorum; domus illorum pacatæ ſunt, & ſecuræ*: & vt omninò virgam tribulationis dicat abeſſe, ſubdit *non eſt viga Dei ſuper illos*: at verò ne conſcientiæ ſtimulos, & animæ decertantis cum dæmone voces ſētiant, & ſe prouocent ad pugnam, vide quid adiungat: *tenent tympanum, & citheram, & gaudent ad ſonitum organi*: ecce quomodo ſunt in valle Topheth; ideo ſequitur: *ducunt in bonis dies ſuos; & in puncto ad inferna deſcendunt*: Iſaias (Iſ.5.13.) quoque hoc vaticinatus eſt: *Veh qui cōſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis: cithera, & lyra, & tympanum in conuiuijs*: verum, *propterea captiuus ductus eſt populus meus*; ſed ad priora.

Peccatores nō audiunt voces cōſciētiæ, quia longè ſūt à tribulatione.

35 Quæ eſt virga Dei, niſi illa, quam hic habet Deus in manu, & de qua dicit *vigilabo ego ſuper verbo meo?* & verbum intelligitur virgæ tribulatio (vti paullo ſuperius dictum eſt;) ſuam dicit Deus tribulationem virgæ, quia quos tangit, facit eſſe Dei, & purgatos ſanctos efficit. Sanctitas enim, & tribulatio, eodem in loco ſunt, & ex altero cognoſcitur alterum. In libro numeri hoc expreſsè reperio, in ſimili virga amygdalina: in electione nanq; Sacerdotis duodecim virgas iuſſit apponi, (Num.17.8) porrò eum eligi in ſacerdotem, in quo virga flores emitteret; inde enim probitas viri cælitus reuelata foret: igitur virga Aaron floruit, ac in gemmas floresq; erupit.; ibi ergò ſanctitas declaratur, vbi virga eſt nucea, quam tribulationem portendere diximus; dicebat proinde Eccleſ. (Eccl.27.6.) *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis*, & Malach. (Mal.3.3.) *Ipſe quaſi herba fullonum ſedebit conflans, & emūdans argentum; & purgabit filios Leui*. Virga quoque florida declarauit ſanctitatem illius, de quo ſcribitur: *Egredietur virga de radice Ieſſè, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum* (Iſa.11.2.) *ſpiritus Domini; ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, &c.*

Tribulatio index ſanctitatis.

36 Virga quoque, Dei eſt, quoniam in hac virga vigilat Deus; quod ſic oſtenderim: moris eſt, appetente autumno, ruricolas, erecta trabe dum vuæ matureſcunt, ibi in ſummitate, ſibi ſpeculam præparare; neu beſtia, vel fur, quid dāni inferat; poſtea verò vuis in torculari calcatis, trabs, & vmbraculum aufertur. De hac ſpecula inquit, ſcriptura, (Cant.7.) *Naſus tuus ſicut turris libani*: quod ſicut explicat Gregorius: (Greg. in 39. c. Iob.) *per naſum, odores, fetoresq; diſcernimus, & quid per naſum niſi Sanctorum prouida diſcretio deſignatur? Turris verò ſpeculationis in altum ponitur, vt hoſtis veniens, longè videatur, & hinc Abacuc ait* (Ab.2.) *, ſuper cuſtodiam meam ſtabo: hinc vniuſcuiuſque electi animam Ieremias admonet dicens; ſtatue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines: ſpeculam*

ſibi

Digitized by Google

ſibi ſtatuere, eſt ventura vitiorum certamina, ex alta conſideratione prænoſcere: & alibi in illis verbis: *Speculatorem dedi te domus Iſrael, &c. non eſt ſpeculator, qui in imo eſt, ſpeculator quippe ſemper in altitudine ſtat; vt quidquid venturum eſt longè proſpiciat:* optimè Iob, *ædificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum*: itaq; cuſtos in alto vigilat, & fures, vineisq; infeſtos arcet voce, quamobrem rectè legimus virgam oſtendiſſe Dominum Ieremiæ, oculum fulcientem, cum Ieremias donis cæleſtibus diues, & penè maturus, adhuc timebat beſtiarum incurſiones idololatrantium, ſeù furum damna: hoc enim oſtendit Dominus, ſe ad cuſtodiendam vineam hanc donorum cæleſtium ſpeculam erexiſſe; ſeq; in ſummitate poſuiſſe ad cuſtodiam, vt ſi appropiaret latro, voces ederet: *ſic vigilabo ego ſuper verbo meo*; ne timeas, quæ obijcis, ego enim ero cuſtos; en ſpeculam ſtatuo, &c. Et verò id congruit oculus enim frequenter cuſtodiam ſignificare comperimus, ex officio in vniuerſum corpus præſtito, maxime verò admirandam eſſe cuſtodiam, quam oculus pupillæ præſtat, ex Euthimyo didicimus, de qua re in Pſal. 17. philoſophatur egregiè; tunica ſuper tunicam, & alia quædam integumenta eam muniunt; quorum alia tenuia, & tranſlucida ſunt, ne vllam, pupillæ, quæ ſuapte natura humida eſt, & perindè mollis inferant aſperitatem; alia verò exterius craſſiora, vt palpebrarum tunica, quæ duobus eſt ſemicirculis diſtincta; vt pulueris, atq; aeris incurſum, & paruula quædam animalia in oculos inuolare ſolita, repellat atq; ſummoueat; quin pilis, etiam vallatæ ſunt, vt ſudorē propè fluentem alio auertant, neq; in oculum influere permittant: quod cuſtodia per oculum ſignificetur, vide Pier. Quid ergo timeat, qui diuinam habet cuſtodiā, & auxilium? *ne timeas, quia ego tecū ſum, vt eruam te dicit Dominus:* ne timeas tribulationes.

Hom. 21. in Eze.

Iob 27. 18.

Deus ſtat tamquā in ſpecula cuſtodiēs tribulatos

Euth. pſ. 17

Pier. li. 23 de oculo.

37 Sed etiam gratum erit hanc virgam, ità interpretari, vt dicamus in hac ipſa, quæ tribulationem oſtendit, miſericordiam coniunctam *eſſe*, oſtenſam à Deo, vt informaret quomodo inter tribulationes nos gerere oporteat. Duplex bellandi genus eſt, alterum iocoſum, ac fictum; verum alterum, & cruentum: primum adhibetur ad ſcientiā ſecūdi; eorū verò eſt, qui militarem artem addiſcunt, in hoc non agitur acuto enſe; ſed contuſo, qui deſinat in nodum, ſeù quēdam orbem lanæ plenū, ſeù alterius eiuſmodi generis, vt impedimēta lanei globuli, ictum retrahant, & locus vulneri dematur, hìc ſæpè magiſter ficto mucrone, verberat, docetq; experimento, quomodo inimica vis arte vincatur. In hoc mūdo, in quo eſt militia vita hominis, duplex bellum gerimus, primum profictū in tribulationibus, ſecundum cruentum in tentationibus; in primo ſæpè flagellat Deus, vt inſtruamur; ſed arma non ſunt apta vulneri infligendo; contuſa acie, & cuſpide in orbem deſinente: *quid tu vides?* petit à Ieremia inſtituendo ad bellum *virgam vigilantem ego video*. adiectū oculo ſcipionem dumtaxat: ficta concertatio, ſed non irrita, quia ſub ictibus huius inſtrumenti coniectat tribulatus, quid cauere, quidue præſtare debeat, cum bellum initur à diabolo: nec equidem ab re eſt, quod Deus ſuos tribulatione inſtruat, dicente Dauid: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*: ſed indè, *miſericordia, & refugium meum*, & Ieremiæ, *vigilabo ego ſuper verbo meo*, alibi quoque: *qui doces manus meas ad prælium, & poſuiſti, vt arcum æreum, brachia mea.* Heb. *docens manus meas ad prælium, & componens, quaſi arcum æreum, brachia mea*, ſequitur, *& diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit*. Lir. *qui docet*, [quia Deus docuit eum artem præliandi:] & ideò dictum eſt, *caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum*. ſed videamus quomodo doceat hāc artem, & quæ ſit diſciplina: *& diſciplina tua*, idem [per tribulationes temporales me corrigendo, quia vexatio à Deo inflicta

Fictè nobiſcum pugnat Deus v. magiſter, qui inſtruit a tē bellandi.

Pſ. 143. 1.

Pſ 17. 37.

Ier. 31. 18.

flicta

flicta dat intellectum] & Hier. [quem enim diligit Dominus corripit,]quæ eſt Heb.12. 11. diſciplina iſta Dei? Paulus explicat, *omnis autem diſciplina,in præſenti quidem, videtur non eſſe gaudij;ſed mœroris : poſtea autem fructum pacatiſſimum per eã reddet :* fructus ſcilicet victoriæ, in vero prælio, contra mala aduerſantia mundi, & dæmonis: ſequatur ergò *, perſequar inimicos meos, & confringam illos,& nõ conuertar donec deficiant :* nota in hoc verſiculo Ieremiæ,quod de iſta diſciplina dicit gloſſa ex Iſaia [quia vexatio inquit dat intellectum] in virga habemus Iſa.28.19. vexationem,vt toties diximus, in oculo intellectum; vti Chriſoſtomus, *Quod oculi, corpori;hoc intellectus,animæ, &c. ſicut enim poſtquam corporalem oculorũ lumen extinctum eſt , omnia iam membra in miſeria verſantur ; ſic etiam in anima intellectum conſeruemus ad ſalutem ,* inde dixit ille *: vidi in exceſſu mẽtis meæ*. Hier. quoque, Greg. , Ficinus, hoc probant,& alij . Pueritia verò quaſi neſcia eſt,& fermè imbellis , vti ille :

Chr hom. 21.in Matt. & c. 13. Matth. hom. 31. Act. ii. 5. Hier. pſ17 Greg in 1. Iob.c.8. Fic. Plat. Th. lib. 17. c. 2. Pont. Mant.

Inſtituit puerum,neſcius inſciolum,

& ille :

Pueris imbellibus ultrà cedimus.

Quod ſic explica , non eadem prorſus ratio pueris ſuppetit , & intellectus imbelli ætatulæ . Itaq; contemplatus Ieremias quid roboris,quidue eloquentiæ , ad deterrendos reges impios eſſet neceſſarium,dixerat *a,a,a, Domine Deus : ecce neſcio loqui,quia puer ego ſum :* mõſtret ergo Deus, quomodo virga , ideſt tribulatio intelligentem faciat puerum, ideſt delicatæ vitæ hominem neſcium pati; virgam oſtendit , & oculum;tribulationem , & intellectũ. Commodè hoc in ipſis etiam Iſraelitis explica,qui inſtar puerorum,inſtabiles, auerſi à Deo,puerilia ſectabantur : vide ergo virgam dantem intellectum. ità in Pro. *ſtultitia alligata eſt in corde pueri,& uirga diſciplinæ fugabit eam* : quæ eadem eſt cum virga oculata, quæ intellectum præſtat : ſed ad ſuperiora . Hoc genus armorum Dei, inſtruit non ferit,neque exacutum eſt,oculum habens in ſummitate ; & ſignificat,quod,eos quos tangit,& verberat,caros habet,vt oculum : & cum oculo vulnerans,potius ad amorem adigit, & vulnus amoris infligit.Sicuti in Cant. *uulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum*, & quale vulnus aperuit oculus indicat his verbis, *in vno crine colli tui :* quaſi diceret ità leue , ac ſuaue fuit vulnus , vt me obligatione vinxerit : quod dicimus cum nos alicui , amore , ſeù obligatione , deuinctos eſſe ſignificamus [m'hà legato:] ſed infrà tropologicè .

Virga oculata, tribulatio, & intellectus. Pro 22.13. Cant.4.9

38 Hic quoque in hac ſcriptura aliud aduertere poteris, ſcilicet quomodo illud conueniat, crinem colli poſſe vulnerare ſponſum; & quidem ſi ſcrutemur quale ſit collum ſponſæ, quæue crines, manifeſtum hoc erit ; ſuperius ſponſam deſcribens , eius collum eiuſmodi eſſe dicit : *Sicut turris Dauid collum tuum , quæ ædificata eſt cum propugnaculis:mille clypei pendent ex ea,&c.*cum ergo collum ſit turris;clypei,qui in turri pendere deſcribuntur illius crines erunt ; nec hoc incongruit : nam,& fortitudinem habebat Sanſon in ſeptem crinibus,quibus reſiſtebat Philiſtæis : *raſit ſeptem crines,& ſtatim fortitudo diſceſſit ab eo.* His poſitis quomodo vulnerat ſponſa ſponſum? colli crine,ideſt turris clypeo, clypeus verò deditionis ſignũ eſt : quod apud Appianum legas , vbi Afranij , & Petreij turmæ quædam, à Cæſare circũuentæ , capita clypeis ſubiecere , deditionis inditio; rectè ergo dicit ſponſus à ſcuto turris ſponſæ vulnerari, nempè à patientia in laboribus , à deditione ipſius,cum aduenit calamitas recipit in ſcuto conſtantiæ ictus ferientis flagelli ; ſed quæ conuenientia eſt inter ſcutum, & crines,vt crinis clypeus ſit ? diuerſitas hìc tentationum explicatur,earum nempè,quæ a Deo ſunt,quæue a mundo, & inferno; primis crinẽ opponat,nil enim capillo tenuius,ideſt nulla obſtacula præſtet,cædat Deo : *etiam ſi occiderit me,in hoc ipſo ſperabo.* ne ſit ſicut ille, qui nedum vulnera ſubſtinuit a diuina manu immiſſa, ſed : *tetendit aduerſus Deum manum*

Cant.4.4. Iud.16.19 Appian.de turmis Afr.& Per. Anima debet eſſe crinis Deo, ſcutũ diabolo. Iob 13.15 Iob 15. 26.

manum ſuam, & contrà omnipotentem roboratus eſt. Sit ergo crinis, facile cedat, nec obſiſtat, deprimat ſe, & humilitate ad nihilum deueniat: at ſcutum ſit diabolo, & malis, & mundo; ſeq; armatum exhibeat, & fortem; *faciem meam* (proinde aiebat Iſaias,) *non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*, qualiter reſiſtet improbis? *ideo poſui faciem meã, vt petrã duriſsimã, & ſcio quod nõ confundar*.

Iſ 50.7.

39 Plura quoque in virga hac, & oculo nos ad conſiderationem inuitant; ſi & quid virga etiam antiquitus, quid oculus exprimeret inueſtigemus? Et virgam primò, aiunt, diuinæ munificentiæ hyerogliphicum eſſe, de qua M. Tullius in calce primi libri officiorum: *quod ſi omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent; quaſi virgula diuina, vt aiunt, ſuppeditarentur*; hoc ipsũ inuenies apud alios, & in Pierio, qui hæc habet [ex hoc effuſiſſimam eam D.O.M. munificentiã intelligunt, quo omnia ſecundat, fortunat, atq; felicitat] Porrò oculus, fauoris, & beneficentiæ ſignum eſt, atq; aſpicere, hoc idem eſt, ac propitium ſe, & benignum oſtendere, &

M. Tul. 1. lib. offic.

Pier. de ſerp. ſ. virga.

Virg.

Libiæ defixit lumina regnis.

& ibi ſe dicit Iuppiter in Teucros mentem benignam accipere, & animum: cõtra verò de Pallade acriter irata:

Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Fauorem verò qui per oculos indicatur Theolgi gratiam vocãt; vnde quos Deus aſpicit fortunari dicimus; quos auerſari videtur, derelinqui: paſſim hoc in pſalmis: & in tota ſcriptura. Quid ergo eſt, quod munificentia, & fauor exprimitur in hac virga, niſi quia per virgam, quæ omninò iniucũdum denotat tribulationis ſignum, cæleſtis diuitiæ immittũtur, & diuinæ munificentiæ theſauri deſcendunt? adde in hac virga Ieremiæ oculũ ſuperpoſitum; atq; infer amicitiam Dei, potiſſimum in virga monſtrari; & ibi fermè gratiam inueniri; vbi virga tribulationis eſt.

S. Tho. & omnes.

In tribul. amicitia Dei.

40 Præterea haſtile ſagittæ, ſeù miſſilem ipſam ſagittam amori ſcribunt dicatam: pròpterea quod eo vulnere ſaucij, ſemper eminus feriuntur, veluti ſagitta quadam ab amatis oculis emiſſa, & in amantium oculos recepta; ſunt verò illi, vt Plato philoſophatur radij tenuiſſimi, qui ex intimo cordis expirant, vbi vitalis sãguis dulciſſimus, calidiſſimusq; ſedem habet; viaque ſibi per oculos patefacta, per amantis quoque oculos illapſi, ad intimum eius cor penetrant, accenſoq; interim magis, ac magis ſanguine, bilis etiam inflammatur; vnde ille ſequitur dolor, quem affixum eſſe cordi amantes omnes profitentur; quicunq; illos euectus, aut durus, aut facilis ſequatur: hæc obiter vt res exprimatur: Vtrumque in hac viſione inuenies, & virgam, haſtile ſagittæ & (vt totum amoris effectũm internoſcas) oculum: vulnus affert virga, ſeù ſagitta; ſed tale, quale oculus in cor tranſmittit, vulnus prorſus amantiũ, dilectionis: virga hæc ab amante Dei oculo excutitur; tribulatio ex nimio Dei amore; & rectè dicitur: *quid tu vides?* vt radij oculi viſi, per oculos etiam in cor tranſmittantur Ieremiæ.

Virga oculata ſignũ amoris.

Pulcrè autem baculum hunc in manu Domini, prophetæ viſum eſſe dicas, vt 41
indictum ſupra bellum contra idololatras iamiam cœptum fieri intelligeretur: ità apud Romanos hoc ſignum erat indicti belli, quod ille, vt primum manu baculum prætentum in hoſtium fines emiſiſſet cauſa prius expoſita, bellum iuſtum indictum fieriq; cœptum haberetur, & Maro Turnus primus

Principiũ belli contrà idololatras.

Maro.

Iaculum intorquens emittit in auras
Principium pugnæ.

Nodoſum Scipionem manu exceptum intuens, intellexit, quod infra etiam audiuit; *Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, dicit Dominus; & venient, & ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum, &c.* principium pugnæ, & quod iuſtum bellum indiceret oſtendit: *& loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, &c.* Virgã, ſeù baculum hunc, flagelli inſtrumentũ, iuſtitiæ Dei ſymbolum, miſericordiam

Ier. 1. 15.

ibi. 16.

Digitized by Google

nobis oſtendit in oculo ſuperpoſito: ꝙ oſtendat nihil minus excogitare Deum in hac vita, quam arma bellica parare ad pugnam, ſeu armis ad necem promptis nos delere. Moris præcipue in hac vrbe eſt in armis prohibitis, ſi quando extrahuntur, vel alio deferuntur, vel quolibet modo exponuntur; neu in pœnas delator incidat, ſignum aliquod ponere, quo demonſtret, ſe illis non vti ad necem alicuius, vel vt aliquid turbarum aduocet; ſed ea, venalia habere: ſignificatur ergo illo ſigno nequaquam arma bellica bello tũc inſeruire. Dicamus Deum, iuſtitiæ inſtrumentum, virgam ſcilicet, ideo ſignatam oculo monſtraſſe Ieremiæ, vt oſtenderet illam potius ad terrorem adhibuiſſe, quam ad ruinam. Et quod magis hoc commendat eſt, ꝙ oculus eſt diuinæ miſericordiæ ſymbolum. Igitur iuſtitia ſignatur à miſericordia, coercetur à pietate: virga deſinit in oculum. Copulauit vtrumq;, & ſecus virgam adiecit oculum: hoc ſponſa, ſpõſi ſui Dei explicauit in oculis. *Oculi eius,* inquiens, *ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lactæ ſunt lotæ, & reſident iuxtà fluenta pleniſſima:* fluenta decurrentium aquarum, tribulationes intellige; quæ quidem, vt aſpicimus, ne in ijs demergamur, formidamus: ſed iuxtà fluenta ſunt oculi ſponſi, tanquam columbæ: columbæ oculos dixit, quia hoc animal bile caret, vnde & Aegyptij ſacerdotes hominem natura ipſa nequaquã iracundum, columbã pingebant, & Græci manſuetudinem exprimentes: quieta columba, dicere conſueuerant: imo & trepida dicitur.

Signat iuſtitiam, vt oſtendat ſe miſericorditer agere.

Can. 5. 12.

Vt ſolet accipiter trepidas vrgere colũbas

Ouid. li. 5. Metam.

Vnde & nomen illi apud Græcos τρή-ρωμ, hoc idem à τρέω deducitur, quod trepidare eſt, vnde Homer.

Hom.

Hæ pauidis greſſu ſimiles abiere colũbis.

Vides fluenta aquarum; ſed propè, oculos quaſi columbæ, ideſt miſericordes, neſcios iraſci, mites; quinimo tantum abeſt, quod flagella figurent, vt etiam trepiduli dicantur; ideſt columbini ſimulac ergo reſpicis virgam, & oculum reſpicis, impetus aquarum, & columbas; iuſtitiam, & miſericordias: neſcit in hac vita ſola incedere tribulatio, niſi miſericordia duce; quapropter dictum eſt de populo ærumnis confecto: *miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos terra; dux fuiſti in miſericordia tua, populo quem redemiſti:* oculus diuinæ miſericordiæ inter exabundantes tribulationis aquas effulxit. Non ita in diluuio extremo aquarum multarum nam de illo dictum eſt; *veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt:* de extrema iudicij tribulatione cenſet Hier. hoc dixiſſe Dauid: de hac non quæro; immerſos namque extremæ ſententiæ fluctibus pœnarum quis liberabit? ſed de tribulatione præſenti, quæ circundedit me; eripe de pleniſsimo gurgite tribulationum, fac oculus columbæ appareat, quia intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam: aquæ enim circundederũt me: *tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me, exultatio mea erue me à circundantibus me:* en oculus Domini iuxtà fluenta pleniſsima: *intellectum tibi dabo, & inſtruam te in vita hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos:* tribulatione intellectum tibi dabo; vexatio enim dat intellectum: ſed firmabo ſuper te oculos meos; vt ſi quãdo te affligam, parcam ne lædam etiam oculum meum Hebr. *cogitabo ſuper te oculo meo:* exprimit vim dilectionis diuinæ erga tribulatos; mater dicitur oculo cogitare, quæ ſemper natum intuens, ſemper cogitabunda, & anxia eſt. Ne vnquam periculum offendat; ſalutem cogitat Dominus: *Videbunt finem ſapiẽtis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus; videbunt enim & contemnent eum:* in tribulatione deſpectum intuens Dñs cogitat conſolationem, &c.

In ex. can. Moy.

Pſ. 31. 6

In tribulatione oculus apparet conſolationis.

Sap. 4. 7.

42 Nota viſionem Apoc. vbi deſcribitur ille ſimilis filio hominis habens vocem aquarum multarum; gladium, & in dextera ſtellas; Deus ſcilicet tribulans in hac vita; eadẽ quoq; viſio alibi; ſed cum hoc diſcrimine, ꝙ ibi vltor, & iudex. In prima viſio-

Apoc. 1. 13.

Apoc. 2. 14

Digitized by Google

viſione, hæc de eo ſcribuntur: *Vox illius, tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem & de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat; & facies eius, ſicut ſol lucet in virtute ſua: & cum vidiſſem eum cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus:* vbi gladius ibi vox aquarũ impetu profluentium, ideſt minæ, & vulnera cito tranſeunt: nõ enim permittit diù nos tẽtari, vnde Iob: *Miſeriæ quoque obliuiſceris, & quaſi aquarum, quæ præterierunt recordaberis, &c. & cum te conſumptum putaueris orieris, vt Lucifer.* At in ſecunda viſione, nulla aquarum mentio, ſed tantum enſis: *Et de ore eius procedit gladius acutus:* ad quid? *vt in ipſo percutiat gentes:* præterea nihil hic in prima, prçter terrorem vides: *& cum vidiſſem eã cecidi ad pedes eius tanquam mortuus;* ſed ſtatim erigitur, illa nempe dextera, quæ ſtellas habebat: *& poſuit dextram ſuper me dicens: noli timere ego ſum primus, & nouiſſimus.* Deus ità apparens, fidelis dictus eſt ab Angelo in ſecunda viſione, *& vidi cælum apertum: & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax:* congruit ẽt primæ viſioni vbi mitius agit, atque hoc modo, quod dixi, in pſalmo reperio: *fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis:* quid præſtat fidelis? *alleuat omnes, qui corruunt, & erigit omnes eliſos:* ſed quomodo? vtique diuite manu: *aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Tribulatio tãquã aquæ prætereuntes.

Iob.

Pſ.144.14

43 Vlterius nulla ibi vox à ſeſſore tenẽte gladium edebatur; hic verò vox aquarum multarum: & palam eſt haudquaquam poſſe ſtabilem mucronem in ore conſiſtere, cum magno impetu vox efformatur; atque ità Dominus agit in hac vita: nonne hic videtur exacutum gladiũ in ore habere hæc dicens: *ſi acuero, vt ſulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, &c. & gladius meus deuorabit carnes?* ſed paullatim loquendo furor omnis excidit, atq; concludit: *propitius ero terræ populi ſui:* cõtra populum erat gladius limatus, & exacutus enſis, & intentæ minæ, quem appel lauit: *generatio praua, atq; peruerſa haeccine reddis Domino popule ſtulte, & inſipiens!* loquendo excidit gladius, & ad miſericordiam conuerſus eſt Dominus: *& propitius ero terræ populi ſui:* Deinde in enſe voces ponit: cauendum ab illo eſt, qui nil verborum effundit: ſed profundit ſanguinem; Abſolon, noxium fratris cruorem, ſecreta cæde ſparſit: *porrò non eſt loquutus Abſalon ad Amnon, nec malum, nec bonum:* atrox conſiliũ ſilentio preſſit. Sanè nunquam eos nimiũ efferaſcere cenſeas, quorum vis omnis, & furor in verbis eſt: gladius tacens, ille ferus eſt; verboſus raro ferit; qui enim ſuſpicantur, vel audiũt ſibi necem paratam, fuga deflectunt. Gladius hic videtur Dei, ſed in eodem loco fragor, & rumor exoritur; vt percutiendus eo admoneatur, ibi enſem latere. Quamabrẽ glorioſum militem iactabundum, neſcium pugnę, enſem habuiſſe loquacẽ, & querulum deſcripſit Plautus.

Gladius in ore Dẽi tribulantis nõ Pót diu conſiſtere.

Deut.32. 60.

2.Reg.13. 22.

Enſis Dñi de clamare vt ferienus aufugiat.

Nã ego hanc macharã mihi cõſ.lari volo,
Ne lamẽtetur, neue animum deſpondeat:
Quia ſe iampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtitet fractum facere ex hoſtibus.

In mil. gl. act. 1.

Ita à ſcriptura deſcribitur eſſe mucro iuſtitię Dñi: *o mucro Dñi, vſquequo nõ quieſces? ingredere in vaginam tuã refrigerare, & ſile: quomodo quieſcet cum Dñs præceperit ei? &c.* Dñs præcepit vt clamet, inde .n. fiet, vt quicunq; nouerit ſibi enſem exacui, fugam arripiet; affero hoc, ꝙ Europæi apud indos comperiſſe retulere, nempe ſerpentem oculis atro veneno inficientem, magnitudine lacerti, ſanguineo colore, albicante: hoc aut aĩal naturę beneficio ſtridorẽ edit qualis ex tinnitu cãpanulæ exaudiaĩ, q̃ ferunt collo geſtare, quo admoniti incolæ lethalem aſpectũ ſerpẽtis euitãt fuga. Deniq;, & in manu ſtellas habet, & ſolem in vultu. Nota, hoc id fortaſſis demõſtraſſe, vt illud aperiret, ꝙ alibi deſcripſerat Xps cũ hominem probũ, hypocriſim phariſeorũ minime conſectantem inſtitueret: *nolite*

Ier.47.6.

In pro. Dra.

fieri

Digitized by Google

fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt videantur ab hominibus: alij legunt, *ecclipſant facies ſuas:* at hoc minime cõplacitum eſt Deo, ideo facies illius ſplendebat vt ſol; deinde *cum ergo facis eleemoſynam noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: te autem faciente eleemoſinam, neſciat ſiniſtra tua, quid facit dextera tua; vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito:* ſit ſol in facie, & nox in manu: ne videatur eleemoſyna, ſit abſcondita, quã nemo aduertat: ideo dexterã habet plenam ſtellis, quæ noctem ſignant: ſit ecclypſis in dextera, donaria ſint inuoluta tenebris noctium, ne vnquam ſiniſtra ſit conſcia munerum dexteræ; ſed ad rem propoſitam: cur in facie ſol, ecclypſis in manu? quod oſtendit, figuram hanc licet maieſtatẽ præferat in vultu, mitius agere in operibus: imperij namque maieſtatis, index ſol eſt; quapropter ſol apud Perſas, eum, penes quẽ ſumma eſſet imperij maieſtas indicabat, contrà verò caput obuelare, ac quodammodo ecclypſare infortunij inditium erat, vt apud Virg.

S. Hier. — Matth. 6.2 — Quales ſint hypocritæ. — Virg.

Ille ẽt extincto miſeratus Cæſare Romã;
Tũc caput obſcura nitidũ ferrugine texit.

Vnde in faciem Moyſis radiantem intẽdere non poterant filij Iſrael, diuini .n. ſolis afflata lumine, radijs quibuſdam igneis promicare videbatur. Porrò coronæ veteri ſolis radiorum erat ſimilitudo vti ait Pier. & maieſtatem indicabat: hinc apud Virg. Latinus fœdera certaminis inter Aeneam, & Turnum ſancturus:

Pier. de corona lib. 61.

Quadriiugo vehĩt curru, cui tẽpora circũ
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt
Solis aui ſpecimen.

Stella verò proſperitatis inditium eſt teſte Feſto: & Virg. feliciſsimum troianæ proſperitatis ſucceſſum Anchiſæ, ita præmoſtratum ait

Virg.

—— *Subitoq; fragore (bras*
Intonuit cælum, & de cælo lapſa per vm-
Stella facẽ ducens multa cũ luce cucurrit.

Sublato quoque I. Cæſare, Cæſar Auguſtus ſtellam viſendæ magnitudinis apparentem in propriæ felicitatis omen interpretatus eſt: Itaq; hic eſt ſenſus, quãuis aſpectu terreat Deus, tribulationem metum afferat, & coruſco vultu minetur pœnas; veruntamen manum habet onuſtãm ſtellis in hac vita, incolumitate, & proſperitate, ac conſolatione: quod iuſti principis ſanè eſt, vt timeantur, & placide agant; vt puniant, & erigant, &c.

Deus habet terrorem in facie munera in manu.

Oſtendit Iob in ſeipſo rectitudinis principum formã, dũ hæc habet: *ſi qñ ridebã ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram:* ecce facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua, ideſt fulgor iuſtitiæ, ſequitur: *ſi voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumq; ſederem, quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamẽ mærentium cõſolator:* ecce ſolem, & ſtellas. Sed ſi per aquarum fragorem, qui in voce ipſius audiebatur, ſumis tribulationes, vti ſupra dictum eſt; & alibi Iob iſtud loquitur: *qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & aquis irrigat vniuerſa*, ſed, & ſequatur neceſſe eſt felicitas: *qui ponit humiles in ſublimi, & mærentes erigit ſoſpitate.* Sed adhuc vocem aquarũ grandinũq; noſcamus, quæ ſit, *& de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat:* alibi hic gladius monſtratur eſſe virga: *percutiet*, inquit Ieremias, *terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorũ interficiet impium:* epexeges. amplificat, quod dixerat, hoc idem virga eſt, quod ſpiritus oris. Gl. [virga oris ſui .i. doctrina arguendo corũ peccata,] ergo virga in ore nil aliud eſt, niſi verbum, & ex hoc verſiculo Ieremiæ conijcere licet: *virgã vigilantem ego video: bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo:* oportuerat dici vigilabo ſuper virga hac, niſi pœna quam incutit Dominica manus, niſi inſtrumẽta iuſtitiæ Dei, habito reſpectu ad æterna, verba ſint non verbera, & ità idẽ eſſe dicas gladiũ ex vtraq; parte acutũ, ac vocem aquarum multarum; terret ergo Deus hic, non atterit: & vide quid dicat Iob: *manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat:* ecce quid eſt virga manus Domini: *formido tua non me terreat.*

Iob. 20.24 — Iob. 5.11. — Iſ. 11.4. — Idem verbara Dei ac verbũ terret non atterrit. — Iob. 13.21.

ſua conturbabit eos: hæc turbatio: *& deuorabit eos ignis:* hoc naufragium, atq; hoc diſcrimen eſt inter has, & illas tribu lationes. Verum aliqua de præſtantia tribulationis adijciamus.

46 Adeo ſalutare, ac cæleſte tribulationis munus eſt, vt quicunq; eius expers eſt, ſalutis ſit etiam expers, & gaudij; ità vt minimè cõſolari poſſit alios, tribulat⁹ omni conſolatione vacuus; & niſi hoc pacto quomodo intelligetur illud Pauli: *Qui conſolatur nos in omni tribulatione, vt poſſimus conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt*; in tribulatione conſolatur, vt tribulatos conſolemur, ſed valde adnotari debet, quod ſubditur poſtquam menſuram conſolationũ tribulationem eſſe dixit: *Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ità abundat conſolatio noſtra; ſiue tribulamur pro veſtra exhortatione, & ſalute; ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione, & ſalute; ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione:* tribulationi ſalutem adiecit, *ſiue cõſolamur, &c.* conſolationi verò minime: hoc dixit quia non oritur ex conſolatione ſalus; ſed ex anguſtijs, ex mærore, ex perſequutione, &c.

2.Cor.1.4

Tribul. menſura conſol.

47 Hanc verò tribulationem, ità magnificat ſcriptura; vt non afflictos ſolum coronatos gaudio affirmet, ſed illos etiã qui afflictis compaſſi ſunt parem quaſi gloriam adeptos apud Deum, mortificatos voluntate, ac deſiderio patiendi, licet corpore nil paſſos, eodem Paulus munerat, & extollit; *rememoramini*, inquit, *priſtinos dies, in quibus illuminati magnum ſpectaculum ſubſtinuiſtis paſsionum, & in altero quidem approbrij, & tribulationis ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti: nam & vinctis compaſſi eſtis:* iubet hebræos ex ijs, quæ glorioſè egerunt fiduciam ſumere, & vtrinque lætandum eſſe, ait, & quia paſſi ſunt, & quia ſocij martyrum extiterunt: alterum altero adæquat, explicatq; quid ſit, ꝙ ſocij fuerint paſſionum, & ait; *nam & vinctis compaſsi eſtis:* Dicas hoc de B. Virgine, quod fuerit martyr; quod doloris gladius ſuam ipſius animam pertranſiuit, & quod Christo in cruce, ſtans prope crucem, compaſſa eſt: adeo ſpecioſa tribulatio, vt pariter is, qui compatitur tribulatis, coronetur; & vt dignitas ipſius appareat magis, hæc adnotato in Euangelio.

He.10.32.

Qui compatitur ſimilis ei, qui trib.

B. Virgo Martyr.

Petentibus dexteram, & ſyniſtram in regno Chriſti: reſpondit Dominus: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* at illi: *poſſumus*: ſi cum hac conditione promittit regnum, cur bibituris calicem paſsionis denegat ipſe, illos remittens ad patrem? *Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexterã, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratũ eſt à pr̃e meo*; debuerat impleta conditione, ſyniſtra in regno, ac dextra concedi. Ità ſoluitur dubium. Regnum Chriſti Crux erat, de qua dictũ eſt, *regnauit à ligno*, & in qua affixus titulum regis habuit, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum:* tale ſibi ſolium elegerat, & regnum. Igitur ad petitionẽ fratrum reſpondit; ad tale regni faſtigiũ, viam ducere tribulationum; interrogat autem de voluntate patiendi, & cum hoc quoque comperiſſet, nempè forti animo eſſe, & promptos ad necem; addidit, & mihi quidem dati sũt ſocij duo; quorum vnus dexteram teneret, alter ſiniſtram in regno meo; ſcilicet duo latrones in cruce, iam locus occupatus eſt, vos in alio regno conſedere faciet Pater meus, & parabit manſionem. Vide regnum crucis alteri coæquatum, dexteramq; in tormentis negari illi, cui datur regnum in gloria. Et quidem ſemper regiam crucis magnifecit Chriſtus, paſſus ſolum appellari Rex in Cruce; alibi verò minime, ſed ab ijs, qui regem conſtituere volebant abſcondit ſe: Nunquam verò animus magis ſui ipſius Dominus, ac compos eſt, quam inter anguſtias dum patiẽter omnia ſubſtinet, atq; ibi inter delicias commorari videtur; & quidem hoc in Ieremia comprobatum eſt, qui dum in atrio carceris cuſtodiretur, dum omnia bellico incendio feruerent, iuſſus eſt à Domino emere agrũ, 48

Matt. 20. 22

Quare Chriſtus non dedit dexte am petẽtibus.

Eccleſia.

Io. 11. 19

Regnum crucis coæquatum regno cælorum.

qui

qui erat in Anatoth: *intellexit autem*, ait ſcriptura, *quod verbum Domini eſſet, & emit argenti ſeptem ſtateres, & decem argenteos:* peractis autem emptionis ſolemnitatibus, & tradito libro Baruch, Ier.32.14. poſt multa, hæc dicit Domino; *Vrbs data eſt in manu Chaldæorum, qui præliantur aduerſus eam, & tu dicis mihi Domine: eme tibi agrum?* Iuſta videtur querimonia; ſequenti namq; anno, vrbe direpta, militum omnium incurſionibus patuit ager; littera eſt, quod ſicuti agri pretium in vas fictile poſitum eſt; ità ciuitas poteſtati Babyloniorum erat tradenda; ſed ipſorum imperium longo tẽpore non erat duraturum; captiui nãq; poſt aliquos annos redierunt ad Ieruſalem. In alio ſenſu; iuſto tribulatio delitiæ debent eſſe: ideo Dominus non meminit mœroris, & anguſtiæ; ſed voluptatis, & gaudij: nil enim is minus cogitat in tribul. quam angorem, & afflictionem; ideo *eme tibi agrum:* vel etiã: ne cede cruciatibus; ne animum deſpõdeas, inter medias calamitates reſiſtendum dolori eſt; ideo curas aliquas habe voluptatis,

Tribula. voluptas.

Lætitia reſiſtendum tribul.

49 Vel etiam, & diſcrimen eſt inter duplices tribulationes; Aduerte non eſſe æternas has tribulationes, vti alias: en venditi agri pretium in vas fictile ponitur, vas autem fictile conteritur, & fragile eſt; igitur cum terrena habitatio finem dabit, cum luteum vas corporis cõfringetur; cum conteretur hydria ſuper fontem, & confringetur rota ſuper ciſternam, & reuertetur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redibit ad Deum, qui fecit illum, ſoluetur captiuitas, & ciuis redibit ad patriã, ad Ieruſalem: contrito enim vaſe fictili abſconditus theſaurus reuelabitur; non ergo perennis calamitas eſt, nec captiuitas æterna, ſed temporalis; vſque quo vas hoc confringetur, interim pretium nobis ſeruatur reddendis patriæ.

Eccle.12.6

50 Enimuero tanti eſt in hac vita tribulatio, vt cum tribulatũ videris, ſcias beatitudinis arrabonem habere; quo fit, vt cum nemo propior ad præmium ſit eo, qui arrã habet, tribulatione cõcuſſi, gloriæ pignus, & arrã habentes propè fores paradiſi videtur eſſe, propterea, inquit Paulus: *Non ſolum autem, ſed, & gloriamur in tribulatione, ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis:* ideſt probatio in ærumnis, conſtantiorem ſpem noſtram efficit, & hæc ſpes nobis pignus eſt gloriæ; *quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtis:* quidam codices legũt ἤδη γὰρ ideſt: *iam enim*, noſter interpres εἰς τί ideſt: *ad quid:* vt quid confundatur ſpes noſtra orta ex tribulatione? arram habemus magni valoris, ideſt Spiritum ſanctum, qui nobis charitatem, & cum charitate ſeipſum donauit. Tribulatio igitur ſpem habet, & pignus æternæ vitæ; vide ne ceſſante tribulatione ſpes ceſſet, & pignus: quod enim medium ſecurius ad gloriam tribulatione? ſane hoc in Apoc. non obſcurè ſignificatum eſt. *Et venit*, inquit Ioannes, *vnus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis, & loquutus eſt mecũ dicens: veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem Agni, &c.* Aduerte ſingula & primo; quod ille monſtrat Ieruſalem, qui phialam habet plenam plagis; quaſi inſinuet tribulationem, eſſe, ac monſtrare viam; & qui tribulationem habet, illi manifeſtum eſſe iter Ieruſalem. Inde docemur, quod per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum cœlorum; hoc probãt ſequentia; *Ciuitas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta eſt, quanta latitudo; & longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia ſunt:* quod æqualis latitudini ſit longitudo, hoc non incongruit ciuitati poſitæ in quadro; at quis vnquam vidit, quod iuxtà longitudinem vrbis alicuius ſit altitudo? Murorum Paradiſi altitudo inde orta eſt, vt omnis illuc excludatur ingreſſus, qui per duodecim portas non eſt; plerumque.n. clauſis portis in vrbem aſcendimus per muros;

Tribulat⁹ habet pignus gloriæ.

Ad Rom. 5.3.

Apoc.21.9

Qui tribulationẽ habet ſcit iter gloriæ

21.16.

Qui non intrat per oſtiū trib. non intrat aliunde. ros;at hic ex eo quia muri prominentes admodum ſunt,& omnino ſuperari non poſſunt nullus extra portas acceſſus patet; oſtium verò paradiſi tribulationes
Act.14.22. ſunt: *per multas tribulationes oportet nos intrare,&c.* igitur ingreſſus ad paradiſū, niſi media tribulatione vr̄ impoſſibilis: *Non ne oportuit pati Chriſtum,& ità intrare in gloriam ſuam?* &, *Gratias tibi ago D̄ne,quia ianuas tuas ingredi merui:* dicebat ille inter ignes. At qui quomodo ingreſſus debeat eſſe,clarè infrà: *Bea-*
Lu.24.26. *ti, qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni*: (quod tribulatorum eſſe ſæpius diximus,eorum ſcilicet, *qui venerunt ex magna tribulatione,*) & ſequitur: *vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem*: ordinaria nobis via incedendum eſt ad paradiſum: non aliunde patet ingreſſus,niſi per portas ne dicamus furem eſſe, qui aditum ſibi perfodit,& parat, non ex ianua.

51 Vlterius,Angelus, qui habebat phialam plenã ſeptem plagis nouiſſimis, habebat etiam menſuram arundineam auream,qua metiebatur ciuitatem; in eo in quo ſunt plagæ, eſt etiam menſura gloriæ, quia ſecundum multitudinē dolorum conſolationes lætificant in patriā: tribulatio eſt menſura gloriæ; tantum gloriæ,quantum amaritudinis, & è
Apo.18.7 contra. *quantum glorificauit ſe, & in delicys fuit,date illi tormentum,& luctum.*

52 Adde ſecundo,quod qui habet phialam plenã plagarum habet etiam menſuram: non enim permittit Dominus nos tentari ſupra id quod poſſumus: aquas
Iob. 28 25 enim tribulationum appendit in menſura:hæc verò aurea eſt,quia propter amorem tribulat & quos amat caſtigat,& corrigit,vel etiam,quando poſitus eſt in tribulatione, feruorē charitatis amittere non debet,quia menſura paradiſi eſt ex auro, vel ex charitate: probatio enim
Trib. cum charitate. vti diximus ſpem non confundentem operatur: *quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.*

53 Ex his,quæ diximus collige quàm re-
Mat.17.4. ctè redarguatur Petrus,qui dicebat: *bonum eſt nos hic eſſe*: & ſine tribulatione gloriam quærebat à Domino,qui de exceſſu mortis loquebatur cum Moyſe, & Elia.

Quinimo addo ego,quod non ſolum 54
tribulatio eſt gloriæ menſura;ſed anima, quæ continuis virtutum incrementis inſtar paradiſi conſpicua eſt, ſi tribulatione ſæpè non premitur decorem pulcritudinemq; paulatim amittit: quod veritus ſponſus, dum ſponſæ venuſtatem ac formam paradiſo comparat: *hortus concluſus ſoror mea ſponſa; hortus conclu-* Cant.4.12
ſus, fons ſignatus; emiſſiones tuæ paradiſus: quid ſponſæ meæ deeſſe poteſt cuius etiam venuſtiſſimi horti emiſſiones paradiſus ſunt:tribulationē aduocat,vnde ſequitur infrà: *ſurge aquilo, & veni auſter,& perfla hortum meum, & fluent aromata eius?* aquilo ventus frigidiſſimus eſt,vt infrà dicemus,auſter,verò calidiſſimus: *nonne veſtimenta tua calida* Iob.37.17
ſunt,cum perflata fuerit terra auſtro? atq; vterque tribulationes ſignificat diuerſo Ier. 1.
modo ingruentes: *ab aquilone pandetur omne malum, &, ventus auſter contriuit* Eze.27.26
te. Igitur hæc mens ſponſi eſt;diù non perſiſtet hic ſponſæ paradiſus, ſi nullis aduerſitatibus inficiatur; quamobrem veni auſter,& aquilo tribulationis, crebris flatibus perfla hunc hortum: *ſurge aquilo,& veni auſter, &c.* Compertum Suſpecta felicitas in qua nō eſt trib.
enim eſt male illis euenire,qui longa proſperitate diſtenti, minimè laboribus quatinãtur,nec vlla afflictione laxantur: quando enim paradiſum intrant,qui hoſtium ignorant?

Quietem ſponſi ſui alibi etiam opta- 55
bat ſponſa: *indica mihi,quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meri-* Cant.1.7.
die; ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. vox hæc,vt notat gl. inter.eſt adoleſcentularum ad ſponſum de occulta tribulatione, quæ ab hæreticis fit: congrue dilectum vocat, quia quò grauius eſt periculum, eo amplius liberatorem diligit. Lyranus ad litteram: [aliqui hebræi laboribus fracti reputabant Aegyptios felices; & cum eis ad idololatriam inclinabantur; propter quod petit ſponſa ab hac deuiatione

ne

Digitized by Google

ne præſeruari,dicens indica mihi , &c.] placet ad noſtrum ſenſum,quod ex Hieronymo adnotat gloſſa in hac ſcriptura, in hunc modum [quia ſponſa dum auxilium præſens requireret in tribulatione ex perſona infirmantium ſubiunxerat : *ne vagari incipiam* ; ſtatim eandẽ trepidationem , illius ſponſus implorátus benigna increpatione redarguit ſecundum illud Euangelij , *modicæ fidei, &c.* quaſi dicat:tu times in tribulatione à me deſeri, ſed ego per tribulationem te pulchriorem efficere conſtitui,quod ſi forte hoc ignoras nec reminiſceris , ꝙ nemo coronatur , niſi qui legitime certauerit,egredere a meo conſortio] igitur rectè dicit ſi ignoras te pulcherrimã mulierum effici tribulatione, nequaquã me digna eris; *egredere,* igitur , *& abi*. Atque hic quoq; nota , quod innuit interl. nos Deum tunc ardentius diligere, cum inter incẽdia tribulationum æſtuamus ; inde dum ſponſa affligitur ſponſum aduocans dicit : *indica mihi , quem diligit anima mea*; ad quem enim ſponſa recurreret,niſi ad eum,quem ſcit eſſe poſſe protectioni , vnde ex hoc ardentiſſimi in eũ amoris ignes excitaret ? ꝙ ni faceret aliquãdo Deus in anima,ideſt niſi permitteret illam aduerſitate vexari, fortaſſe inani vento ſuperbiæ diſtenta, dum ſecunda fortuna turget,ad noxia,& diuinæ voluntati omnino contraria rediret ? tribulatio namque pondus quodam eſt,quo leuiter eleuata premitur . Aelianus refert Philetam fuiſſe adeo macilentum, vt aereas ſolas haberet in calceamentis , ne aliquando vento raperet; itá expediti curis terrenis,ne vnq̃ à vẽto vanæ gloriæ,atq; ambitionis extollantur,ferreas ſolas habent tribulationis ; quamobrem de Aſer, qui beatus interpretatur , dicitur in ſcript. *ferrum,& æs calceamentum eius:* & Iob iuſtus vir,ac ſimplex , & toto laudum ornatu commendatus à Domino ; ne à ſuperbia tolleretur,in vinculo tribulationis pedem fixit : *poſuiſti*,inquit,*in neruo pedem meum :* Et manifeſtius : Paulus de ſeipſo dicebat : *ne magnitudo reuelationum extollat me* ; *datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,angelus ſatanæ* , *qui me colaphizet :* ideſt ne ex duplici gratia , ne ex donis mihi collatis ſentiam vnquam propria ambitione turgeri, atq; inaniter extolli,& eleuari; *datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c.* hoc de tribulationibus explicat Chryſoſtomus : tribulatione vincior,& premor: atq; humi teneor .

Sponſa queritur in er trib. & quaſi reijcitur à ſponſo.

Aelian. lib x. hiſt.

Iuſtus ne eleuetur, firmatur tribul.

Deu. 33.

Iob. 13.23

2. Co. 12.7

Adde è contrà , quod tentatione cõcuti vtiliſſimum eſt animæ , vt a terreno puluere , & mundana ſorde , purgetur : triticum enim tunc emundatur , & purgatur cum in area ventilatur, quod præſtat Deus cum nos,huc illuc diſpergit in area tribulationum, ait autem Eze. *Diſpergam te in nationes,& ventilabo te in terras*, ſed ad quid ? *& deficere faciam immunditiam tuam a te :* excuſſo noxæ puluere cum ventilaberis flagello , ad me reuerteris, & amicus efficieris : quid enim magis ad amicitiam Dei confert : quam tribulatio ? Apud Armenos ea fuit conſuetudo , vt cum quis alicuius gratiã inire cupiebat calicem potui porrigeret;calix ergo amicitiæ ſymbolum aſſeruabatur . Porrò pro Deo pati eſt in eodem calice bibere, ac Chriſtus ipſe bibit ; ac etiam pro eodem ſumi debet pati pro Chriſto,& in eius amicitiam peruenire:quod etiam tribulationum ſignũ ſit calix,optimè inſinuatur ibi: *Pater mi ſi non poteſt hic calix tranſire,niſi bibam illum; fiat voluntas tua :* igitur qui vult effici amicus Dei calicem habeat tribulationis,qui & amicitiæ eſt : vnde & dicitur : *calicem Domini biberunt* , *& amici Dei facti ſunt :* vt autem probes , quod amicitiæ ſignum , & reconciliationis ſit calix,pondera Domini reſponſum ad Petrum,qui cum gladium eduxiſſet amputaſſetq; militis auriculam, atque exinde magna rixæ,ac diſcordiæ origo exurgeret ; ſtatim ait Petro: *mitte gladium tuũ in vaginam* ; *calicem , quem dedit mihi Pater non vis, vt bibam illum ?* ideſt, vt quid turbas aduocas cum pace omnia complenda ſint ? 56

Ez. 22.5.

Deus vẽtilat nos trib. vt frum.

Matt. 26. 42.

Calix amicitiæ,& trib. ſignũ.

Iob. 18. 11

Præterea obſeruare poteris Deum præ- 56

Digitized by Google

præceptorem lectionem,inſpirationibus explanare, lectionem ſcriptam inter tribulationes relinquere;tribulatione ergo comprobatur doctrina Chriſti , & in ijs, quidquid docuit ipſe , compertum aſſeruatur, hoc quidem Dauid inſinuauit, pſ.15.17. dicens*: Benedicam Dominum, qui mihi tribuit intellectum* : perfecit, aperuit intellectum doctrina ſua, *inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei*,en lectio ſcripta de tribulatione,hoc exponitur. At vero , quandoquidem ſumus in hac ſimilitudine præceptoris, & diſcipuli , virtutem tribulationis optimum eſt hoc modo explicare:Aliquando cum inter diſcipulos dubium vertitur , ſeu exercitationis gratia aliquid diſputatur, lector , non ipſe reſponſione ſatisfacit, ſed alterum arguere ſinit , alterum vero reſpondere,nec minima errata corrigit, ne forte animũ deſpondeat ille,ſed animum laudibus excitat, pergit ille diſputationem vſque dum in errorem prolabitur,quod neceſſe eſt præceptoris correctione emendari : verum ſi fidei concernat ac tangat veritatem, non tantum lector reſpondet,ſed diſputãtem,& falſa deblaterantem arguit , ita eodem pacto obſeruo ego cum Iobo , & amicis diſputantibus;Deum egiſſe ,cum ſe defendentem,Elephas,Themanites & Baldas,Suhites,&Sophar Naamathites cre- Amici Iob errant contra illa. bris argumentationibus vrgebant: eſt autem obſeruare hoſce omnes in modum argumentationis diſcurſus contra Iobum efformaſſe, cum Deus præſens aſſiſteret in turbine , & ſimul diſputationibus concertantes intueretur,nec, licet in plures nugas fuerint prolapſi amici Iob , unquam loquutus eſt. Verum , cum tertius argumentaretur Eliu,& clamoſa, ac faſtoſa componeret contra Iob argumenta, tandem cum ad illud deueniſſet , vbi tribulatum dixit à Deo minime exaudiri. *Nos quippe inuoluimur te-* Iob 36.19. *bris,quis narrabit ei ,quæ loquor?etiamſi loquutus fuerit, homo deuorabitur*: infra, *digne eum inuenire non poſſumus magnus fortitudine , & iudicio & iuſtitia , & enarrari non poteſt*, tenebris obuolutus anguſtiæ , non facile exauditur à Deo, cum preces fundit*:* quinimo ſi loquutus fuerit ,& conqueſtus ,actum erit de illo; tunc viſum eſt Domino præſenti, & quaſi aſſiſtenti præceptori propſitionem hanc contra tribulationem minime prætereundam eſſe , propterea ſtatim ſubdidit ipſe arguens Eliu; talia dicentem omnino nugacem eſſe , & imperitum:Reſpondens autem Iob de turbine dixit: *quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?* quis eſt , qui futilia & inania obloquitur,& cum ſe credit eloquentem eſſe , ac eruditum , delitamenta loquitur ? quinimo tribulatione obuoluti, tunc exaudiũtur à Deo.

Verumenimuero , non ita tribulatione tundimur , vt omnino in ipſis dominico deſtituamur auxilio , vti dictitabat Eliu;neque enim Deus patitur nos tentari ſupra id,quod poſſumus ; quinimo, vt videt nos paullum minime confirmatos declinare,ſtatim erigit fauore iuxta illud,*ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te*,videtur derelinquere , vt magis congreget , & quos amat corrigit, vt magis quodammodo amet ; & quos in correctione videt, ad deteriora prolabi,miſeſeratione congregat. Pater filium è domo expellit,non vt prorſus eijciat,ſed vt quanti ſit,obſequia denegare patri, hoc ſaltem agnoſcat; torua oſtendit ſupercilia,verbis duris increpat , &c. at vero(vt obſeruatum eſt,) filius eiectus dedecori ducens paternum facinus ob id ſe vere pedem domo efferre,nec amplius redire ſubmurmurat*:* pater hoc ægre ferens,cum hoc audit , nec illum dimittere,& voluntati illius annuere,nec retinere ſtudet,hoc.n.dedecet , ſed aliquanto mitius ſimilibus verbis illum adhortatur:en cui ſpes domus ſeruata eſt, inobedienti , inſano , &c. profecto hæc , ſi mentem bonam habuiſſet,conferre cogitabam;atq; hoc pacto & paternæ conſulit authoritati, & filium iamiam aberrantem,dulce loquendo retinet,

57

Eſa,54.1.

Simile.

Deus vt pater nobiſcum agit medijs trib.

Hoc modo nobiſcum agit Deus, ſiquando tribulatione nos angit, & videt 58

Ee ad

perdat: ideoque oculos in virga cernis,
pſ.77 40. Pſ. Dauid *ipſe autem miſericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non diſperdet eos, & abundauit vt auerteret iram ſuam, & non accendit omnem iram ſuã*, Hier. ſuper hæc verba, *multitudo enim miſericordiæ continet eum, vt, dum excoeptat pœnitentiam, non puniat delinquentem, quia non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat*. Vnde colligitur, quod ad inſtar matris retinet miſericord. iuſtitiam, proponendo pœnitentiam, & vitæ correctionem, & ideò continet iuſtitiam. Licet autem iuſtitia velit vim facere, & iraſci, nec miſericordiæ exaudire interceſſionem: ad huc tamen ſemper ipſa victrix miſericordia eſt, vnde pſ. hæc habet, *aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* ideoque Hier. hoc modo explicat, *non potuit pulchrius dicere; quamuis enim ſe tenet, vt non miſereatur, tamen vincit illum miſericordia ſua.*

Iuſtitia retinetur a miſericordia.

pſ 76.8.

62 Nec fruſtra nõ in medio virgæ, non in principio, ſed in ſummitate extollitur oculus, vt non æqualis eſſe potentiæ putes miſericordiam cum iuſtitia, ſed omnino præcedere, & ſuperiorem eſſe, & tribulationum virgam calcare, quid enim excelſius in his omnibus miſericordia eſt? de ipſa enim dicitur, *miſericordia eius ſuper omnia opera eius*, quæ ad dignitatem & locum referri debet, merito ergo ſuper iuſtitiam ipſam eſt in virga oculata, ac vidente.

Miſeria eſt ſuper iuſtitiam.
pſ.144.1.

63 Alia quoque ratione cernitur oculus ſuper virgam & ſuper iuſtitiam miſericordia (ſæpius enim, vt prædiximus pro miſericordia oculus ſumitur in ſcripturis, *vt oculi Domini ſuper iuſtos*,) ut viam iuſtitiæ aperiat; quod hoc ſimili fiet manifeſtum, plerumque videmus alienigenam hominem, viæque ignarum ab aliquo duci, qui ſemitam monſtret, viamque pateſaciat, qui, ſi ducem non haberet, nequaquam recta via incederet; exul eſt in hac vita, & aduena iuſtitia Dei. Aduenienti vero ad terras, ne ignara locorum, atque hominum nimium puniat, & vltra quam par eſt, miſericordia ſemitam monſtrat, nec quod aliquis alius hoc munere fungatur ipſa patitur: quod aduena ſit iuſtitia, in hac vita manifeſtũ eſt: alibi enim dictum eſt, quod venturæ iuſtitiæ ſemitam præparauit Dominus, *viam fecit ſemitæ iræ ſuæ*: Semitam igitur ignoranti, via aperitur, quam nunquam peregrina calcauit: vt autem agnoſcas, miſericordiam ducem eſſe, vide virgam, quę illuminatur oculo, id eſt, miſericordia ducitur: quid ergo timendum eſt in hac vita, dum ad ducem iuſtitiæ miſericordia eligitur, quæ nunquã patietur ad graue flagellum deflectere iuſtitiam, nunquam durius nobiſcum agere, audi Dauid. *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Ecce ſub virga iuſtitiam cædentem, quid fiet; de miſericordia duce? ſequitur, *miſericordiam autem non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea*, nunquam longe fiet miſericordia, quæ ipſa iuſtitiam comitatur, vt mitiget; dic aliud ſimile.

Aduena eſt iuſtiti.

Miſericordia dux iuſtitiæ.

pſ.88.37.

Cæci aliquando cum ſæuiunt, ita baculo verberant, vt quanto magis agitur in incertum baculus, eo ſæuior ictus ſit, hoc inde eſt, quia laceſſiti, dum prouocantur ad iras, & oculis carent, quid feriant, ſit oculus vel quidpiam pretioſius, non cernunt: vnde inclementius agunt, vulgo dicitur (baſtonate di cieco) plerique vero iſtorum duces eligunt viarum, qui ad manus cæcos aſportant, ſeu, quod ſæpe vidi, pueros, natos, inquam, humero portant, vt viam monſtrent. 64

Iuſtitia ſic punit, vt cæcorum aliquando incutiat ictus, vel iuſtitia tribulante, aiebat Dauid: *Exurge, quare obdormis Domine? quare faciem tuam auertis*, & pſ.43 23. oculos clauſos tenes, adinſtar illius qui dormit, & cæcas infligis pœnas? at vero, ſi miſericordia viam iuſtitiæ præparat, minime nobis extimeſcendum eſt, quod in incertum feriat, & dure nimium vexet; hinc vides, quam ſuper humerũ iuſtitiæ ſuperpoſitã miſericordiã, i. oculum ſuper virgã, miſericordia igitur iuſtitiam frænat, ſemitam monſtrat,

 ducit

ducit, & reducit, cõpeſcit ipſa, quæ gnara hominum, & viarum eſt: *miſericordia*, Pſ.32.5. namque *domini plena eſt terra. & miſericordia eius ſuper omnia opera eius*: verè igitur dictum eſt: Pſ.144.9. *nũquid continebit in ira ſua miſericordias ſuas*, & ſecundũ Hieronymum, quod: *tenet illum miſericordia ſua*, quia ſi quando cæca iſta iuſtitia immoderatius plectere velit; ſtatim brachia miſericordia extendit, & retinet illam ne ſæuiat.

65 Iuxtà alium ſenſum aliquando dici poteſt, quod iuſtitia oculata deſcribatur miſericordia verò cœca; oculata iuſtitia ne plus æquo feriat, videatq; puniendum, & flecti poſſit; contrà verò neſciens terminum, neq; modum, nec exceptionem perſonarum miſericordia cœca deſcribitur: Iuſtitia videns. iuſtitia igitur habet oculos ne in corrigendo excedat, & quod Deus oculos, cum iuſtitia agendum erit aperiat; probatur in pſ. *& excitatus eſt tanquam dormiens Dominus*; *tanquam potes crapulatus à vino*, qui dormit oculos clauſos tenet, qui verò excitatur, & vigilat, oculos apertos habere ſolet: dũ ergo excitatur, vt puniat, puniẽdo apertos habet oculos, & *vigilauit*. inqt multoties Ieremias, & Prophetæ, Baruc. 2.9 *Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos*. Miſericordia cæca videns iuſtitia. Miſericordia verò cœca beneficium præſtat, nihil videt, aut conſiderat, quod illam à beneficentia retardet. Enimuerò rectè ab antiquis amor cæcus, ſeu velatus oculos pingebatur, neſciens namq; in amore terminos, neque aliquod conſiderãs, quod ab amore amorem detineat, meritò deſcribitur cæcus.

66 Atque huius rei, & cæcæ miſericordiæ figuram non obſcurè in quadam Iſa.7. Iſaiæ viſione videmus; Deus, Iſa. amãs, & miſericors vult videri; tunc enim viſus eſt Crucis demonſtraſſe myſterium: in Seraphim alatis crucis figuram monſtrantibus, & inde dictum eſt; Ioa.12.41. *hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius*, gloriam inquam crucis, de qua dicitur: Gal.6.14 *mihi aut abſit gloriari niſi in cruce Dñi noſtri Ieſu Chriſti*; ſiue ergo crucem, ſiue quod aliud ſignificaret, apertiſſimum eſt viſionem illam, Deum amantem, ac miſerentem oſtendiſſe: Seraphim namque obſequium, quid aliud quam amorem exprimit? quia incendium, & ignis ſunt? Vnde Greg. ait: *Seraphim incendium diximus, & tamen amore conditoris ſimul omnes ardent*. Greg ho. 33. ſuper euang. Porrò Seraphim hic ſtatus enarratur, *Seraphim*, inquit, *ſtabant ſuper illum, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri; duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant*: duabus alis velabant faciem eius, ergo velabant oculos: ergo relinquitur amor cæcus, velamine oculos obducente, miſericordia cæca; & vt effectus agnoſcas miſericordiæ, ſtatim ac velatur facies, diues Deus in miſericordia, quaſi inops eſſet miniſtrorum quærit: *quem mittã?* ad miſericordiam prædicandam: nec tãtum hoc: ſed miſericordiæ ſtatim actum in Iſaia exercet, & querentem ſe pollutum eſſe, pollutionem admotione calculi adulti detergit: idcirco cum virga cernitur, ideſt iuſtitia; oculos cernimus ſuperpoſitos virgæ.

Pulchre verò eſt inquirere (quandoquidem ſæpeſæpius hãc cũ Iſaiæ viſione contulerimus, quod ad propoſitam miſericordiæ materiam quammaxime facit,) quid cauſſæ ſit, quod Iſaiæ Dominus ipſis prophetiæ apparuerit initijs cæleſtium ſpirituum ſtipãte militia, maieſtate regia decorus, militum canentium modulatione laudatus, ac diuina gloria, qua par erat excelſus; hic verò nulla maieſtatis enarratur dignitas, nulla poteſtatis ſublimæ deſcribuntur obſequia, nec militum æternorum famulatus habetur, ſed omnis diuinæ dignitatis decus reticetur? illic; *vidi Dominum ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat dom⁹ à maieſtate eius, &c.* hic verò, *& dixit dominus ad me, &c.* Facile dubitatio ſoluitur, ſi dixerimus ibi amantem, ac miſericordem, vt prædiximus apparuiſſe, hic iuſtum: Seraphim illic cõſpectus obſequio, ideſt amore; nulla hic ſigna maieſtatis præter ea quæ iuſtitiam denotant. 67 Cur decorus gloria appareat Deus Iſa. non Iere.

Olla namque ſuccenſa, indignationis 68

form-

Digitized by Google

forma eſt, virga, furoris. Vides quaſi inopem eſſe Dominum cum inimicos it vltum, & quaſi opus non agat, quod ad Deum quam maxime ſpectat, Et eodem modo cum alienum ſit à diuina maieſtate, milites non habere aſſiſtentes, ità abalienum quodammodo videtur iuſtitiæ opus exercere, tunc autem cum exercet ſe ſolum oſtendit, quaſi nobis innuat inſolitum aliquod agere, inſolitum namq; eſt Deum ſolum incedere. Iſaiæ verò miſericors, & toto etheris plaudente ſenatu, ac militum cohorte cæleſtium venerãte reſpicitur, vt opus diuinitatis egregium ac præſtans, non niſi laudatus exerceat, vt miſericordiam monſtraret ſe non inuitum, & quaſi ſecrete velle exercere; ſed adeo in hoc munere ſibi complacere, vt tota curia cæleſti ſpectante, ac perſonante perſoluat; quod enim ſecreto Rex agit, illud, vel dedecoris, vel iniucundum, vel deniq; minus eſt delectabile; & quod regiam dedeceat maieſtatem, quod verò publicè à rege præſtatur, magnificè, ac munificentiſſime, hoc quidem ſibi ipſi quam delectabile, ac honorificum, & populo gratum eſt.

Deus videtur inops dũ punit, diues cum miſeretur.

69 Alia poteſt haberi ratio cur magno circumſpectantium, ac obſequentium in Iſaia Deus ſit viſus apparatu, hic nec videtur comes, nec miles aſſiſtere, Iuſtitia cælos non pertingit; ſed vſque ad nubes eſt aſcenſus eius: porrò miſericordiæ ſedes in cælis eſt iuxtà illud: *Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſq; ad nubes*: quod ſi miſericordia in cæleſtibus habitat, iuſtitia verò nubes non præteruolat, videtur conſequi poſſe iuſtitiæ miniſtros in cælis Deum non habere; ſed miſericordiæ tantum; quaſi cæleſtem pudeat, vindicem eſſe, ſeu tortorem, ſed ad hominem pertineat, quo cum iuſtitia inhabitat; quod vt probemus ab hac ipſa Ieremiæ viſione non diſcedimus; ibi enim Dominus dum viſus eſt amans, & miſericors, idemq; iuſtus videri voluit; vt præclariſſimè diuinæ eſſentiæ exerceret in maieſtate magna cõſpectus, attributa; idcircò poſtquam dixit Iſaias: *vidi Dominum in trono excelſo, & eleuato, & plena erit omnis terra maieſtate eius*: quod totum magnificentiſſimæ miſericordiæ erat, ſequitur quod ad aures populi aggrauandas, eundemq; excœcandum, aliquem mittere volebat: *& dixit, quem mittam?* quare rogat quem mitteret ſi millia millium aſſiſtebant ei, & decies centena millia parebãt ei? ſi facit angelos ſuos, ideſt nuntios: ſpiritus, & miniſtros ſuos, flammam ignis? ad audiendam vocem ſermonum eius, & faciendam voluntatem eius? vnde hæc prodijt vox quærentis, *quem mittam?* ab inopia, vel ab ineptia militum, vel vnde prodiit? prædictis hoc egregiè reſpondet, vbi dictus eſt Deus in cælo, miniſtros ſui furoris, & iræ non habere, in pacis viſione, in illa Hieruſalem, eum in terris iuſtitia inhabitet, non in cælis: porrò vt hoc agnoſcas audis nõ ſpiritum diuinæ voci reſpõdiſſe cæleſtẽ, non nuncios diuinos ſeſe exhibuiſſe; ſed hominem; *& dixit: quem mittam? & dixi ecce ego mitte me*: tacet miles cęleſtis, & ſeſe homo exibet, quia miſericordiæ opus non erat exercendum, ſed iuſtitiæ; *ecce ego mitte me: & dixit vade, & dices populo huic, audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere, excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*. Contra vero cũ de miſericordia agitur nõ expectant ciues ſuperni imperium Dei, quia ſtatim ad miſerendum præſto ſunt, proprium opus exercent: hæc eadem viſio docet, quod dixi, querebatur Iſaias ſe Dominũ proprijs oculis aſpexiſſe, ac laudes diuinas, ex eo, quod polluta haberet labia, reticuiſſe, eodem temporis momẽto iniuſſus Seraphim, vt munus hoc ageret miſericordiæ, concito volatu deſcendit ad Iſaiam, & labia ſorde ſilentij polluta carbonis tactu mũdauit: *& volauit*, inquit, *ad me vnus ex Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & peccatum tuum mundabitur*: ità obſequebundi ad miſericordiam, ineſpertes ad iuſtitiam ciues ſuper-

Pſ.35.

Deus in cælis miniſtros iræ ſuæ nõ habet.

Ad miſericordiam volant cęlicolæ.

emergere non poſſunt: Iuſtitia ergo nõ ſolum ab inceſſu nimio ſe abſtinet; ſed eſt etiam carceribus intruſa: emittitur autem cum Deus illam educit, ac pandit ad vindictam: quamobrem rectè intelliges, quę ſequuntur, vbi de pœna inferẽda à Babylonicis Ieruſalem agitur: *ab aquilone pandetur omne malum:* à regno diaboli, (vt adnotat Gregor.) ſoluetur iuſtitia, quæ incluſa eſt, & conſignata carceribus: ſic etiam Iani templum foribus præmunitum, clauſum, pacem indicabat, adapertum, belli tempus: ex cantatiſſimo illo Virgiliano carmine:

Ier. cap. 1.

Virg.

Claudentur belli portæ.

In numiſmatibus quoque paſſim hoc, illo precipuè: *Pace P. R. terra, marique parta Ianum clvſit.* fuit autem hic, vt ex altera parte habetur: *Imp. Nero Claud. Cæſar. Aug. Germ. Tr. P. P. P.* itaque patefactis clauſtris, bellum aduertat ex iuſtitia; ſed quaſi ipſa ſemper vinculis obſtringitur.

72 Nec tantum hoc ſufficit; ſed miſericordia ipſa præſtat auxilia, neu in homines iuſtitia ſæuiat; quos pœnis reperit deſtinatos: cuſtos carceris, vel pecunia plerumque, vel commiſeratione motus, amicitia, ſeù quacunque alia ratione; cõmiſſos cuſtodiæ, vt capitis periculum euadant, liberat: fingit ceſſiſſe vim inferentibus; ſeù portas perperam claudit; igitur fugæ, ac ſaluti in carceres coniectorum fauet: dicas pariter hoc de miſericordia, quos enim videt coniectos in vincula iuſtitiæ, reuocat ad libertatem fores aperiendo, quibus patefactis aufugiant; propterea obſeruat Agellius in hac eadem ſcriptura, græcum quemdam non obſcuri nominis legiſſe: *viã aperuit, qua Iſraelitæ ab ira, & nece exterminatoris fugere poſſent:* quaſi ſenſus ſit: cum iſraelitas ira Dei concluſos haberet, ruinæ, ac morti deſtinatos, miſericordia fores recluſit, & viam fecit, vt ab exterminante iuſtitia ſubducerentur: quoties nos flagellis proximos, miſericordia viam fugæ aperiens liberauit, obijciens eleemoſinam videlicet, orationem, bona opera? &c. His adde, quod ſupra dixi in lectione illa: *ponderauit;* quærit tenuare, miſericordia, opera iuſtitiæ. Hæc vero ità videntur eſſe, quia iraſci, opus extraneum quodammodo Deo eſt, & ne à longe petamus probationem, in eadem hac, quam exponimus Ierem. ſcriptura comprobatur: *quid tu vides Ieremia? virgam vigilantem ego video: bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud:* ſenſus eſſe poteſt: *bene vidiſti:* vidiſti portentũ in natura, lignum ſcilicet vigilare, cui ꝓpria vegitatio, non vigilia eſt? lignum, cui nullus ſenſus, nullaq; apta vigilijs ſunt inſtrumenta oculo aſſumpto reſpicere? eiuſdem qualitatibus imbutum? innaturale quidem hoc, ac portentum eſt, ac proinde rectè vidiſti, quia ſic vigilabo ego ſuper verbo minaci, & ſeuero meo; eodẽ prorſus modo, quo mihi extraneum eſt iraſci, eodem pariter ab aliena ligno eſt viſio: *bene uidiſti, quia uigilabo ego ſuper uerbo:* at vt maiora in miſericordia aduertas. Quæri etiam poteſt cur virgam oſtendit, vigilantiam oſtenſurus: potius turrim, ſeu speculam, ſeu aliquid huiuſmodi: ibi enim nocturnæ inſidiæ, ſtationem tenentium vigilãtia reijciuntur, ſed; *uirgam uigilantem ego uideo*, & quidam: *uirgã uigilantis:* refert, ideo quia inſtrumentum iuſtitiæ tenue debet eſſe, vt facile frangi poſſit, nec reſiſtat vt turris, &c. vide quæ ſupra adnotaui: interim obſerua etiam, quod virga clementiæ, aurea eſt, hæc verò amygdalina: illa diù durat minimè cedit temporis iniuriæ: hæc leui manus impulſu frangitur, corruptioni obnoxia; prima inter ignes ſcelerum perficitur magis, aurum enim igne probatur; ſecunda flammis abſumpta redigitur in cineres; prima denique inflexibilis eſt, quodammodo; ſecunda & flectitur, & frangitur; aurea dicta eſt virga clementiæ in ſcriptura *niſi rex auream uirgam tenderit pro ſigno clementiæ*: propterea in igne, quẽ ſcelera excitarunt nequaquã deletur: ecce Pſalmum: *male locuti sũt de Deo, &c. ignis accenſus eſt in Iacob,*

Miſericordia excludit illos, quos in carcerem iuſtit. detruſit.

Agell. lor.

Quærit tenuare miſer iuſtitiã.

Alienum à Deo iraſci

Capiglia hic.

Cur virga miſer. aurea ſit, iuſtit. amygdalina.

Eſter 4.15

pſ. 7. 5.

& *ira*

Digitized by Google

ira aſcendit in Iſrael: hæc ſcelera ſunt,& ignis,ſed nunquid clementia Dei conſummauerit, *pluit illis manna ad manducandum,&c.* ira & murmuratio contra Deum, & tota noxæ lethalis incendia, auream miſericordiæ virgam flectere, aut conſumere non potuerunt. Paulo infra manifeſtius: *dilexerunt eum in ore ſuo,& lingua ſua mentiti ſunt: cor autem eorum non erat rectum cum eo;nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius, &c.* ecce infidelitatem & cordis prauitatem; ſed miſericordiæ virga ſemper eadem minimè torquetur: *ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non diſperdet eos*; imo quo plus accenditur ignis peccatoris, plus ipſe paratus eſt ad veniam: *& abundauit,vt auerteret iram ſuam,&c.*

eo magis creſcit miſeri[cordia] quo magis peccata.

73 Iuſtitia Dei in virga ex amygdalo habetur,quæ(vti dixi) aqua & igne conſumitur; aqua nempe lachrymarum, & amoris igne, nemo fleuit & amauit, & imminentia diſtrictæ vltionis damna non euitauit: & de Magdalena dicitur: *dimiſſa ſunt ei peccata multa*; retentæ ſunt pœnæ,quas dare debebat pro peccatis; confracta eſt virga iuſtitiæ; quid cauſæ eſt,quod conſumpta & deperdita ſit?gemitus, & ignis amoris, ſequitur: *quoniam dilexit multū*, & ſupra, *lachrymis cœpit rigare pedes eius:* vertitur in cinerem ex amore, putrefit ex riuulis lachrymarum; iuxta id quod dicit Chryſologus: *ò quanta vis in lachrymis peccatorum,rigant cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam: delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiam.*& vlterius,virgam reddidit flexibilem;nec ſine cauſa illud addit Euangeliſta, *vt cognouit,quia accumberet Dominus in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum arguenti:* inde enim primo deducitur,quod autumat idem Chryſ. *inclinē ad miſerendum, ſupernam didicit maieſtatem:*& hic habes virgam flexibilem: deinde vt omnia etiam inſtrumenta præter vndas, & ignem, conſumendæ virgæ iuſtitiæ afferret; adduxit oleum vt idem habet, *portauit oleum,quia medicinam lethali vulneri à ſuperno medico perquirebat:* ſed adduxit oleum; quia virga iuſtitiæ, oleo potiſſimum putreſcit, dicente ſcriptura: *& erit in die illa auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo,& computreſcet iugum à facie olei:* miſericordia,pietas,amor,& omnium virtutum ornamenta, quibus adornata proceſſerat mulier, ſuper iugum, quo preſſa tenebatur à ſeptem dæmonijs, ita diſponente iuſtitia Dei, profuſa,iugum ipſum conſumpſerunt: *dimiſſa ſunt ei peccata multa*, & vlterius: *vade in pace:* Nota hic obiter,quod ait [rigabat lachrymis pedes eius] illud ſignificare,pacem ipſam, exaltationemque, in pedibus, quos rigabat reperiſſe mulierem: rigare namque ad id pertinet,quod ſatum,fructum affert. & illud hic ſatis proprium eſt, *euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua; venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos:* ſparſit ergo ſemina dilectionis Magdalena fletibus irrigans pedes;audiat ergo; *dimittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum*,& infra: *vade in pace.*

virga iuſt. putrefit lacrymis,& igne amoris.
Luc.7.42.
Chryſ.ſer. 43.
Quare Magdalena adduxit oleum.
Iſa.10.27.
pſ.125.6.

Inſuper obſerua: auream illam clementiæ virgam in manu teneri: *niſi rex:* inquit, *auream virgam ad eam tetenderit*, hac vero minime. imo percuſſurus Aegyptum Dominus non ipſe vltionis virgam ſumit in manus,ſed tradit Moyſi: *virgam quoque hanc ſume in manu tua:* Virgam illam Moyſis (vt hoc quoq; adnotes) noluit eſſe vigilantem amygdalinam; ſed quæ mutaretur in colubrum; quid enim boni capit obſtinatus virga correptus? nec oculos in malis aperit, nec ſe deinceps vigilantia cuſtodit; recte igitur vertatur in colubrum, inſtrumentum puniens obſtinatos, cum non ad prouētum, ſed vtatur Dominus ad flagellum *proiecit, & verſa eſt in colubrum,*: illum arguendum virga denotabat, qui ſalutem obſtinatione depulerat,& vocem incantantis ſapienter non erat exauditurus; eodē plectendus ſupplicio,cuius ipſe formam,ſeſe magis obdurans,oſtendebat: humi igitur reptat 74

74 Eſther.4.19
Ex.4.17.
Quare obſtinati plectuntur virga colubrifera.
Ex.4.3.

ob-

Digitized by Google

obſtinatus, & colubriferis hiatibus blaſphemiæ venena profūdit, *quis eſt Deus?* & toto corpore vitia trahens, nunquam erigitur ad ſublimia, niſi cum ſe erigit ad ſuperbiam; flexuoſa deinde volumina in giros voluens, quietem capere credit; hoc expreſſit, Pſal. *acuerunt linguas ſuas, vt ſerpentis* deinde, *caput circuitus eorum.* litteraliter hoc intelligitur de Doeg., vel de Saule; & eſt ſenſus; is qui eſt princeps, & caput omnium circundantium me: *labor labiorum ipſorum operiet eos:* erit eis perditionis occaſio, ſed de obſtinato: *caput circuitus eorum*; quod caput debet eſſe vt aſſurgant, eſt etiam circuitus vt obſtinatione detineātur; vocatio; labor; ſpiritualia omnia, quæ caput eſſet deberent; dum etiam remanet in obſtinatione peccator, ſunt ei circuitus. ideo dicebat alibi; *in circuitu impij ambulant:* vbi, circuitum, obſtinationem quamplurimi ſubaudiunt: habent caput in circuitu, ergo numquam finem, ergo rectè, ambulare dicuntur in circuitu.

Hilarius. Abellius. Ianſenius.

Pſ. 11. 9.

75 Altera virga, nempe hæc, quam vidit Ieremias; non viperina eſt, non obſtinatorum, ſed amygdalina, in trib. proficientium, plena ſpei, ac fertilitatis; namquè ſpem dicunt amygdalum ſignificare, & quidam hæc habet [Amygdalus eſt nux noſtra, cuius ſpecie ſimul & nomine intelligitur ſpes æterna; non enim de facili in nuce vti in pomo pertingitur ad ſaporem, quare in nuce ſpem quamdam ſimilitudo; æternitatem innuit longitudo.] Sanè vulgare illud eſt quod vbertatem indicet, quamobrem Ouidius luſit in hunc modum:

Virga denotat ſpē. Innominatus.

Ouid. de Nuce.

Nil ego peccaui niſi ſi peccare fatemur;
Annua cultori poma referre ſuo;
At prius arboribus, tunc, cum meliora fuerunt
Tempora, certamen fertilitatis erat,
Tūc Dūi memores ſertis ornare ſolebant
Agricolæ fructu præueniente, Deos.

Nux fertilitatis index.

76 Porrò ſi hæc nux, (vti ſupra diximus) ſpem innuit, rectè enumerauerimus cum Paulo: Primo, virga eſt, deinde flos, poſtremo fructus; tribulatio primo, deinde ſpes, vltimo vita æterna: *tribulatio*, inquit ipſe, *patientiam operatur, patientia vero ſpem, ſpes non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis:* nec otioſè ante ſpem ponitur patientia; ipſa namque virgam in flores aperit. miſericordia erit ijs qui patienter ſubſtinent; nec querulo eiulatu inter anguſtias reprehēdunt Deum. Sed ad rem, Ezec. *ecce ego faciam iudicia tua in oculis gentium; & faciam in te, quod non feci, ex quibus ſimilia vltra non faciam, propter omnes abominationes tuas,* quid faciet? non *parcet oculus meus,* quomodo nō parcet? *nō miſeretur.* & deinde mala ventura enumerat. ex hoc, cum non vigilat Dominus, cum oculus diuinæ miſericordiæ clauditur, ecce iuſtitia in prōptu eſt *non parcet.*

Rom. 5. 5.

Ezec. 5. 9.

Præter ea, quæ diximus; ſi quæſiero, 77
cur Deus reſpondeat *bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo* tunc cum virgam vidit primo Ieremias; petens vero, ſecundo quid videret: *ollam ſuccenſam ego video,* & non addidit: ego pandam omne malum, *ſed ab Aquilone pandetur omne malum?* dubitationi minimè ſatiſfactum erit, niſi dicamus complacitum eſſe Deo appellari, miſericors, (ſe nevanta;) cum hoc exercet cupit videri, ac notum fieri, *quod ego vigilabo ſuper verbo meo,* mihi ſummopere gratum eſt, in me ſperantes cuſtodire, vti pupillam oculi, & inter perſequutionum ærumnas ſeruare incolumes. Cæterum, è contra quis aquilonares flatus ad excitandum maius incendium ollæ mouet, niſi peccator? non ego pando, tu, peccatum, diabolus &c. de hoc latè (& quid per aquilonem velit ſcriptura) ſuo loco ſupra. dum paranomaſiam captat, repetit miſericordiæ verbum, *vigilabo ego* capit delectationem ex iterato miſericordiæ ſimbolo; inferius vero nulla repetitio, & ſe alienum dicit à pœna æterna: *ab aquilone pandetur omne malum.* ſic eo modo fertur Callimachus pictor expoſitas imagines, cum laudabantur, proprium opus oſtentare: ſi quid vero comperiſſet quod contemplanti diſpli-

Deus gloriatur appellari miſericors.

refugit videri iuſtitiam exercens.

Ff cuiſ-

Digitized by Google

cuiſſet nunquam excuſationem afferre, ſed alienum opus eſſe, & extraneum (mendacio defectũ adiuuãte)reſpõdere.

78 Id quoque alibi etiam in Iobo oſten-
Auth Th. dit,non eſſe diuinæ benignitatis ſeuere agere, & opus alienum ab eo eſſe cõtra aliquem ſæuire: Satan hortatur Dominum,vt Iobum affligeret, *ſed extende*
Iob c.1. *paullulum manum tuam,& tange cuncta quæ poſſidet; niſi in faciem benedixerit tibi*: annuit Dominus ipſumq; duro iuſtitiæ digito tetigit, & ſubſtantiam omnem,liberos breui perdidit, vnde quere
Iob 19. 9. batur Iob *manus Domini tetigit me.*

79 At verò,ſtatim pœnituit Dominũ (eo modo quo vſurpatur in ſcripturis) & quaſi doleret, commotum eſſe contra Iobum,& opus, quod minime inſederat animo perfeciſſe, hoc modo poſt hæc cũ
Iob 2.3. Sathana conqueſtus eſt: *tu autem commouiſti me aduerſus eũ,vt affligerem eũ fruſtra* nunquam ego id facerem,niſi tu me commouiſſes; tu cauſſa, & origo extitiſti; & cauſſam remq; omnem in Sathanam cõiecit,vt rectè dici poſſit quod ſupradiximus *ab aquilone* .i. à Diabolo *pandetur omne malum*, ita pudet in iuſtitiæ huiuſmodi operibus inueniri: deinde Sathanæ committit,quidquid vlterius in Iob afflictione geſturus erat: *di-*
Deus videtur nõ poſſe flagellare. *xit ergo Dominus ad Sathan: ecce in manu tua eſt; veruntamen animam illius ſerua*,[non mi baſta l'animo di farlo] tu tortor, & miniſter, tortoris munus exequere &c. Imò cum Iobo Dominus apparuit quaſi puderet præteritæ iuſtitiæ (licet videri non poſſit Deus ab oculo corporeo) tamẽ crederem ego conſul-
Iob 38. 1. tò illud appoſitum eſſe: *reſpondens autem Dominus de turbine, dixit*, cur adiectum *de turbine*? niſi innueret hoc, turbine obuelari Dominum qui non vult poſt iram, & opus iuſtitiæ apparere: & vlterius cum deſcripſiſſet plura, quæ ab omnipotenti manu diuino ſanè conſilio formata ſunt, illa profectò breuiter attingens, minime deſcriptione producit; verum cum Demonem ſub
Pudet poſt iram videri Deum. nomine Boemoth, & Leuiathan ſermone commemoraret, ita prolixam orationem de eo inſtituit, vt omnes verſutias, fraudeſq; eius in quolibet membro repertas,longo verborum contexerit apparatu, quod profectò non aliter præſtaſſet, niſi hoc vellet in ipſum Dæmonem verſipellem, truculentum, fontem cauſamq; tribulationis Iobi, refũndere: non ego, ſed verſutus dæmon te afflixit. Alibi etiam, ne agnoſceretur, dum in throno ſedens opera iuſtitiæ exerceret: *& iudicium ſedit,& libri aperti ſunt*: ex facie fluuium rapidò curſu voluit erumpere: *fluuius igneus rapiduſque egrediebatur à facie eius*: fluuius rapidus ponitur, vt nulla expreſſa imago, neque forma probaretur: aquas enim præterfluentes,ſi quis intuetur,nunquã eas, quas intuitus eſt: ſed diuerſas cernit: nulla igitur ſtabili imagine vultus aquarum excurrentium agnoſci potuerat: Nec ſatis hoc, ſed fluuius igneus: Dan.7.10.
duo hæc inter ſe contraria ſimul poſuit,aquam & ignem, primo vt fulgor, etiam ignis fixè intuentes deterreret;deinde, vt oſtenderet, ita diuerſum(quo- ita videtur longè à Deo ira vt ignis ſimul exiſtit in aqua.
dammodo, & ad ſenſum noſtrum)eſſe à Deo, ita in hac vita iraſci, vt inauditum eſt vndas, & flammas ſimul ad fluuium efformandum coire: ſed ad vlteriora, & ea quæ diſpoſuimus, accedamus: id vero in ſcriptura firmum eſt, cum Iob obliuionem quampiam exprimit in miſeria, dixit *miſeriæ quoque ob-* Iob 19.13.
liuiſceris, & ſicut aquarum,quæ præterierunt,recordaberis; omnino à te excidet memoria miſeriæ, ſicut aqua illa, quæ nuper præterijt: ignis præterea ſplendore ſuo,vultus intuentes auertit;quod ſi in ſplendorem promanantem à facie Moyſis reſpicere non audebant, oculos fortaſſe perſtricti filij Iſrael,dicente Paulo: *ita vt non poſſent intendere filij Iſrael* 2.Cor.37.
in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius: propter ſcintillantes in fronte radios, quanto magis ignis toto coruſci luminis ardore exæſtuans in facie Dei, terrebit aſpicientes.

Verum ſcias miſericordiæ oculum eſ- 80
ſe in virga, copulatam cum iuſtitia clementiam: miſericordiam etenim & iudicium

Digitized by Google

Pſ. 100. cium cantat Dauid Domino: indulſiſti Domine? ecce miſericordiam. Eripuiſti natum? ecce iudicium, peſte tot millia hominum deleta ſunt? ecce iudicium; Dñs miſericors, & iuſtus. Denique pepercisti? & hoc, miſericordia eſt: Hoc moris eſt Dei vtrumq; copulare in hac vita: intelligo autem, iuſtitiam, pœnam illam, quæ delet infernalem, & exaltat miſericordiam: ſic apparuit Iſaiæ miſericors, & iuſtus, quaſi vinculis, obſtrictus teneretur: adde quod pennis cirdatur, vt in quiete otiari quodammodo Iſai. 6. 4. videretur: at deinde *domus*, inquit, *repleta eſt fumo*. fumus futuras Dei comminationes, & flagella ſignificat; de quo habes apud Plautum: *flamma fumo eſt proxima*: & apud Eccleſiaſticum; Eccl. 22. 30. vaporem, & fumum emanare in altum ante ignem: ita & contumelias, & minas, ſanguinis eſſe præuias: Pier. de Fumo. *repleta* igitur *eſt fumo*, domus ob latam infra ſententiam *excæca cor populi huius*.

81 Viſus eſt alibi in Apoc. (vt infra dicetur) Apoc. 4. 3. *& qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardini*. Iaſpis viridis eſt, Claud. Claud.

Sæpe manu viridiq; anguſtat iaſpide pect⁹ & Mant. Mant.

Multa ſin⁹, & colla, vires ornabat iaſpis.

Sardonius vero rubræ terræ, ac fuſcæ ſimilitudinem tenet, vt Gregor. ait: Mor. 18. 17. Quidam candicantem appellauit (tem.

Th. Rad. *Sardonicem flammis viuis candican-*

Idcirco, quis neſciat in hoc lapide iuſtitiam demõſtrari? Sardonicus igitur hoc exprimit. Cæterum alter lapis benignitatem indicat; quinimo lapidem hunc ꝑ gratia poni, authores tradunt, nec otioſe dictum à Virgilio volunt,

Illi ſtellatus iaſpide fulua
enſis erat

Pier. Iaſpis quo præcipue tempore Didus gratia expetebatur, cuius amore detentus Carthaginis arces fundabat, *ac tecta nouabat*

82 Verum deinde iris apparet, non imbifer; ſed ſimilis viſioni ſmaragdinæ, viridis, vt ſpem aperiat. Porro vbi arcus eſt, ibi mare vitreum eſt; in arcu, ait Hom. in Ez. Gregorius, *aqua & ignis apparent*: & rurſus, *in arcu eodem color aquæ, & color ignis ſimul oſtenditur, quia, & ex parte eſt ceruleus, & ex parte rubicundus*: mare autem vitreum ſignificat iter facile, ac pronum, proſperum, mare, inquam, immobile eſſe in conſpectu aquæ, & ignis. i. lachrymarum, & amoris tranquillam nauigationem habemus; Vbi lacrimæ, & amor, ibi tutum iter. De baptiſmate, & igne amoris diuini, hoc explicat idem Gregorius ſubdẽs illud Ioannis: Ioa. 3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*; Poſſem hoc aliter etiam interpretari, quod videlicet, locus eius ſit in pace, & pax ſit poſita iuxta fines illius patriæ; nec dubia ſpes in mari exæſtuanti, inter vndas timoris, fluctuat, ideo mare vitreum. Vel etiam, ad thronum, vbi Chriſtus occiſus eſt, ſub figura agni. Apoc 5. 6. *Et vidi, & ecce in medio throni, & quattuor animalium & in medio ſeniorum; agnum ſtantem tanquam occiſum*; ſtantem agnum in throno, Chriſtum in cruce: Cur mare accedẽtis ad Deum ſit vitreum quicunque accedit, magno cum metu peruenit; quid enim fragilius vitro? ſciat ſe ſupra chryſtallum nauigationem inſtituere, ſi retrahit pedem, & temere vagatur; at faciliime præterlabitur, ſi æque nauigat: citius enim volat ad perfectionem, qui, ad agnum occiſum currit: vltimo (& eſt quod intendimus) in chryſtallo, quidquid opponitur, videtur.

Quicunque pergit ad Deum, quot veſtigia ſpargit, toties in ipſis, tanquam 83 in ſpeculo, ſe, intentionem, mentem &c. conſpicit. inde dicti ſunt pulchri greſſus ſponſæ, quia oculos habebat ſicut piſcinæ in Heſebon. Num. 21. 25. Heſebon autem, vt placet Lyrano, non eſt nomen ciuitatis; de qua alibi; ſed ſignificat computationem; oculis computat greſſus, videt veſtigia tanquam in cryſtallo, & computat, &c. Denique adeſt in inceſſu chryſtallus; ea ratione, qua oculos ſponſi dixit eſſe columbarũ quę iuxta fluẽta reſidere ſolẽt, Cant. 5. 12 Greg. hic. vt volantium auium vmbram, in aqua videant, ſuper q̃ ſe proijcientes, vngues rapacium, ſic effugiant. in mari chryſtallino omnia infauſta, & inauſpicata cernuntur, ꝗ miſericordia eſt. ſed maiora ipſius argumenta, & ad rem, de qua agimus,

Digitized by Google

84 Atque ego dicerem de Deo (quod etiam in alio ſenſu ſuperius attigi, Deo, inquam, miſericorde) quod nos vſurpamus, cum aliquem videmus ſemper in verbis, ſtragem, excidium, mortem habere. (ſon parole) conijcio ex hoc: *virgam vigilantem ego video: regem Chaldæa feſtinantem ad malefaciendum*: quis non putaret, omnia cæde conſumendi? ſed ipſe addit: *bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo*; in verba furorem reſoluit; vt quid vigilare ſuper verbo, ſi immani ſæuitia agendum eſt? Atque inde eſt, quod iuſtitiæ opera cōpleturus, ſemper differt, nunq̃ videtur præſēs tempus, ſed reijcit in futurum: *vigilabo ego ſuper verbo meo*, & inferius: *ab aquilone pandetur omne malum*, at in operibus miſericordiæ, *cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*: licet aliquando eripiam (maius enim beneficium eſt illum à tribulatione non eripere, vt maiorem mercedem conſequatur) adhuc tamen ego, *cum ipſo ſum in tribulatione*: aſſiſto à dextris pauperis, vt ſaluam faciam à perſequentibus animam eius: Origenes quoque ad miſericordiam Dei dicit pertinere, quod annos, & tempus prophetiæ, Ieremias, in principio vaticinij ſui appoſuerit: *in diebus Ioſiæ, filij Amos, regis Iuda; vſque ad annum 13. in regno eius, &c.* atque ait: *condemnauerat enim Deus Ieruſalem propter peccata ſua, & hæc erat extrema ſententia ſua, vt captiuitati relinqueretur; ſed cum hominum amator ſit Deus, nec quemquam velit perire; antequam depopulationis tempus inſtaret, miſit etiam hunc Prophetam, qui inuitaret ad pœnitentiam: Miſit eundem etiam ſub ſecundo rege poſt primum. Miſit quoque ſub 3. iam captiuitas imminebat, & adhuc ad ſalutem hortabatur Deus, tribuens etiam ante vnum diē locum pœnitentiæ*: vnde ſcriptum eſt, vſque ad captiuitatem Ieruſalem, & vſq; ad quintum menſem prophetaſſe Ieremiam. Obſerua hic, quod alibi obiter dixi. In virga amygdalina, & olla feruente, Deum innuere omnino maturum eſſe

Iuſtitia verbis agit.

pſ 90.14.

In prol. Ier.

Longanimitas Dei

tempus captiuitatis, ſicuti nunc florentem virgam, & cæteros flores præueniētem vides, ita ego adduxi tempus captiuitatis; quinimo, quodammodo impatiens, diſtans attraxi. Quis non exiſtimaret iamiam vrbem, præſente, atque irruente hoſtili turma deletam eſſe? ſed longanimitas Dei minime hoc patitur, nam poſt hanc viſionem, quadraginta ferè ſupra vnum annum tranſiere, antequam Regi Babylonico vrbs traderetur. Vere *miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multum miſericors eſt, & corroborauit miſericordiam ſuam*: ne vllo peccatorum flatu, ne noxæ reſiſtentia quateretur.

pſ. 102. 8. Corroborat Deus miſer. ad flatum peccati

Apoc.6.

85 Optime beneficium hoc diuinæ miſericordiæ intelliges in Apocal. nempe, quod tempus miſericordiæ attrahat, differat autem iuſtitiæ: *Et cum aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant: & clamabant voce magna, dicentes; vſque quo Domine, ſanctus, & verus, non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra? & datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, qui interficiendi ſunt ſicut illi*: Quod nam eſt hoc modicum tempus? vſque compleatur numerus diuturnus, ac nimis diſtans: tempus modicum appellauit, vt illi quieſcerent, nec ad vltionem compellerent Deum; ita tardus ad vindictam, & ad miſericordiam pronus eſt, [li trattiene con ſperanza] quamprimū vlciſcēdi: Atqui tempus hoc modicum, ſpatium complectitur, in quo ſedes replendæ ſunt: obſerua etiam modum, quo illos hortatur, quieſcere; dat ſtolam albam; vt animus alio conuertat, dat ſtolas; interim gaudete hoc munere, animumque reuocate à vindicta; nam meū erit breui armare creaturam ad vltionem. Simili modo pater, noxia quærentem puerum, ac vagientem, dato munuſculo, retrahit à poſtulatis, promittit etiam, breui daturum, quod rogat, ſemper

Qua arte vtatur, vt reuocet petentes vindictam

breue

Digitized by Google

breue tempus,etiam quod longinquum eſt,videtur miſericordiæ; quia ipſa longanimis,& æterna eſt: Atque inde ego recte nouerim, cur miſericordia in manibus Dei ſit,tanquam memoriale; vt ſi quando obliuiſcatur miſereri Deus,ſtatim ipſa ad miſericordiam quodammodo excitet;vnde Dauid aiebat: *memoriale tuum in generatione,& generationem;* & Gregorius hoc modo explicat huius Pſalmi verba: *quid magis memoriale in Deo,quam ipſa miſericordia eſt?* quoties obruti calamitatibus, nullum fugæ locum inuenimus, & credimus, toto malorum appeti infortunio? hoc equidem eſt iuſtitiæ Dei, at deinde illæſi euadimus; hoc ſane memorialis eſt miſericordiæ,intuetur illam Deus, & ſtatim miſeretur. Sic cum pluries conſtituerit populum affligere,*recordatus eſt, quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens:* & alibi:*recordatus eſt, quoniam puluis ſumus:homo ſicut fœnum dies eius, &c.* & quod magis probat. In primo capite, Deus grãdia minatur contra populum; fore vt vapulet baculo Babylonico, id eſt,flagello Nabuc. & ciuitas tanquam vas figuli prius abſumetur incendio;poſt ea confringetur; multa alia hic commemorat, quæ ſane ad terrorem, & excidium pertinent; at vero vices ſuas,cum geſſerit iuſtitia, nunquid memoriale Domini, id eſt, miſericordia non obiiciet illi clementiam? audi quæ ſequuntur,ſtatim mortem minatur. *Et factum eſt verbum* Domini *ad me dicens: vade, & clama in auribus Ieruſalem dicens: hæc dicit* Dominus*: recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam & charitatem deſponſationis tuæ, &c.* cum omnia dicta ſint parata,expeditaque ad pœnam inferendam;obtulit miſericordia, pietatem,ac clementiam: memoriale vidit,& miſertus eſt: porro nunc apertum erit, quid iris ſignificet in circuitu throni Dei, cum in maieſtate magna ſedet; Iris enim ponitur in Geneſi, quod ſignum ſit, vt à diluuio (ſi quando iterum voluerit terram aquis operire) Dominum retineat: *arcum meum ponam in nubibus,& erit ſignum fœderis inter me, & inter terram:*nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij; quia videns arcum, retraham vltionem. & in Apocal. *& iris erat in conſpectu ſedis ſimilis viſionis ſmaragdinæ.* vt ſignum etiam habeat pietatis. Vulgatum eſt illud Cambyſis, regis Medorum, atque Perſarum:quod videlicet iudicem pelle exuerit,qui male rem ſibi commiſſam gerebat;pellemq; ipſam, aſſumpti ad eam dignitatem filij ſedem obtegere imperarit.vt ſi quando in mente veniret,ita iniuſte adminiſtrare, pelle paterna admonitus,iuſtitiæ recordaretur. Ita quoque in alio ſenſu, aliquando procliuis eſt Deus ad iuſtitiam, ſceleribus peccatorum exigentibus, ſed ne illam exerceret,ſtrauit ſolium miſericordia *& præparabitur in miſericordia ſolium eius*, quare miſericordia ſolium adornauit? quia(vt inquit Habac. *cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis*, cum ſtatuit vindictam ſumere,ſtatim miſericordia ſeſe in medium offert, retardatque Deũ ab vltione,ponitque miſericordiam pro pè ſolium,vt innuat ſe velle ,iuſtitia,terribilem videri, coactum vero miſericordia ad pacem reuerti: Illud autem obſeruatum eſt apud principes, cum in aliquos alioquin de ſe bene meritos iuſte iraſcuntur,virum cupere ,cuius authoritati, gratis, ira concepta, ac noxæ pœna,relaxetur; imo conſulto hoc primo diſponunt, vt cum tempus condemnationis aderit;reum ille abſolui poſtulet. Igitur hoc modo recte & iuſtitiæ,& miſericordiæ conſultum eſt. Ita quoque in ſcriptura iraſcitur Deus in maieſtate magna,in throno iuſtitiæ conſpectus: *thronus eius flamma ignis,rotæ eius ignis accenſus;fluuius igneus,rapiduſque egrediebatur à facie eius: iudicium ſedit,& libri aperti ſunt;*ſtatim imperat, beſtiam quãdam in ignem tradi, cæterarum quoque beſtiarum poteſtatem auferri, &c. ſed nunquid gratum Deo eſt in ira perſiſtere? minime quidem: inter hæc ſtatim illuc peruolat miſericordia, iram omnem deponit iudex, nec amplius de punitione

Marginalia (left): pſ.101.13. — Greg.hic — Miſeria memoriale Dei. — pſ 77.39. — pſ.102.14. — Cap.2.1. — Iris cur in circuitu throni. — Gen.9.13.

Marginalia (right): Apoc. 4. — Auctor Theo. — Iſ.16.5. — Hab.3.2. — quare prope ſolium hẽt miſer. — Dan.7. — Miſeria impedit opus iuſtitiæ.

Digitized by Google

ne ſermo eſt,ſed de munificentia: *Aſpiciebam ergo,* ſubdit, *in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis,veniebat,& vſque ad antiquum dierum peruenit; & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatem,& honorem: regnum, & omnes populi,tribus, & linguæ ſeruient ei*: quaſi quodammodo ablatum videtur à iuſtitia regnum, & miſericordiæ conceſſum, dum illa, licet iuſte,ſæuit: quin etiã data opera,dicas huc ſe contuliſſe eo tempore miſericordiam, alioquin quare non expectat, donec perficiatur iudicium?

86 Nota quod dicit,throno Dei eſſe rotas: *thronus eius flamma ignis; rotæ eius ignis accenſus*: thronus, locus ſtabilis eſt vbi iudicia panduntur: inde quoque ex hoc deductum eſt, quod firmatur ſoliũ: *firmabo ſolium eius*: imo ſolium Domini firmiſſimum dicitur, etiam in noſtro ſenſu: *firmiſſimum ſolium tuum in æternum*: quare ergo rotas habet inſtar currus? pudet quodammodo Deum habere ſolium iuſtitiæ, miſericordiæ intentum: thronus vero, quem habet,rotas habet;currus eſt,circumquaque curſitat; raptim iraſcitur Deus, & rotæ ſunt igneę,vt magis velocitatẽ oſtendant, currens exercet iuſtitiam,vt vulgo(alla sfug gita)vel dicas eundem quoque currum vtrique eſſe: *currus Dei decem millibus, multiplex millia lætantium*: ſed ad opera miſericordiæ: infra: *Deus noſter,Deus ſaluos faciendi*: cum vehitur hoc modo,miſericordiam largitur: hoc quoque præſtat iuſtitia ſimili ſolio inſidens, quod currus eſt benignitatis: quæ quidem iuſtitia, etſi aliquando ſæuitiam oſtendit, tamen curru miſericordiæ rapta, eiuſdẽ munera permittit, & ideo quando veniet ad Dauid in via immaculata, ſtatim ipſe canet(vt alibi) *miſericordiã & iudicium*: Quin imò obſeruaui,etiam in his, quæ ſe acturum iuſte minatur Dominus,ſemper interſeri miſericordiam, viceſque ambas diuiſas habere; ſic in Apoc. dum Angelus aperit primum ſigillum,audiuit Ioannes vocem,tanquam vocem tonitrui, horrenda declamaturam,ſæua ac cruenta; ſed ſtatim: *ecce equus albus,& qui ſedebat ſuper illum,habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens,vt vinceret.* Equo albo vehuntur ſolẽnibus duntaxat diebus, in ſignum lætitiæ illi, de quibus Pier. Igitur pro iuſtitia, apparet ſymbolum miſericordiæ;ſed iuſtitia ſequitur: *& exiuit alius equus rufus,& qui ſedebat ſuper illum,datum eſt ei,vt ſumeret pacem de terra,& inuicem ſe interficiant,&c.* ſed ſtatim miſericordia: *ecce equus niger,& qui ſedebat ſuper illum,habebat ſtateram in manu ſua &c. vinum, & oleum,ne læſeris*: præcipit ne ſanctis aliquid moleſtũ conciet. Ad iuſtitiam deinde: *Et ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum,&c.* & poſtremo miſericodiæ ſignum oſtendit, diuinã iubet clamantes vltionem, expectare: *datæ ſunt ei ſtolæ albæ &c.* poſt hæc cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum,iudicium demonſtratur; ſed ne diſtrictio iudicij nimis homines deterreat, viſio monſtratur electorum ad gloriam. Vltimo,orationes quid poſſent oſtenſum eſt *miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*: Quod miſericordiam Dei commendat, ſequentia declarant. Angelus quidam, qui ſtabat ſupra mare, & ſuper terram prohibuit Ioanni ſcribere, quæcumque terrifica à ſeptem tonitruis audierat; ſed iureiurando affirmauit ad vocem ſeptimi Angeli tuba canentis nõ futurum amplius tempus: *leuauit manum ſuam ad cœlum, & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui creauit cœlum, & ea quæ in eo ſunt, & quia tempus non erit amplius; ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli cum cœperit tuba canere conſummabitur myſterium* Dei *&c.* cum vidit Angelus ſigillis ſolutis miſericordiam in ijs potiſſimam extitiſſe: iurauit quod tempus non erit amplius, nunc tibi ego iure iurando affirmo,quod ad vocem ſeptimi Angeli,magna euenient &c. ſed videamus quæcumque iſta ſint. *Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cœlo, dicentes: Factum eſt*

regnum

1. Par. 17. 12.

3. Reg. 8. 13.

cur rotas habeat thronus Dei.

Pſ. 67. 18.

Pſ. 100. 1.

Apoc. 6. ſemper miſericordia in operibus iuſtitiæ.

Pier. de equo.

miſericordia ſemper ſeſe interſerit in operibus iuſtitiæ.

neſcit iraſci Deus.

Digitized by Google

regnum huius mundi. Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum Amen. vt quid ſcribas tonitrui voces, deſine: Deus enim neſcit iraſci, ſtatim flectitur; licet ingẽtes minas edat; atque hoc comprobatum videbis, quia in voce ſeptimi Angeli cognoſces illum miſericordiam omnem effuſurum, & hoc tibi iureiurando affirmo.

87 At verò quando hic ſumus, vt ſymbolum maius miſericordiæ oſtendam, hoc ſimili vtor. Cum quis data dextera (vt inquiunt) aliquid promittit & à promiſſis ſæpe excidit, nulla illi fides datur, niſi iuret, & iuramento promiſſa ſtabiliat: Deus, cum de iuſtitia ſermo eſt, ſemper prædicat ſe gladium iam parare ad necem, virgam, & ollam ad flagella, mucronem ad deuorandum carnes; Niniuem ſubuerſurum, Dauid eiectum à ſede &c. ſed deinde fuſa lacrimula flectitur, & arma iuſtitiæ conuertit ad pacem. Igitur (iuxta noſtrum modum intelligẽdi) videns ſe comminantem flagella ſępe longanimitate conuerſum eſſe ad miſericordiam, (exigentibus ſceleribus) omnino Babylonem deleturus, iurat per animam ſuam [queſta volta ſenza fallo, farò vendetta, & perche non mi penta, ne giuro] *iurauit Dominus per animam ſuam, quoniam replebo te hominibus quaſi bruco, & ſuper te celeuma cantabitur*, iurare per animam, eſt iurare per ſe ipſum, quia ſpiritus eſt, Deus, non enim habet maiorem per quem iuret, ideo iurat per ſe ipſum: vnde alibi *per memetipſum iuraui dicit Dominus*: ergo noſtro more loquitur, non quod animam habeat ſicut nos, ſed animæ nomine affectus diuinæ voluntatis oſtenditur, vt ait hic Hieronymus; quod autem diximus, ne forte pœniteat iurat, non ideo dixerim, vt inconſtantiæ notam inuram Deo immutabili, ſed hic loquendi modus, ob inopiam expreſſionis loquutionis additus eſt.

Deus iurat cum ira agendum eſt.

Lyranus. Ioa. 4.

Gen. 22. 1. Hier.

ſtatim Deũ penitet cũ affligit.

88 At verò, illud adduxerat Ionas, afflictionis ſuæ cauſſam, nempe miſericordiam Dei; quod ſciret Propheta Dominum propenſioris eſſe conſilij ad veniã; mala proinde quæ Niniuitis comminatus eſſet adfutura, pietate, longè fieri: *obſecro Domine numquid non hoc eſt verbum cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharſis; ſcio enim quod tu Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitiam &c.* nec leue argumentũ eſt illud quod ex Apocal. deduco, atque explico in hunc modum. Princeps cum iubet aliquid in palatio repreſentari, ſeu ſcenicũ ſit, ſeu feſta ſolemnia circi alicuius theatralis, magnates, equitesq; ad ludum iubet excipi. Igitur qui à ianuis eſt, ſeu ꝙ vulgo (l'vſciero) inuitatos notat in ſchedula, ne cuicumque è plebe pateat aulæ ingreſſus, nobiliores tantum iubet intraduci, quoſque principi placet honoris gratia, cæteris interdictus ingreſſus, ſed plerũq; fit, vt cęptis ludis nulla inuitatorum ratio habeatur, ſed permiſſis foribus, cuicumque etiam, ad ſcenica inſpectanda pateat aditus; ignaro, pauperi, aduenæ, &c. Deus ad cęleſtes illas choreas aliquos inuitauit, & iuſſit Angelo aſcendenti ab ortu ſolis inuitatos ſignari, vt deinde admitterẽtur (hoc dico ego ſimilitudine quadam, & metaphora ad exprimendam Dei miſericordiam) atque Angelus à ianuis, plures ſignauit diuites meritis, & vitæ ſanctitate illuſtres, *ex tribu Iuda duodecim millia ſignati, ex tribu Ruben duodecim millia ſignati &c.* centum quadraginta quattuor millia ſignati ex omni tribu filiorũ Iſrael principaliores; ſed nunquid claudetur ianua; & Angelus, eos, qui in libro non adſcripſit excludet? minime quidem, ſed neq; conditio reſpicitur poſt hæc introeuntium, nec meritum; pandantur fores palatij &c. *poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum*; ait Ioannes, etiam illos quos numerus non adſciuit ibi inter tripudia, & cantus, & choreas commixtos reperi, talis eſt Dei miſericordia.

Ion. 4. 2.

ſimile.

Apoc. 7.

Nemo excluditur a miſericordia.

Alter

Affer huc illud Euangelij quod poſt inuitatos, ait Dominus ſeruo: compelle
Luc. 15. 21 intrare morantes in vico, & platea, vt impleatur domus mea.

89 Dicat ergo in hac vita clementia ſe nolle miſericordias exercere, diuini ſinus fauoris oſtendere; attamen manus plena donis eſt, acerba promittit, ſed reddit æterna, ac ſalubria; ita deſcribitur à ſponſa ſponſus *labia eius lilia, diſtillantia myrram primam*. Myrra arbor (Cant. 5. 13 D. Hier.) eſt Arabiæ, altitudinis quinque cubitorum, ſimilis ſpicæ quam achantum dicūt, cuius gutta, viridis, atque amara eſt; vnde nomen accipit Myrra. vide quomodo in ore habet amaritudinem aliquando Deus; ſed quid infra ſubſcribitur? *manus illius tornatiles aureæ plenæ hiacinthis*: ſecundum hæbreos *rotæ aureæ* .i. plenæ anulis aureis; & ipſi in hoc perfectionem operum diuinorum intelligebant; iuxta illud *Dei perfecta ſunt opera*: (Deut. 32.) anulus autem apud Aegyptios in digito, cordis inditium erat; nec tantum hoc, ſed etiam in alterum exprimebat amorē, cuius rei meminit Cicero, commemorās (Pier. de anulo. Cic. de fin.) Epicuri ſtudioſos illum in anulo geſtaſſe; Epicuri imaginem, inquit, in anellis habebant. Et cupiens ſponſus amorem ſponſæ, ſuam ipſius imaginem expetebat ſimiliter in manu geſtari: *pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio &c.* (Cant. 8. 6.) cum igitur ex prædictis habeatur, cordis, anulum inditium eſſe, ac digitos ſponſi dixerimus plenos rotis aureis .i. anulis, ſtatim cognoſcimus quod poſt increpationem Deus (Dū increpat Deus cor obijcit) [ti dà il cuore] vt frequenter dicimus; theſauros donorum manu aperta.

90 Et hoc etiam ad effuſiſſimam Dei miſericordiam ſpectare videtur, vt minis, ſeu ſigno aliquo ſuos arguat, ac conturbet, qui deinde admoniti, à voluptatibus quibus fortaſſe diſtinentur, deſiderio videantur prorſus ad Deum reuerti, ac nunquam ab eo recedere; ſicq; iterū in canticis laudatiſſimam ſponſam, & delicijs ſponſi ſui affluētem reperit ad hortum nucum declinaſſe, & in horto, quem fatetur eſſe nucum, poma cōqueſiuiſſe; id eſt in mundana miſeria cōſolationes. Igitur cum vidit ibi ſpōſa proceriſſimas annoſasq; nuces, opacas, ac ſtygias vmbras efformare, inceſſusq; omnes triſtis arboris obſcuro velamine tegi, ſtatim exclamat: ſimilis ei qui placidū mare nauigat; exiſtimans nulla vnquam tempeſtate efferaſcere: at cum tumidas vndas videt vento extolli, cimbulamq; iactari; (Deus recedentes trib. conuocat.) ſtatim metu correptus, ad littus iubet excludi, ſed ad rem; exclamauit ſponſa inter vndas tribulat. *anima mea conturbauit me*, quibus diſtineor infauſtæ arboris vmbris, ac phantaſmatibus, ac metu corripior! *anima mea conturbauit me*: (Cant. 6.) nec hic dulcia poma ſunt, poma conuallium; vbi plantarum altitudo imminentem parit horrorem; nec dulcedo ſapit; cum hæc inſpexiſſet ſponſus, illam ſtatim ad ſe vocauit: *reuertere reuertere, ſunamitis*, in me ſuauitatem reperies, & æternæ dulcedinis fructus. (non ſà per te) recedere à meo conſortio, & inter vndas vitæ huius dubias euolui; nunc autem ſollicitudinem omnem rerum depone, terrenarum. Poteratne quis in menſa Dionyſij pendentem, aſpiciens, enſem cibos capere?

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes, (Orat. lib. 3 od. 1.)
Dulcem elaborabunt ſaporem;
Non auium citharæq; cantus
Somnum reducent &c.

In mundanis dapibus, in terrena feli- 91
citate, gladium, vult, impendere, inſtare metum, vt peccator, vel etiam inter ipſas mundi conſolationes dolorem inueniēs, conuertatur ad Deum. habes libamina auerſorum à Deo, & conuiuantium ſub idolis, Iſraelitas ſcilicet; de quibus in hoc primo capite: *quia dereliquerunt me, & libauerunt Dijs, alienis*, (Ier. 1. 13.) prophanis menſis aſſidebant, libantes idolo, vt ſuo loco, atque hoc putabant voluptuoſum, ſed quid imminet? metus, non gladius Siculus, ſed Babilonicus, vnde Vatablus (Vatabl.) vertit *virgam imminentem, ac vigilantem ego video*: iſtius modi hominum ſuper ceruice, dum libant Dijs alienis pē-

det

Digitized by Google

det baculus nuceus Regis Babylonis, & non aduertunt periculum, rectè vidiſti tu, quæcumque vidiſti, annuntia.

92 Atque hic mos eſt Dei, homines admonere, cum iuſtitia punit, ne vnquam inopinato in pœnas incidant, illos cuſtodit prætereunte iuſtitia: *vade populus meus*, inquit in Iſaia, *intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum ad momentum*, quare hæc imperat? *donec tranſeat indignatio*: proſpicit ſaluti, ne pertranſiens indignatio opprimat quos in via reperit, ipſe munus ſibi ſumit nuncij, afflictionem iam iam aduētare admonentis. Nunc ergo ſtatim intelligimus quare munierit ſponſam ſuam ſponſus .i. Deus, animam muro circundat, claudit, obſignat fores anulo, *hortus concluſus ſoror mea ſponſa; hortus concluſus fons ſignatus*: lege quæ infra adnotantur, & ſcies cur tam arcta cuſtodia ſeruata ſit: *ſurge Aquilo, & veni Auſter*: illac tentatio, & ruina, & calamitas tranſitura erat, Aquilo enim vti ſupra, Dęmonem ſignificat; Auſter verò ventus calidiſſimus, tentationem. Iam nunc ſurge Auſter, ego munitam ſeruo ſponſam, nulla pericula ſubibit vallata muris. Agnoſce in hoc profuſiſſimam in ſuos Dei miſericordiam: vnde confidenter dicebat Dauid: *& in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec pertranſeat iniquitas*. Porro illud erat qđ Sathan dicebat de Iob: *non ne tu vallaſti eum, & domum eius, vniuerſamq; ſubſtantiam eius per circuitum*: vallaſti, inquit, videtur iuſtus vrbs Dei: ſed vallaſti, vt circumeunte malo nil damni ei poſſit inferri; malum ſiquidem, & Dęmon tanquam Leo rugiens, ſeu Lupus veſpertinus inhians caulæ, circuit quærens: optimè dicit *circuit*, niſi enim vallaſſet domum ipſius, & obſtacula muniſſima protectionis oppoſuiſſet, non diceret *circuit*, ſed cum omnia diabolicę ſeuitiæ commiſſa ſint, *verum tamen animam illius ſerua*. & ſupra; *tantum in eum ne extendas manum tuam* Dominus ſolū & non alius tangit Iob, *manus Domini tetigit me*; Primo, quia tactus Sathanæ veneno quodammodo imbuit; etſi vulnus nō infligat, tactu tamē viperino eſt, inficit animam, & occidit, ſic tetigit cauda tertiam partem ſtellarum, & traxit elationis peſte confectam. Secundò, quia (vt ſuo loco dicemus) Aquilo dicitur, *ab Aquilone ſoluetur omne malum*, inter frigidiſſimas qualitates locum habet, niue aquilonari concretum: inde eſt (vt ait Gregorius) quod mentes quas incolit, niue figentes habet. Eſt Salamandra; animal inſtar lacerti, quod nunquam niſi ex magnis imbribus prouenit, à ſerenitate deficiens; cui tantus rigor eſt, vt ignem tactu extinguat, teſte Plinio; ſi etiā arbori irrepſerit omnia poma inficit veneno, & eos, qui ederint, necat frigida; in nihil aconito diſtans &c. tribulatio verò, non vt ſpiritus extinguatur, immiſſa eſt; ſed vt accreſcet, & ignis amoris in Deum augeretur, dicente ſponſa *lampades eius, lampades ignis, atq; flammarum: aquæ multa nō potuerunt extinguere charitatem*. Tertiò, tactus dęmonis ad deſtructionem non ædificationem eſt: dicitur enim *& tactas oues, pueroſq; conſumpſit*: ſed Deus erigit tangendo: *tetigit os meum, & dixit mihi ecce dedi &c. conſtitui te ſuper gentes, & regna &c.* & quod ſanet percuſſum: *percutit & manus eius ſanabunt*. Vltimò, quia Sathan ſtatim os, ac tangit, vetat os animæ pandi ad laudes diuinas, ſeu ad opē Dei implorandum; ideo ipſe ſuadebat Deo, vt tacturus Iobum, os tangeret primo; *mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi*. Igitur ne pateat ingreſſus Dæmoni ad animam vallatam præſidijs, circuit enim quęrens, quid in vallato homine poſſit abſorbere: Sequitur Petrus: *cui reſiſtite fortes in fide*, non reſiſtimus, niſi fuerimus fortes, ſtabileſq., inſtabiles enim arundines vento agitatas exuperat ſtatim. Idcirco dictum eſt: *ſub vmbra dormit in ſecreto calami*: tantum abeſt quod inſtabili viro, qui vtique calamus eſt, non poſſit obſiſtere, quin imò ſub vmbra ipſius dormit in ſecreto, quieſcit penè ſecurus de victoria;

Deus ſumit ſibi munus nūcij, cum tribulatio aduētat.

Iob 16.10.

Cant 4.16

Deus ſeruat ſuos à trib.

Pſ.56.2.

1.Pet 5.

Iob.19.11.

Quare Dominus tangit Iob, nō Sathan.

Apoc 12.4

in Ez.hom. 3.

Cant.9. 6.

Iob 18,

Sit ſtabilis qui cum Sathana pugnam inſtituit.

Iob 40. 16

Digitized by Google

ſed quæ vmbra eſt in calamo in ſpatulis foliorum? verſutias dæmonis in hoc agnoſces,tenuat ſe adeo vt ſatis ſit ei vmbra calami [ſi fà ſottile] ſufficit folium,vt vmbram excitet. In Iuda proditore,atque inconſtanti, rupit clauſtra oris, coluit interna, adeò ſemet tenuauit,& redegit ad punctum,vt adhortaretur ad proditionem, ad deſperationem, ad laqueū, nec ille aduerterit &c. Sed ad miſericordiam.

Dæmon ſe tenuat in tentatione.

93 Mirum,è contra, quantum Deo placeat miſericordiæ opus implere,& penè diſplicet, iuſtitiæ! ſemper illud habet in mente,de illo cogitat,oblectatur in illo. Si *vigilabo ſuper verbo meo* in futurum, quomodo *virgam vigilantem* nunc videt? oportuerat dicere, vigilo ego &c. nempe hoc eſt quod adnotaui, licet in poſterum *vigilabo*,attamen adeo totum hoc mihi gratum eſt, vt videar ſemper vigilare,cogitat vigiliam; & optimè Dauid(vt ſupra)*inſtruam te in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos: cogitabo* Hebr. *de te oculo meo*:tribuit cogitationem oculo;ita firmos in hoc obtutus habeo,ac fixos vt videar ſemper id oculo cogitare: vt ſcribit de Latino alta cogitante Virgilius:& ſupra conſtitui te, Ieremia, ſuper omnia regna &c. vt conuellas malè exorta *vt euellas, & deſtruas, & diſperdas*, cum præterito vix bonus grammaticus admittit præſens, potius erat dicendum: *ecce conſtituo vt euellas &c.* efficit hoc delectatio, quam Deus capit opus miſericordiæ præmeditando;licet hoc tibi hodie munus iniungo;verum quia mente, quod nunc perficio conuolui antea, mihi videor te multo ante conſtituiſſe, etſi hoc tibi manifeſto (prætereo hic de diuina præſcientia diſputationes,nō ignorans, & id Deum ante tempora ab æterno præſignaſſe,ſed loquor ad captum hominum, & ad noſtrum intelligendi modum.)

Iucundum eſt Deo miſereri.

Pſ.31.10.

94 Quod e contra tardè ad vindictam ſui, diuina procedat ira manifeſtum eſt in vaticinio Amos:*Quid tu vides Amos? & dixi vncinum pomorū, & dixit Dominus ad me, venit finis:* plura dixi ſuper vncino, ſupra; & vaſe aucupij, ex Septuaginta Interpr.; alij *caniſtrum pomorum:* ext. *caniſtrum plenum fructibus æſtiuis:*& hic eſt ſenſus:ſicuti nunc videtur in caniſtro fructus cum iam maturi ſunt; ita Ieruſalem matura culpis in caniſtro Babilonico eſt. *venit finis*, at ex ſupputatione Hier. poſt hoc quadraginta,& amplius anni tranſire, quomodo ergo venit finis, & iam maturum eſt tēpus captiuitatis? Nulli dubium eſt quod miſericordia, & iuſtitia diuinæ naturæ ornamenta ſunt, & in theſauris diuinorum iudiciorum pretioſiſſima,ſed tamen in diuino theſauro hoc modo inſunt. Princeps vaſa quædam habet ad neceſſarios vſus quotidie ad manus, licet prætioſa; quædam verò in theſauro ſeruat, ad decorem aſſeruantur, & plerumquè ad oſtentationem; raro demonſtrātur, & paucis;vt Ezecchias Regia gaza nuntijs Berodac Baladam aperuit:*oſtendit ei domum aromatum &c.* & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis: ſic ergo Deus,videtur ad quotidiana ſeruitia vaſa pietatis adhibere: *miſericordia eius ſuper omnia opera eius*: ſemper in manibus eſt; ſed cum iraſcitur, videtur quaſi ex theſauro ſuo proferre vas iuſtitiæ,quod magis ad pompam aſſeruatur, quam ſit ad vſum. Vnde Ierem.ait,quod ex occaſione quadam abditam iuſtitiam patefecit Dominus: *aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ; quoniam opus eſt Domino Deo exercituū in terra Chaldeorum*: opus habet his vaſis,ideo profert;aliter non proferret, quæ cōdit ad maieſtatem potius, quam ad vſum,& Paulus vtrumque cupulauit: *ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ,quæ præparauit in gloria*: ideſt iuſtitiam ſuam reſeruauit, & non protulit ex theſauris ſuis, *vt oſtenderet diuitias gloriæ in vaſa miſericordiæ:* hanc enim ſæpe oſtendit,ſemper habet in manu, diues in miſericordia:& ſatis in hoc primo capite totum hoc probatur; ſi enim vides vas figuli teſteum,ollam nempe ira plenam, vbi

Amos 8.2.

tarde punit.

Hier. ſig.

ad Rom. 9. 22.

Iſa. 22. 20.

Pſ.144. 9.

Ier.50. 25.

ad Rom. 9. 22.

iuſtitia vas pretioſum abſconditur.

vbi putas aſſeruari? ibi ſcriptum eſt: *ab aquilone pandetur omne malum*: in ærario aquilonari, inde pandetur aſpicientibus: Iob quoque non obſcure: *numquid*
Iob 38.22. *ingreſſus es theſauros niuis; aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, in die pugnæ, & belli?* præparauit ad tempus determinatum: cum hoſtis irruet, compellit neceſſitas, non ſemper, raro; tunc extraham ex theſauro, iram.

95 Quin etiam videtur iniucundum aliquod parari Deo, cum iram exercere oportet; tempus illud contrahit, vt cito finis adſit; neſcit enim diutius ferre
Amos 8.9. iram. Optimè in eodem loco Amos *venit finis &c.* (litteram pluries expen-
Deus abbreuiat diem iuſtitię. dimus) nũc adeſt dies conſummationis; & infra: *& erit in die illa, dicit Dominus*; iam præſignata dies, qua contra vos iraſcar, & vlciſcar adeſt, *erit in die illa dicit Dominus*; quid erit? *occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis*: poteſt hoc quod dicit referri ad diem paſſionis Chriſti, quando ſexta hora Sol radios inter nubilum aſpectum Lunæ retraxit; ſed ad rem noſtram: diem illam vltionum adeo contrahit Dominus, vt velit Solem in meridie accedere, ita fugitans iuſtitiæ eſt, & amans pacis (gli par vn'hora mill'anni) & ideo vt ſtatim prætereat hęc dies, noctem remotam aduocat; ſic etiam alibi
Iſ.16.3. cum inuitatur ad pugnam: *ini concilium coge concilium*, ſtatim ſequitur, *pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie*, ideſt, ſi bellabis, fac, dies, vt ſit nox; vmbras fac nocturnas ſuccedere, ne videaris, hoc enim opus, eſt, quod tibi quodammodo diſplicet.

96 Et Prophetæ petenti iudicium à Do-
Iſ.16.3. mino, quod ſcilicet gentes contereret, ei nuper per ſemitam tranſiturum, per totam noctem expectare accidit, *& in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſubſtinuimus te*: ſed Dominus longanimis in hoc, & tardus in iuſtitia, illac minime tunc temporis tranſijt; vnde per totam noctem expectans Iſaias, ait: *anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te*, & quare? *cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis*: at Deus cui minime quodammodo cordi eſt iuſtitia tandem adfuit, & his verbis ſubdit: *miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere*, eia quæ petis habe, *miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere*: quin imò ſi non miſeretur non diſcet iuſtitiam facere: quomodo puniturus, inquit, *miſereamur*? adeo in ore Dominico eſt miſeratio, vt ſemper etiã Deus ſemper habet in ore miſericordia
cum de iuſtitia agit vtrumque confundat; ſicut quod diligitur, ſeu quod ſæpe commemoratur, ſemper in ore haberi ſolet [non poſſo leuarmelo di bocca] nota quoque, in alium ſenſum, quod maxima iuſtitia eſt quam contra impios exercet Deus aliquando in hac vita, eſt videlicet cum monſtrat peccata non aduertere, & pietate, ac miſeratione minime punit delinquentes; inquit Ioannes, *quis non timebit te Domine &c.* Ap 15.4.
quia ſolus pius es? atque ideo dicit: *miſereamur impio*, & ſequitur, *in terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Dei*; quaſi non parcere in hac vita, hoc ſit parcere, & miſereri in æternum; inde vlciſcor, quia miſereor *miſereamur impio*. Cum quis munus vult agere ad alterum pertinens, prouocat riſum; vt ſi Legiſperitus medicam artem doceret, Medicus militem ageret; opus enim omnino diuerſum eſt à medicina, militia &c. ſic etiam, cum voluit Dominus iudex iratus apparere, agnouitq; diuerſum aliquod, à ſe extraneum patrare, iuſſit neminem illudere, ac ridere: *ſicut* Iſa.28.21.
enim in monte diuiſionum ſtabit Dominus, ſic in valle, quæ eſt in Gabaon iraſcetur, vt faciat opus ſuum; ſed addit: *peregrinum eſt opus ab eo, & nunc nolite illudere, ne forte conſtringantur vincula veſtra*: *peregrinum* dicit opus puniendi, Deus cum iraſcitur facit opus a ſe alienū. Lyranus.
quia non eſt ei ex ſua conditione, ſed ex malorum tranſgreſſione; punire enim non eſt ſibi proprium, ſed miſereri ſemper, & parcere: licet ſit extraneum, & inſolitum ſit, me veſte iuſtitiæ apparere, tamen nolite illudere; quia tunc

adeſt cauſſa legitima iſtud exercendi. Nec vacat cōſideratione quod dicit inferius ſe inter iras facturum: *conſummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino exercituū, ſuper vniuerſam terram*; ſupra cum egit de Deo misericordi hæc habet: *indulſiſti Domine indulſiſti genti, nunquid glorificatus es?* quodammodo exprobrat vices pro miſericordia, rependiſſe gentes, ingratitudinem; nec gloriam in hoc conſequutum eſſe; at qd
Iſa.26.15. ſequitur? *elongaſti omnes terminos terræ*. Igitur cum Dominus miſeretur videtur orbem elongare, ac dilatare vt miſericordia magis appareat, & ipſe tale opus perficiens vltra mundi terminos agnoſcatur. Cum vero iraſcitur, quaſi contrahit mundum, & abbreuiat vniuerſam terram, & quaſi redigit ad punctum, ne videatur iratus. Itaque cum miſeretur: *elongaſti omnes terminos terræ*, cum iraſcitur: *abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum ſuper vniuerſam terram*.

vult videri miſericors & nō vult iuſtus iudex.

97 Nec terram producit, ſed tēpus præuenit, miro deſiderio detenctus, vt cito tempus adſit miſerendi: ita hìc eius miſericordia in virga amygdalina cernitur; & ſenſus eſt: ſicut impatiens moræ hæc arbor eſt, & immaturo tempore in flores erumpit, ita miſericordiæ oculus in hac virga præuenit tempus deſignatum ad clementiam, non enim poſſum diutius expectare: & alibi mittit prophetas, vt ad ſanam mentem reducant iſraelitas, quod
Ier.35.3. ſanè opus miſericordiæ eſt; *vt audiatis ſermones ſeruorum meorum prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens, & dirigens &c.* ſicut is qui magna negotia, ac iucunda perfecturus, lucem præuenit diluculo ſurgens. Cum verò de operibus iuſtitiæ ſermo eſt, moras omnes nectit, differt, cogitat, obambulat; graue quodammodo habens, quod
Gen.3.8. puniat; habemus hoc in Geneſi vbi priuſquam Adamum increparet & culpæ pœnam annūtiaret, ac terram malediceret; quaſi coactè ad hoc veniret, ambulat, & perambulat tanquam magna cogitans, vſque poſt meridiem, *& cum audiſſet vocem Dei deambulantis ad auram poſt meridiem*, facit audire vocem, vt ad mētem quidquid Adam egiſſet inducat, & pœniteat, & ambulat quærens occaſionem, quæ ipſum à pœna poſſet retardare, infra *iudicio contendam vobiſcum*, S. Tho. *contendit vt differat*, quærit occaſiones.

98 In Ez. *quæſiui virum, qui ſtaret oppoſitus contra me pro ſepe, ne diſſiparem eā, & non inueni*. quare non pro muro? Eze.22.30
facile enim diſſipari poteſt ſepes, aut quid obſiſtit ſepes irato, qui vel diſſipat, vel comburit? Cum Dominus obijcitur malis, ipſe murus eſt, & ante murale, & turris fortitudinis, vt omnem opem cōferre demonſtret, *& ego ero ei, ait Dominus murus ignis in circuitu*: cum vero ipſe iraſcitur, non ait opus eſt muro, ſignum ſufficit, quod me retrahat ab vltione, ſufficit ſepes, inde enim erit occaſio, vt cū ſepem licet annoſa ſpina cōfectam videro, iram aliò conuertā, quodlibet, mihi erit impedimentum: inde vineam ſuā ſepe adornauit: *ſepem circumdedit ei &c.*

Facile ſe Deus retrahit ab ira.

Zach.2.4.

Matth.21.33.

99 Quicumque hortum ſibi ſeruat, continuo irrigat, excolit; crebræ illic inſitiones, flores enaſcētes in ſurculos, & areolas Dominus ipſe manu ſua diſponit; in hoc delectatus, vt manus rudis operi ruſtico (attamen in puluillo ſarriendo, in præcidendo trunco luxuriante, herbiſq; noxijs reuellendis) admoueat; delicias ſuas ibi reperit: & hoc etiam delectatio facit. Quod ſi alium poſſideret ruri, cui nec ſepes arcet damna inferentes; nec riuulus aquæ prætereuntis aridæ plantæ ſitim explet; nec ordo diſtinguit innocuas herbas à ſentibus: nec falx malè exortas amputat; nec flos vllus ridet; ſed omnia ſpontanea terræ luxuria expoſita, primo æſtiui temporis calore langueſcent. Profecto dixerim Dominum negligere hunc, illum vero inter Alcinoi, vel Heſperidum ſuaues curas habere. Fœcunda diuinæ omnipotentiæ opera in duplici hoc miſericordiæ, & iuſtitiæ pomario ferè cernimus, *miſericordiam enim & iudicium* cantat Dauid: *& vniuerſæ* Pſ.100.1.

ſimile.

Pſal.24. *uerſa viæ Domini miſericordia, & veritas;* hortum ergo, miſericordiæ, ſuum appellat in canticis: Cant.6.1. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat*, ibi paſcitur inter lilia, & quaſi dixerim quod vulgo [ſi paſce di miſericordia] & alibi cum miſericordiæ opus præclariſſimum expleret morte, hortulani formam ſuſcepit: Ioã.20.15. *exiſtimans quod hortulanus eſſet*, ſed infra, vides hortum iuſtitiæ: *deſcendi in hortum nucũ, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica*, hortus hic nucũm, infauſtum aliquod offert; parit enim nux vmbram (vti modo diximus) iniucundiſſimam, & mortiferam: quæ comperit ibi? *anima mea conturbauit me*, omnia inculta, horrida, ſpinis conſita; adeo vt conturbatus ſim, raro enim illuc acceſſus, igitur ſequatur: *reuertere, reuertere*, ne patiare turbationem animæ: at ne longe vagemur in probatione; cum de miſericordia ſermo eſt petit: Ibid. *quid tu vides? virgam vigilantem*, alij *florentem: bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud*: eſt florens, eſt in manu Domini qui qui in eius operatione delectatur; & cõtinuo fouetur oculo Domini, cuſtodia Dei: *vigilabo ego ſuper verbo meo*: quin etiam verbum ſuum appellat, in quo ipſe delitias habet; At cum de iuſtitia: *ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie aquilonis*: expoſitam ollam videt aquilonari vento, & immodicis ipſius flatibus, ac gelidis pruinis: quomodo ergo fieri poteſt, vt hæc nulla cuſtodia ſeruata inter rigores aquilonis non extinguat incendia? itaq; abiecta fere iuſtitia eſt; cuſtodita nimis, & dilecta miſericordia.

quaſi contemnit iuſtitiã Deus diligit aũt miſericordiam.

100 Sed quando huc euaſimus: quare putamus ſponſum, poſtquam abijt à ſponſa, ipſamq. inter ærumnas, mærorẽſque abſentiæ deſeruit, ad hortum deſcendiſſe, niſi quia poſtquam durè egerit, ſpiritus (præterito angore quem ſentit, dum iratus ſponſæ, abijt) quaſi laſſeſcentes inter odorata horti lilia recrearet? atque hinc manifeſtatur quam ſit iniucundum quodammodo Deo iraſci; ſtatim enim poſt iras, quaſi conſolationem quærit, & leuamen: vnde poſtquam igne turibuli contremuit terra, & ipſe iratus iuſſit voces, ac terremotus, ac tonitrua per cœli ſpatia ad terrorem reboare, ſtatim ſubdit ſcriptura, *& ſeptem Angeli qui habebant ſeptem tubas præparauerunt ſe, vt tuba canerent* Apoc.8.6. quaſi dolore preſſum tubarum modulatione leuarent. Atque inde patet cur iraſcatur Deus cum aliquis offert illi iuſtitiam, impedit miſericordiam. quondam enim cum Ieſus vellet curare hominem habentem manum aridam, hebręi illi obſeruabant eum. *Et obſeruabant eum ſi Sabbathis curaret, vt accuſarent illum; & ait homini habenti manum aridam ſurge in medium*, Marc.3.4. vt q̃d calumniantur iſti, & opus miſericordiæ impediunt? *ſurge in medium*, & ſequitur Euangeliſta: *circumſpiciens eos cum ira contriſtatus eſt*, iraſcitur Deus illi qui miſericordiæ impedimento ſunt, & proferunt iuſtitiam.

Quærit quomodo leuamen Deus poſt iram.

Deus iraſcitur contra impedientes miſericordiã.

Quamobrem manifeſtum eſt nũc qui 101
ſint ſex viri illi, qui miſſi ſunt ad ruinam Ieruſalem; & quis ille, qui miſſus etiam Ezec.9. eſt vt Thau ſuper viros ſignaret; patet enim quod ſex illi, dum vaſa haberent interitus in manu, eſſent miniſtri iuſtitię; hic vero, q̃ ſignabat, miniſter miſericordię, vt infra fuſius, & ibi in Ezec. Doctores; verum cæde cõpleta quis reuertitur ex illis, qui ſunt miſſi à Domino? ſex viri, minimè, quia iuſtitiæ miniſtros vult habere alienos Deus, inſuaue eſt cum illis cæde patrata agere; reuertitur tantum ille, qui eſt veſtitus linea veſte miſericordiæ, & qui ſignatos *Thau* ſaluauit: *omnem autem ſuper quẽ videritis Thau ne occidatis: ecce vir qui erat veſtitus lineis, qui habebat atramentarium in dorſo ſuo: reſpondit verbum dicens: feci ſicut percepiſti mibi*: quaſi reliquis non præceperit; *perditio tua ex te Iſrael, tantũmodo ex me auxilium tuum*. Oſe.13.9. iſte delectabilia refert, ideo redit: illi amara: ideo minimè.

Cũ. miniſter miſericordiæ reuertitur ad Deum; iuſtitiæ vero minimè.

Nota quoque non vacare myſterio 102
quod

quod in eodem Propheta reperitur; nempe quod idem Angelus, qui actum miſericordię geſſit in ſignando illos, quos gladius præterire debuerat, idem in cap. 10. dicatur ſparſiſſe ignem,

Ez. 10. 3.

iuſtitiæ ſymbolum; *& dixit ad virum qui indutus erat lineis,& ait: ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim,& imple manũ tuam prunis ignis, quæ ſunt inter Cherubim, & effunde ſuper ciuitatem:ingreſſuſq. eſt in conſpectu meo.* Qui ſupra fuit miniſter miſericordiæ, nunc eſt iuſtitiæ; quid enim retulit emendationis impenſa miſericordia? propterea ad iuſtitiam conuertatur, quo dulcis eſt Deus in miſerendo, eo aſperior deinde in puniẽdo, nec quidquam patietur inultum: *qui egreſſus*; non dixit, quid, egreſſus, fecerit, quia triſtis rei narrationem maluit nobis, ait Gloſſa, intelligendam relinquere, quam oculis ſubijcere. Ingreſſus vero dicitur, ſtetiſſe in conſpectu Domini; ob magnitudinẽ ſanè vltionis obſtupuit, ſtetit, hęſit: quomodo ſtabunt, cũ tota ira Dei in extremo profundetur? quis enim poterit tonitru magnitudinis eius intueri; ſi ad paruam ſtillam iræ Dei, ſtetit Angelus ſtupefactus, vt adnotat etiam Gloſſa? Et quidem de Angelis tunc aſſiſtentibus, ait Iſa. quod tabeſcet omnis militia cælorum.

Eò aſperior in puniẽdo Deus quo dulcis in miſericordia.

ad iuſtitiã hærent, & ſtupẽt Angeli.

Iſa. 34. 4.

103 Notandum quod in Iſaia, qui tantum in ſermone peccauerat, vnus forcipe carbo comprehenditur, hic vero, quia ciuitas eſt plena iniquitate plures aſſumuntur carbones, nec vna manu, ſed ambabus;& ad pœnam,& cruciatus prunæ aſſumuntur,& ſparguntur: quomodo ergo cõburetur peccator omnimodæ culpæ obnoxius? ſed ad miſericordiam.

S.Hier. hic

104 Velocior fuit vir veſtitus lineis in opere miſericordiæ, ideſt in ſignãdo, quam ſex viri in interficiendo; imò priuſquam cædem inirent perfecerat ille munus ſuum miſericordiæ. Quid enim velocius Angelo benefaciente? præſertim cum diſcrimen vrget,& ſollicitudo fauet; ſed qualis eſt currus quo vehitur, qui pęnã infligit? rotas habet volubiles, *& rotas iſtas vocauit volubiles audiẽte me:* Hier. *tornatiles*, animalia vero habebant pedes volubiles in orbem (vt ſupra in primo capite)& quattuor facies, & pennas per ſingulas partes habebant: licet enim deſtructionis inſtrumenta deferrent, attamen ſtatim poſſent, ſi iuberẽtur, abſq; vlla mora quoquouerſum conuerti: ne in conuerſione rotarum aliquo pacto expectaretur.

Velox Angelus ad miſericordiam.

Vlterius, quattuor alas habebant; in Iſaia, & Apocalip. ſex alæ deſcribuntur *ſex alæ vni,& ſex alæ alteri:*& ibi: *habebant alas ſenas in circuitu.* ex hoc ergo deduces, quid amor poſſit, & quã velocitate feratur; amorem illa ſignificant; hęc iuſtitiam: *Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ &c.* Seraphim autem incendium amoris diximus,& miſericordię miniſtros; quid ergo mirum ſi ſex alas habeat miſericordia, quæ ipſa ſemper cunctis rebus ocior eſt? & ideo agnoſcimus quod velocior ſit miſericordia, quã iuſtitia. Præterea ſemper in vltione cunctatur iuſtitia obſeruans, quid pœnæ rite ſubtrahat, quomodo, quoad fieri poteſt, leuia inferat flagella reis; quam ob rem optimè legis in hoc capite Ezec. non Seraphim mitti ad excidium, & incendium vrbis, ſed Cherubim; ille enim amans; hic, intelligens, appellatur, ſciens; quaſi ſpeculatione hic in opere iuſtitiæ oporteat vti, & (vt dicitur) circumſpectione; miſericordia verò abſque hac intelligentia, ſed, vt vulgo [alla cieca.] mittitur Seraphim. i. amor ad Iſai. amor autem cæcus deſcribitur; neſciat modum, nec quidpiam obſeruet, dum miſeretur: præterea ad delendam, euertendamq. Ieruſalem ſex viri ſunt, miniſtri Regis Babylonici, vti Pradus habet; qui vero ſignat *Thau* Angelus eſt, ex ſententia eiuſdem, maius enim beneficium impendet Angelus, quam damnum inferet homo; & ruinis illorum obuius eſt. 105

Iſa. 6.

Apoc. 4.

velocior eſt miſericordia, quam iuſtitia.

Cap. 10.

quare Cherubim eſt miniſter miſericordiæ Seraphim iuſtitiæ.

Sed iterum, dum prunas ſpargit ardentes cur illas nuda manu, ardẽtes excipit? nec quidem dubium hoc inane eſt, quandoquidem in Iſaia Seraphim 106

qui

qui amoris igne flagrat, & vt ſupra, vocatur incendium, carbonem ſumpturus, nuda quodammodo manu non auſit attingere, ſed forcipe admota deſumpſit; vnum præterea calculum non plures, hic extendens manus illas impleuit prunis; ſoluitur hoc modo dubium, ignis calculi erat amoris, & miſericordiæ, ardentiſſimus Dei, quare manu tantum ne quiſpiam attingat, ſed curua forcipe: immenſus eſt enim, & infinitus; iſte vero prunas illas accipit manu, quæ iræ Dei ſunt, & debiliores; extinguuntur ſtatim, remiſſo calore vrentes; ad modicū exardeſcit ira Dei in hac vita, comprobante, hoc Pſalmo Dauidico: *Non accendit omnem iram ſuam*, & alio in loco dicit, vere non eſſe ignem, ſed quaſi ignē *Exardeſcit ſicut ignis ira tua*, & ideo nec forcipe adunca opus eſt, qua receptum ignem iaciat in vrbem.

Cur Seraphim forcipe Cherubim nuda manu accipit prunas.

Pſ.79.45.

Pſ.88.47.

107 At vero ab hac viſione diſcedamus, tantū vnico adnotato miſericordiæ Dei non leui argumento; dum hæc munera iuſtitiæ aguntur, dumq; prunas expeditas habet ille ad incendium; *ſtatim* inquit *Et nubes impleuit atrium interius, & impleta eſt domus nube: ſonitus alarum Cherubim audiebatur vſq; ad atriū exterius quaſi vox* Dei *omnipotentis loquentis*; ne videret quodamodo ſtragem illam nube contexit Dominus domum; refugit enim talia ferè conſpicere; deinde ſonitus inter hęc editur ſuauiſſimus, quaſi vox Dei extiterit; primò, poteſt ſpectare ad iudicium, & furorem Dei, quaſi enim ſibi externa voce aures obturat, ne voces audiat obſtinatorum pereuntiū, quos noxa redegit ad pœnam; atq; hic memora tormentum æneí tauri ſiculi, Regemque voces non exaudientem. Verum miſericordiæ ſigna ſunt hęc quaſi enim ferre non poſſet animi angorem, ac mestitiam, ex illo vrbis interitu, leuamen quærit, quod muſico concentu recreet (vti mox dictum eſt) inde enim modus ille loquendi in ſcripturis *Tactus dolore cordis intrinſecus*; & ſexcenti, qui benignitatem Dei hoc genere loquutionis expreſſere.

non audit Dominus genitus pereūtium peccatorū

Gen.6.6.

Pulchrè autem ait Naum, quod dum iraſcitur Dominus puluerem excitat: *nebulæ puluis pedum eius*; ex puluere pedū illius nebulæ conſtant, quæ ipſum contegant ne videatur (licet à viatore nunquam videri poſſit) inde tamen miſericordia magis exprimitur: Sponſa quoq. demonſtrat ſponſum, poſt parietem, feneſtram, & cancellos, pariete abſconditum, quaſi renuat ſui præſentiam exhibere: *en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*; deinde illum apparuiſſe voces edentem deſcribit: *en dilectus meus loquitur mihi; ſurge, propera amica mea, columba mea formoſa mea & veni, iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit &c.* prius occultabat ſe, quia nō dum tranſierat hyems, & receſſerat imber; ſequiente enim tribulatione, vel iuſta ira Dei, licet ipſe non diſcedat, attamen quaſi ſe abſcondit; nunc autem quia hyems receſſit: *en dilectus meus*. Quod vero nobiſcum in tribulatione conſiſtat tribulatis, mihi videor clariſſimè poſſe probare, verbis ipſius ſponſę; ipſa namq. toto diei ſpatio dixit inter lilia paſci cum dilecto: *dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia*: quod quidem felicitatis ſimbolum eſt, quod de Marcello dixit Maro: 108

ſeptus nebula cum iraſcitur.

Cant.2.9.

——— *Si qua fata aſpera rumpas*
Tu Marcellus eris manibus date lilia plenis.

Paſſim flos hic Regius appellatur; ſumitq. denominationem à Iunone Regina cuius eſt flos, & à celſitudine qua pręſtat; ſed ad rem noſtram. Cum inter proſpera verſaretur ceruum appellauit ſponſum, ſequitur enim *reuertere ſimilis eſto dilecte mi caprę, hinnuloq. ceruorum ſuper montes Bethel*: atque hoc inter conſolationes. Secundo interrogata, poſtquam vulnerata fuit à cuſtodibus murorum, & ſponſum prætereuntem quæreret, cuiuſnam formæ eſſet dilectus, quem anxiè quærebat? reſpondit: *caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum &c. crura illius columnæ marmoreæ*: penè immobilem con-

Pier. de lilio.

Adeſt tribulatis Deus.

Cant.5.11

Digitized by Google

conſiſtere oportet, qui crura habet marmorea, qua enim vi dimoueri poteſt? hoc primum, deinde magis crederem ego tunc debuiſſe pedes habere ſtabiles, ac marmoreos cum in hortis manebat: *ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, dum etiam inter delicias ſponſę commorabatur, nequaquam vero hic dum declinauerat velociter, atque tranſierat, & ex inde quærebatur à ſponſa: illic manere videtur, & tunc rogatur vt reuertatur, vt ceruus hic fugit, & habet crura marmorea? hoc pacto ſoluo dubium, in felicitate dum ſe quiſque iactat Deum habere præſentem, & in horto voluptatis terrenæ Deo preſente frui, errat; dum enim credis illum tecum inter lilia paſci, animaduertis abeſſe, & pedes habere ceruorum; inde enim in ſe reuerſa ſponſa, dum à ſe alienum videt clamat: *reuertere*, qui aufugiſti: *reuertere*, qui inſtar cerui concito curſu dilaberis.

Lōge Deus a voluptuoſis.

109 At vero etiam ſi videatur à ſponſa tranſiſſe, dum illam afflictam videt, pedē ibi figit, & crura quodammodo facit lapidea, ne durante tribulatione diſcedat; ſed ad miſericordiam. Cum agitur de vindicta videtur Deus nolle ea, vel inuitè, quæ ad ipſum deferuntur audire; inuite namq; dicitur Iudex illum audire cuius preces diuturnas non exaudit. Hoc ex Luca manifeſtum fiet, vbi Dominus parabolam poſuit de Iudice quodā, qui nec Deum, nec homines reuerebatur, nec viduam petentem vindictam vindicabat, concludit Dominus: *audite quid Iudex iniquitatis dicat* (nempe: *& ſi Deum non timeo, nec homines reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me*) ſequitur ipſe: *Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die, ac nocte & patientiam habentium in illis? dico, vobis, quia cito faciet vindictam illorum &c.* ad vindictam ergo oportet ſēper orare, die, ac nocte, & quaſi propter importunitatem tandem Dominus ad hoc ſe inclinabit; ſecus vero cum de

De⁹ inuite audit, quæ pertinent ad vindictam.

Luc.18.

miſericordia ſermo eſt, in quacumque hora ingemuerit peccator peccatorum eius nō recordabitur Dominus amplius: *eritq. antequam clament ego exaudiam*, & alibi cordis etiam audire præparationem, dixit in Pſal.; ſed quomodo illud cohæret: *cito faciet vindictam illorum:* & quod clamant die, ac nocte; hoc ſupra etiam inſinuauimus: breue tempus videtur Deo dilatio vltionis, vſque ad conſummationem ſæculorum, quia nūquam vellet iraſci; itaque etſi die, ac nocte id clament, & expectant; attamen iubentur expectare vſque ad finalem vltionem, & hoc citiſſimum dicitur; ſic etiam Sanctorum animæ, quæ ſub altare quieſcebant, vindictam etiam efflagitantes acceperunt diuinum reſponſum: *dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc modicum tempus*, donec compleantur ſerui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut, & illi: hoc modicum tempus nimis diuturnum erit &c. egrè igitur voces audit, quæ illum ad iram prouocant. Quare Habacuc huius rei impatiens duriuſculè conqueſtus eſt, *vſquequo Domine clamabo, & non exaudis; vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? &c. taces conculcante impio iuſtiorem ſe?* quaſi non audias voces clamantes ad te impium puniri debere, ac oppreſſores auferri, differs, nec reſpondes: inferius etiam dicit, Deum ad mala, & pœnas minime quodammodo reſpicere, ne inde occaſionem ſumat vindictæ: *mundi ſunt oculi tui ne videant malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris, quare non reſpicis ſuper iniqua agentes? & taces deuorante impio iuſtiorem ſe?* mundos habes oculos, & ideo non vis reſpicere ad iniqua agentes ne forte prouoceris ad vindictam. Ità quoque hic ſuper miſericordia vigilat, non ſuper vindicta. i. ad virgam dicit ſe oculos apertos tenere; curamq. maximam in ea circumſpectanda impendere; tunc vero cum de olla, dicit: *ab aquilone pandetur omne malum*, potius ad diabolicam vigiliam pertinet; (Diabolus enim illuc faciem habet intentam, Diabo-

Eze.33. Iſa.65.24. Pſ.10.18.

Tēpus diuturnum videtur modicū Deo cū agitur de ira.

Apoc.6.11.

Hab.1.2.

Hab.1.13.

Deus reſpicit miſericordiam, diabolus vindictam

Digitized by Google

bolicam: *& facies eius à facie aquilonis:* dixerat) quam ad diuinos intuitus.

110 Deinde, ꝙ tardus etiam oſtendatur cum ad vindictam procedit, hoc modo explico: iter arenoſum,& puluerulētum difficile ſuperari poteſt;pes enim cedente ſolo lubrica imprimit,ac mollia veſtigia,& iners paſſus retrogreditur. Igitur loca arenoſa velocitatem retardant, & & non apta itineri ſunt.Inde ſic ſcriptura linguatæ mulieris conditionem deſcribens,ait: *ſicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani ſic mulier linguata homini quieto:* ſicut arena retrahit pedem à tendente vlterius,ſic homini diſponenti quietem,& vlterius progredi ad pacem, mulier linguata, & clamoſa,cauſſa eſt vt regrediatur ad iurgia, & amittat quietē [gli fà perder la patienza] hoc obiter. Porro manifeſtum eſt ſi pedes incedentis puluerem excitant,ex via arenoſa cōſtare, ac puluifera; & hoc eſt quod diximus Deum paratum ad pugnam, quaſi incedere per viam huiuſmodi,lubrico, ac inuito veſtigio; ſicuti ille qui ſibi dubius eſt, debeat ne vltra incedere, an iterum regredi? extenſum pedem colligit, retractumque, à ſe diuerſus extendit, ac interim contrarios, & ambiguos paſſus effert: ait ergo Naum de Deo irato: *nebulæ, puluis pedum eius:* dum procedit ad vindictam videtur incedere per humum pulueream, & arenoſam.

Eccl. 25. 27.

mulier linguata ſpiritū extinguit.

Naum 1. 3.

111 Præterea videtur ſe excuſare Dominus excœcaturus gentes, & vindictam monſtraturus; quaſi enim cogeretur ad hoc præſtandum, quærit quis hoc velit præſtare, & quaſi ipſe iners in hoc, & inuitus eſſet, à tali munere ſe excuſat, Iſaias multa de vrbis excidio prædixerat, deque pœna inferenda Iſraelitis: *& ſonabit ſuper eum in die illa quaſi ſonitus maris: aſpiciemus in terram,& ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius:*deinde cum arbitraretur Propheta Dominum iam proptum eſſe ad bellum, expeditaq. omnia habere ad cędem,&exitiū,ſubdidit:*vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum,& eleuatum, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum; Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni,& ſex alæ alteri:duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant &c. & audiui vocem Domini dicentis quem mittam? & quis ibit nobis?* quaſi nulla hic eſſet mens affligendi,ſedet Deus;ſedere autem alienationem oſtendit à quacūq. re præter pacem,& quietem; deinde pedes plumis Seraphim operit, & caput: Seraphim autem (vt toties) incendium ſunt,atque amor;quaſi diceret Deus: nihil minus cogito quam hoc, ex ira alienus; hæ alæ, quæ tegunt pedes, & faciem, ſunt alæ ignis, atque flammarum, & aquæ multæ peccatorum nō poſſunt extinguere charitatem; ideo quis pedes ab hoc incendio extrahet amoris, vultumq. à rebus clementiæ conuertet ad flagella? ideo ego non poſſum venire, ſi eſt aliquis,vadat: *quem mittam? & quis ibit nobis?* i.eſt qui vadat pro nobis? ſi reperitur, vadat.

Iſ 5.30.

Deus alienus à flagello operit pedes pennis paci.

Iſ.6.2.

Cant.9.6. ex 70.

Præterea quodammodo demonſtrat 112
graue eſſe otia miſericordiæ derelinqui; demiſſæ ſiquidem alæ, quid aliud ſignificant præter otia? Quamobrem celebris aquila Academiæ Partenopis, quæ ſupra montem, ſcilicet faſtigia ſcientiarum, plicatis alis reſidet, atque immoto intuitu ſolares radios excipit; illuſtriſſimis vrbis huius ingenijs nomen Ocioſorum indidit; quorum fermè ocia laudata, multorum labores in comparatione ſapientiæ ſuperarunt. & Poeta Hetruſcus:

Quaſi ex dulci quiete ad labores pergit Deus cum iraſcitur.

Academ. Otioſ. illuſtris.

——— *e l'otioſe piume:*

Franciſc. Petrarc.

Ouidius quoque molles appellat

Oui.li.10.

Mollibus in plumis tanquam ſenſura reponit.

Ergo his præmiſſis vides quare aliquē exquiſierit Deus,quem mitteret ad vindictam, vt quodammodo diceret: tedet me hoc opus agredi,& quietem turbare vindicta; en pennis obuoluor: pergat alius: *quem mittam?& dixi:ecce ego mitte me:*Dñe iam predixi ventura vrbi mala;neu patere me falſa prænunciaſſe, ſi

minime id poteris perficere tu: *ecce ego mitte me.*

114 Vltimo, tandem, & ſit finis huic expoſitioni. Deus cum iraſcitur eſt ſicuti ille, qui exclamat, & minatur hæc ſe, & hæc facturũ, pęnas ſumpturũ &c. ſed deinde cum venitur ad opus leui inuenta excuſatiuncula, ſeu quod ille potius ex defectu prudentiæ, quam prauæ voluntatis in errorem fuerit lapſus [niſi me hoc impediret, daret ille pœnas &c.] iram eliminat, ità Deus in Deut. canticum minis conſumit: *ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq. ad inferni nouiſſima &c. congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis &c.* quid terribilius his verbis? ſed ecce excuſatiuncula, quæ impedit ne hæc omnia compleat: ſtatim ad imprudentiam, ſeu quod dicimus errorem intellectus culpam reijcit? *Gens abſque conſilio eſt, & & ſine prudentia; vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* Non hæc ita trutinat, ac ſibi proponit impedimenta, qui animum habet iam expeditum ad vindictam, ſed ille qui differt iras, [è vn' inprudente.]

Deut. 33. 22.

qualibet occaſione ſe retrahit ab ira.

Virga vigilans, pro Sacerdotali, ac Paſtorali dignitate.

115 QVæ in tota hac expoſitione de Paſtorali dignitate diſſerimus, èa ſuperioribus, Sacerdotibus, ac Prædicatoribus tribui poſſunt.. Quod enim diuerſa virgæ huius expoſitio variè deſumpta Prophetæ conuenit; idem etiam vt ſupra regna conſtituebatur, & vt ſacerdotem prænunciabat, & vt prædicatorem agebat conuenire poteſt, at videamus quomodo viſio hæc prælatũ indicet, & ex ſcripturæ ſenſu totum hoc eruamus.

116 Quod Prophetam ad excuſationem impulerat, impar ętas extitit labori agrediundo, & denegata oris beneficia, propterea futurum dixerat, vt magnam ſibi pararet inuidiam Regum, populorumq. obſiſtentium ad quos mittebatur, & ſupra quos erat dominia erecturus. Verum ex duabus his cauſſis excuſationis, tantum alteram verborum conceſſione reparauerat Dominus: *ecce dedi verba mea in ore tuo*: verum ætati pucrili, imbelli, non idoneæ labori, & ærumnis, non dum ſatisfactum; qua reſtituta nullos hoſtium in quos dominaturus eſſet paueret impetusr, reſiſtendo viribus non pueri, ſed viri: ſi hoc quæſiuerimus ſtatim ad ſolutionem peruentum erit. Igitur hoc intendit Dominus, hac virga reparatum ſecũdum defectum oſtendere; quod in ſequentibus ita explico. Mirum fuit Regis illius in erigenda pyramide conſilium: graue pondus, vires ſuperabat; imminebat machinæ caſus: itaq. hoc modo Rex prouidit, cum inſtare videret in erectione fractionem: filium, quem vnicum Regni heredem habebat, in ſaxi erigendi cuſpide alligauit; hęc deinde inter cohortamenta ſubdidit: videte viri tanti eſt lapidem hunc confringi, quanti Regem veſtrum præcipitio deleri; mortiſq; vos authores: Inde ergo datis animis, Regij pueri diſcrimen vires attulit, & terror, ac reuerentia naturæ defectus in collocando ſaxo reparauit.

quomodo Deus reparat defectus ætatis Ieremiæ.

Auct. Th.

Non abſimile eſt, quod Ieremiæ eueniſſe competimus: Cum enim ipſe ſupra Reges, & Sacerdotes, & populum omnem munere Prophetiæ, & Prædicationis eſſet erigendus: *ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna &c.* opus erat vt in altum poteſtatis ſuæ munera euecta demonſtraret. Nota interim quod virga imperij, ac dignitatis ſimbolum eſt, dicente Dauid: *virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion &c.* & ſequitur *dominare &c.* & Genebr. vt ſupra; quamobrem his oſtenſis, Ieremias, timens ne vires minimè ſuppeterent in eleuanda hac imperij machina, ac dirigenda (virga enim dicitur eleuari, cum dirigitur Regnum: *virga*, ait Pſalmiſta, *directionis, virga regni tui:*) auxilia Dominica experitur; Dominus enim in ſummitate huius virgæ imperialis, vel oculum poſuit, vel verbum ſuum; vt ex hoc 117

Pſ. 109. & Genebr.

Oculus in virga protectio Ieremiæ.

Pſ. 46. 8.

Digitized by Google

hoc notum eſſet omnibus: en in capite pyramidis verbũ meum pono, quis audeat ad ſubleuandam Ieremiæ dignitatem vires omnes, & fauores non exerere? quicumque huic virgæ Regiæ directionis damnum infert, verbo id præſtat meo: vade Ieremia, ac regna hoc tutus auxilio. Atq. ob id dictum compe-
Luc.10.16 rimus: *qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui vos audit me audit*: ſed quod ad propoſitam oculi innixi rem pertineat, illud addde: *qui tangit vos, tangit pupillam*
Zach.2.8. *oculi mei*: oculus enim Domini, vt ſemper eſt ſupra rectos, ſuper Prophetam eſt; læditis oculum, ſi virgam læditis; nemo in diſcrimen cõijciat Ieremiam, qui me non vult lædere: Hoc autem admodum venuſtè in Iob reperio, dum enim firmat, inquit, Deus Reges iuſtos, ac ſanctos, erigitq. virgam regni ipſorum, oculos ſuos inde non aufert: *non auferet à iuſto oculos ſuos, & Reges in ſolio collocat*
Iob 36.7. *in perpetuum, & illic eriguntur*: idem quod expoſuimus de virga directionis; dum iuſtum dirigit, ab eo non aufert oculum.

118 Enimuero quando nos res ipſa inuitat, commodè hoc de ſancta Cruce expoſuerimus: nemo cruci exaltatæ contradicat; quamobrem? quia oculum ſuum ibi Dominus poſuit, dilectum, vnigenitum Christum; dum per orbis ſpatia cæleſti gloria coruſcans trophæum crucis erigitur, tartaro tremente, ac militia cælorum venerante, nemo aduerſetur, reſiſtat nemo ibi oculum meum fixi: *quid tu vides?* Dum infirmam ætate, ac non ſolidam loquelam obtendis Ieremia, & ideo contra turmas hoſtium detrectas profectionem, ne dicas te imbellem, ac debilem, ac imparem hoſtili potentiæ: vidiſti virgam? crucem in virga Moyſis figuratam? ſcias hanc tibi futuram auxilio, dum bellabis, & vires exeres contra hoſtes; in hoc ſigno vinces, & quid putas in hac cruce pendet? Deus, & homo: *vigilabo ego ſuper verbo meo*: quod dicit vigilabo, hominem indicat: quod ait: *verbo meo*: Deum ipſum: eſt hic in hac cruce Deus, ne dubi-

[Margin: Crux oſtẽſa Ieremiæ]
[Margin: Orige. in Exod. Rom 4. & in Num. hom. 5.]

tes; qui deſtruxit mortem, qui eſt fortitudo &c.

Nempe hoc verbum erat, & hic oculus: quem perhibetur adoraſſe Iacob, dicente Paulo: *fide Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius*, aliqui litteraliter, veneratus eſt ſummitatem ſceptri, quia voti compos de ſepultura ſua in terra Chanaan, quod petierat à filio; dum annuit poſtulatis filius Ioſeph, prægaudio, & gratiarum actione veneratus eſt ſceptrum, ideſt in ſceptro Deum qui poteſtatem dederat Ioſeph: ſed tropologicè ad rem noſtram; credebat, Chriſtum naſciturum ex virga Ieſſæa, & Iſraelitica in Chanaan, & ideo adiurauit, vt ibi ſepeliretur; *& adorauit faſtigium virgæ*: nos autem faſtigium virgæ, Ieſum Nazarenum, intelligimus, & oculum, ſeu verbum ſuper quo in cruce promiſerat ſe vigilaturum Deum. Quod ſi iuxtà aliam verſionem: *virgam floridam*, intelligas (vti ſupra) nec hoc à myſterio crucis eſt alienum, flos enim hic ille eſt, de quo dicitur *ego flos campi*; qui licet aratro paſſionis ſucciſus elanguit in cruce, ac veluti.

[Margin: 119 Crux roborata. Hæbr. 11. 21.]
[Margin: Gedulius hic, & Procopius in Gen. 47.]

——— *cum flos ſucciſus aratro*
Langueſcit moriens,

[Margin: Chriſtus flos in cruce.]

Attamen ſtatim Propheta dixit: *refloruit caro mea*: & quod, flos hic ſupra virgam apparuerit, patet ex inſcriptione: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, qui *floridus* interpretatur: hic eſt flos ille qui de virga Ieſſe exortus eſt: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*: ideſt, Dominus, de quo infra: *percutiet terram virga oris ſui*.

[Margin: Pſ.27.7.]
[Margin: Iſa.11.1.]

Denique, & quis Deo reſiſtet in cruce? qui mortem, & diabolum ibi proſtrauit cõfringens potentias arcuum ibi: vide quid de hoc loquatur Habacuch: *cornua in manibus eius ibi abſcondita eſt fortitudo eius*: cornua ſunt bracchia Crucis vt habet Tertullianus, in quibus manus Chriſti crucifixæ ſunt; ibi abſcondita eſt fortitudo, & robur eius; dum .n. emittit Dominus virgam ex Syon, do-

[Margin: 120]
[Margin: Hab.3.4. Tertul. ad uerſ. Iudæos. Bed. 1. Gen. neſ. 21.]

Digitized by Google

minatur in medio inimicorum ſuorum : ſed quomodo virtus,& vis crucis oſtenſa eſt ? ſequitur : *ante faciem eius ibit mors*, triumphauit de morte, atque etiã *diabolus ſtetit ante pedes eius*. Ideo vide Ieremia,in hac cruce quam præuides,eſt vita,& ſalus,& fortitudo &c. quis autẽ eſt aduerſarius ? At diabolus Leo eſt:

1.Pet.5.

tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret : Leo autem facula domatur accenſa; igne ergo domitus eſt ; igne charitatis ardentis,in ligno crucis; dicente Auguſtino : *domuit orbem non ferro, ſed ligno* ; in quo exhibuit ſuam charitatem ? *commendat autem charitatem ſuã Deus in nobis , quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt* : charitas autem eſt, ignis, quem præceperat Deus ardere in altari:ſed ad ſuperiora reuertamur.

Pier.lib.1. fol.9.

In pſ. 54. verſ.1.

Orig.pſal. 38.hom.1.

121 Si libet hac viſione, conſtituto in Prælatum Ieremiæ duos defectus obijcienti,interpetrari reſpondiſſe Dominũ, optimè Prælati cõditionem habebimus: defectus erant ineloquentia , ſeu inſcitia,& defectus ætatis : *neſcio loqui, quia puer ego ſum* : Dominus ergo reparat vtrumque, & quidem imperitiam proferendi ſermonis, tribuens oculum ; vires vero inualidas , tribuens ſceptrum , ſeu virgam : & quidem oculum intellectum ſignificare,ac eius dona palam eſt, vt ſupra nos fuſius ; ſed quid ſit oculus hic explicat Deus: *vigilabo ego ſuper verbo meo*:verbum eſt,non amplius eris ineruditus,quia tibi ego verbum dò: ſed quare verbum in ſummitate virgæ? mox patebit: in ſcriptura,Prælati,ac Prædicatores canes appellantur,vt pluries Gregorius adnotat , quia ſemper contra fures adlatrant; & Pierius ; quia præter aliorũ animalium morem ſimulacris Deorum cuſtodiendis,canes apponuntur; vide quæ hic idem auctor, & quomodo in Hieroglificum cuſtodiæ canes, priſci adhibuerint . Itaque optimè prouiſum eſt ab Iſiacis qui ſacerdotes ſuos hoc exprimere volebant , nempè quod verbis adlatrarent contra infidos,& blandirentur ſuis;ea enim eſt generoſi canis natura, linea quod ſtola amicti ; capite raſo, calceis papyraceis ; ſiſtrum tenentes, aut ramum abſinthij marini, vel nuces pineas, & anubim ſupra caput deferrent , inde Apul. *hic horrendum , ille ſuperum commeator,& inferum; nũc atra, nunc aurea facie ſublimis; attollens canis ceruices anubis*: ergo canes ſunt in capite qui & cuſtodiam , & verbum reprehenſionis denotant , vt inde appareat nil carius , nihil frequentius debere eſſe concionatori verbo Dei ; quin etiam nihil penè ab auditoribus agnoſci debere in eo præter verbum. Secundò,quoad verbum correctionis : os , mentis frater eſt;mens verò verborum fons, ita per os excogitata omnia,veluti fluenta de fonte profluunt ; ſed enim quia parum eſſet aliorum vitia damnare,ac dilacerare, niſi ad rectam viuendi rationem etiam dirigatur monitor , canem ſibi ſacerdotes ponebant proximius rationi : nemo enim debere alium carpere oſtendebãt, niſi conſonũ illud rationi,atque æquum ſit: ſeu quicumque alios regit canem in capite gerat,nulla vitia admittat, ne e patiatur culpas irrepere rationi. Igitur, & illud nunc Iob intelligo,qui de ſe ipſo dum principaretur,aiebat: *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxtà menſes priſtinos ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me, quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris*;quid aliud hic lucernã ſplendentem , niſi hõc oculum intelligamus; ait enim Saluator : lucerna corporis tui eſt oculus. igitur oculum gerebat in capite . vel lucerna eſt verbum : lucerna erat Ioannes: *ille erat lucerna ardens,& lucens*:& tamen *vox clamantis in deſerto* : portare ergo lucernam in capite eſt, verbum prædicationis ſemper paratum habere,& alibi etiam dicit Dauid lucernam hanc , eſſe ſemitis lumen , vnde rectè Iob ſubdit : *& ad lumen eius ambulabam in tenebris* : non offendit qui ſecus rationẽ verbum habet prædicationis ; vel etiam lucernam verbi dicas eſſe dominiũm, tutelam, ac cuſtodiam;inde enim immediatè ſupra dicit: *iuxtà menſes*

Pier.de cane.

Alex. gen. dier.lib.1. cap.8.

Apul.dict. lib.11.

Quare canes geſtabant in capite ſacerdotes Iſiaci.

Iob 29. 2.

Luc.11.34 Increpatio ſit conſona rationi.

Ioa.5. 35.

ſes

ſes priſtinos ſecundum dies, quibus cuſtodiebat me.

122 Verum & ipſos prædicatores vigiles conſtituit Bernardus, de ijs .n. verba illa interpretatur: *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem:* idem eſſe vigiles exiſtimans, ac prædicatores: & Paulus, *tu vero vigila*. Pagninus: *virgam*, ait, *amigdalinam ego video*: virgę huiuſmodi hoc natura inditum eſt; vt in ceruicali cubantis poſita, ſomnum excutiat, ac vigilantem reddat: duplicem hic vigilantiam reperis oculi, & virgæ; vt omninò in hoc inſudare debere Superiorem oſtendat, atque vigilia legitur oculi excubias exercentis, & virgæ alios excitantis à ſomno: hoc præſtet quicumque præeſt, & ſe, & ſuos ſollicitos, ac vigilantes ſeruet; quod Dominum feciſſe legimus in horto Oliuarum, qui alijs vigilantiam ſuadebat, ipſe vigilans. Sed diligenter videamus, quid ſit, quod oculum habent vigiles prædicatores in virga? ille quidem ſignanter appoſitus, vt inde aduertatur virga correctionis, & increpationis agendum eſſe cum peccatore, qui ad eadem ſępe reuertitur; oculum habe benignitatis, & virgam correctionis; *argue* en virgam, ſed: *obſecra*; en oculum. manifeſto in canticis videamus quomodo ſe geſſerint vigiles quos diximus prædicatores ſupra. ſponſa iners, ac ſomno dedita ſponſum à ſe abijſſe, in otioſo lectulo diſtenta, non aduertit; vt illud cognoſcit, ſurgit, circuit ciuitatē, & incidit in vigiles, à quibus, ecquid oportuerat fieri, vt inueniret audiuit, vnde: *paululum cum pertranſiſſem eos inueni quem diligit anima mea:* patienter hic docent, & admonent ſponſam. primò lapſam vigiles: at ſecundò, cum in eandem culpam inertię recidiſſet, & iam rogantem intromitti (magis de pedum munditia ſollicita, quam de ſponſi incolumitate, & præſentia) reieciſſet, videamus quid audierit à vigilibus; non audit monita, ſed ſentit verbera: *inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me; & vulnerauerunt; tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum:* illic vſi ſunt oculo, hic virga: & in hoc ſenſu dicebat illis Apoſtolus: *quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* prius manſuetudo, & charitas, prius verba minime aſpera, leuia, & quæ animum ſpectant; deinde vtere aſperrimis. Duas Chriſti viſiones habemus in Apocalipſi; in prima apparet præcinctus ad mamillas Zona aurea &c. *& vox illius tanquam vox aquarum multarum: & de ore eius gladius vtraq. parte acutus exibat:* apparet hic gladius, ſed in voce aquarum multarum; ideſt minatur prædicando, admonet, corrigit, non deſcendit ad grauia; at idem Chriſtus apparet alibi; & eadem ferè forma viſionis, præter quam quod nulla aquarum multarum fit mentio; ſed tantum gladij vtraque parte acuti, in ore; & ad quid? *vt percutiat gentes, & ipſe reget eas in virga ferrea*, & quid amplius? apparet Angelus, & vocat oues, ad diſcerpenda obſtinatorum corpora, & deuorandas carnes: prima viſio æquitatis eſt: ſecunda vindictæ: *& vidi vnum Angelum ſtantem in Sole, & clamauit voce magna dicens auibus, quæ veniebāt per medium cæli: venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei, & manducetis carnes Regum, & carnes Tribunorum, & carnes fortium &c.*

[Margin: Bern. in Cant. 3. 3. — Pagninus. — 2. Tim. 4. 2 — primo, admonẽdus, deinde increpādus peccator. — Cant. 3. 3. — 1. Cor. 4. 21. — Apoc. 1. 14. — Apoc. 19. 11.]

123 At vide hoc quomodo ſeruatum eſt in cap. 1. Ieremiæ cum idololatris; virgam primo videt propheta, leuem admonitionem, contra deſciſcentes à Deo; virgam dumtaxat in verbo: *quia vigilabo ſuper verbo meo, vt faciam illud*; ideſt verbo admonuit, ſed virga pupugit: & hoc eſt quod in prima viſione Apocal. monſtratum eſt, enſis ſcilicet, & vox aquarum multarum; at minime profecit virga, & verbum, vox aquarum, & gladius; quid ſequatur (conuocet aues, vt diſcerpant idolalatras; aues, Aſſirios intellige, & Chaldęos, de quibus dicitur (vt exponit Hieronym. & nos ſupra) quod *veniet, vt cantus volucris* quomodo conuocauit? ſequitur ipſe; *quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regno-*

[Margin: Apoc. 1. 13. — Hieron in eccl. c. 11.]

regnorũ m aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in int roitu portarum Ieruſalem; ſed ad quid venient? vt diſcerpant Iſraelitas, & comedant carnes coctas in olla: *quid tu vides Ieremia? & dixi: ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie aquilonis. Et dixit* Dominus *ad me. Ab aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ:* Agnoſce etiam in hoc ordinem correctionis: Primò, virgam habet in manu ſua, iuxtà id quod ſupra expoſuimus; deinde teſtem adhibet Ieremiam, deinde conuocat gentes; Vltimo ollam parat: *virga in manu Domini: bene vidiſti, conuocabo &c. & loquar iudicia mea cum eis:* & tandem: *ollam ſuccenſam ego video:* ordo vero ſimiliter præſcribitur à Mattheo. *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolũ; ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum: Quod ſi non audierit eos dic Eccleſiæ: ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus:* alio quoque modo virga ipſa correctionem indicat; virga nucea hic apparet, nux autem (vt infra) in primo cortice amara eſt, in ſecundo dura, intus vero, vel dulcis, vel arida. Primo igitur *corripe inter te, & ipſum ſolum,* facile enim eſt ipſũ ad mentem venire. Secundo *adhibe vnum, vel duos*, hoc aliquanto difficilius, nodoſus enim, durus, ac aſperus cortex; quod ſi & hoc ſuperato inuenies nucleũ corruptum, atque aridum, ideſt correptum nulla ſigna emendationis dediſſe, proijce corruptum: *dic Eccleſiæ; ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus*; ſi vero profecerit, & nucleum reperies dulcem: *lucratus eris fratrem tuum*: ecce ordinẽ correctionis, quem in figura conſpexerat, quomodo exequutioni mandauerit Ieremias, cum ad populum arguendum mitteretur: primum *loquere inter te, & ipſum ſolum*: hic *vade, & clama in auribus Ieruſalem dicens*: dic omnibus ſecretò, increpatio ſit iuxta aures, ne loquere nimis aſperè, & durè, ſed exprobra eis diuina beneficia, & tandem offer auxilia diuina ſi auertentur ab idolis; *recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſequuta es me in deſerto; in terra, quæ non ſeminatur; ſanctus Iſrael Domino, primitiæ frugum eius; omnes qui deuorant eum delinquent: mala venient ſuper eos dicit Dominus*: deinde cum videris gentem obſtinatione obductam, nihil proficere, adhibe teſtes; *tranſite ad inſulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & cõſiderate vehementer, & videte ſi factum eſt huiuſmodi; ſi mutauit gens Deos ſuos, & certè ipſi non ſunt* Dij: quid ſupereſt niſi vt dicatur eccleſiæ: *obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer*: tandem ſit tibi tanquam ethnicus, ibi: *nunquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus, quare ergo factus eſt in prædam.*

Ordo correctionis. — D. Thom. — Matth. 18. 15. — Iere. 2. 2. — Correctio facta à Ierem. — ỳ. 14.

Nec ab re vnus tantum oculus cerni tur in virga, non duo; cum. n. virga hæc, 124
prælatum ſignet, vnum tantum oculum docet habere in ſubditos prælatum; alterum tantum ad ſeipſum inueſtigandũ, & circumſpiciendum ſecreto tegere: *Tu vero vigila:* ecce cuſtodiam alterius oculi cuſtodientis alium: *in omnibus labora*: primus, ad ſubditos; ſecundus, ad ſeipſum; deinde *opus fac Euangeliſtæ*: & hoc ad alios pertinet; tandem: *myniſterium tuum imple; ſobrius eſto*: vides duorum oculorum viciſſitudinem, vt quidquid curæ in ſubditos; id ſibi ipſi impendat, qui præeſt: qui enim ſibi ipſi nequã eſt cui bonus erit? Iterum hoc quoque in his oculis obſerua de correctione fraterna, vnde Paulus: *ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto; vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in fide*, ſed ſubdit *conſiderans te ipſum*; quaſi bonum omne, ꝙ cęteris erogatur, ex prõptuario propriæ conſiderationis debeat proferri; in vniuerſum autem huius vigilantiæ ratio redditur ab eodem Apoſtolo: *obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis; ipſi enim peruigilant, quaſi rationem*

Cur vnicũ oculũ habet virga. — 2. Tim. 4. 5. — Gal. 6. 1. — Hebr. 13. 17.

Digitized by Google

tionem pro animabus veſtris reddituri; vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

125 In hoc vero obſerua ꝙ Superiorum, quotieſcumq. debita in ſubditos, & opportuna cuſtodia eſt, maximum illorum odium excitat; iuſtitia namq., & in regimine rectitudo, vt grata bonis eſt, & cũ plauſu excipitur, ita malis, murmurationis, & odij eſt origo: ſtatim enim ſubditos audias ſuſurrãtes (eos inquam quos nulla virtutis deſideria tenent) qui nullo perfectionis ſtudio tenentur, nec honeſtæ, ſanctæq. vitæ deſiderio exardeſcunt; ſed Aquilonis, Dęmonis ſcilicet frigidiſſimis flatibus hebetantur; ſtatim .n. ac virgam vigilantem vidit Propheta, .i. Rectorem, qui rectè præeſt, ac inuigilat ſubiectis: ſequitur *ollam ſuccenſam*

Vigilantia Paſtorum murmurationis origo in malis.

Ibid. *ego video: ebulliẽtem*, alij; quæ quomodo murmuratores ſignificet, ſuo loco dicemus: Plerumq. ſuperior ea gerit, quæ ad ſubditorum vtilitatem, quammaximè pertinent, conſulit ſaluti, famæ, ſtudijs: & tamen etiam hoc improbis ſubditis videtur durum, atque intolerabile: & ſæpe vox illa talium [coſtui mi fa diſperare] hinc diſcedendum, atque aliò cõmigrandum eſt, vbi Prælatum reperiam prudentiorem. vide quæ dicat Propheta Iſraeli: *prohibe pedem tuum à nuditate,* Ier. 2. 25. *& guttur tuum à ſiti:* vt quid curſitas nudis pedibus per nemora, tribulis, ac ſpinis conſita? calceata incede; deinde non vides, cum ciſternas foderis, quæ continere nõ valent aquas, te ſiti obnoxiam, aridamq. currere? ne hoc modo curras; bibe, & arens guttur recrea: quid hoc placidius, ac iucundius? nihil profecto in iſtis verbis imperioſum, ac durum. At vide, quæ ſubnectat ſubditus populus: *Et dixiſti, deſperaui, nequaquam faciam, adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo:* ſenſus litteræ, infra ſuo loco; Interim vide, quæ reſpondeat: *deſperaui:* hic Rector adegit me ad diſperationem, ita præceptis me onerat, & extraneis inſtitutionibus remotis ab hominum vſu: ſcio quid expediat: *poſt alienos ambulabo:* [vuò mutare ſtanza]

omnia dura videntur ſubditis improbis.

Igitur ex nucleo dulci nucis, ex æquitate Prælati ſuboritur accenſio, & feruor ollę: *ollam ſuccenſam ego video:* Ecce formam improbi ſubditi, ac murmurantis in Geneſi: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi? &c. nequaquam moriemini, ſcit .n. Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum;* & huiuſmodi querimonias ſæpiſſime reperies in ſcriptura. Gen 3. 1.

Recti Principis egregiam formam, & ſubditorum ſpeciem murmurantium adnota in Iſai. Deſcribit Propheta Regem ſanctum, ſanctum quoq. regnum, ac ordinem iuſtiſſimè regnandi: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet &c. & iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ; & erit iuſtitia cingulũ lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius &c.* patet de quo hæc dicantur: Chriſtum Regem venturum prophetat, ac ita ſanctè, & integrè regnaturum; vt veſtes ſit habiturus iuſtitiam præſeferentes, fidemq. æquitatem, & iuſtitiam, quibus maius aliquid in optimo Rege excogitari non poteſt, ſit amplexurus; verum ita ieiunè, ſubiecti deſcribuntur à contradictione immunes? imò alij legunt *egredietur virga de radice incendij:* ho, incendium murmurationem dixerimus & verè de Chriſto murmuraſſe Hębreos ait Euangeliſta: *litigabant Iudæi adinuicem dicentes:* & *murmur multum erat inter illos. Nunquid filius fabri eſt iſte?* & Euangeliſtarum codices plenos murmurationis contra Chriſtum inuenies. Oritur ergo virga ex incendio, quia quaſi in medio ignis ſuſurri ponitur rectus Iudex, & Prælatus. Vnde comprobatur, quod ſimul virga recta vigilans, cernitur, & ſimul olla ſuccenſa ebulliens, ac toto calore detractionis feruens. 126 Iſa. 11. 3. Iuſtitia Chriſti oppugnatur ab improbis. Ioa. 6. 12. Ioa 7. 12.

Hoc verò quod de Chriſto diximus, pſalmus etiam Dauid optimè probat: *virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Hanc virgam Hieron. Chriſtum Do- 127 Pſ. 109. 3. Hieron.

Digitized by Google

Dominum intelligit. virgam quidam aiunt: *virtuoſam*: virtutem præferens, iuſtam, rectam, vigilantem: inſigne Regiæ poteſtatis habetur in hæbreo, ſceptrum: *emittet virgam*: ideſt Chriſtum; *ex Sion*: quia de Sion exibit lex, poteſtas eius, Chriſtus vt Dominus: multa ſuper hoc pſalmo Hieronymus, probans de Chriſto ſcribi: illud etiam in Euangelio reperitur: *ſi Chriſtus eſt filius* David, *quomodo eum in ſpiritu vocat Dominum: Dixit Dominus Domino meo*? Igitur habemus virgam virtuoſam, dominium iuſtum; quid mirum ſi ſequatur: *dominare in medio inimicorum tuorum*? ſi tu habes virgam virtuoſam dominaberis in medio inimicorum tuorum; ſtatim enim inſurgent peruerſi ſubiecti, bellum mouebunt, & vt aduerſantur operibus, cōtradicent tibi; hinc ſuſurrones, & qui in nugis euendendis tempus omne terunt. Verum peſtem hanc linguarum contra Deum vindicem, non contra ſuperiores (ipſi enim Dei Vicariam operam nauant) dirigunt; dicente Gregorio: *qui contra ſuprapoſitum ſibi poteſtatē, murmurant; liquet quod illum redarguit, qui eandem homini poteſtatem dedit*; & ipſe proteſtatur in hoc noſtro verſiculo: aduerte Ieremias, quia *vigilabo ego ſuper verbo meo*, defendam ego virgam hanc; oculus enim qui ſuperpoſitus eſt, meus eſt, quod ſi murmuratores lædere conentur virgam, meum erit illam ſubiectā meo oculo tueri. Proinde in genus hominum huiuſmodi ſatius erit, charitatis officia exercere, & quo plus illos agnoſcit Superior linguarum aculeos exerere, eò in charitate dilatetur. Hoc genus hominum, quos ollam ſuccenſam eſſe diximus; lutea vaſa, facientia inuicem anguſtias, dicit Auguſtinus; ſed addit, cum hoc cognitum erit: *ſi anguſtiantur vaſa carnis dilatentur ſpacia charitatis*: dicuntur vaſa lutea, quia infirmi vitijs obnoxij, excitantur; non recti, ac ſancti; vnde & ait: *infirmiorem contra nos proximum excitat*: & rectè hoc quoque agnoſcitur ſi conſideres quod in virga eſt oculus, eſt protectio, & fauor diuinus; at quid in olla? nihil, præter bullas, & S.Thom. *nihil in olla*: qui enim detrahit nulla virtute repletur, vacuus omnino eſt; & quandoq; iraſcitur, & ſi petieris quam ob rem? neſcit cauſſam; origo igitur imperfectio ipſius, & probitas, ac vigilantia Prælatorum eſt; ſtridet, & omnia querelis replet, nemine excitāte, ac prouocante; virtutis omnino expers, ac vacuus, virtutum ſępe inſectator eſt. Hi quidē charitate vincūtur, propterea de ſponſo dicitur: *ſicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*: vitta, vt ait Gregorius, muliebre inſtrumentum eſt, quo ſparſos crines, ne immoderatè diffluant, reprimunt: & vitta hac dicit fluxas hominum cogitationes, & murmurationes reſtingui; per coccum verò, charitatis, inquit, flammam intelligi. Itaque quandocumque murmurantium ſententias hac illac viderit diſtractas, vittam in labijs gerat coccineam, vnde & ſequitur *eloquium tuum dulce*: dulcedine eloquij, charitate reprehenſionis, ſibila detrahentium, & maledicta, reſtinguat: vt Dauid cum Semei. Obiter autem; quid quiſque in ſermonibus præſtare debeat, in his verbis exprimitur. Vittæ locus caput eſt, vbi crines ſolutos, ac profluentes componat: quomodo quæſo in ore opus eſt vitta? aut vbi crines in labijs quos complectatur? eloquia ſignat hoc prudentum, non ſine conſideratione profundi debere. Quod cogitationes intelligantur per crines, nemo ignorat, & docet Rup. Greg. & Iſich. Cogitationem ergo, & meditationem in ore habeat, qui vult non offendere; idcirco Dauid: *lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam*: meditor lingua .i. antequam loquar, quid opportunum ſit meditor, ne vnquam dilabar in verba inania, & inutilia; iuxta illud *ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis*: verum redeamus ad baculum nuceum, ſeu virgam amygdalinam.

128 Quid commune cum virga Prælato, ac Prophetæ eſt, vt in virga hac vigilante Principem, ſeu Prælatum dicamus intelligi?

[Marginalia: Superior virtuoſus videtur eſſe inter inimicos cū regit noxios. — Matth. 22. 42. — Greg. — huiuſmodi homines charitate vincūtur. — Auguſt. — D.Thom. — Cant. 3. — Quid ſit vittam habere in labijs. — Rup. cant. 7. — Greg. 2. mor. 38. — Iſi 5. leu. 13. — Pſ. 34. 28. — Eccl. 32. 24.]

Digitized by Google

telligi? ſatius erat aliquid oſtendere, quo Regnum, ſeu Principes demonſtrātur; vtpotè ſceptrum, diadema, ſol &c. baculus vero hic quomodo modum, & figuram indicat præſidentis, cum potius ad odium, quam ad quietem excitet? duo hic nota, atque ex ijs optimè noueris, cur baculus nuceus Prophetæ ſit oſtenſus. Primò, quod qualis eſt ſubiectorum conditio, talis, & prælati modus regiminis eſſe debet; & qualis noxa punienda, talis & pœna. & ſecundò, quod ſubditi non debeant reſpicere conditionem, ſed Prælati dignitatem, & Deum in ipſo. Quoad primum aduertas hoc in conſequentibus: *& loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum.* malitioſè egerant Iſraelitæ, & nimis leuiter; quod ruſticorum ſolet eſſe inconſtantium, ergo baculo Babylonico opus erat eorum inurbanitatem ſuperare; *quid tu vides? virgam vigilantem:* alij *baculum nuceum:* nuceus ſit, quo magis duros ictus in verticem agreſtem intentet. Iſtud quoq; legas in Cantico Moyſis, vbi de huiuſmodi genere hominum ſermo eſt; *gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima præuiderent!* ingenio obtuſa eſt gens hæc, mores habet ruſticanos, imprudens, & inſipiens: quid ſequatur: *mea eſt vltio, & ego retribuā in tempore, vt labatur pes eorum:* quare labatur? aduerte quæ ſupra dixerat: *fel Draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile:* ebrios veneno aſpidis inſectatur. Aſpis quos percuſſerit in mortiferum ſomnum reddit; vnde ſomniculoſa dicitur:

S. Amb. — *curat Moyſis.* — *eodem genere puniendi vtitur Deus, quo peccatur.*

Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit:

Lucanus lib. 9.

& Cinna apud Gellium:

Somniculoſam, vt pœnus aſpidem.

mentis officia omnia, omniaq; rationis munera fatigat, & aufert, vt celeri rotatu eos videas, quaſi ebrios, circumuolui. Itaq. eos, qui in conſilio, in ratione, & prudentia deliquerāt, æquum eſt ex defectu mentis pœnam pati, pariq. mulcta affligi: *gens abſque conſilio eſt; & ſine prudentia:* vinum bibat infectum veneno aſpidis inſanabili, *vt labatur pes eorum;* quod proprium ebriorum eſt, cum vino madidi, interdicta ratione, præcipiti paſſu errant, ecce quomodo imprudentium iſtorum caſum deſcripſit Eccleſiaſticus: *ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minorans virtutem, & faciens vulnera.*

Velut ebrios imprudentes punit. — *Eccl. 31. 37.*

Secundum quod obſeruauimus eſt; 129
quod cum Deus rectores eligit, defectus eorumdem ſupplet; ſint ne vero docti, an ignari; nobiles, ſeu obſcura progenie nati; hoc non vult longa ſubiectorum diſcuſſione menſurari, etiam ſi perditæ vitæ hominem, ignotæ proſapiæ, nullius eruditionis eligat; obtemperandum eſt ei, in quo Chriſtus imperat, & vt vulgo dicimus [ſia pure vna mazza] ei deferendum eſt. Ieremias plures excuſationes obtendit, detrectans prælaturæ munus; cum audiuit: *ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna:* obijcit igitur defectus ætatis, inæloquentiæ, imbecillitatemq; virium; quos omnes vnica hac virgæ oſtenſione ſuperat Dominus: *quid tu vides* poſtquam hæc obieciſti, & detrectas imperandi munus Ieremia? *virgam vigilantem* reſpondit *baculum nuceum* [vn baſton di noce] *bene vidiſti*; eſto ſit infirmus, piger, imbellis, rudis, & impotens; attamen neſcis quia Deus eius vices gerit [ſij puſe vna mazza] in me intendent ſubiecti; dignitas, & authoritas in prælato, & nil præter hanc, aliud reſpiciendum eſt; cetera ſupplebit Deus: *bene vidiſti quia vigilabo ego ſuper verbo meo*; licet ſis rudis, & inſtar baculi; attamen meum erit ſuper te vigilare, teque ad recta perficienda inſtituere. Obſeruandum hic quoque eſt; quod ſi talis faſtigij locum indignè teneat Superior rudis, & rei prudenter gerendæ ignarus; attamen oculum in ipſo diuinum reperies, vt in virga iſta eſt; vt in regimine non ſemper eū errare, quem ſingulari oculi ſui prouidentia reſpicit Deus, fateamur. eſt ergo virga ſuperior, ſed cui præeſt oculus, de quo dici, & illud poteſt: *oculus*

Superiori etiā indocto, ac imprudenti obtemperandum. — *oculi Dei ſuper Superiorem.*

Digitized by Google

Eccl. 11. 13. *Domini reſpicit illum.*

130 Non infrequens autem eſt in ſcripturis, Superiorum dignitatem in lignis ſignari, vt cum ligna campi Regem ſibi creari conſtituerunt, inuitatis ad regni ſublimia teneda, vite, ficulnea, & ramno: quamobrem cum ſatis conſtet in hoc apologo formam nobis deſcribi prælatorum; breuiter vnam, atque alteram rem ſolum adnotabo; reliquis omnibus prætermiſſis, quæ ab authoribus paſſim traduntur.

Iud. 9. 9.

131 Et primò, malè is inuitatur ad regimen, qui ſibi tantum ſtudet, minime verò de cæteris curam habet: ficus enim reſpondet: *nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam?* ne pacem, ac quietem cum ſubditis perdam, dulcedinemq. deſeram, inulta crimina præteribo: itaque *non poſſum deſerere dulcedinem meam:* nunquam cæteros moderetur, qui in ipſis operibus ſibi complacet, & blanditur, & aſſentatiunculas excipit, & captat. Debet itaque omnibus eſſe omnia, & omnium naturas, ac conditiones induere, ac in vitæ perfectione omnibus anteire; ficus enim tunc rectè imperat cum deſerit dulcedinem, tunc Superior rectè præeſt cum omnia ſibi commoda abſcindit, & cum ſubditorum etiam murmurationes, & detractiones ſentit. cæterum quod Superior in perfectione ſubditis ſuis, quaſi anteſignanus debeat eſſe, in ficulnea quoque canticorum probatum eſt: *vineæ florentes dederunt odorem ſuum:* per vineas ſubditos intellige, de quibus dictum eſt: *poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineam meam non cuſtodiui:* (quod de Superioribus, & ſubditis omnes interpretantur) quando ergo florent vineæ laude virtutum, floreſcunt ſubditi; cum iam prælati floruerunt, & fructus dederunt, vnde paullo ſupra: *ficus*, inquit, *protulit groſſos ſuos:* arborem fici Superiorem eſſe intelleximus; itaq. bonæ opinionis, & probitatis cum incipiunt ſigna oſtendere ſubditi, ac florere; iam ficus, ideſt ſuperior, fructus parturijt, antecedit ille, ac eminẽtior eſt ſanctitate, cæteri ſubſequuntur.

Qui eſt amans ſui non bene imperat.

Cant. 2. 13

Prælatus debet antecedere ſubditos ſanctitate.

Secundò, ad vites pergunt arbores; 132 ad eos ſcilicet, qui contemplatiua vita contenti ſunt, a quibus reſponſum eſt: *nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & hominem?* actuoſa quoque vita opus eſt in regimine, nemo faſtidiat labores actionis, qui ad culmen prælationis euehitur: nemo gratior, ac ſolutior, & qui ſemper quieti contemplationis indulget, & paci, quam contemplatiuus, ſed illũ non expoſcunt hæc munera: vitis ergo affectans gratiam Dei hominumque, prælationem reſpuit: Atqui dicenti Ieremiæ *a a a Domine Deus: ecce neſcio loqui:* vel vt Chal. *ſuſcipe deprecationem meam &c.* en tibi vaco orationes ore prompto effundens, vt quid me ad populos mittis, dulcedinemq. orationis pateris omittere? reſponſum erat: *ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, diſperdas, & diſſipes, ædifices, & plantes:* ne putes te ad tranquillæ contemplationis ſacra otia vocatum, qui vocaris ad regimen; quin imò conſtitui te, vt euellas; hoc opportunum ad regimen eſt, vt vtraque coniungas; neque metuas te tribulationem annunciantem, odia magna eſſe ſubiturum (quod ex Chaldęo colligitur) non enim ad hoc reſpicere debet, qui præeſſe rectè voluerit; diſpliceat etiam hominibus, vt omnia recta diſponantur: ergo bene excuſationem protulit vitis, dicens: *nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & hominem?*

Contẽplationi vacãs debet actiua in regimine copulare.

Tertium genus eſt nimis imprudentium, ac ineptorum, in rhamno expreſſum, ad quem vltimo perrexerant ligna ſaltus: hi ſe ipſis, & adminiſtratione digna patrare putant, cum vel minima errata, ſeueriſſimè puniunt; & cum dirè in ſubditos animaduertunt, hoc laudi quã maximè ducunt: præter quam quod, cũ hoc ex inſcitia ſuboriatur, longè alijs in quibuſcumque ſcientijs præſtare putẽt. Adde tertio, quod ſemper mentem ad deteriora contemplanda conuertunt, ita quodlibet in malam partem ſuſpicãtur. Rhamnus itaque, vrtica, carduus, 133

Inſulſi Prælati credũt ſe eſſe ſapientes.

Malè ſuſpicantur de ſubditis.

pa-

Digitized by Google

paliurus,& herbæ reliquæ aculeis armatæ, in ſacris litteris ſignificant homines immites,doloſos,inſolentes,& omnino improbos, quos nemo ex probis, & manſuetis attrectare poteſt, contingere,vel caſtigare ſine doloris compunctione,vt Eucherius, & Pier. Itaq. in rhamno prædicta reperiamus. Primum reſponſum rhamni ad ligna; *ſi verè me Regem conſtituitis,venite,& ſub vmbra mea requieſcite*:ecce ambitionem;nondum Rex erat conſtitutus,& tantum ſibi decoris tribuit, vt ex vepribus deterior, foliorum viridantium expers, ſpinarum acerbitate inuiſus; ſibi eam vmbram arrogauerit, quæ potuiſſet omnia ligna ab æſtiuo Solis ardore contegere; prima quoque verba,quæ excuſationis eſſe debuerant, plena arrogantiæ ſunt, quid enim dicturus eſſet de præſumptis donis quæ latent,ſi quod palam erat,& obiectum omnibus (ſpinas ſcilicet pro folijs habere)inuitando ad vmbram negat? deinde: *ſi autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros libani*. Aduerte, quæ hic mala! primò,ſuſpitio: ſtatim ſuſpicatur contra eos,qui ad honores deferendos conuenerant; in bonis etiam,indiſcretus prælatus, ſuſpitionem minime deſerit: ſed eſto illudant, quare pœnam ita immanem imprecatur: *egrediatur ignis de rhamno,& deuoret cedros libani?* Tertiò, quare cedri libani, & non cætera ligna? hoc huiuſmodi hominum præcipuum eſt;pręſtantes enim,ac ſublimes videri cenſentur, ſi à primis ſubditis .i. benemeritis,diſciplina ornatis &c. pœnas exigant; fieri enim exiſtimant,quod paueant cæteri prælatum, qui primos in populo deterruit, ac proſtrauit; minime cogitantes, iuſtène, ac iniuſtè animaduertãt,quoduè cum eruditis, nobilibus, ac perfectis ſeruare oporteat:cæteris ſeruatis maledicit, & damnat cedros; vix inuitatur ad Regnum, & quot errores vnico in reſponſo!

Pier. de reprib.& aſp.

Improbi Prelati nõ diſcernũt inter probos, & improbos.

134 Verum quicumque ita inſoleſcit,expectet ruinam. Quicumque arroganter agit poſitus in ſublimi,non eis tantũ odio eſt, quibus damnum infert; ſed cæteris etiam, & videtur quodammodo vltio communis; quod alio quoque apologo comprobemus: ait ergo, *remiſitq. Ioas Rex Irſael ad Amaſiam, Regem Iudà, dicens: Carduus Libani miſit ad cedrum, quæ eſt in Libano dicens: da filiam tuam filio meo vxorem. Tranſieruntq. beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano, & conculcauerunt carduum*: Libanus in ſcripturis ſublimitatem ſignificat, & conditionem ſtatus,vt in canticis,cum ſponſam vocat ſponſus de Libano, properare ad coronam; & Aſſur in Ez. vocatur cedrus in Libano propter gloriam, ac faſtigium Regni. Igitur vides in alto loco exiſtere carduum aculeis armatum, plantam nemoris; ideſt ineptum in alto loco, vt Lyranus:quid ex hoc? ſtatim præſumptio; æquat ſe cedris, iuſtis ſcilicet, qui multiplicantur, vt cedri in Libano;conditionem non cogitat, ſed itatum dignitatis;quamobrem ſtatim vniuſcuiuſque animos excitat ad contemptũ; inde ſequitur trãſierunt q. beſtię ſaltus, & conculcauerunt carduum.Iniuriam cedris factam, cur vendicant beſtiæ ſaltus? vt oſtendatur, arrogantiam huiuſmodi, cunctorum bilem prouocare, & ſtomachum excitare. Ferè,idem, Dauid dixit: *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani: & tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem*. quid æquitatis, & innocentiæ habebat,qui aculeis armatus ſpinarum, ſe comparat cedro? ergo vicinus talium caſus eſt: ita ſubito videas eos euaneſcere, ac deiectos à ſublimitate officij, tota fama deſtitui. Eorum etenim laus, quæ florida apparet, deficit cum prelatura. in eodem carduo hoc inuenio. Vnicaulis enim carduus, ſimulac ſcolymon in calicem aperuit, florem purpureum mittit, inter medios aculeos celeriter caneſcentem,& abeũtem cum aura: eius autem florem, humanæ vitæ hieroglificũ fecerunt Aegyptij: Itaque cum carduus (vti diximus) in Libano,hominem parui momẽti; hominem

4. Reg 14. 9.

Cant. 4. 8.

Ez 31. 3.

ſtomachũ excitãt huiuſmodi, ſp.

Pſ 36. 35.

Laus iſtorum apparẽs ſtatim euaneſcit.

minem (vt etiam Lyranus habet) in dignitate conſtitutum ſignificet; ſi quando flores videtur emittere laudis,& gloriæ, ſcias illos, inanem florum lanuginem eſſe, ventoq; facile abſumi; ideſt ſpeciem quandam virtutis habent, cæterum nihil ſunt;ablata dignitate,decor omnis aufertur: ſuffla in flores cardui, & auolabunt (vti vulgare eſt proloquiũ in hac vrbe:) verum, vt ad ſuperiora redeamus, Princeps inſipiens, malè regit; dicente Iſaia: *non vocabitur vltra is qui inſipiens eſt Princeps; ſtultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem:* ecce ex corde machinante ſimulationem, ac duplicitatem,fatua verba prodeunt in os.

Iſa.32.5.

135 Verum ſi contigerit talem Prælatum habere,aduertit eccleſiaſticus à murmuratione ſubditos abſtinendum: *veh,* inquit, *terræ cuius Rex, puer eſt, & cuius Princeps mane comedunt*,Hieronym. dicit, malum Principem eſſe, qui luxui vacat,& delicijs eneruatus,ventrem negotijs quibuſcumque præponit; luxum præfert omnibus;in hac quoque ſententia ait D. Bonauentura: *oſtendit ergo carnalem,& pigrum, eſſe prælatione indignum. primò, propter deordinationem guiæ. ſecundò, propter otioſitatem pigritiæ,vel infirmitatem. tertiò,propter ineptitudinem lætitiæ. quartò, propter ſubuerſionem iuſtitiæ ob amorem pecuniæ: veh tibi terra cuius puer Rex eſt, ideſt inſequutor paſſionum, pueri enim paſſionum ſunt inſequutores: puer centum annorum morietur;& cuius Principes mane comedunt; cito quærentes delectabilia, quia dicitur; luxurioſa res eſt vinum.* Adde quod hic, puer dicitur Rex, qui ſemper noua meditatur;& iuuenili deſiderio feruet; & à veteri authoritate deſciſcit, & cana parentum præcepta, vti ait idem Hieronymus,contemnit; ex ijs qui neglecto Dei mandato,cupiunt ſtatuere traditiones hominum; de quibus in Iſaia: Dominus comminatur Iſraeli, eo quod noluerit aquam Siloe, quæ vadit cum ſilentio,& veterem piſcinam auerterit, eligens ſibi fluenta Samariæ,

Eccl.10.16.

Iſa.6.5.

Pro.2.

Ieues dicũtur Superiores qui noua meditantur.

& gurgites Damaſci: cum etiam in Daniele, Dominus legatur vetuſtus dierũ, & in Apocalypſi,caput Saluatoris,vt niuem, & quaſi lanam albam reperiamus, & Ieremias, quia ſapiens erat, & cani eius in ſapientia reputabantur,prohibeatur iuuenem eſſe,ſe dicere: ſed ad ea quæ propoſuimus. Cum contigerit talem Superiorem habere, quem ſupra deſcripſimus,indoctum,inurbanum &c. procul ſit murmuratio,nam hoc ſibi primò ſtatuunt, vt ſemper inquirant quid de ſe dicatur,auerſum ne ſubditi animũ gerant, an beneuolum? in hoc ſolum prudentes videntur,vt omni calliditate, ſubmurmurationes,& quæ alij excogitauerint rimētur: ſubdit ergo ſcriptura, *in cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti;quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt ſententiam.* Bonauentura, per aues, malos ſpiritus intelligit:portare autem vocem non eſt ei vocetenus referre, & tanquam ignoranti palam facere,ſed cogitatione memorare,& teſtis eſſe; placet hoc Hugoni. Olimpiodorus autem per aues animam vult haberi, vel inſitum nobis ſpiritum;per habentes alas,Spiritum Sanctum, qui in colũbæ ſpecie viſus eſt Apoſtolis. Ad litteram Hieronymus: *quod autem ait volucres cœli; hyperbolicè intelligendum, quomodo ſolemus dicere etiam ipſos parietes, quibus conſcijs loquimur, quæ audierint non celaturos:* eſtq. modus loquendi in ſcriptura, vt habetur in Luca, Habac. Igitur hoc modo loquendi non defuturos oſtendit, qui Prelatis etiam quæ cogitaueris deferent; huiuſmodi autem eſſe, leues, & garrulos, celeres,& inconſtantes. Nota contra hoſce delatores; *portabunt*, inquit, *vocem; quomodo portatur vox?* ita cogitatiunculam magnificiunt,vt in ipſis videatur, pondus,vox: tam cito geſtiunt referre; quod minimè audierint,vt exonerari cupit is, qui pondus portat: & in Terentio:

Dij boni boni quid porto!

Dein-

Dan.9 7.

Apoc.1 14

Ier.1.7.

Eccl.10.20.

Luc.19.40.

Hab.2.11.

Conditio ſuſurronum.

Terent.

Digitized by Google

Deinde in iſtis delatoribus, sẽper quod defertur, maius apparet; in ſubdito eſt cogitatio: *in cogitatione tua Regi ne detrahas:* & ſubdit: *quia aues cœli portabunt vocem tuam* in delatore, vox famę, alibi ſuſurrantis mendacia: *cumque ad huc pergerent in itinere fama peruenit ad Dauid, dicens: percuſſit Abſalon omnes filios Regis, & non remanſit ex eis ſaltem vnus:* ecce quam proni, nuncij, ad annũciandum malum, atque attollendum, quod nunciatur: nam hoc quidem falsũ erat: *Reſpondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit: Ne extimet Dominus meus Rex, quod omnes pueri filij Regis occiſi ſint; Amnon ſolus mortuus eſt, &c.* at quid opus eſt probare, quod erga abſentia mentiantur huiuſmodi, ſi etiam audent in ijs, quæ experimur, & ob oculos habemus, addere mendacium? vti Eliu, qui hæc dixit Iob: *nunquid æqua tibi videtur cogitatio, vt diceres: iuſtior Deo ſum? &c.* vndè S. Gregorius ibi: *Si tota libri ſeries attenditur, nihil horum, B. Iob dixiſſe monſtratur. ſed &c.*

Delatores exagerant mendaciter.

2. Reg. 13. 30.

Etiam in rebus perſpicuis mẽtiuntur.

Iob 35. 2.

136 Enimuero, has aues, aulicos dico; qui toto ſe intellectu dedunt ad Principis gratiam, quomodolibet captandam; cumq. optumè ſciant, quam gratum ſit, cæterorum opinionem Superiori deferre, cunctorum cogitata diuinant, & aures illorum infarciunt. At iſtud quidem apparebit ſi explicauerimus, quid portenderit arbor Danielis: *Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum; aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ; folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius; & eſca vniuerſorum in ea; ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ; & in ramis eius conuerſabantur volucres cœli:* Porro manifeſtum eſt arborem hanc ſtatum Nabuc. oſtendiſſe, ſequitur enim *arborem quã vidiſti &c. tu es Rex &c.* quoniam verò varij ſunt ordines ſubiectorum in Regno: alios dicit in hac arbore nidificaſſe; alios latibula ſub arbore fodiſſe, animalia videlicet, plebem, quam alæ fauoris non euexerant ad ramos. Dioniſius verò aues has cœli in altioribus officij locis dicit nidificare, aues autem aulicos ſubaudit, nobiles, ac potentes, inſtar auium altã petentes; leues, petulantes, & garruli cõuerſabantur, tanquam Regi quotidiẽ aſſiſtentes.

Dan. 4. 18.

Quare aulici dicantur aues.

Aues duo præſtant in arboribus, & cantant, & nidificant; & quaſi propriam domum nactæ, nidulos ibi ponere oblectantur: hoc eſt, ſuſurrantes, ac adulantes aulici nidum ſibi conſtruũt in arbore, ideſt Regis aula, ſubſtantiam Principis venantur, & continuò murmurationi, ac ſibilo dilectationis tanquam ſuauiſſimis cantibus indulgent; quidquid autem comperiunt gratum fore, illud canere, ac garrire incipiunt; plerumque mendacijs aures Dominicas onerant; cum videlicet iuſtitiæ reparatorem eſſe; pace reſtituta, vrbem, regnaq. omniã, expectatiſſima quiete frui; numquam ſubiectos populos, hominem præſtãtiorem à cęleſtibus potuiſſe impetrare, beneuolum, liberalem, humanum, probitate ſublimem; quæ gratior cantilenã? poſt hæc nidum ſibi ponunt Regumq. opes, & adminiſtrationes aucupantur. Aduertãt Superiores ad nulla hos aulæ, & vrbis officia promouere, ſed hic meliores, vt de eccleſiaſticis dicit S. Thom. [qui ſcilicet, Eccleſiam poſſit inſtruere, & defendere, & pacificè gubernare. Vnde contra quoſdam Hieronymus dicit; quod quidam, non quærunt eos in eccleſia, columnas, erigere, quos plus agnoſcunt eccleſijs prodeſſe, ſed quorũ ſunt obſequijs deliniti, vel dediti, vel pro quibus maiorum quiſquam rogauerit; & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.] Hæc Hieronym. à D. Thom. relatus, vt ſupra, ſed ad aulicos: *nidulabantur,* inquit Vatabl. *nec dubium quin ex proprioribus arboris ramis victitabant.* Horum verò auium taliter victitantium natura hæc eſt, vt ſi aura quadam, vel quouis accidenti arbor, ſeu rami, & frondes moueãtur, ſtatim ipſe, relicto nidulo miſſis

137

adulantur princip.

Aulicorũ cantilena.

S. Tho. q. 185. art. 3.

garruli, & vani non ſunt promouendi.

Vat. in adnot.

Digitized by Google

miſſis cantilenis, timore perterritæ,auolent:ſcilicet ſi nutet fortuna principum, aulicorum hoc genus, qui fortunam ſequuntur,à Regia domo diſcedunt, turpiq. auerſione, beneficiorum protinus obliuiſcuntur. Et quis dubitet hic iuſſa ſuccindi arbore aues fugam nõ arripuiſſe? *fugiãt*,inquit,*volucres de ramis eius*: nota quoq. hic quid afferat mali Principis ruina: eos enim,ipſius caſus,qui arbori adhærent,ſuo ipſe pondere cadens opprimit, aues quoq. ipſas plumeſcentes, materno adhuc victu depaſtas lędit; eos ſcilicet qui non dum amicitia principum diues effecti ſunt,& inita gratia maiores; quod exprobrat Ieremias:

Ier.22.23. *quæ ſedes in Libano, & nidificas in cedris,quomodo congemuiſti cum veniſſent tibi dolores,ipſi dolores, vt parturientis*: eos quoq. hic intellige,qui quod deuorarunt,Principis ruina, parere, ſeu euomere coguntur;& quoniam ingens in hoc dolor eſt,vtitur ſimili parietis:deuorare enim illi dicuntur, qui inorditatè nimis aliena furantur:

Pſ.13.4. *qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis*,atque ea, qui reſtituunt, ventre ſciſſo, quæcumq. in os immiſerunt dicuntur reddere:

Zach. 11. 1.2. Ier 22.7. Iob.20.15 Iſ.37.25. 421. atq. hoc dixerat Iob: *diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre extrahet illas Deus*: manifeſtum autem eſt,quodcumque in ventre,generationis ordine, retinetur,id quidem cum dolore omnino extrahi, atque educi: neque enim partus vllo modo ſemper materno in ventre retineri poteſt,quin ex vtero extrahatur ad lucem: Parafraſtes,ità hunc

Reddant deuorata cum dolore. locum: *quæ habitas in domo ſanctuarij, & in domo Regum, nutriens filios tuos; quid facies cum venerit tibi tribulatio, quaſi dolores parturientis*? hoc eſt proprium nidificare, ſcilicet filios enutrire, non ſolum nidum ſibi ponit, ſed partus alit; & omnes cibo detracto ex arbore, veſcuntur: cauſſam addidit Gloſſa cur venient dolores, vt parturientis, quia *malè congregauit*. ſemper de improbis

Sen.Agn. ſermo eſt.. de quibus Seneca: *fraus ſublimi regnat in aula*: & de ijs qui ad ineundam magnatũ gratiam deſeruiũt quæ non audierunt in grauem omnium perniciẽ,ac tandem de ijs,qui blandimentis verborum ad nudas adulationes deſcendũt,& poſtea auerſa fortuna longè fiũt. Hos autem Iob deſcribit, dicitq. hoc quoque expertum eſſe: *quando erat omnipotens mecum,& in circuitu meo pueri mei*: pueros ſeruos appellat, id enim crebrò in ſcriptura, ſed quando ſtabant in circuitu Iob pueri? *quando lauabam pedes meos butiro,& petra fundebat mihi riuos olei*: in proſperitate, atque in arboris proceritate, vigente regno; at videamus ſi manſerint exciſo, & in miſeria? minime quidem,nam inde: *abominantur me,& longè fugiunt à me*; deficiente ſpe præmij, à me, tanquam aues, arbore euulſa auolarunt. Cæterum ſi aulicorum Iob etiam adulationem noſcere cupis, lege cap.31 *ſi non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt ſaturemur*? aſſentatio manifeſta; hoc namq. non ita intelligendum eſt, quod odio id expetierint, vt illud: *& carnibus meis ſaturamini*: ideſt miſerijs &c. ſed ad fictam dilectionem,& totam adulationem; Gloſſa hoc exponit dicens: *quis det, vt ſit corporaliter præſens nobiſcum ſemper, vt de eius ſocietate reficiamur*! quam dulce loquitur! quis det nos ſemper tanto viro aſſiſtere! Chriſoſtomus, & Hieronymus miſticè de carnibus Chriſti quibus credentes Gentiles quotidie reficiuntur. Alludit ad prouerbium, cum nos ità ſuauitate eloquij, ac dulcedine morum alicuius,illecti, hoc loquendi modo vtimur (illum ego comederem) quid ardentius, & quod tenerrimè amantium affectus exprimat? at vide, quomodo iterum queritur de iſtis,in calamitate: *ad dexteram Orientis calamitatis meæ illico ſurrexerunt, pedes meos ſubuerterunt, oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitas meas*.

[Margin: Iob 29. 4. — aues huiuſmodi. — Iob 30.10 — Adulatio aperta. — Iob c.31. — Iob 19.12]

Iſaias autem ſpem illorum vanam (vt impios Superiores agnoſcas) qui Regibus impijs innitũtur,illud inquit, *Veh, qui deſcendunt in Aegyptum ad auxiliũ, in equis ſperantes, & habentes fiduciam* 138

[Margin: Iob 30. 12]

ſuper

Iſa.36.9. *ſuper quadrigis, quia multæ ſunt, & ſuper equitibus, quia prævalidi ſunt nimis, & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt:* affert infra rationem: *quia Aegyptus caro eſt, & non Deus, & equi eorum, caro, & nō ſpiritus;* quid tribuere poteſt caro, & homo, qui tanquam flos fœni eſt? ſequitur: *ecce*
Iſa.32. *in iuſtitia regnabit Rex, & Principes in iudiciò præerunt, & erit vir, ſicut qui abſconditur à vento, & cœlat ſe à tempeſtate, & ſicut riui aquarum in ſiti:* ecce Regis protectionem ſtabilem, Aegyptiaca diſſimilem tutela; ingruat, licet, tempeſtas, & turbo calamitatis, & paupertatis; erit Rex aufugium, & potus aquæ.

139 Diſcrimen eſt inter vmbram petræ, rupis, & cauernæ; & vmbram arboris, in ardore æſtiuo; prima ſiquidem, radios nullos admittit; arbores verò, ſolis radios, nequaquam prorſus arcere poſsūt: vt vmbram hoſpitalem procul omni Solis radio producant: hac vmbra fruuntur qui impijs adhærent, ærumnoſa quiete; & currente Sole dignitatis ſemper currit, & mutatur vmbra; ſtabilis verò prima, eorum qui rectè præſunt; vnde ſequitur Iſaias, poſtquam dixerat, quid ex hoc eueniret, quod in iuſtitia regnaturus erat Rex: *& vmbra petræ prominentis in terra deſerta:* ab omni iniuria æſtiui ardoris tutus, vmbra ſtabili petræ, conſiſtit.

Stabilis eſt protectio principū iuſtorum.

140 Porrò differentia regni impiorum, & iuſtorum, in arundine, & baculo reperitur; arundineum ſiquidem, iniuſti Regis ſceptrum, & dominatio, dicitur: *hæc dicit Rex magnus Rex Aſſyriorum, ſuper quem habes fiduciam, quia receſſiſti à me? ecce confidis ſuper baculum arundineum:* hoc exprobrat falsò Ezechiæ Rapſaces: at de regno iuſtorum: *quid tu vides? virgam vigilantem ego video: baculum nuceum*, 70. hunc verò baculum dominium ſignificare, explicatum huc vſq; eſt.

Iſa.36.6.

141 Porrò ideo firmum iuſtorum regnū, quia innititur Deo, cuius oculus protectionis ſemper hic eſt, & Pſal. *conſerua me Domine quoniam ſperaui in te: Dixi Domino, Deus meus es tu:* Agellius, *Domine*, ideſt *El* ſeu *Fortis*, en protectionem in forti, ideo baculus nuceus; idem quoque legit: *excubias fac ſuper me:* [fà la ſentinella] habes igitur virgā, & oculum; excubias, & baculum fortis; quid timet ille qui huic baculo innititur, & ſub hac protectione quieſcit? hoc quoque de quolibet iuſto, cuius ſpes ad Deum eſt affirmare poteris. Quod diximus, id etiam alio in pſalmo Dauid expreſſit: *non det in commotionem pedem tuum:* ecce virga, ſeu baculus cui innitaris, ne cadas: *neque dormitet;* ecce oculus vigilantis; quid manifeſtius? & inde: *Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam:* Agellius [Dominus cuſtodit vigilantia, & vice fulcri, ac virgæ tibi ſit, cui incumbentis veſtigia nunquam labi ſinat:] Pleriſq. ſpes in auro eſt, & auro obrizo dicunt: fiducia mea; quod reprehendit Iob. Stabilitatem ergo regni, non opes maximæ, non amicorum turba, non depicta, aurataq. laquearia, ſed probitas facit. Cæterum homini perditæ vitæ damnum aurum infert; neq. enim qui illud ſitiunt immoderatè, nimium conſiſtere poſſunt; cum enim ſtatua Nab. caput aureum haberet, lapis excillus infirmum fundamentum reperit, pedes ſcilicet luteos. quo quidem inſinuatur nutare illos, qui onerantur auro, vnde qui erant *amicti auro primo, reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli;* eductoſq. cum argento, & auro mare diuiſum ponderis impatiens excepit; ille quoque qui ſibi multa bona in plures annos corrogauerat, inopinata ſententia è viuis ſublatus eſt; ſed enim cum fragile ſit vas teſteum figuli, & fallax aurum, qui adhæret Deo, fulcrum habet Diuinæ protectionis.

Pſ.15.1.

Iuſtis Dominus baculus, & protectio.

Pſ.120.

Iob 31.24

Propter auaritiam nutant dominia.

Dan.2.39.

Tren.4.2.

Luc.12.13

Cæterum conſideremus ſubditos, 142
qui adhærent principibus, deſciſcentes à Deo. Inter ea quæ Regi ſcriptura tribuit, nomen paxilli eſt. Paxillus ergo quidam clauus eſt ligneus, ideſt diminutiuum à Palo, inquit S. Thom., & nomen

nomen congruit Principibus hac fermè ratione, quia ſicuti in paxillo plurima vaſa, ſeu veſtes ſuſpenduntur, ita Regibus plures innitũtur, qui inire cupiunt, Principis beneuolentiam; aulici, magiſtratus &c. Zacch. *ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus:* paxillum hic dicit Hieronymus, columnam, & firmamentum: & Gl. paxillus ſubſtentãs debiles, & infirmos. pro paxillo, Septuaginta vertunt, *Princeps.* Porrò ſi paxilli ſunt Principes, poſiti, v.g. in muro, ex quibus pendẽt vaſa, ſcilicet ſpes ſubditorum; ſi paxillus conteritur, ſi comburitur, ſi humiditate relaxatur, tempore roditur; profectò, quæ ibi appenſa ſunt, cadent, & ſi frangi poſſunt conterentur; ſic etiam multorum plerumq. Fortuna, quæ ab incolumitate Principis ſeruatur, ſi Princeps morte deletur, ſi quocumq. euentu deficit, pari ruina, de votis, ac ſtudijs innitentium omnium actum erit. Hanc ruinam in Iſaia legimus, cũ agit de eiectione Somnæ Sacerdotis à ſacerdotio, in quo etiã adhærentium ruina monſtratur: ait ergo *in die illa ait Dominus exercituum, auferetur à loco fideli,* ideſt conſtitutus in loco fideli templi, oblatus, verò quia miniſtrabat infideliter: *& frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo:* ideſt omnes incumbentes, ruinam cadente Superiore patientur. Alij non intelligũt hęc de Semna, ſed de Iaſedech, qui erat ſummus Sacerdos tunc temporis; ſed in idem recidit. Hoc verò probatum manet, vaſa omnia in paxillo ſuſpenſa, ideſt confidentes in Principibus, parem cum eis aliquando caſum experturos; inde iubet David: *nolite confidere in Principibus, in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus: exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorum:* morte, paxillum confrigente, reuertentur in terram ſuam, ac omnium tunc cogitationes, ijs ipſis extinctis, peribunt. Regnum verò Chriſti eſt paxillus in loco fideli; adeo firmus, ac ſtabilis, vt nemo innixus defectum aliquem timere poſſit; atq. illud etiam Iſaiæ plures intelligunt: *& figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domui patris ſui, & ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris eius, vaſorum diuerſa genera, omne vas paruulum; à vaſis craterarum vſque ad vas muſicorum:* omnes ſacerdotes intelligit, & eos, qui in ipſo ſperant. Atq. hoc in Dauide quoque explicatum; quomodo ſcilicet habeat, regnũ Chriſti firmitatem: *regnum*, inquit, *tuum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem:* ſubdit, *fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis:* æternitatem, oſtendit, huius regni, ac firmitatem, paxillum videlicet in loco fideli: at tantum abeſt, quod cadat quodcumque ab hoc paxillo pendet, quin potius ſequitur: *alleuat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes eliſos:* quomodo qui ſuper hoc incumbit corruet, ſi alleuat corruentes? quomodo vas confringetur ſi erigit, & inſtaurat eliſos? Agellius: *fidelia mandata eius:* ſubdit, *firma, ac ſtabilia, quæ non fallunt innitentem:* Itaque baculus in manu Dei quem vidit Ierem. dum querebatur exponi inter aduerſantium flagella, paxillus erat in loco fideli. Hoc ſciens Moyſes, rogatus, vt ad regni iura aſcenderet, potius voluit figi in loco fideli, & affligi cum populo Dei, quã in loco infideli præeſſe, dicente Paulo: *fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis; magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias ęxtimans theſauro Aegyptiorum, improperium Chriſti; aſpiciebat enim in remuneratorem.* Nota quod Apoſtolus impiorum dominia, appellat iucunditatem temporalis peccati. Verum ad munus paxilli.

143 Verus ergo Princeps (ſeu quiuis Superior) cuius regnum in iuſtitia fundatũ eſt, non præcedere tantum ſubditos debet, ſed ipſos etiam portare, ac ſubſtentare, ſicut de Elia, Eliſæus: *Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga eius:* auriga, quia debet eſſe Dux ad perfectionem

[Marginalia: Zach. 10. 4. — quare paxillus princeps. — Iſa. 22. 25. — Pſ. 145. 3. — Regnum Chriſti perpetuum. — Iſa. 22. 23. — Pſ. 144. 16. — Pſ. 10. 6. — Heb. 11. 26. — 4 Reg. 2]

Digitized by Google

ctionem ; & currus, quia ſuo ipſe ſinu protectionis fouere debet ; auriga, quia voluntatem regere debet, ac moderari; & regere exemplo, ac paſcere verbo; quia ipſe prior pręcedere debet,& continuo inuigilare,vt ſi quando qui curru vehuntur dormitent;non dormitet ipſe, nec dormiat,q. auriga,& currus eſt.Sub Aquilę ſimilitudine id oſtenditur de Deo : *ſicut Aquila prouocans pullos ſuos ad volandum,& ſuper eos volitans ; expandit alas ſuas,& aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis ; Dominus ſolus,* Dux *eius fuit , & non fuit cum eo* Deus *alienus* . perfectum Principem hic demonſtrat , quodue ſupra de curru , & auriga dictum eſt,nunc in aquila hac explicatur. Nota quod duo ibi dixit,quæ implicant ; currus,& auriga . quomodo currus erit, qui currum regit ? ita etiam hic : *ſuper eos volitans , atque portauit in humeris ſuis* : quomodo portat in alis eos , ſuper quos volitat ? in Superiore egregiè hęc conuenire poſſunt , pręſit authoritate,ſed vehat virtute,ope re,ac exemplo,ope, ac fauore; det præcepta, & eadem impleat: inde enim erit quod ſolidum fiet imperium non diuiſum : *Dominus ſolus* Dux *eius fuit:* At in hoc non licet perperam præterire, quid ſit, quod cum meminit Dominus Iſraelitas ab Aegypto eduxiſſe , Aquilæ ſe comparat hic,& alibi in Exod.*quomodo portauerim vos ſuper alas Aquilarum, & aſſumpſerim , &c.* ? diſcant, qui neſciunt qua velocitate fines peccati deſerendi ſint , ex Aegypto ſiquidem , regione infidelium idololatrantium , ſuos celeriter abſtulit Dominus,ſibiq.ad maiorem feſtinantiam alas aſſumpſit . ſed de hoc alias.

Superior currus & auriga.

Deut.32. 15.

Exo.19. 4.

Qua velocitate deſerẽdũ peccatum.

144 Supra etiam alio modo hoc expreſſit , ſe Iſraelitas auexiſſe : *circumduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit,quaſi pupillam oculi ſui :* circumduci proprium eſt equi ; equus autem virga docetur, dum circumducitur , ſed circumductus reperit etiam oculum in virga : *circumduxit,* inquit , *eum , & docuit , & cuſtodiuit , quaſi pupillam oculi ſui* : vides in hoc vtrumque, virgam , & oculum;quæ adhibere debent Prælati in imbuendo populo : hoc enim officium Præſidentis eſt, virga inſtruere , ſed oculo blandiri; corripere, ſed protegere: ſed ad cæteras virgæ verſiones accedamus.

Deut.32. 14.

Chaldæus *Regem*,vertit,*feſtinantem ad maleſaciendum* : de pœna intelligunt hæc, Expoſitores , quam populus daturus erat Regi Nabuc. (quidquid autem ſit, ſupra,cum in expoſitione iuxta litteram.) mirum eſt , quod ille dicitur feſtinare ad puniendum, qui vigilat ; nemo enim cum vigilauerit inuindicatas noxas relinquet ; & Dauid : *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi :* en vigilantiam, ac proinde vnit vtrumque : *in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate* Domi*ni omnes operantes iniquitatem.* 145

velox ad puniẽdum qui vigilat

Pſ. 1. 18.

Pſ. 100. 9.

Verum hoc in malam partem ſumi poteſt : hinc enim intelligimus,quam proni ſint ad culpam, qui ad malum inuigilant . Potentes quoque quos hic complectitur Nabuc., cum perpetrandi mali datur occaſio,non dicuntur ad ma lum tendere,ſed feſtinare : quid enim deeſt,vt perueniat ad id, quod exoptat? Abimelech Rex, Saræ captus amore, nõ eſt cunctatus , quin , vt ait Scriptura : *miſit, & tulit eam:* ſufficit vidiſſe, miſit ſtatim , & tulit eam ; neſcit enim moras Principis iniquitas . Hoc explicat manifeſtius adulterium Dauid, ipſe enim virga vigilans extitit ; quo enim tempore , poſt longas epulas , vel maximè Reges, ſomno capto quieſcunt; ipſe exploraturus ſuperiora domus aſcẽdit;cumq. videret mulierem , aitſcriptura : *miſſis itaq. Dauid nuntijs tulit eam :* nota illud *itaq.* nota enim illationis eſt, quaſi inferret: quod conſequens eſt ex otioſa vigilia,& otij indulgentia; ſtatim ad culpam deueniſſe ; ſimul aduerte, quam fuerit feſtinus , quia miſit & requiſiuit, quæ eſſet mulier? & reſpõſum eſt,quod eſſet vxor Vriæ,hac habita reſponſione, miſit & tulit eam; incidit in crimen adul terij,ac illa concepit; poſt hæc acceſſiuit Vriam , non alia ratione,niſi vt viri præ- 146

Gen.20. 2.

veloces mali ad malum.

Dauid quã velox ad culpa.

 ſentia

Digitized by Google

ſentia adulterium tegeretur, at facta tẽporis computatione, propter moras itineris, quid tegere potuiſſet Vrias? expectandus ergo erat, & non ità feſtinã perpetrandum delictum, at illud verum eſt: *Regem feſtinantem ad malefaciendum ego video.*

147 Cum nulla ſuperiorem, Dei tangit religio, ad malum ſtatim feſtinat, & primo nunquam corrogandi opes datur modus, fas ſit, nefauſue; tantũ exiſtimat licere, quantum iubet vt fiat; Seneca totum hoc æ myſtichio eleganter; *Pro iure vires*. ius ſummum eſt, voluiſſe, & poſſe velle: At ſi de iniuſtis principibus, & falſis iudicibus ſermo erit, manifeſtum eſt egregiè iſtorum conditionem ſententia Sophoniæ deſcribi: Soph. 3. 5. *Principes eius, in medio eius, quaſi leones rugientes, iudices eius lupi veſpere*. Chal. *veſpertini, non relinquunt in mane*. Principes populi illius furti alligat: lupi, ac leones rapto quodãmodo viuunt, præda veſcuntur, cum hoc diſcrimine: leo palam inſequitur prædam, qua parta, non ſe abſcondit, nec in cauernis illam deſtinat fami; ſed publicè, regem namq; decet animalium, fortiſſimum, nullius obtutus, dum prædatur, horrere; quin vt abſcondita procul abſint ſilentia, rugitus edit horribiles: *ſicut leo rapiens, & rugiens*. Non ità lupi, ſed vt Virg.

Aened 2.

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Nocte ſuper media, tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: ille, aſper, & improbus ira, &c.

Nullos edunt vlulatus, ſectantur ſilentia; per abditos viarum anfractus, remota, & imperuia, caulam aggrediuntur; hœdum hiantes rapiunt, & dilacerant: Atq; vt Elianus [intempeſta nocte, vel luna ipſa ſilente, lucis vſura perfruitur, & cũ omnia tenebris offenduntur non huic tantum lux eripitur] Quid timet princeps, quamobrem ſecreto rapiat? nõ vultus inſtãtis ſuperioris: nec aliquid aliud; publicè ergò (loquor de improbis) inſequitur prædam, neq; id probro ducit dũ poteſt. At verò aliter in iudicibus res

Falſus Iudex ſecrè to, p̃riceps iniuſtus publicè furatur.

ſe habet, deuorant pauperem in abſcondito, ſecreta manu munera accipiunt; & cum hoc nouerunt ſubodoratum, manum à rapina retrahunt; ſed inualeſcente crudeliori fame, pauperem vi dilacerant, & conſumunt: *non relinquebant in mane* Hieron. *non relinquebãt alijs, quod ſumant* .i. omnia deuorant. Quendam nouimus inter confeſſionem iureiurando affirmantem, eo, ſubſtantijs, & re familiari ab ijs lupis denudatum, vt ad id peruenerit, quod vix credas (vt ſunt immaniſſimi, ac crudeliſſimi iudices, quibus nullus Dei timor,) quod ſcilicet inſtanti iudici, ſubuculam qua operiebatur dono dederit; nil hoc atrocius: ideo dicitur: *principes tui infideles ſocij furum*: principes enim eos arguit, qui miniſtros huiuſmodi præficiunt. Aduerte autem, præſidentium iſtorum lamentabilem eſſe famem, atque eſacrandam; non enim totum deuorant ſtatim; ſed paullatim, vſque exugant ſanguinem; nec magnum eſt, quod exuant lineum amiculum; adigunt litigantes ad id, quod vulgo [al capeſtro] dicente Dauid: *declinantes autem in obligationes; adducet dominus cum operantibus iniquitatem*: alij putant: *declinantes in obliquitates, obliquationes*: vt pecuniam extorqueant mille inueniunt obliquationes in cauſſis, obliquis nexibus mendaciorum, omnia conuoluunt; plura ſuggerunt, inuenta componunt, ſpem addunt; hæ ſunt obliquationes: cauſſæ quoque expediuntur, cur res non adhuc terminetur, cur lis deteriorata ſit, cur primo decretum pro aduerſa parte latum ſit; alij *nexus, & obligationes, extorſiones*: cum torquendo humor exprimitur, & per figuram dicitur; à pauperibus quidquid reliquum eſt ſanguinis, per nexus, & obligationes, extorquent, exſugunt: ita Genebr. Agell. non ſanguinem tantum bibunt, ſuffocant vltimo: 70. in Iſaia, nomine *extorſionis* vſi ſunt verbo obligandi, *ſolue obligationes violentorum commerciorum*, Cyprianus, *reſolue ſuffocationes*: laqueum ergo collo inijciunt, quo illi aurũ euomant; ſimili modo ille

Adigunt litigantes ad perditionem.

Pſ. 124.

Sãguinem exugunt.

de orat. Dom.

in Euangelio: *& tenens ſuffocabat eum dicens: redde quod debes*. Meritò lupis comparantur; lupus enim capta præda, ne illa det voces, primos morſus dat collo, quo compreſſo, nullam balandi poteſtatem faciat: clientes verò tunc ſuffocantur, cum videtur ad contrariam partem declinatum eſſe,& cauſſa ancipitem finem habitura deſcribitur. ex Heſichio *Strophas, nodos*. & apud Nazianzenum: *Laqueos*. non poterat manifeſtius dici: *declinantes in laqueos*: laqueos forſan quibus crumenam auro grauem,& marſupia ſuſpendunt, non homines; etenim in marſupia ſæuiunt, ne eant in homines ſæuitum. Iudas quoq. fur rectè in obligationes deſcendit, vt quidam ait,& laqueos; qui laqueo obligatus propter aurum ſuſpendio interijt; idemq. Simon, qui pecunia donum Dei venundari exiſtimauit, ideo in obligationes declinauit: vnde Petrus: *in obligatione iniquitatis video te eſſe*.

Matth. 18. 28.

Iudas obligatur laqueo.

Act. 7. 27.

148 Verum hæc prius de iſtis dixerat Dauid: *non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum*: non permittet diu impios in bonos dominari: virgam, tyrannidem, ait Genebrar. nullus tyrannus diu iuſtis imperabit; & ſequitur: *adducet Dominus hos cum operantibus iniquitatem*: Iſraelitas intelligit, qui potiſſimum propter extorſiones pauperum in captiuitate adducti ſunt; qui obligationibus intortis, & implicatis, pauperem nectebant, ait Agellius, vincti in captiuitatem abducentur. Eandem vocē Chaldæus *colles deuios*, Interpres vertit *vias furtiuas*: conſueſcunt autem fures, ne itineribus cognitis, furta nudentur, ſinuoſas, ſalebroſas, inuias, ac aſperas vias inire.

Quare hebrei adducti in captiuitatem.

149 Non incongruè illam ſcripturam Amos his applica: *vncinum pomorum ego video*: vncino poma, quæ manu nō poſſunt, attractis ramis, colliguntur: ſūmitatem quoque habet recuruam; itaq. quæcumque modeſtè poteſt, manu extorquet Iudex; quæ non poteſt, vncino, obtorta quadā,& ſinuoſa petitione, hoc pacto. aulæ mihi apparatus feci, deſunt ornamenta; emi equum, deeſt ornatus; deſunt conuiuio pulli; domui contignatio, ruri operarij: ſic vncino oblongo ad ſe trahit quod cupit: Vncinus quoq; ad modum falcis eſt in ſummitate, ea verò; collectas herbas quaſcumq. diſſecat (lappam, lolium) frumēto miſtas: neminem patitur cum vult ſubterfugere; quin etiam ſi hominem compererit diuitem, ſed ſpectatæ vitæ, innocentem, quem nulla adhuc lis ad aulam interpellat, vncino vtitur, ideſt pro teſte vocat, & quaſi diminutum damnat, filium in in carcerem intrudit, patrem &c. & variè circumuentum premit, angit: Rectè poſt hoc ſequitur Amos; *venit finis*: iam omne, extractum, extortum, exſugatumq. eſt: *venit finis*: cum videtur vncinus iam finis appropinquauit; vel dicas, quod vulgo, cum aliquod mōſtruoſum cernitur [è venuto il giuditio]. Inde vetus emblema eſt Doctorum callidam famem oſtendens: tela dumtaxat Aranea, quæ texitur, vt muſculas impediat, capiat, exſugat. Sequitur appoſitè Amos ad noſtram ſententiam, *Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ*: R. Dauid, *audite hoc, qui abſorbetis, & deglutitis pauperem*: Iſtorum verò ſitim nullo fonte diuitiarum explendam, ideo cognouimus, quia non ad vertices ſolum diuitum deſcendunt; ſed ad lacunoſas plerumq. ac pauperrimas egenorum; quod quidem vel ardentiſſimam febrim indicat, vel ſitim inexplebilem. Cum ergo ad exilia mendici pauperis diſpendia irruūt, quid de iſtis, niſi febricitare ardore pecuniæ cenſeas? In hac methaphora Iob *bibent ſitientes diuitias ſuas*; cogita qua facilitate, quaue arte furantur; inde enim habere diuitias dicuntur. Alio modo idem Dauid: *qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis*: deuorant inquit; qui deuorat fame canina, nequaquam dente cibum mandit, ſed integrū vorat: *qui deuorant plebem*; vt plurimum vorant, cui nullum eſt auxilium; magnates enim, non ita facile dentibus magiſtratuum dilaniantur, & vorantur,

Amos 8. 1.

quomodo cum rectis gerat ſe Iudex.

Anacharſis Philoſophus.

non diuitē ſed pauperem nudant.

Pſ 13. 4.

quomodo Iudices impij deuorent plebem.

Digitized by Google

ſed comeduntur, cauſſa cognita, ſolemnitate præcedente. *vt eſcam panis* vorant, quis enim pane ſaturari poteſt? nec Iudex huiuſmodi pecunia pauperũ; ad omnes cibos currit, & ſumitur in omnibus cibis panis, vt hic habet D. Hier. ita quoque pecunia furtiua, munera, ad quaſcumque epulas, ad quodcumq. munus Iudicis miſcetur: ſi decretum manu ſubſcribi debet, adſit panis; ſi ferenda ſententia, panis; ſi partis contrariæ rationes infirmandæ, currat pecuniæ panis &c. Has omnes inſidias Ieremias, [Ier. 5. 26.] & Dauid deſcripſere, ait ille: *quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes, quaſi aucupes laqueos tenentes, & pedicas ad capiendos viros: ſicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo; adeo magnificati ſunt, & ditati, incraſſati, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè, cauſſam viduæ non iudica-* [Amos 8.] *runt &c.* ſic in Amos, vt ſupra, 70. pro vncino pomorum, *vas* habent *aucupis*: carcer ipſe eſt vas aucupis &c. S. Hieronym. hic: *omnis diues, aut iniquus, aut heres iniquitatis: atque vtinam hæc tantum ab eis fiant, qui foris ſunt, & non à nobis, & venientium ad nos, non manus contemplemur, ſed ora!* quod [Iudices hypocritæ.] autem dicit laqueos ponentes, hypocriſim iſtorum intellige, dum enim ſanctitatem præſeferunt laqueos ponunt, [Pſ. 14. 4.] vnde ibi Genebr. *declinantes autem in obligationes:* ideſt vt explicauimus, *tortuoſitates*, de hypocritis iſtiuſmodi viris interpretatur: *adducet Dominus cum operantibus iniquitatem:* partem eorum cum hypocritis ponet, adducet Dominus in damnationem cum gentibus, qui idolis ſeruiunt, vt Agell. & RR. *radix* [1. Tim. 6. 10.] *enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide:* & auaritia eſt idolorũ ſeruitus. Dauid quoq. eos leonibus comparat: [Pſ 9. 31] *inſidiatur vt rapiat pauperem: inclinabit ſe, & cadet:* non poſtquam præda potitur, cadet; ſed antequã potiatur, vt Agellius: Iudices verò iniuſti quæſtum habentes munus officij, inclinãt ſe primo, & cadunt; ſanctimoniam prætendentes, iuſtitiam, pietatem, orationes, humilitatem; ſed vt rapiant pauperem incautum; Non hæc exigit Iſaias, quæ ex hypocriſi fiunt: *iniqui ſunt cœtus veſtri; Kalendas* [Iſ. 1. 16.] *veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea; & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam; manus enim veſtræ, ſanguine plenæ ſunt:* ſed quid requirit? *quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo &c.*

Incorrupta iudicum fides, in dua- 150
bus manibus inuicem, palmas connexas, & colligatas habẽtes exprimebatur; hac addita inſcriptione: *fides exercituum, fides Romanorum*; manus ergo huiuſmodi iudicem figurabant, vt vult Alciatus, [Andr. Alc. in Emb.] cuius, Thebis, ſtatuæ, manibus conciſis cernebantur; vti illæ, Principis, oculis auerſis. hoc quidem ſignificabãt, [Habeat manus exciſas.] iudicem nulla facundia linguæ, nulloq. dono leniri debere; rationem addidit Plutarchus: *eo quod abſtinens, & immota ſit iuſtitia:* habeat ergo manus ad munera exciſas; qui enim extenſas habet, huic, nulla fides, nec exercituum, nec Romanorum adſcribenda eſt. Vnde Iſaias: *principes tui infideles:* [Iſ. 1. 23.] quare his Principibus nulla fides? ſequitur: *diligunt munera: ſocij furum*, non ſunt brachio manus exciſæ. Hieronymus: *amicos non putant, niſi qui donant; quorum non os, ſed manus conſiderant &c.* ergo oculos non habent auerſos. Mirũ, quid intendat Oſee loquens de iniuſtis [Oſeæ 6. 9.] Iudicibus: *quaſi fauces virorum latronum, ſic fauces eorum*. in quo enim differunt fauces latronum à reliquorum? vis omnis, & potentia iſtorum, in prolatione ſententiæ eſt, quæ ibi pulſo gutturis fornice efformatur; [Qui iudices habẽt fauces latronum.] ideo fauces latronis appellat, quia quod proferunt, ad furtum tendit; cauſſam propitiam habent munera, non ratio; vnde Iſaias: [Iſa 5. 23.] *Veh*, inquit, *qui iuſtificatis impium pro muneribus: & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo:* ecce quomodo ſententiæ prolatione aufert à iuſto, iuſtitiam; & iuſtificat, munera porrigentem. Vel fauces latronis; quot enim voces profert latro, eæ

voces

Digitized by Google

voces latronis ſunt. Vel fauces latronis, quia quod furto abſtulit,conuiuijs dilapidat,& gula vorat.

Quod autem Iſaias,Principes, ſocios furum appellat; illos intelligit,qui ſuos, ineptos,iuſtitię neſcios,elatos,ſuperbos euehunt ad regimen. Vnde Dauid (vt quidam putat) dixit *ab alienis parce ſeruo tuo:* ſi fortaſſis alieni malè rexerint, parce ſeruo tuo, illos præficienti,
Pſ.18. 13. ſequitur *ſi mei non fuerint dominati*; littera: ſi aliqui me induxerint ad aliquid agendum contra Deum; ſed alio modo; ſi mei nō fuerint dominati,quos ego extuli, ego immaculatus ero, nullius ego mihi noxæ conſcius ſum in Regno, ſi ad labem cæterorum Præſidentium non arguar. Quamplures reperio, domeſticis, familiaribus ſuis,iura commiſiſſe iuſtitiæ, & illos pecuniaria retributione (quod indignum ſane, ac lacrimabile eſt) commutare? legemq. ſolam Principum authoritate diſpenſandam, plurimorum auaritia frangi, ac omnino temerari? cum virgam regiminis in manu Domini conſpexerit,Ieremias, paratam ad percutiendum: nemo ergo exhibita ſeruitia, virgæ participatione, compenſet indignis;nec quibuſcumq. virga, quæ in manu Domini debet eſſe.

151 Pro comprobatione huius rei mirum habemus exemplum in Scripturis. Cum
4.Reg.41. 4. filius ſunamitidis ſuper lectum,vita functus,occumberet,ipſaq. ab Eliſæo rogaret,vt filium excitaret, omnia commemorans beneficia, quibus fidem ſuam, & beneuolentiam adſtrinxerat, Giezi miſit Eliſæus cum baculo, qui baculi virtute,filium viduę reuocaret ad vitam. Abijt ille, & poſito, vti ait Scriptura, baculo ſuper faciem pueri,non ſurrexit puer; vſquequo idemmet Propheta, iacentem ſunamitidis natum, viuum, matri redderet. Baculus hic Eliſæi, poteſtas Domini eſt, gratia enim, & virtus, & beneficia ex eo excitantur; qui dum committitur domeſticis, beneficia minimè præſtat ſalutaria: non ergo in manu Giezi cernatur baculus; ſed Eliſæi; neque in manu Nabuc. & cæt. ſed

Cur Giezi baculo Eliſæi puerum mortuum non excitat.

Dei, baculus promptus ad iuſtitiam: nullus ergo comes in ijs ſit, quæ ore proprio princeps, propriauè authoritate exercere debet: quod idcirco dixerim, non vt miniſtros regni ſubiectos arguã; ſed contra illos inuehar, qui non ipſi præſidentes ſunt; ſed ſcurræ,ſcioli,aulici,& mulieres inuerecundæ. In Exo.pręfecit Dominus Moyſem,virgamque,poteſtatem ſcilicet, ſanctique iuris adminiſtrationem,dedit; ſed ait ſcriptura *ſume virgam hanc in manu tua, in qua facturus es ſigna*; ne alteri committas, ſume tu; cum verò alium collegam efflagitaſſet; *iratus*, inquit, *Dominus in Moyſē* ait, *Aaron frater tuus leuites, loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius*; dedit iratus non collegam,non ſocium;ſed oratorem. Neque hoc fruſtra,quid mali non eueniſſet, cum Aſſuerus virgam dedit imperij impio Aman? & quid nō iniuſtè, & infauſtum accidit cum etiam ad virgam hanc regiminis,conſciæ ſecretorum mulieres adhibentur? totas enim ſibi poteſtates vendicant, cum vel in aliquo cognoſcunt placere principibus. Quod ſi in vxore, & regina in ſcriptura experimur (cui nulla erant vetita cum rege commertia) quid detrimenti hoc attulerit;quis neget in ijs quos nulla cognatio; ſed ſuſpectionis libido nectit,cōtinuo nō poſſe hoc inueniri? Recole hiſtoriam Naboth. Vineam Naboth Iſraelitæ,Achab rex expetierat; expetenti negauit Naboth; domum ergo reuerſus mæſtus,dolore conficiebatur. admonita immanis vxor Iezabel à rege, facinus illud, falſis teſtibus adhibitis,perpetrauit, vt Naboth falsò inſimulatum blaſphemaſſe Deum, turba omnis lapidibus obrueret. Vides quanta crimina, eo quod conſilia patefecit Achab? quanta ſibi mulier hæc in vno cum rege ſermone arrogauerit! Quis præceperat,vt litteras obſignaret,vt coiret teſtes, vt illa omnia contingeret,quæ Naboth tollerent è viuis? ordinem ergo obſeruemus mulieris plus æquo ex familiaritate, & communicatione Regis ſeſe extollentis. Achab retulit dolorem, non conſuluit

mu-

Denegat dominus collegam Moyſis dat oratorem.

Ex.10. 17.

Ex. 14. 4.

Eſter 3. 1.

3.Reg.21. 1.

Iezabel particeps ſecretorũ regis quid fecerit.

mulierem,ſubito illa,fida conſiliatrix inuenta eſt,& adminiſtra regni; regio anulo vſa,iuſſit inueniri teſtes, regia authoritate epiſtolas mittens præmunitas.Nec tantum hoc, ſed maius aliquod; quod in vno regis verbo mærentis, doctiorē, prudentioremq. ſe eſſe iactauerit,& ſupra regem cōſtituerit:*Dixit ergo ad eum Iezabel vxor ſua: grandis authoritatis es, & bene regnum tuum diſponis!* hoc exprobrãtis regis ſapientiæ eſt: quaſi diceret: hanc habes authoritatem, & neſcis diſponere? ego diſponam: ecce maiorem ſapientiam; pluris ſe cōſtituit, ſupra regem:*ſurge*,inquit,*& comede panem,ego dabo tibi vineam Naboth:* ideſt quod tu habere non potuiſti rex: ego ſupra regem dabo tibi; tu ſurge, & comede panem,conuiuio impotens vaca; ego imperio. quid temerarium magis in muliere impudente, quæ ſecretorum regis particeps efficitur? Adde quod in hæc omnia præſumpſit mulier,quia mærens erat rex, & hac paſſione detentus, nullo modo quid geſtura vxor erat,potuit animaduertere. Hoc primo ab his obſeruatum,principes vt aliqua paſſione affectos offendant, vt ipſæ & in ipſum dominentur,& in regno; quod ſi illa Achab,mæroris fuit, qualis erit amoris? virgam manu tenent, iura violant, omnia peruertunt,lites dirimit fauor: Atq. ob id inferius obſerua, quid egerit Iezabel,defuncto Naboth: dixit illa viro: *Surge,& poſſide vineam Naboth Iezraelitæ,qui noluit tibi acquieſcere; non enim viuit,ſed mortuus eſt; quod cum audiſſet Achab ſurrexit, & deſcendebat in vineã Naboth Iezraelitæ,vt poſſideret eam;factus eſt ergo ſermo Domini ad Eliam Theſbitem,dicens: deſcende in occurſum Achab regis Iſrael, qui eſt in Samaria; ecce ad vineã Naboth deſcendit, vt poſſideat eam, & loqueris ad eum, dicens: hæc dicit Dominus: occidiſti inſuper, & poſſediſti*: hæc verba ſi expendas fortaſſis videris tibi inueniſſe cōtraria; ait mulier: *ſurge,& poſſide*: & Elias: *occidiſti inſuper,& poſſediſti*: ſi deſcendebat, vt poſſideret,quomodo,*occidiſti,& poſſediſti*? Potentia muliebris oſtēditur, & ſi enim non adhuc poſſidebat; attamen quaſi poſſeſſum eſt,cum mulier potens apud principem, negotium de quo agitur gerit: quis diriperet vineam fraudibus doliſq. fœminæ acquiſitam? quod ſi eam renitente domino, ad ſe tranſtulit; quomodo non poſſidet, in quam ius aliquod habet aulica fœmina? intercedat fœmina nequam, tot machinamēta,& fraudes coaceruabit,tot circumuctiones contemplabitur,vt iam quod difficile eſt, habeatur, verborum compoſitionem, nutus, ſupercilium, lacrymas, pulchritudinem &c. quod poſſidēdum erat,iam poſſeſſum eſt. Non hoc ſolum, ſed Rex ipſe captiuus ducitur: *dixit Achab ad Eliam,num inueniſti me inimicum tibi? qui dixit, inueni, eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini?* quis venundędit? ſequitur: *Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt, vt faceret malum; concitauit enim eum Iezabel vxor ſua*; & addit Scriptura, quod mulieris iſtius inſtigatione, abominabilis factus eſt, in tantum, vt idola ſequeretur. Quo ſemel ergo mulier nequam pedem figit ad aulam, ad Dominicos peruenit aſpectus,ad grauia negotia adhibetur, immanitate, & vafri conſilio in præceps ruunt omnia. ſapientiſſimum, quoque Salomonem,non auaritia, non quidquam aliud,ſed ipſa mulierum cōmercia ad idololatriam eiecere; efficax enim orator pulcritudo eſt. Hinc Ioab diffidēs ipſe, mulierem Tecuitem miſit, vt flecteret Dauid ad veniam: *intelligens ergo Ioab filius Saruiæ, quod cor Regis verſum eſſet ad Abſalom, miſit Thecuam, & tulit inde mulierem ſapientem*: quæ arte ſua, ac ſimulatione, cor Regis immutaret; quaſi certo ſciret, efficaci mulierum eloquutione Magnatũ corda leniri: miſit ergo Thecuam; non ipſe Dux exercitus,& tãti apud Regem, rem aggreditur;nõ alter ex optimatibus; non eloquentes,qui filio parcendum eſſe ſuadeant, ſed de voto ſecurus, mulierem deſtinat, quæ arte ſua impauidũ

ad

Sapiētiam ſibi arrogãt,& prudentiam.

aggrediuntur principes paſſione aliqua detentos.

Potentia mulierũ.

Mulier oratrix nimium ſuadet.

2.Reg.14.

ad ſeſe Regis animum abduceret: *dixitq. ad eam; lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, vt ſis quaſi mulier longo tempore lugens mortuum:* hæc artis fœmineæ initia ſunt, in
Ars muliebris. ſeſe conuertit infortunium Abſalom, & cum fugienti gratiam efflagitat, ita exaggerat, vt quaſi mortuũ ploret; deinde opinor eam deligi ad tale munus, quia non ſtatim erubeſcit mulier; præſertim ex illis, quæ Regiam frequentant. Quiſquis alius habito reſponſo à Rege, minime alia ſubnecteret ipſe, timeretq. Regem proloquentem, iterum verbis procaciter onerare; quidquid enim Rex ſemel dixerit, non bene petentis moroſitate reijcitur. Et Iob, qui ne-
Iob. 29. 21 quaquam Dauid in Regali dignitate proximus fuit, de ſeipſo, dicit: *qui me audiebant expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum; verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat conſilium meum:* cum vix ego ſtillarem verba, illi minime aude-
Iob. 29. 8. bant reſpondere. & ſupra: *videbant me iuuenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant; Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo; vocem ſuam cohibebant Duces; & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat.* & mulier ita perfrictæ frontis eſt, vt cum Rege verbis contẽdat, & ad reſponſionem nõ deſiſtat? mira arte, & verborum ornatu ſexies protracta oratione, à Rege poſtulauit audiri; & vt iterum audiretur, blãda circumloquutione ſuaſit; donec voti compos, abſcederet. Verum (quando de mulierum dicacitate verba facimus) optimum eſt hic, alterum ex Scriptura exemplum adnotare. Et primo, mirum quam pronę ſint ad nugas, & quomodo viris ſemper in loquendo Superiores
1. Reg. 11. 11. exiſtant! vix enim verbum profert vir, cum decem illę proferunt, & quam fa-
Loquaces mulieres. cile occaſionem loquendi nanciſcantur!. ſic Saul petiuit à quibuſdam puellis, quæ egrediebantur ad hauriendam aquam: *num hic eſt videns?* duobus verbis petitionem abſoluit, abſolutiſſimè ſciſcitatur; at vide quæ illæ ſubdant: *Reſpondentes dixerunt: Hic eſt, ecce ante te: feſtina nunc, hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie populi in excelſo. Ingredientes vrbem ſtatim inuenietis eum antequam aſcendat excelſum ad veſcendum; neque enim comeſturus eſt populus, donec ille veniat, quia ipſe benedicit hoſtiæ, & deinceps comedunt qui vocati ſunt. Nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum:* ò quã prolixa oratio, quis de tot rebus interrogauit? ſatis erat ad interrogationem: *hic eſt videns:* reſpondere: *hic eſt, ec-* Cant. 4. 3.
ce ante te. Cætera ſuperflua nimis, & vana. Ideo ſponſæ labia, vitta coccinea videntur clauſa; hoc enim decet mulierem ſanctam, clauſum os habere: *ſicut vitta coccinea labia tua:* quid ſibi hoc velit, ſupra. Vittam, qua relegantur capilli, adhibet ori, ſed quare coccineam? vt purpurea labia imitetur, ac proinde nõ eſſet à colore labiorum nimis diuerſa; ſi enim viridis eſſet, ſtatim in admirationem cogeret intuentes co- Quare ſpõſa habeat labia vt vitta coccinea.
lorem illum in ore, & inde cogeretur ſponſa, rationem cunctis reddere, & oſtendere, cur viridi, ſeu nigra vitta labia religet; igitur procul occaſio ſit loquendi, ſit coccinnea. Mitto quid de muliere illa dicit Salomon, quæ *irre-* Pro. 7. 21.
tiuit tranſeuntem *multis ſermonibus; & ſpiritu labiorum ſuorum protraxit illum.* ſed ad mulieres aulicas. Aduerte quomodo Eſther ingreſſus ad conſpectum Eſter 15. 9.
Regis Aſſueri deſcribatur, aſſumpſit duas famulas: *ingreſſa igitur cuncta per ordinem oſtia ſtetit coram Rege vbi ille reſidebat ſuper ſolio regni ſui:* Manifeſtum eſt, quod qui vltima cubicula ingreditur, cũcta per ordinẽ ingreditur, niſi .n. relicto vno, quomodo ad aliud perueniri poteſt? ſed non abſque ratione hoc poſitum eſt; in palatium enim impij Regis, inſolitum eſt, quod per ordinem oſtia cuncta pulcherrima mulier ingrediatur.

Porrò omnes, ſeruatis gradibus ad 152 Cur dicatur Eſther ingreſſa cuncta oſtia per ordinem.
Regem perueniunt; nemo repente ad Regis conſuetudinem admittitur; mulier verò prætermiſſis his ordinibus, vix pedem

pedem admouet, Regem captura, & ſtatim immutato ordine, collocatur in ſublimi. hæc prima expoſitio. Secunda, mirum eſt, pulcherrimam fœminarum, qualem ſcriptura deſcripſerat: *ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa, gratis, & nitentibus oculis*: & quæ longo ſermone de venuſtate eius commemorantur; ingredi via ordinaria, & cuncta in introitu per ordinem oſtia enumerare; hæ namq. ad Reges, qualis erat Aſſuerus; non intrant per patentem ingreſſum, ſed per obſcura oſtia, ſecretaq. cubicula admittuntur; vbi nullus ordo introeuntibus ſeruetur, & ſpreto communi publicoue introitu, abſconditos aditus vſque ad Principem inueniant.

Cap. 13. verſ. 8.

153 Detrimentum maius in hac re illud eſt, videlicet, quod ſi quando laſciuiæ vitio irretitur maior in ciuitate, illius ad populum detrimenta deſcendant. quam ob rem hircis Principes aſſimilantur in Scriptura, hac præſertim labe fœdati; vt etiam abſolutè pro Principe hircus accipitur; probatq. Hieronym. Alexandrum, eſſe hircum, habentem cornua; & in Leuit. *Si peccauerit Princeps, offeret ſacerdos hircum de capris immaculatum*: quando autem reddi præcipitur hircus pro peccato, reddi præcipitur ſcoria, fex, & quod ſuum eſt, ipſi diabolo; vt quod Dei eſt, purum, & mundum Deo reddi poſſit. Eſt autem in hirco maior, & inueterata laſciuia quam in omnibus, adeo vt fœteat valdè, ſicut & carnes laſciuientium, dignum canibus pabulum; vt legimus de carnibus Iezabelis meretricis deuoratis à canibus. Contra hos dicit: *ſuper paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo*: ſuper effœminatos ſcilicet; iraſcitur autem Dominus, vt Rup. & expoſitores, ſuper Paſtores, eos ſcilicet, qui ſeduxerant Principes, cum à vitijs retrahere potuerint; ipſis ergo Pſeudoprophetis diuinantibus, & mentiẽtibus adducti ſunt in Babylonem Reges. Et vide quomodo agatur cum his, qui præſunt ſpiritualiter: *iratus eſt furor meus*: iam iratus eſt contra magiſtros in via ſpirituali, falſos, ac mentientes: *& ſuper hircos viſitabo*: olim cauſſa cognita quid agere expediat inquirã: quis .n. dubitet ductores falſiloquos, quibus ſumma fides eſt tanquam ſanctis, ab ijs, quibus iter perfectionis oſtendũt, maiorem pœnam daturos.

Principes hirci.

Leuit. 4. 23. L. r. intul. 9 & Epiſt. 39.

4. Reg. 9. 35.

Zacch. 10. 3.

contra Rectores falſos animarum iraſcitur.

Dominus ergo cum increpare vellet hircos, iram cõuertit in Paſtores. Hircus præterea Dux eſt gregis, quòue iter intentat primus, ſubſequuntur oues; inquietum animal, audax, laſciuium, ſaliẽs prærupta, & ſalebroſa: Verum cum Dux ſit Princeps in populo, illam viam nouerit in ſubditis, quam conficit ipſe; ſi laſciuiam, laſciuiæ; caſtitatem, ſi caſtitatis erit amans. Paulus hoc aſſerit: *exemplum eſto fidelium, in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate*: & alibi: *obſecro orationes fieri pro Regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt tranquillam vitam agamus, in omni pietate, ac caſtitate*: vt tranquillam, inquit, vitam agamus, in caſtitate: *qualis Rector ciuitatis, tales, & habitantes in ea*: incolumitas ergo, & integritas populorum ex Regibus integerrimis oritur, & timentibus Deum; è cõtra; pro maledictione habentur, Principes effœminati, de quibus Iſaias: *dabo pueros Principes eorum, & effæminati dominabuntur eis*: quid putas ex effœminatis ſequi poſſe in vrbe? *corruet populus, vir ad virum, & vnuſquiſque contrà proximum ſuum tumultuabitur; puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem*: littera verò, hæc eſt; agebatur de populo in captiuitatem ducendo, poſt Chriſti crucem, à Tito, & Veſpaſiano Imperatoribus; effœminati igitur dicuntur idololatræ, ideo quia virum exuunt ſacrificando idolis. Hieronymus autem, effœminatos Iudęis dominatos eſſe dicit, quia nimio luxui, tunc Romani indulgebant; vti ait Iuuenalis:

154

1. Cor. 6. 6.

1. Tim. 2. 2

Eccl. 10. 2.

Iſa. 3. 4.

Turpi fregerunt
Secula luxu,
Diuitiæ molles.

Iuen. ſat. 6.

Et Oratius ad Romanos

Motus doceri gaudet Ionicos

Orat. lib. 3 car. od. 3.

Ma-

Digitized by Google

Matura virgo, fingitur artubus;
Iam nunc, & inceſtos amores,
De tenero meditatur vngui &c.

Effœminatos verò, idololatras, ſignificari, oſtenditur ibi: *deſtruxit quoque ædiculas effœminatorum:* vide quam graue ſit hoc vitio irretiri, cum æquale vocabulum, idemq., ſortiantur effœminati, & idololatræ: de hoc ſupra. Malum graue eſſe, ibi agnoſcitur, nam ſequitur: *& rogabit pro eo ſacerdos:* vide inquit Origen. ibi: *difficultatem in remittendo Principis peccatum:* vnde Iſaias in loco illo ſæpe citato: *Principes tui infideles &c* adijcit pœnam: *propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſrael, heu vindicabor de inimicis meis:* vindicare de his minatur Dominus, tanquam de inimicis. Et quidem digna ſententia, vt vindictam ſentiant à Domino, qui inſontes vindicare noluerūt: maior enim improbitas in his inuenitur, quam in illo Iudice, qui dicitur iniquitatis in Euangelio, qui dixit: *etſi Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me:* quod ſi Iudex iniquus vindicat viduam, quanto iniuſtiores ſunt illi, de quibus dicitur: *cauſſa viduæ non ingreditur ad eos?* eleganter Baſilius: *hos autem per hanc particulam non attendentes ſubindicat, quantus fuerit faſtus, quanta arrogantia Principis: id quòd eundem coarguit fuiſſe agreſtiorem, iudice illo, iniquitatis; ſi hic Iudex, tametſi nulla tangeretur commiſeratione; at certè, propter importunam viduæ interpellationem, ſe attentum exhibuit iudicio, quod ab ea videret tam grauioribus circumſiſti moleſtijs.*

4 Reg. 23. 7.

Idem vocabulū effœminatorū, & idololatrantium.

Luc. 18. 4.

Iſ. 1.

Baſil de faſtu principis, & corruptelis.

155 Primum autem obſeruent, qui præſunt; vt non ſolum à noxa abſtineant, ſed operam dent impensè, quemadmodum in adminiſtratione, magna cum grauitate, & paterna cura ſe gerant; neq. alterum, alteri contradicat; pariq. ratione muneris dignitatem, cum beneuolentia vniāt; nil puerile, & inane præſeferant in moribus, nec turgidum, & faſtoſum in adminiſtratione: Quos enim cernimus in prælatione conſtitutos, qui benè actum erit arbitrantur, ſi quibuſcumq. quæ Rempublicam exterminant perpetratis, ſolam Catonicam grauitatem ſeruent, & ita rem gerunt pauperum, viduarum, pupilli, vt ſatiſfactum putent, ſi indignum ducant ad ſimilia vulgi negotia Principem deſcendere: rectè omnia Iob: & primo ſe regni decus, maieſtatemq. Regiam præſtitiſſe meminit: *ſi quando ridebam ad eos non credebant mihi:* aliqui hoc modo interpretantur: omnem mihi fidem adimebam, cum ridebam ad eos: ſi quādo familiariter agebam cum ſubditis, nō me amplius illi timebant: *ſi quando ridebam ad eos:* cū conuerſabar: *non credebāt mihi:* hic alius ſenſus: ſi qñ me ridentem videbant, credere nōn poterant, hominē magna intra ſe conuoluentem, & arcana ſecretorum nulli aperientem; vel etiam riſu, animi lætitiam oſtendere voluiſſe. Igitur tāta erat Iob conſiliorum profunditas, & grauitas in regimine; vt nequaquam, vel riſum, ſubditi intelligerēt. Vnde Hieron. *Tanta, inquit, reuerentia, & honore à prædictis habebar, vt grauitati, ac ſapientiæ meæ, non poſſe aliquid remiſſionis, & indulgentiæ, quæ ad temperamentum magis morū pertinebat congruere; & idcirco ipſo à me pietatis fiebat ſtudio, vt ad fectus amoris, & dilectionis; eorum, mei admonitione proficeret:* proficit amor, cum retinetur maieſtas, & demiratur amans, id quod amat; ſed nō hæc ſolum; ſed adiungit: *& lux vultus mei non cadebat in terram:* nutus, mutatio vultus, riſus, &c. non abſque cauſſa credebant fieri: & ideo pro magno ſuſpiciebant, quidquid in eo contemplabantur: frequenter in ſcriptura hoc, pro re, quæ ſortitur effectum: *Non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram.* Gregor. ad rem noſtram: *Sed cum ſuperius patrē ſe pauperum viduarum conſolatorem fuiſſe perhibet; magna valde diſcretione res indiget; quomodo in tanto terrore regiminis, tanta fuerit lenitas, & manſuetudo pietatis; ſine.n. magna benignitatis*

Grauitas, & charitas.

Iob 29. 24

Hier. hic

Princeps grauis, & ſuauis.

1. Re. 3. 19. Greg hic

Digitized by Google

leuitate non fuit hoc, quod ſe patrem pauperum, & viduarum conſolatorem dicit; ſed rurſum ſine magna ſeueritate non potuit vnquã ridens timeri. ſequitur Iob, *ſi voluiſſem ire ad eos ſedebam primus, cumq. ſederem, quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamen merentium conſolator:* nec quia prima regni faſtigia tenebam, dedignabar ſedere cum ſubditis; nec quia primus ſedebam, omittebam mœrentes conſolari.

156 Oculus autem in ſcriptura, vt pluries probauimus, protectionem ſignificat, vt ibi: *firmabo ſuper te oculos meos:* phraſis eſt hebraica, quæ ingens in aliquem ſtudium, curamq. importat, protectioneq; ſignificat. Oculum verò ſub pede, pro hieroglyphico habebãt antiqui, eorum, qui curam, reſpectumq. negligunt.

Pſ.31.8.

Pier. de oculo & alicubi.

Atque metus omnes, ſtrepitumq. Acherontis amari
ſubiecit pedibus:

Enimuerò cum ſæpe dixerimus, curam, protectionemque in hac virga vigilante ſignificari, quæ oculo ſubiecta eſt; perſpicuum eſt, impium eſſe, ac male cum ſubditis agentem principem illum, qui vigilantiam, ac pietatem, curamq. non in capite; ſed pro abiecto, & ſub pedibus habet: quoties vacant commeſſationibus, & delectationibus, huiuſmodi, & ſubditorum negotia protelant, ac omnino deſpiciunt? merito Iob inquit, *Lux oculorum meorum non cadebat in terrã:* ideſt nunquam ſub pedibus pro derelicto regni curam, & adminiſtrationem habui: protectio, & cura non negligebatur. vnde ſuper hoc Salamon ait, *oculi ſapientis in capite eius:* quod de prudẽtibus, & ſanctis intellige: rurſus, *oculi ſtultorum in finibus terræ*: hoc de ſuperioribus inſipientibus; vide Gregorium: plerumque verò oculos in terra habere, eſt, oculos auerſos tenere, quod crudelitatis, & indignantis eſt, vti Virg.

Virg.

Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Hoc enim indicant refluentes vſque ad oculos paſſiones animi, quod à rege omnino debet eſſe alienum: oculos verò habere ad pedes, non principibus, ſed conuenit ſubditis (atque alia acceptio eſt oculorum demiſſorum,) ideſt nihil conſiderare debent, niſi quomodo pedes ad imperata promptos habeant; vnde Paulus: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*: & ſequitur, *ipſi enim vigilant*: ideſt oculos apertos pro vobis habent, vos ſubiacete, nil conſiderate, illis inſpectantibus, ac vigilantibus: cæca ſit ſubditorum obedientia, cum oculati ſint ſuperiores; ſubdit Paulus: *ipſi enim pro vobis rationem ſunt reddituri:* Defectus vigilantiæ, magna populis fert incommoda; ideo in principibus ſæpe punitur: quod ex ſententia Domini nouimus contra principes, quorum populus initiatus eſt Belphegor. *Tolle ait*, Dominus ad Moiſen; *cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem*. delinquit populus, & in patibulis Principes ſuſpenduntur, rectè Paulus: *ipſi enim vigilant, quaſi rationem reddituri*: ſed datis ſubditorum pœnis, Principes, qua ratione iubentur contra Solem affigi in patibulis? Scio plures in hac ſcriptura ſenſus circunferri. Et primo, contra Solem, ideſt, vt quia in aperto deliquerant ſubditi, in aperto etiam die Principes plectantur. Secundò, vt quemadmodum iniuriæ vertitur Domini, ſi ab aliquo, coram, vapulet ſeruus, ita præſente Domino, Sole inquam, quem colebant, ipſius probro duceretur; & ideo vana eſſe probaret ſimulacra Solis; alioquin *ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant*? Tertiò, quod litteræ arridet, vt non quidem nocte, ſed exorto iam Sole, vt dedecus augeretur, & Principum ſupplicia, circumſtanti turbæ innoteſcerẽt. Sed hoc ideo cenſeo factum, vt cauſſa ſupplicij nota foret, plerumq. enim fit, vt cum quis ad ſupplicium trahitur, Præcone clamante, cauſſa mortis exponitur; plerumq. autẽ ſi furti alligatur, & id cõmodè fieri poteſt, furtum ex collo, ſuſpendio defuncti, pendeat.

Vigilantia prælatis, ſubd. obedientia.

Ad Heb. 13. 17.

Num.25.4

Principes pro ſubditis puniti.

Deut.32. 38.

Porrò Principum delictum extitit defectus vigilantiæ, quia non aduerterant fornicatum eſſe populum, cum filiabus 157

Moab, quæ illos vocauerunt ad ſacrificia; oportuerat in hoc inuigilare, abſcindere idololatrantium commercia. Sol autem vigilantiæ quoq. ſimbolum eſt, eo quia, & per oculum etiam oſtenditur Sol, vt Pier. quod enim oculus, vti Sol, lucis eſt receptaculum, alterutra imagine vterque expreſſus eſt; Quin etiam ſceptrum ſubiectum oculo, baculus videlicet hic noſter, vigilantiam exprimẽs Solis erat Hieroglificum. Itaq. *ſuſpende eos contra Solem:* vt in conſpectu illius contra quem deliquerant .i. contra vigilantiam, puniantur. Deinde quia percuſſi primis radijs Solis, eos radios quaſi pendentes habeant è collo; ſicque delicti cauſſam ſecum feerant, & oſtendant omnibus. Propterea Ieremias populum ſuum arguens; qui pariter ad idololatriam deſcenderat, quaſi hoc deſcribit dicens: *quomodo confunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi, & Reges eorum, Principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum:* addit furtum: *dicentes ligno, pater meus es tu, lapidi tu me genuiſti &c.* vide pœnam ad contemptum idolorum: *vbi sũt Dij tui, quos feciſti tibi: ſurgant, & liberent te in die afflictionis tuæ &c.* ſubditorum ergo errata in ipſis ſuperioribus punit; ideo non populus delinquens, ſed Principes ſuſpendio intereunt: in Canticis cant., paſtorum optimè vigilantium ſolertiam agnoſcimus: *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem &c.* vigiles hos, aliqui, prædicatores ſanctos intelligunt; aliqui Paſtores, & aliter alij; nos, Superiores. Aduerte autem quomodo cum ſponſa ſe gerant. Primò, quærit ipſa ſponſum aberrantem, non eam vulnerant; ſed inquit, *paullulum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea:* quin oſtendunt quam viam tenuerit, vnde ſtatim: *inueni, quem diligit anima mea.* Deinde verò in cap. 5. interrogantem viderintne ſponſum? verberant, & pallium auferunt: cur ibi mites vigiles, hic ſeueriores? (ſupra, cum de miſericordia, cauſſam inuenimus aliam) hic verò, dum per vigiles, Superiores, habemus, hæc aſſignari poteſt. Ibi ſponſa iacebat in lectulo, nec aduertit ſponſum abijſſe; errauit in hoc, quia torpens, amãtis ſollicitudinem minimè oſtendit; ſed viſus eſt, vt dici ſolet, error intellectus. Secundò verò repulit venientem, nec iterum clamantem exaudiuit; error igitur voluntatis: propterea prius admoneatur; nunc verò verberibus afficiatur à vigilibus. In quo notanda eſt diligentia: ęqua enim lance, quid quiſq. commiſerit, ponderare debent. Quod ſi alio quoque ſenſu, Iudices malos accipis in his vigilibus, nota duo. Et primo, quod percutiunt, vulnerant, & deinde pallium auferunt; plus eſt vulnerari, quam pallium amittere; quare hic è contra?. cum quis coactis teſtibus furti falsò arguitur: ecce percuſſus fama. Cum carceribus emancipatur, reus, ecce vulnus. ſed ad quid hæc? vt pallium, vt ſubſtantiam eripiant; debilitant primo, vt libenter pallium in manibus dimittat eripientium; alioquin ſi ſtatim vellent furari Iudices; ille, ratione, & conſcientia tutus præualeret. Secundò, qui cuſtodiunt muros, ideo ibi ponuntur, vt eos arceant, qui foris damnum vrbi pertentant, nõ vt ciues cuſtodiãt, & ideo cuſtos murorum dicitur eijciẽs hoſtes. At conuertitur contra ciues, cum furatur ipſe. ideo querebatur ſponſa quod cuſtodes murorum, non illi abſtulerunt pallium, qui ſuas ſtationes tenẽt, & ibi vrbem cuſtodiunt; ſed qui circumeunt ciuitatem; ſunt cuſtodes murorũ quorum cura debet eſſe contra inimicos, & tamen relicta cuſtodia, ciuitatem circumeunt: quem inimicum reperient inter ciues? tuto aliena rapiunt, circuunt quærentes quem deuorẽt nullo obſiſtente. De iſtiuſmodi præſidibus, Baſilius: *& quidem domeſticos famulos ob qualiacunque furta odio proſequimur; iſtos autem ſuſcipimus: auerſamur quidem vernaculos quod fures vocati ſint, illos autem Iudices, quod per furta euaſerint opulẽtiores, attoniti demiramur &c.* imò illum, qui in adminiſtratione fideli-

lib. 11. S. Macr. & de oculo.

Cap. 2. 26.

Cant. 5. 7.

S. Thom. S. Greg.

Cap. 3. 3.

Sobria vigilantium Superiora

Iudices mali primo vulnerant, inde furantur.

quid ſit eſſe cuſtos, circumire ciuitatem.

In Cap. 1. Iſai.

ter rem geſſerit, ea completa, ſi nil acquiſierit, nihilo ducimus, & rebus ſuis nequaquam conſulere dicimus; cum & maledictus dicatur, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ: At quod ipſi hoc modo acquiſierunt, minimè in ære ipſorum diutius computabitur, Domino diſponente, vt quod malè partum eſt, malè etiam amittatur; quin etiam non ea quæ furati ſunt, perdent, ſed quæ antea licitè poſſidebant, vt Iſaias; poſt quam enim meminit Iudicum, qui furantur apertè, loquitur ad eos: *& conuertam manum meam ad te, & excoquã ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum:* Ipſi extenderunt manus ad pauperem, vt diripiant; Dominus ad Iudices, vt auferat: *& auferam omne ſtannum tuum:* Mirum eſt, quod ipſi diripuerunt aurum, & argentum; Dominus verò aufert ſtannum! leuis equidem pœna! ſenſus autem hic eſt: priuſquam furto acquiſita poſſideres, aurum videlicet, & argentum; vtebaris ſtanno; ego autem, & aurum alienum in te diripiam, & ſtannum tuum. Aurea celata lance, atque argenteis vtenſilibus amicos excipis conuiuio? ego non ſolum hæc aurea vaſa, quæ furto acquiris; ſed & ſtannea, quæ prius adhibebas ad menſam, cum pauper eras, auferam; vt maior ſit pœna in perdẽdo, quam furtum in auferẽdo: tunc autem hoc accidit, cum viſitatorũ, ſeù maiorum decreto, omnia cõſignantur fiſco; ipſi autem proprijs ſubſtantijs vitam redimunt. Iſtorum verò ſubſtantias dicit Iob, ſimiles eſſe floribus oliuæ, vel vitis: quæ ingentia promittit; at verò inopinatè ſuperueniens pruina, flores, fructus, & ſpem totam aufert, ramos plerumque concidit, & exiccat, ità ſubſtantias omnes, ſpes opum, caſus repentinus eripit, & manus furto obnoxia videtur areſcere. Ait ergo, loquens de huiuſmodi iudicibus: *Non ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius, nec mittet in terram radicem ſuam*: tunc ad cõparationem: *lædetur quaſi in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proijciens florem ſuum: & manus eius areſcet: congregatio enim hypocritæ ſterilis:* iſtorum inquam, qui ſub ſpecie boni furantur: *& ignis, deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt*: ſæpe obſeruatum eſt, opes iniuſtitia paratas euanuiſſe, ſplendores quoque, & decora familiæ inſignia, tempore prætereunte, defeciſſe.

Deus aufert ab his propria, & aliena.

Iſa. 1. 25.

ſimile.

Iob. 15. 29

158 Iudex ergo rectus in figura virgæ vigilantis oſtenditur, illius, inquam, virgæ, quæ ſemper oculum apertum habet: neque enim præſes rectus, oculum claudit ob munera, & perſonam viri accipit: remouet autem oculatius iuſtitiæ deſtructores, & improbos. Explicat ſcriptura, quid oculum iudicis claudat; *non accipies*, inquit, *perſonam, nec munera; quia munera excæcant oculos ſapientum, & peruertunt cauſſas iuſtorum*; qui verò oculum claudit, erit ſicut ille, de quo in ſcriptura; quod pro bucella panis deſerit veritatem; & vendit pro argento iuſtum, & pauperẽ pro calceamentis; adeo, illi erit familiare munus accipere, vt pro quacunque re iuſtitiam corrumpat. Vnde Ariſ. *amor, odium, & proprium commodum, ſæpe faciunt iudicem non cognoſcere*. verum: *Neſcit ergo perſonam reſpicere, qui meram cogitat æquitatem*; ait, Caſſiodorus. Adde Seleuci facinus memorabile, qui ſe excœcauit vt legem ſeruaret; potius filij adulterio lumen clauſit, & ab eo excæcatus eſt, quam ab auro; lata enim lege, vt deprehenſus in adulterio oculos iuberet effodi; ſe vno, filium altero priuauit, vt æqua lege, regium ius, & naturæ, ſeruaretur: Ille autẽ hoc ideo geſſit, ne quod regiæ maieſtati fas eſſet, idem ſibi populus licere aſtrueret: inuendicatum enim ſcelus eſſe putant, ac permiſſum, quod in ſuperioribus etiam obſeruant inuendicatũ. Et in hoc ſenſu etiam; qualis rector eſt in ciuitate, tales, & ſubditos eſſe oportebit. Quamobrem tulit Iacob virgas virides, amygdalinas, poſuitq. in canalibus vt cum venirent greges ad bibendum, illas ob oculos haberent. factumq. eſt vt omnes parerent, & fœtus illius coloris gigne-

Deut. 16. 19.

Prou. 18.

Val. lib. 6. 5.

Gen. 3.

Digitized by Google

gignerent, cuius in potu antea virgã viderant, vt albam, maculoſam, &c. per virgam,maiores intelligi, hucuſque probatum;itaque quas vident ſubditi,intuẽtes,maculas in virga illius, contrahunt.
Eccl. 10. 2. in Eccl. *qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.*

159 Idcirco Plutarcus rectores comparat baſi,ac fundamento ædificij; firmo enim fundamento, ſolidum erit ædificium; contrà verò,infirmo. hoc equidem reor ex Hebræo deſumpſiſſe; princeps namque,odon, dicitur, quod baſim ſonat: quam ergo firmitatem habeat! propterea ſcriptura: *iuſtus*,inquit,*erigit terrã:*
Prou. 28. 12. ſed impius? *regnantibus impijs,ruina hominum:* illo ædificium erigitur,ac firmatur; hoc,minatur ruinam. Alia quoque ſimilitudine,pulchrè vocatur angulus,princeps: *ex ipſo angulus, & ex ipſo paxillus:* quod de principibus intelligi, ſupra diximus, cum de paxillo. Vnde
Soph. 1. 16 Soph. *dies tubæ, & clangoris ſuper ciuitates munitas,& ſuper angulos excelſos.*
Iſa. 19. 13. Iſa. *deceperunt Aegyptum angulum populorum:* ait Hier. hic: *Idioma eſt ſcripturæ, vt angulum pro regno ponat; eo quod populum contineat, & quaſi in tota domo fortiſsimus ſit:* his adnotatis certum eſt ex angulorum firmitate,ſtabilitatem domus pendere,quemadmodum, excuſſo angulo,domus nutat; ità, principe infirmo in moribus,corrumpitur populus, ac tota reipublicæ ſtructura corruet. Recole illud Iob: quod angulos excuſſit Demon, vt domum euerteret: De paxillo quoq. hæc adde,quæ in hac ſententia, dicit Auguſtinus: *paxillus ſi firmiter alicui fortiori non adhæret, omne,*
Aug. de 12 abuſionibus gradu 6. *quod in eo pendet cito dilabitur, & ipſe ſolutus à rigore ſuæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur; ſic & Princeps, niſi ſuo conditori pertinaciter adhæſerit, & ipſe,& omnis, qui ei conſentit cito deperit.* vide quæ de hoc ſupra.

160 Principis enim caſum, quis neſciat ſubditorum ruinam eſſe? fauet etiam illud Pſalm. *quouſque irruitis in hominem,interficitis vniuerſi vos, tanquam*
Pſ. 61. 2. *parieti inclinato; & maceriæ depulſæ?* In pſalmo iſto, Dauid inuehitur contra Saul, eſtq. compoſitus, dum adhuc eſſet in perſequutione ipſius iam labantis in regno; atque hoc modo dicit: quare minamini mortem mihi, ò Saul, Doeg &c. cum ipſi ſitis, iam nutante regno, tanquam paries inclinatus, & maceries depulſa? ideſt, quæritis me interficere, & ſtatim vos corruetis. D. Hieronym. ex hebræo: *ſicut murus inclinatus, & maceria corruens:* murus autem inclinatus, breui cadet, opprimetq. illos,quos ibi cõperiet; nunquam enim caſus Principis aliquo modo, non compellit plures ad ruinam, illos, inquam, qui ſpem in ipſo fundauerant,qui ſibi adhæſerant, qui continuo ſeruitio vitam exegerant, omnis enim ſpes,& premia,ablato Principe,auferuntur: Ita non obſcurè iſtud quoq. in alio Pſalmo declaratur; ait ergo Dauid, cum loquitur de Iudicibus, increpans eos, quia infideles, & iniuſti reperiuntur in iudicio: *vſquequo iudicãtis iniquitatem, & faciem peccatorum ſumitis? iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iuſtificate &c.* adijcit deinde pœnam,qua iniuſti raptores puniendi erant: *vos autem, ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de Principibus cadetis:* littera: ſicut vnus de tyrannis præcipitabimini è ſede, ſeu de Principibus, ideſt Diabolis inflatis ſuperbia, cadetis, vſque ad gehennam. de Principibus, ait; quia non ſimpliciter ibi, ſed quia potentes, potenter tormenta patiemini. Diabolus quoq. princeps dicitur, vti pluries in Scriptura, & Paulus: *non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, ſed aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum &c.* ſed ad rem noſtram; quomodo hoc conſtat, quod maius ante dixerat, dicendo: *moriemini,* quam infra: *cadetis?* pernicies enim maior eſt mors, quam caſus, & ruina: debuerat è conuerſo dici [cadetis, ſicut Princeps,& moriemini ſicut homines.] At longè deterior caſus eſt Principis, morte. morimur enim omnes, nec mors mea trahit vi ſua alterum. At verò Prin-

Princeps paries inclinatus.

Pſ. 8 6.

Eph. 6.

D. Tho. de regimine principũ.

Digitized by Google

Princeps cum cadit, illos omnes conterit, & occidit, quos reperit adnixos: paries enim eſt, inclinatus, qui ruina ſua ſubiectos opprimit, & paxillus,& arbor Nabuc. ſenſus ergo eſt; Vos Iudices, qui iniuſtè iudicatis, & pro munere iuſtificatis impium, vt ditetis domum; qui facies peccatorum ſumitis, accipientes perſonas, indocti, ac improbi; moriemini quidem, ſed cadetis ſicut Princeps, quod maius eſt morte .i.; morte veſtra, ſubſtantia, honores, & quod malè partum, & quod benè, euaneſcet; eritis domui veſtræ in exitium, & vt vulgò [coſtui hà ruinato la caſa ſua] ita eos experimur frigeſcente fortuna regiminis cecidiſſe: Et in hoc quoque ſenſu, facile illud Iſaiæ erit explicatum: *Apprehendit enim vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui, & dicet: veſtimentum tibi eſt, Princeps eſto noſter: ruina autem hæc ſub manu tua: reſpondebit in die illa dicens: non ſum medicus, & in domo mea nō eſt panis, neq. veſtimentum, nolite me conſtituere Principem populi:* littera hæc eſt: reijcit eſſe Principem, remanentis populi, qui vocatur ad hoc: populi, inquam, qui ſupererat, poſt deſtructionem: illi enim qui euaſerant, poſt diuerſas Societates fugiebant ad loca deſerta. Igitur renuit Princeps appellari dicens: *nō ſum medicus:* non habeo poteſtatem, nec ſcientiam vos ſaluandi: Dñs tantum ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum (ait Auguſtinus in alio ſenſu:) *ruina autem hæc ſub manu tua* .i ruina, reliquiæ populi, ſint ſub cura tua &c. Verum facit hoc ad rē noſtram, quam vſquehuc proſequuti ſumus: & vt clarius; ruinam illam intelligo, quam ſupra deſcripſerat: *corruet populus, vir ad virum, vnuſquiſque ad proximum ſuum: tumultuabitur &c.* Igitur cum deferunt regnum, hæc dicunt: *ruina autem hæc ſub manu tua*.i. à manu tua pendet hæc ruina; ſi manus erit fidelis, nulla ruina; ſub manu autem erit; & vulgò, quod iniuſtè accipitur dicimus [ſotto mano] ſi furaberis manu, ruina quæ mox deſcripta eſt; conſequetur. Reſpondit ille: quia *in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum; nolite me conſtituere Principem populi:* difficilè eſt hoc obſeruare (proximam videlicet habere occaſionem, & ſe abſtinere) illi qui non habet, nec panem, nec veſtimentum; ideo tutius eligo, ab hac prærogatiua procul eſſe: *nolite me conſtituere Principem populi:* Alius quoque ſenſus; cum aliquid prope eſt; illud explicamus, hoc dicendi modo [mi par di toccarlo con le mani.] Igitur eſto Princeps noſter, aduerte autem ruinam eſſe ſub manu tua; ideſt ſi rectè non egeris, ſtatim in promptu ruina tua, & malè acquiſita reſtitues, cameræ, viſitatori, Regi. Inde benè ſibi conſuluit ille: non habeo, nec panem, nec veſtimentum, nec ſcientiam, & munus hoc accipiam? minime quidem; neque enim ex mea ſubſtantia tantum habeo, vt ſi partim crepta, partim remaneat. Quod verò dicit hic *non ſum medicus:*; Gloſſa, ad ſcientiam, & poteſtatem ſaluandi vult referri, vt in Superiore ſit ſcientia, & charitas in alium: cum enim quis præeſt, & hæc non habet, etiam ſi cæteras virtutes habeat, malè regit: inde in Pſalmo quem mox citauimus: *neſcierunt, neque intellexerunt*. Hieronym. *neſcierunt Deum, neq. intellexerunt iudicia*. & ideo: *in tenebris ambulant*; quia dereliquerunt lucem. & Genebr. neſcierunt Deum, & iuſtitiam. Quid ergo ſequatur? *mouebuntur omnia fundamenta terræ*: fundamenta intellige virtutum; humanitatem, liberalitatem, prudentiam &c. cum enim eſt terremotus, omnia quatiuntur & commiſcentur, nō ſunt ſtabilia; etiam ipſæ virtutes commouebuntur. Secun. *mouebūtur omnia fundamenta terræ*: etſi fractus orbis illabatur ex iniuſtitia, ſed illi: *non intellexerunt, & neſcierunt*, quia *in tenebris ambulant:* vel etiam iuxta expoſitionem Hieronymi: *propter malos Iudices terræ fundamenta quatiuntur: hoc interim diximus primum, ſecundum litteram; quoniam totius orbis concuſſio, propter malos Principes venit;* dica-

[Margin notes: Princeps cadens eſt ruina domus. — Iſa. 3. 6. — proximus eſt ruinæ qui furatur. — malè regit qui nō habet nec ſcientiā, neo timorem Dei. — 81. 3. Hieron. — Genebr. — Agell. Gieron.]

Digitized by Google

dicamus autem,& aliter. Mouebuntur omnia fundamenta terræ: Ego malos Iudices, qui fundamenta poſuerunt in terra, & non in cœlum, ſubuertam; qui
Hugo ſuper Pſal *debuerunt fundamentum habere Chriſtum: quem poſuit architectus Paulus,& noluerunt, ſed in terra poſuerunt fundamentum:* vel etiam Vgo: *mouebuntur fundamenta terræ:* prece, & pretio, quia ignorantes quidquid expediat, liberè credunt fieri poſſe, quidquid pretio intercedente, rogatur, vt fiat.

161 Hoc quod dictum eſt hic parere ignorantiam, alibi dixit Amos; auaritiam: *percute*, inquit, *cardinem*, *& mouebuntur ſuperliminaria*: & ſubdit, *auaritia enim in capite hominum*: Superliminare autem, eſt limen oſtij ſuperius, hoc eſt lignum, ſiue lapis, qui poſtibus ſuper incumbens, iugi formam efficit. Cardo verò eſt, ſuper quem oſtia domus volui ſolent. Igitur: *percute cardinem*, *&*
1 Reg.2.13. *commouebuntur ſuperliminaria; quia auaritia in capite hominum*: quos cardines iubet percuti niſi illos, de quibus
Amos 9.1. dicit: *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem?* id eſt Principes, qui portant orbem, qui, inquit Iob:
Iob 9.13. *curuantur qui portant orbem*: commouebuntur ſuperliminaria, commoto cardine, populi etiam commouebuntur, ſed
Auaritia Principũ. quare? *auaritia enim in capite hominum*; Gloſſa interlin. *in Principibus*; & Lyranus: *in Rege, Principibus, & Sacerdotibus*: Igitur mala omnia quæ ex ruina Principum eueniunt, ad populum deſcendunt; cardines percutiuntur, & ſuperliminaria ipſis innixa commouentur.

162 Alioquin ſi requiratur quando erit firmamentum Princeps in populo, ſtabilimentum ſubditorum: *erit firmamentum in terra in ſummis montium?* tunc erit, quando habebit id, quod expetierat
Pſ.71.1. Pſ.61.31. Dauid filio: *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis:* illam iuſtitiam, & iudicium efflagitat, qualia, nec homines habeant, ſed Deus: *Deus iudicium tuũ Regi da, & iuſtitiam tuã filio Regis: mendaces*.n. ſunt *filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum*: quia, *nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere*: ideo iuſtitiam tuam da filio Regis: Deinde quid opus ſit eruditione, & ſcientia, oſtendit idem Dauid, dicens: *ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo*, Pſ.2.5.
ſuper Sion montem ſanctum eius; prædicans præceptum eius: conſtitutus ſum Rex, & prædicans; vnit vtrumque: Regalem Maieſtatem, cum præceptorum, & diſciplinæ promulgatione: *prædicans*, id eſt ſeruare faciens. At ſi de ſapientia Rectorum loquimur, & Prælatorum; ideo oculus ſuperponitur virgæ, vt ſciamus, eos, qui conſtituuntur ſuper Syon montem ſanctum Domini, conſtitui ad prædicandum; oculus enim ſermonis eſt Hieroglyphicum, vt antiqui: eo quia, vti ait Pier. animæ ibi ineſt Principatus Pier. oculi ſermo.
cuius in ſanguine ſedes eſſe fertur, & quare hoc, ille rationem affert. Deinde ſcientiam Prælatorum, ſapientiam, in hoc etiam oculo inuenire licet: vt author eſt idem Pierius, ibidem: ait autem Plinius: *vt ſolis defectus magnam mortalium perniciem trahit, ita Regis error,* Plin. lib. 2. 10.
etiam leuis, magnam tamen rebus humanis, gignit perturbationem: cum verò ſceptrum hoc cum oculo apud antiquos, ſolem portenderit, optimè quadrat hæc viſio Principibus; ob eam proinde cauſſam Plut. ait, ſolitos eſſe Principes coronam, bis ſex radijs, efformare; vt ſupra nos ex ſententia Virgilij. Cum enim in duodenario, perfectio omnis comprehendi ſoleat; vniuerſitatem virtutum debere in Principibus reperiri, hoc diademate expreſſerunt.

Princeps præterea à Platone, oculus Reipublicæ appellatur, atque inde cognoſcimus, quid damni, detrimentum oculi afferat corpori: *Si enim*, inquit Euangelium, *oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit*: tantum lucis corpus habet Reipublicæ, quantum ſimplicitas, & puritas oculi Præſidentis impertit: quod ſi oculis lumen deficiat, populus, & Princeps ipſe, in præceps ruet: illud ergo eſt, oculos vigilantes 163 Plat. de iuſt. princ. Luc 11.34
habe-

habere. hæc omnia quæ diximus requiri, complectitur Dauid in Pſalmo: *erudimini qui iudicatis terrã*, ecce peritiam: *ſeruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*: ne ſitis ſicut ille, *qui Deum non timebat, hominem non reuerebatur*. *Apprendite diſciplinam*, ideſt virgam; *ne pereatis de via iuſta*: ne cadatis ſcilicet, aut excidatis, deficiente oculo, ideſt lumine. Omnimoda ſollicitudo requirenda eſt in Principe, ac vigilantia; inde enim vertitur: *Regem nimis mane ſurgentem &c.* Corona Regis Calligulæ, quam exploratoriam dicunt, hoc ſignificat; Solem habebat, eodemq. ſpatio temporis, Stellas, ac Lunam; vt ſibi, ſiue noctu, ſiue interdiu, perpetuo Princeps vigilandum eſſe nouerit.

Pſ. 2. — Luc. 18. 2. — Sollicitudo, ac vigilantia.

164 Verum expoſitionem concludamus, pœna propoſita Principibus, qui à recto tramite in regendo deflectunt: *orietur* ait Scriptura, *ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet Duces Moab; vaſtabitq. omnes filios Seth*: Aduerte quid dicat, quam grauis, & ingens pœna! non ſufficit terrenum aliquod, ſed cœleſte ſit, quod huiuſmodi puniat: *orietur ſtella ex Iacob*: Iacob inſuper *ſupplantator* interpretatur; quid eſt oriri ſtellam ex ſupplantatore? vide quid Iob dicat de Deo caſtigante, & amouente iniuſtos Rectores: *Baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum, ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat*: ſupplantat, inquit, optimates; Hieronymus hoc modo iſtud explicat: *non dolo ſupplantat Deus, in quo non eſt iniquitas, ſed hoc modo dicitur ſupplantare; dum iniuſtum amouet, & iniquum, & in locum, quem tenere videtur quiſque indignus, bonum hominem, & iuſtum ſubſtituit; vt Dauid in locum Saulis*; non ſupplantat ſolum, ſed virga cædit: *vt percutiat Duces Moab.*

Num. 24. 17. — è cælo pœna improbis. — Iob 12. 19

165 Hoc quoque ita explica: ſtellam, ait Pierius, & oculum dici, vti Statius!

Spectat in occiduis ſtellatum viſibus Argum.

Argus. Argum enim vniuerſæ mundi machinæ typum faciebant; cuius caput, cæli imaginem præſeferre, oculos, ſtellarum; affinitas ergo propijſſima inter oculum, & ſtellam: habemus ergo virgam, & oculum; ſequatur licet increpatio contra impios Præſidentes: *& percutiet Duces Moab*. Hoc pleriq. de Chriſto, de quo etiam alibi: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet &c. & percutiet terram virga oris ſui &c. & erit iuſtitia, cingulum lumborum eius, & fides, cinctorium renum eius*: cinctus ipſe iuſtitia, cingulum iniuſtorum ſoluet; vt Iob ibidem: *Baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum*; in Baltheo regnantis gloria intelligitur; in fune, ignominia à Regno depoſiti, vt etiam Hieronymus. At verò minimè quod iuſtum eſt ſupplantabit Deus: *nunquid Deus ſupplantat iudicium?*; nunquam ſupplantabit Deus Principem iuſtè ſe gerentem, ac vigilantem; quinimò vigilabit Dominus ad illum: *nunquid Deus ſupplantat iudicium, aut omnipotens ſubuertit, quod iuſtum eſt?* nequaquam; imò illos ſtabilit: *tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum*: ecce virgam vigilantem, vigilantiam: *ſi omnipotentem fueris deprecatus*; *ſi mundus, & rectus inceſſeris*: virtutes profectò omnes, quæ Iudicem, ac Rectorem decent; ideſt ſi mundus ab auro, ſi rectus, vt non declines in obligationes &c. quid ſubditur? *ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ*; hæc omnia Principi recto promittuntur, qui virga vigilans eſt, non virga latronum.

Deus ſupplantat Principes iniuſtos. — Iſa. 11. 1. — Iob 8. 3.

&c.

Virga

Virga vigilans, pro ſancto Thoma.

166 Pier.li.33. ſ. moderator, & Solis vis. SAepe dictum eſt, per oculum, & adiectum ſcipionem, Deum ipſum, patrem luminum omnia gubernantem, & tranſcendentem; ac Solem ipſum, Aegyptiaco hieroglyphico demonſtrari; quippe quod oculum humanum tradant, miſtura ſuæ materiæ, aliquid lucis poſſidere: quo conſtituto congruũ erat primarium lumen; Deum, primarium quoque inter aſtra rutilantia cœlorũ ſolem, per oculum, lucis receptaculum figurari. at prima illa luce incõprehẽſibili prætermiſſa; Pulchre nobis virga
D.Tho. figuratus in virga vigilante. hæc oculata, & vigilans expoſit. materiã miniſtrat, vt ille myſtice intelligatur, Thomas Aquinas, qui ſicuti cœlũ, Solis figuram geſtat in pectore, & particulari quadam ratione, toto ſapientiæ lumine, fulget in orbe. Itaque quæcunque [ſeu virga ſit amygdalina, ſeu baculus oculatus] Thomæ tribui poſſunt, hac expoſitione diſponẽtur; & primo. Sol hoc præcipuum habet, vt rotam flammigeram, per ſpatia cœlorum agẽs radiis ip-
Ps.18.7. ſe ſuis luſtret omnia; *non eſt qui ſe abſcondat à calore eius*: vnde, & omnitenens dictus eſt.

Val. fla. lib.3.

Omnitenens qui permeat æthera Phœbus,

& Maro cum aliquid longe lateque diſcurrens.

Virg.lib.7

Qua Sol vtrumque recurrens, Aſpicit Oceanum, &c.

id eſt vbique tuum nomen manebit, & honos. Hoc dictum quoque eſt de
Eccl 24. 44. lumine ſapientiæ D.Thom. *quoniam doctrinam quaſi antelucanũ illumino omnibus, & enarrabo illam vſque adlonginquum: penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino:* munus lucis eſt, à ſomno mortales excitare; illi autem ſomno teneri dicuntur, qui oculos ſapientiæ clauſos habent; hoc ſane præſtat doctrina Thomæ: *inſpiciam omnes dormientes*. i. excutiam à tenebris ignorantiæ; ſed illos illuminabo: *omnes ſperantes in Domino:* noctuas vero, hæreticos illos, qui perfidia habent vitiatos oculos, & adſcondunt ſe à lumine, non illuminat. Vtrumq., quod vndequaque doctrinæ ſuæ radios ſparſerit, & quod ſperantes in Domino illuminat, deſcripſit Malach. *orietur* Malach.4.2.
inquit, *timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, ſanitas in pennis eius*, Chal. *Ceterum orietur vobis, qui reueremini nomen meum, ſol puritatis, & ſanitas in alis eius*: alæ, ſunt radij ſolis, vt exponit Iſidorus, vndique diffuſi. Igitur habes doctrinam Thomæ vbique locorum diffuſam, ortam vero illis, qui timent Dominum. At quis erit ſol puritatis, niſi D.Tho. Sol puritatis.
D.Thom. cuius radios puritatis impia meritrix ſubſtinere minime potuit, vnde verſa eſt in fugam?. At non prætereundum eſt in hac ſcriptura, quod inquit, vulgata: *ſol iuſtitiæ*; magnum enim indicat in ſancto probitatis incremẽtum, eo quoniam, & id ſcimus: videlicet, ſecundum meritum vniuſcuiuſque, ſplendorem, lumenq. obtineri; vt timor Dei ingens, & magna iuſtitia, ingentẽ quoq; ſibi poſtulent lucis claritatem: habet hoc Eccleſ. *qui timent Dominum, & iuſtitiam eius, quaſi lumen accendunt*, in- Eccleſ.32.22.
quit, *iuſtitiam*, at ſi Thomas ſol ipſe eſt, quam iuſtitiã habebit? Malach. *orietur timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ*; videtur omnem ſibi iuſtitiam habere, qui totum lumen ſolis accendit.

Quod ſi ſolem iuſtitiæ, vt ibi expo- 167
ſitores, Chriſtum intelligis, qui ortus eſt ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis; qui etiam propter accelerationem pennas, & propter ſalutem in pennis ſanitatem habere dictus eſt, ſummam quoque hoc indicat Thomæ laudem, ſolem circa pectus habentis; in eo .n. illud Pauli completum comperimus: *induite Dominum Ieſum Chriſtum*, & il- Rom 13.14.
lud Pſal. *ſacerdotes eius induam ſalutari*. Chal. *ſaluatorem*. Hier. *ipſomet Chriſto*: & quomodo id Thomas habuerit Ps.131.16.
inde cognoſcimus, quia interrogatus à

Digitized by Google

Chriſto, & quid pro mercede peteret? *nullam aliam*, reſpondit *niſi te Domine*: illo igitur Saluatore indutus eſt, quem pro mercede petijt; & ſatis congruit in habitu nigro Dominicanæ veſtis,ſol aureus:tunc enim oſtendebat inter fuſci coloris nigredinem, ecclipſim; ſolem, quaſi deductum ecclipſi, vt ipſum ſe habere in pectore inſinuaret, quem pro mercede tunc habuit, cum inter tenebras dolorum refluentium, mors in cruce radios coruſcantes obtexerat: Solem ergo ecclipſatum inter nigræ veſtis tenebras geſtat, vt talem exponat, qualem ſibi petijt dono dari. Proba hoc vlterius, inde enim,quaſi obductus ecclipſi,in pectore Thomæ viſus eſt Sol, quia totus ſimul ſtellarum in veſte prodijt, & apparuit apparatus. Et quid etiam eſt Sol in Thoma,in abiſſo,niſi Sol in ecclipſi? hoc infra. Interim Solem etiam geſtat, vt ducis, Dei, inquam, arma geſtare videatur; quis .n. miles imperatoris ſui, non probat inſignia? Deus enim lux eſt; igitur conſtat in Thoma apoſtolica admonitio; *induamur arma lucis*. Quin etiam dicas, Deū vexillum ſuum in Thoma appoſuiſſe; hoc enim obſeruant Duces, vt cum vrbes ſuæ ditioni ſubdunt, vexillum in arce attollāt,in quo inſignia, ſeu ſtegmata depicta ſint; hoc paſſim in vita Alexandri in Q.Curtio inuenies. Primum namq. eſt,ſubacta vrbe,Imperatoris vexillum ibi collocare. Hoc reſpiciebat ſponſa, dum, quod Imperium in ipſa haberet ſponſus expreſſit: *ordinauit*, inquit, *in me charitatem*. Hebr. *vexillum eius ſuper me*: charitas hæc, ſtegma ſponſi mei eſt, atque præclariſſimorum facinorum eius inſigne; ideo,vt me poſſedit;vexillum poſuit ſuper me; vexillum charitatis; & eodem ego me quoque profiteor ſigno charitatis militare: *fulcite me floribus, ſtipate me malis,quia amore langueo*: Deus ergo lux vera eſt,quæ *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. & Chriſtus: *Ego ſum lux mundi*: cum ergo ſibi Thomam ſubdit,vi bemq. animę iure ſibi addicit, vexillum ibi luminis erigit,Solem; quid ergo mirum ſi profiteatur eſſe ſe Dei, dum dicit: nullam aliam mercedem efflagito, ego Domine, præter te: quis me à te alienum expetet? nullus erit in me ſignifer. Præterea,reperies ſæpe: victores, hoſte deiecto,pretioſiora retinere,& vt inſignis,ac memoranda ſit victoria,ſecum geſtare. ſic Turnus Baltheum Pallantis abſtulit; vnde illum cernens, ac recognoſcens Aenæas humeros Turni religantem, indignatus,miſericordia in iram verſa, Pallantis occiſorem occidit. Hercules quoque poſtquam Leonem maximum in Nemæa ſylua Archadiæ ſuffocaſſet, eius pelle tectus, his exuuijs vbiq. terrarum victoriam retulit memorandam; & Maro:

S.Th. Chriſtum Solē habet ecclipſatum paſſione.

Paul. ad Rom.13.12.

Vexillum lucis ponit Deus in Thoma.

Cant.2.4.

Ioa.1.9.

Ioa.8.9.

Verg.12.

Fuluiq. iſternor pelle Leonis.

Porrò Sol,intelligentiæ ſimbolum eſſe, ſapientiæq., ſæpe dictum eſt; *& Sol intelligentiæ non ortus eſt nobis:* victa ergo, Thomas,ignorantia,quid mirum ſi adepta intelligentia eius imaginem geſtet in pectore? & quaſi monſtrum illud ſtrauiſſe demonſtrans, ad id perueniſſe videatur, vt pretioſiſſimam ſapientiæ gemmam,vi conquiſitam exponat? Vel etiam dicas parta cœli ſede, Thomam, pretioſius regni illius donum ſibi adſcribere; ac circumferre. Quid admirabilius extitit, vel noctem iam aduentantē iuſſam eſſe regredi, ſolemq. immobilē è cælo ſpectare,vſq. dum Dux hæbreus, Gabaonitas præcipites daret, dum maiora cæli luminaria teſtes aduocat pugnæ *Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon*; vel ſolem intelligentiæ in pectore Thomæ cōſiſtere,vt quidquid arcanum, quidquid humana mente ſubmotum, proxima luce ſolis omnia reuelante cognoſceret? ego quidem hoc cēſerem admirabilius; etenim illic cunctus exercitus ſolares radios excepit, tantum morà curſibus naturæ interceptis,hic quaſi ſolius Thomę vſibus deſeruiret, totam radiorum lucē vno in pectore reſtrinxit Sol.

D.Th. Sole victa ignorantia tegitur.

Ioſue 10.13.

Sol totus in pectore D. Thom.

Magnum præterea cenſebatur por- 168

ten-

Apoc. 12. 1. tentũ in Apocalypſi, mulierem illam, coronari ſtellis, ornari ſole, calceari luna: *Ecce ſignum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim*. At quod portentum eſt obuolui lumine? magnum equidem dixerim illum, qui magnitudinem ſolis breui circulo claudit in pectore: ſolis, inquam, adeo terræ corpus excedẽtis. Igitur mulier illa pallium habet ſolis, hic verò ex collo pendẽtem pro gemmula habet ſolem: quod ſi etiam probare vis admirãda magis in Thoma, ea, quæ in illa ipſa prædicantur æſtimari, conſidera ſtellas; quid mirum eſt aliquem ibi ſtellas habere, vbi ſtellæ collocatæ ſunt, in cælo? *& in capite eius corona ſtellarum duodecim:* admirationem dixerim ego maiorem excitare, ſtellam illam, quæ ſub mortem Thomæ, in eius fronte viſa eſt; ſtellas in cœlo reperiri hoc neceſſe eſt, at in terra, iſtud quidem inauditum eſt.

Pugna D. Tho. cum meretrice. Deinde quam periculoſa pugna, & crudelior hæc Thomæ eſt pugnantis cum dracone tartareo, illa mulieris? etenim illic rabies draconis apparuit; draco inſidiabatur ei: ſpiras intuita eſt erigere draconem, criſtataque colla in orbem conuoluere, ſibila deinde immania, venenaque lethalia profundere; intortaq; cauda verrere tellurem, immanibusque alis ſquammoſum corpus verberare: nouerat illa, & fugit. At Thomæ ſeſe peſtis, ſeu draco offert; non venenoſo turgidus aſpectu, nec atro ſanguine gerens infecta membra; ſed meretrix, ora, ſtibio, ac purpuriſſo depicta exponens, fulua capillis, blanda geſtu, lepida ſermone, vt etiam, mente, indutũ caucaſum inhoſpitalem ſuperaret; quo magis ſeſe ſuauem offert, ac debilem, eo atrocior, ac immanior pugna eſt, at nõ ſolum in hoc, Thomæ laus ſuperior; ſed illa, viſo dracone, horruit, & aufugit; & quaſi aeris eſſent anguſta ſpatia, aſſumptitijs alis, vſque ad deſerta præteruolauit; Thomas verò vt conſtantior appareat, quaſi hæc dæmonis terriculamẽta contemnat, aggrediẽtem aggreditur, inſequitur, ac titione fugat: verum ad ſolem; Cælum dixerim animatum, Thomam Aquinatem; vbi enim vertitur ſol, ac luminis ſui vices diſponit, neceſſe eſt cæli conditiones adeſſe; vel ſi ipſum eſſe ſolem volueris, apparet Dominicanam Religionem eſſe cælum; zodiaci faſciam, cingulum habitũ à cælo; domum verò, non Taurum illum Europæ, ſed magis bouem ipſum, quem mutum appellant; radios, ſcientiam; & in Neapolitano hemiſphero apparuiſſe.

[Pugna D. Tho. periculoſa, victoria inſignis.]

At quoniam, duplici, ſeu vnica ſtella, Solis ortus, ſeu occaſus annunciatur, videlicet, quæ ſub auroram exoritur; altera q̃ iam occidente ſole, reſurgit; heſperus ſtella, & Lucifer. ſi ſolis huius præuiam ſtellam noſcere cupis; ecce ſtellam, quæ Dominico affulxit, quaſi venturum dein de ſplendorem præſagiret; ſi verò veſpertinam: ecce ſtellam, quæ in fronte Thomæ iamiam migraturi viſa eſt. Igitur, & annuntiatur à ſidere Lucifero, & ploratur à Veſpere; Gemini namq. Aſtri munere claritas Solis huius apparuit. D. Th. Sol ãnuntiatur à duplici ſidere.

Enimuerò, vt ſcientiæ omnis plenitudinem in Thoma extitiſſe inde probaretur, minime potuit conuenientius id fieri, quam per ſtellam, & cœlum: vetus, ac vulgatum illud eſt, aliquid grande, & maius, nec oculis, neque adeo intellectui patens explicare volẽtis; quod ſcilicet, cœlum pinxerit rara ſtella ornatum, ac Sole; addideritq. corpori depicto animam: *pulchriora latent:* quaſi hoc diceret; ſi ſidera hæc, ac Sol, intuitus, & animam cuiuſq. capiunt, quæ foris ſunt; quanto credis pretioſiora eſſe, & longè venuſtiora, quæ intus ſeruantur? ideo *pulchriora latent:* at in Thoma hoc viſum eſt, inuentus in eo Sol, Stella, &c. addamus ergo: *pulchriora latent:* vt virtutum eius, ac ſapientiæ riuulus aliquis appareat, eorum, quæ intus ſunt, eſto foris Sol, & Stella; ex his diſce, quæ abſconduntur, & ſcias hęc expoſita, minime pretium æquare rerũ, intus in anima, in mente ſeruatarum: *pulchriora latent:* latet inquam Deus; quid intus latuerit, de hoc, quoad eius fieri poteſt, infra; iterum ergo ad lucem Solis Sol, & Stella in D. T. index maiorum donorum in anima.

Thomas illuſtrat faciem abiſſi. Solis. Deus in Thoma viſus eſt, in chaos quodammodo diſputationum, minime enucleatarum, & digeſtarum, illomet ordine, qui in creatione mundi præceſſerat, nouam lucem, ordinemq. produceie. Ibi enim indiſtincta omnia memorantur: *rudis*, vt ille, *indigeſtaq. moles*: (*Oui. Met. lib. 1.*) abiſſus informis, ac tenebris operta: *in principio creauit Deus, cælum, & terram; terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abiſſi*; (*Gen. 1. 1.*) omnia rudi, ac confuſa caligine obuoluebantur: *& tenebræ erant ſuper faciem abiſſi*: at quomodo apparuit natus ordo, & procul offuſis tenebris cũcta creata apparuere? creatione lucis: *fiat lux, & facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris: appellauitq. lucem, diem, & tenebras, noctem*: in reformatione vero mundi mentalis, & reparatione ſcientiarum, diffuſis per abiſſum difficultatũ, ignorantiæ tenebris, idem quoque ordo præceſſit; nam expunctis ab abiſſo tenebris, lucem ibi diei poſuit. Thomas enim interpretatur, abiſſus; quid poſuit in abiſſo tecta tenebris nigræ veſtis? poſuit lucem ſolis, vnde abiſſus ſplendens apparuit. Nec ad illuſtrandas Theologię queſtiones, abiſſum difficultatum, minori opus erat abiſſo luminum: ordo autem, Summa Theologiæ eſt, potius excellentia, quam compendio Summa; in qua magnitudo arctatur; cõprehenditur abundantia; quæ compendium pene immenſitatis & compendium immenſum eſt, terminus infiniti: diſpoſuiſſe Thomas videtur, nõ compoſuiſſe; miniſter, non magiſter, in hoc opere; quoniã author, & magiſter ipſemet fuit Deus, (*Doctrina S Tho. eſt doctrina Christi.*) quamobrem inde nouimus, quare ad Thomam dicit: *bene Scripſiſti*: non autem dicit: *compoſuiſti*: Ordinem vero hunc in Theologica reformatione, alibi quoque in Abacuch legimus: *dedit* inquit *abiſſus vocem ſuam*: (*Hab. 3. 10.*) quam abiſſum dixerimus dediſſe vocem? & quam vocem abiſſo conuenire? idem eſt, *dedit abiſſus vocem ſuam*, ac Thomas abiſſus, qui ob taciturnitatem, & ſilentium mutus appellabatur, qui operi intentus maximo, nẽpe inſtaurationi ſcientiarũ, ſapientiæ flumina ex ore profundit. At quid ſequitur poſtquam dedit Thomas vocem ſuam? *ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo*: (*Hier in 3. Naum.*) pro ſole intellige Theologiam, quæ continua ac æquali luce, cæteris aſtris ſcientiarum, addit ſplendorem. (*Rich de S. Vict. de 12. patr.*) Pro luna vero philoſophiam, quæ in diuerſitate, ac varietate opinionum, mutatur, vt luna. Itaque ſol, Theologia, domum certam habitationemque minime habebat, ad diuerſas methodos diſtincta, non habebat ordinem, & in confuſa librorum volumina adhuc diuidebatur. Luna quoque philoſophiæ fecit vt propria in domo conſiſteret, atque bina hæc lumina, in cœlo ſanctæ Eccleſiæ, certa lege ſplenderẽt: *dedit abiſſus vocem ſuam, ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo*. Vox vero quam dedit Thomas, bos mutus, eò peruenit, atque ita ingens fuit, vt reſponderet clamanti Deus: *bene ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies*? (*Voci Bouis muti reſpondit Deus.*) cum vero bos mutus dicatur Th. ea ipſi poſſunt conuenire, quæ de ſolitario ſilente dicit Ieremias: *bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſuper ſe*. Portauit iugum Thomas ab adoleſcentia, cum adhuc intra primam ætatem, militiæ Dei ſe adſcripſit in ordine Dominicano: *& tacebit*, alludit ad bouem mutum: *quia leuauit ſuper ſe*, ſeu *ſe ſuper ſe*, vt alij codices: innuit contemplationem in perſcrutandis ſcripturæ ſenſibus, & Theologiæ arcanis, qua in re frequenter viſus eſt abſtractus à ſe.

Fingunt quoque poetæ, Europam 169
filiam fuiſſe Agenoris regis Phœnicum, (*Ouid. lib. 3. Met.*) quam Iupiter rapuit, & ne agnoſceretur dolus, forma bouis abduxit in Cretam; dum enim blandiretur tauro, raptã, atque per vndas ille dorſo euectam aſportauit; Europa vero, tergore tauri ſedens, horruit primo, horrorem deinde querelis oſtendit, poſtremo libens Ioui, quem fabulantur bouinam illam formã aſſumpſiſſe, obſequuta eſt: ergo Europa

hæc

hæc puella, quæ inter prata virentia, luſus miſcet puellares, ancillulaſque flores habet legentes, filia regis; philoſophia eſt, quæ inter cæteras ſcientias dominabatur, ſed inutilibus ornata ſophiſmatibus, pulchrior apparebat vanitate. at bos eam à gentilitia ſuperſtitione & ſuperflua nugacitate rapuit, & dorſo acceptam, id eſt, nimio labore, inter vndas ſacratiſſimas Theologiæ aſportauit. Thomæ enim opera, philoſophia Theologiæ ancilla facta eſt; quæ quodammodo horruit primo: quis enim crederet gentilitatis ingenia, quaſi inſeruire fidei, & ſi dici poteſt, Ariſtotelem Deo? ita enim ſacratiſſimæ fidei præcepta, ac veritates apoſtolicæ, Ariſtotelico quoque naturali principio, ad philoſophantium lucem, quo nihil dubium, in ſanctiſſima veritate relinqueretur obſcuro, & prophano ingenio, probata ſunt. Atq. id etiam peruenuſtè dixeris, Tauri etiam cognomentum in Thoma reperiri; vt ſi in eo Solem agnoſcis, non in qualicunque domo conſiſtere, in Leone inquam, aut in Sagittario, aut Scorp. &c. Sed prætermiſſis cæteris cœleſtis Zonæ ſignis, aſſidere in Tauro. Enimuero ſignũ hoc ver nouum aperit, & annum nouat, floreſque naſcentis anni, odoriferum, pingit; rigores hiemys, molli Zephiro tollit. Itaq. conſidente in hac domo Sole, Sole inquã intelligentiæ, in mente Tauri, Thomæ; tunc tempeſtas hyberna difficultatum; imbres pœnè ignorantiæ; errorum caligines diffuſæ ab Hereticis, ceſſere; lucem veris afferente Tauro hoc, vnde ſcientiæ innouatæ ſunt.

Thomas prim' qui philoſophiam fecit obedire theologiæ.

Ver nouũ attulit ſcientijs.

170 Enimuero, ſi ſecundum Auguſtinum, mare non intelligis, theologiam; ſed philoſophiam è contra dicas, propter fluctus errantes, vbi naues ingeniorum nauigant; inuenies profectò, quomodo nauis Thomæ Solem adducens theologię, ſpumantes vndas philoſophiæ preſcerit. Solem enim pingebant iuuenili, & rotunda facie; eumq. in naui collocabant, quam Crocodilus ferebat. Crocodilus præterea ſolus inter animalia elinguis eſſe deprehẽditur. igitur ſiue Taurus mutus, ſiue Crocodilus hoc prę ſtet, vterque ſilentium indicat Thomæ. Non ergo dicat amplius abiſſus quod non eſt in ipſo ſapientia: *ſapientia vero vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? &c. abiſſus dicit non eſt in me:* nec dicat mare philoſophiæ: *& mare loquitur, non eſt mecum:* quoniam & in Thoma abiſſo inuenitur, & per mare vehitur à Thoma.

Auguſt. ſuper Pſ. 73.

In Pier ſupplicatum erud. cuiuſdam.

Pier. de Croco.

Iob 12.18

Iam & alio modo iſtud conſideremus: ſapientia Patris Filius eſt; tunc verificari etiam potuit, quod ſapientia erat in abiſſo, cum ſe dedit Thomæ petẽti nullam aliam mercedem, præter ipſam ſapientiam: & quidem inſatiabilitatem abiſſi, quis explere poterat niſi hoc donum? Moyſes ob premium laborum videre tantum cupit faciem Dei: *ſi inueni gratiam in conſpectu tuo oſtende mihi faciem tuam:* Dauid tunc ſatiari ſe dicit cum datum gloria cęleſti frui. Paulus vult, pro certamine, coronã. At verò Thomas nihil præter Deum quærit: *nullam aliam niſi te Domine?* quæ enim merces vti dixi ſatiare potuerat abyſſum? 171

Exõ. 34. 13

Pſ. 16. 17.

Salomon iuſſus aliquid à Domino petere, petijt ſapientiam: at Thomas ſapiens iam, petijt ſapientiam Diuinam, ſapiente in hoc ſapientior: quia quid non in ſapientia Diuina eſt? dicente de ipſo ſcriptura: *venerunt mihi omnia bona pariter cum illa:* Et vide quæ acceperit aduenientc ſapientia: *inueſtigabile eſt lumen illius. innumerabilis honeſtas, per manus illius:* lumen, & honeſtatem; ſolem, & cingulum. Atque ideo nomen ſapientis, inditum eſt Saloni; Thomæ verò, Angelici. Quod vt probemus, aduertendum eſt: lumen, & zonam, ſeu cingulum, Angelum potiſſimum decere: hoc enim ornatu apparuit in Apocalypſi; alter enim apparuit ſpectandus, candore, & zona. & alter faciem Solis habebat: Inſignia vero hęc D. Thomę, in hoc ipſo Ieremia reperimus. Et primo, Solis ſplendorem, in virga oculata, quam Solis imaginem eſſe diximus; deinde: *tu ergo accinge* 172

Sap. 3. 9.

Thom. cur datus ſol, & cingulũ.

Apoc 15. 6

Apoc. 10. 1.

lum-

Digitized by Google

lumbos tuos: iam lumen habes Solis, præcinge nunc te, vt & lumen, & cingulum habeas; ornamēta Angelica; vt Angelus appareas. Tunc autem præcinctus eſt zona, quando victor ex muliere, ſentijt ſibi ab Angelis cingulo puritatis, conſtringi lumbos. & quidem neceſſarium erat faſcia præcingi, in qua ſol, quē geſtabat in pectore, connaturaliter collocaretur, vt in zodiaco.

173 Caſtitatem, ac pudicitiam, ait B. Hieronymus, eſſe gladium illum, quo iubetur accingi ſponſus: *accingere gladio tuo* Pſal. 44. 4. *ſuper fœmur tuum potentiſſimè*: at ſi gladius eſt, à cingulo caſtitatis pendeat.

174 Fuit autem apud Romanos cingulū, fortitudinis ſymbolum; inde enim poſt victoriam dabatur militibus; à timidis verò auferebatur, id etiam reperimus in Iobo; Deus enim interrogans de fortitudine, hoc vtitur loquendi genere: Iob 4. 2. *accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi*: & quid ſibi poſtulauit indicari? ſubdit: *ſi habes brachium, ſicut Deus, & ſimili voce tonas*: Igitur cum deferunt Angeli, cingulum; manifeſtum eſt, fortitudinem declarari; Nec inſolitum eſt ſigna fortitudinis, eſſe etiam inſtrumenta caſtitatis, ſigna pudicitiæ: refert enim S. Hieronymus, antiquos habuiſſe pro ſimulacro caſtitatis, & virginitatis, mulierem præferentem militis habitum, & onuſtam armis; quò quidem oſtendebant, inuiolatam, illibatamq. ſeruari pudicitiam, ſi fortis mulier animo, obſiſtat.

D. Hiero. tom. 3. ep. ad Prin.

Caſtitas armata.

175 Aduerte autem vt hoc probes, tunc lumbos accinctos eſſe Thomæ, poſtquā fugata meretrice impudica, luxurias illius, ignemq. laſciuiæ ſæua animaduerſione extinxit. & hic etiam in Ieremia, Ier. 1. 12. hoc conſpectum eſt: *quid tu vides? & dixi: ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis; & dixit Dominus ad me &c.* ollam hanc feruentem, alij luxuriantem intelligunt, vt cōmodius ſuo loco. olla ergo erat meretrix illa, immodicis luxuriæ flammis accenſa, & verſam faciem habebat ad frigidiſſimos flatus Aquilonares .i. ad Thomam, qui pectus habebat glacie frigidus, qui vehementi, ac frigido ſpiritu illam auertit: *& facies eius a facie Aquilonis*: tunc ſtatim Deus: *tu autem accinge lumbos tuos*: quaſi diceret Thomę, fortiter egiſti extinguendo flammas ollæ ſuccenſæ, atque ebullientis; ideoq. accipe fortitudinis ſignum: *accinge lumbos tuos, & loquere omnia, quæ præcipio tibi*: eſto etiam ſapiens; ſupera omnes ſapientia; omnia loquere, quæ tibi ſuggeram, ſcribe de me; ego tibi excipienti dictabo. duplex ergo donum Thomæ fuit poſt bellum, donum ſapientiæ, & fortitudinis.

duplex donum habuit Thom. poſt victoriam.

Iſtud quoq. in Ioſeph reperio, vidit 176 enim ollam ſuccenſam: *& illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, dixit: dormi mecum, qui relicto in manu eius pallio fugit, egreſſus eſt foras*: ecce ollam feruentem ebullientemque, expoſitam flatibus pudicitiæ: at quid deinde accidit? propter hoc, ait Scriptura: *his auditis Dominus, & credulus verbis coniugis iratus eſt valde, tradiditq. Ioſeph in carcerem &c. & erat ibi clauſus*: correſpondet carceri Thomę, cum detineretur adhuc poſt hæc in arce: *fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus eſt illius &c. Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat*: ecce in Ieremia ſcriptum hoc: *ne formides à facie eorum &c. & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt; quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te*: Igitur cum vtriuſque euentus à Ieremia deſcriptus ſit; videamus quod donum acceperit Ioſeph poſt victoriam, & quod Thomas: *miſit Rex, & ſoluit eum, Princeps populorum, & dimiſit eum; conſtituit eum Dominū domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ; vt erudiret Principes eius, ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret*: miſit, & ſoluit, non miſit vt præcingeret; illi enim fœcunditas, & benedictio data eſt in ſemine: Thomam verò miſit, & cinxit; vt gratia in hoc caſtitatis agnoſceretur. Cætera verò æqualiter, ideſt illum præfecit in Regno, hunc in regno Eccleſiæ; illum

Gen. 39. 12.

Thom. præcinctus Ioſeph ſolutus.

Pſ. 104. 11

Digitized by Google

illum conſtituit, vt doceret, hunc verò Doctorem.

177 Omnia verò quę ſpectant ad noſtrum Angelum, enucleatius proſequar; ſi prius, ordine quodam; quæcumque in eo reperio adnotauero; vt deinde, & quomodo ſit Angelus, appareat: Et primò.

178 Aduertendum eſt, quattuor illa currus animalia, ab Ezech. primò, ſuæ prophetiæ capite deſcripta; ex ſententia plurium, vnum tantum extitiſſe, quattuor formas habẽs; nempe Hominis, Leonis, Bouis, & Aquilæ: placet hoc Theodoreto, Pierio, alijsq.; de quibus conſule Maldonatum. Neque hoc ſine fundamento; & primum infra ex ipſo Ezech. *& eleuata ſunt Cherubim, ipſum eſt animal, quod videram iuxtà fluuium Chobar*. & alibi: *ipſum eſt animal, quod vidi ſubter* Deum *Iſrael iuxta fluuium Chobar*: quod ergo vocat in primo capite quattuor, vnum hic eſſe dicit; appellatq. Cherubim. Suadetur etiam hoc, quia in primo capite, aſpectus animalium, dicit eſſe aſpectum hominis: *& hic aſpectus eorum; ſimilitudo hominis in eis*: hoc generatim dicit, at particulariter deinde deſcendit, & quod ſub vna facie hominis eſſe dixerat, particulariter ſub quattuor aſpectibus nominat. Hoc conſtituto optimè in Cherubim intelligimus D. Thomam, quid .n. eſt Cherubim niſi plenitudo ſcientiæ? vt ait S. Gregorius; nec tantum hoc, ſed & Deus ſuper Cherubim, dicitur ſedere millies in Scriptura: *qui ſedes ſuper Cherubim*: *aſcendit ſuper Cherubim, & volauit*: Chriſtus autem eſt ſapientia: *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*: qui cum in Thoma inhabitet dans ſe totum illi poſcenti in mercedẽ: merito dixerimus ſedere, & tronum ſuum habere ſuper Thomam, vt Cherubim, .i. ſuper plenitudinem ſcientiarum; ecce quomodo illud quoque manifeſtatur eodem in Pſalmo: *aſcendit ſuper Cherubim, & volauit*: volauit, quia attingit ſapientia à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: deinde: *poſuit tenebras latibulum ſuum*: quid eſt dicere volare ſuper Cherubim, & ponere tenebras latibulum ſuũ, niſi quia ſuper Thomam Cherubim, & abiſſum deſcendit? *poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius, tabernaculum eius*: ecce aliam acceptionem nominis Thomæ; ipſe enim, & Cherubim dicitur, & abiſſus, & ſol: in circuitu Domini eſt tabernaculum; at quæſo, quod eſt Domini tabernaculum? reſpondet Pſalmus: *in ſole poſuit tabernaculum ſuum*; habet Solem pro tabernaculo: habet ergo Thomam; quia in illo ſibi complacuit habitare, quia Thomas Sol eſt.

Theod. hic. Pier. de corona. Heſych.

Ez. 10. 5.

V. 20. 2.

Quattuor animalia Ez. vnum animal.

S. Gregor. hom. 34.

Pſ. 79. 2. Pſ. 17. 5.

Coloſ. 2. 3

In Thoma habitat Deus.

179 Præterea quod aſcenderit ſuper Thomam, Cherubim; in illo etiam quod rogauerat ſpõſus, probatur: *pone me, vt ſignaculũ ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*: ſcriptura eſt nimis vulgata, ſed ad rem noſtram, alio ſenſu: præpara mihi habitationem in medio cordis; ego enim ſum lux mundi, & ſol, qui ortus ſum timentibus nomen meum: hoc dicto, ſequitur: *lampades eius lampades ignis, atque flammarum, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*: alia lectio: *alæ eius, alæ ignis, atque flammarum*: quomodo hoc verificari poteſt, ſponſam iuſſam Chriſtum Solẽ excipere in corde, habere alas igneas? alas ſolũ habet ignis, Cherubim, non ſolum enim plenitudo ſcientiæ, ſed charitatis eſt: dicente Hieronym. *aſcendit ſuper Cherubim &c. hoc eſt ſuper plenitudinem ſcientiæ &c. Cherubim interpretatur, plenitudo ſcientiæ, quæ eſt charitatis*: Igitur ſuper Thomam, Cherubim, alas amoris, & ſcientiæ habentem, aſcendit ſponſus, & ibi poſuit ſe; congruit etiam illud quod dicit: *pone me, vt ſignaculũ ſuper cor*: in Thoma charitatem, & ſcientiæ plenitudinem eſſe oſtendit: feruentem ſcilicet ad dilectionem, voluntatem; & illuminatum ad ſcientias intellectum: cum enim cor ſedes ſit animæ, pro anima ſumi ſolet, & pro intellectu: *vt meditatio cordis mei*: & pro voluntate, patet. Sedet ergo Deus

Cant. 6. 9.

In Thoma ſcientia, & charitas.

Digitized by Google

Deus ſuper Cherubim,ideſt ſuper Thomam,eſtq. ibi,vt ſignaculum,ſuper cor; quas aquas dixerimus non potuiſſe huius charitatem extinguere? illas equidem quæ laxato nimis decurſu ad ſubuertendam turrim conſtantiæ Thomæ defluebant, vti Iob de impijs inſtabilibus: *& fluuius ſubuertit fundamentum eorum*: aquas illas, ſeu potius, flammas dixerim concupiſcentiæ, quas mulier impudica, ſecum ferens, noua incendia moliebatur; ſeu aquas perſuaſionis, & maternæ querimoniæ frigidiſſimas, quibus conceptum iam in Thoma ignem charitatis, extinguere pertentabat. Sed viſo quod Cherubim ſit Thomas, videamus etiam quomodo in eodem curru figurari poſſit. Currus hic quattuor animalium, quæ vnum eſſe hucuſque diximus, diuerſas formas repreſentabat; & primo Hominis; ſecundo Leonis; tertio Bouis; quarto Aquilę volantis; quas quidem formas,ſeu figuras in Thoma, eodem ordine reperimus.

Iob 22.16

Tho.ſpeciē habet hominis, leonis, bouis, & aquilę.

180 Fuit primo,homo, quia ſubdēs rationem Deo,ęxtimauit potius, illi, quā matri eſſe obtēperandum. oſtendit ſe Leonem dū rugiēs,mulierem illam inpudicā proſequitur: oſtenditur Bos dum arcana ſubtiliſſima ſcientiarum ſilentio premit; oſtenditur vlterius Aquila, dum Solis, in cruce, radios, immoto cernit oculo; ſeu quia altiorem in doctrina volatum vſq; ad cœlum edidit. Prius ergo facies hominis. Quæritur hic, quæ durior pugna?illa quam cum matre pro conſeruanda Religionis via, quam inſtituerat; an illa quam cum laſciua ſuſcepit pro pudicitia? & quidem vtrumq; arduum; duæ namq. fœminæ pugnant, quarum altera genitrix: altera vero meretrix eſt; altera ferit plantu; altera verò riſu; illa preces,& minas exerit, hæc verò profert amorem. In altera pugnat pietas, blandimenta prælianturin altera.

181 Victoriam, vltimo, mater intendit, dum tota,quæ pūgant animum Thomę, obiecta lachrymarum, ac doloris exponit;altera vero blandas luxuriæ flammas accendit.

Bellū mater intētat, & meretrix, & q̃d durius.

182 Et quis matrem vicerit vnquam, qui in ipſa quoque victoria non ſe victum ſentiat; armaque ipſa contra ſe, victor etiam, non expediat? neſcit enim maternus amor, & ingenita in filijs reciprocatio amoris,aliquid pati, quod ſēſum nati prætereat.

183 Et quis blandæ mulieris inuitātis ad formam,reſpuit intrepidus nefarios obtutus,& ardentiſſimos,natura ipſa miniſtrante,amoris aculeos,licet à ſcelere immunis euadat in bello?neſcit arbiter maiora pericula in vtroque bello. mater cupit religionis; mulier verò deſertorē cupit efficere puritatis. Sæuiret contra matrem? hoc naturæ legibus aduerſum eſt.Expelleret rētatricem?(hoc præſtitit) at vacua expulſio eſt, dum inter primos oculorum occurſus, lethali luxuriæ venenum iam perfundi ſolet. Auget etiam matris robur; quod Coriolanus Romam,Reginam mundi,iam inuadens,ac ſuo addictam imperio, matris admonitu, ac precibus amiſit, & à totius imperij faſtigio, parcens,eiectus eſt. Auget quoq. mulieris formoſæ potentiam, quod Darius ora trementia (quæ quondam iratum Alexandri vultum immobilia conſpexere) pallidus, ac timens, ictibus Apamæ expoſuerit, maxillaſq. Regias meretriculę puniēdas dederit.Quāobrem dixit ille, qui fortiores eſſe contendebat mulieres: *Videbam tamen Apamen,filiam Bezacis mirifici,concubinam Regis, ſedentem iuxta Regem ad dexteram,& auferentem diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cędebat Regem de ſiniſtra manu, & ſuper hæc aperto ore intuebatur eam, & ſi arriſerit ei, ridet &c.* Regius ergo vultus petulantis fœminæ palmas excepit. Quodcumque ſit, graue cenſeo, atque admirandum, puerum, vtriuſque inſidias ſuperaſſe, relictoq. terreno affectu, maternos quoque clamores nihilo ducentem, ad ordinem Dominicanum, vt ibi aſcriberetur auolaſſe.

Val.Max. lib.7.

Eſd.4.29.

Fortitudo Thom.

184 Nunc quoq. cenſeo ego,illud Apo-

calyp.

Digitized by Google

calyp. verificari; nempe, quod cum Sol factus eſt niger, terrẹmotus magni facti ſunt: *& ecce*, inquit, *terrẹmotus ma-*
Apoc 12.6 *gnus factus eſt, & Sol factus eſt niger:* quandò Sol factus eſt niger, niſi quando Thomas, Sol, habitum nigrum induit Religionis Dominicanæ?; ſed quid præceſſit: antequam Sol factus eſſet niger? *terrẹmotus*, inquit, *magnus factus*
Auguſtin. Apoc. homil 5. *eſt:* Terrẹmotus hic ſignificat perſequutionem, ait Auguſtinus; Igitur perſequutiones plures ſubſtineat, cum nigredinem induit Sol Eccleſię; matre enim, ac fratribus, id indignè ferẽtibus, quod dumtaxat Dei militiæ, in ordine, adſcriberetur, quid non moliti ſunt, vt ſanctum adoleſcentem ab inceptis auerterent. Vi rapiunt pergentem aliò, intrudunt carceri; minantur, ſcorto immiſſo inſidiantur pudicitiæ, vt eo ſanam mentem Religionis abijceret: *Ter-*
Impedimẽta obiectã Th. cũ Religionẽ ingreditur *rẹmotus* ergo *factus eſt magnus:* dum Sol ſacra tenebra religioſæ veſtis obtectus eſt: Et quaſi de Thoma prophetaret Dauid, ait: *adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus; tribulatio, & anguſtia inuenerunt me:* dicit ſe adoleſcentulum, contemptum eſſe; figuratq. hoc, Thomam, qui contemnitur à matre, & fratribus; & vide quomodo: *tribulatio, & anguſtia inuenerunt me:* tribulatio maternæ querelæ; anguſtia carceris: atque inter hæc nunquam obliuiſcitur iuſtificationum Dei, quin noctem diei adiungat meditando.

185 Verum perſonante tota parentum cohorte, & in vna fœmina, tartaro, omnes nequitias exponente; quid faceret ſanctus adoleſcens? adoritur mater, inſequuntur fratres, gemunt ſorores, ſcortum pellicit, & cum alterum ex his
Tanquam Hercules ſternit mõſtra obſiſtentia. ſuperat, præſto eſt alterum ad pugnam. Lerneum anguem circumſiſtere putarẽ, nocua prole, capita repullulantẽm; cuius dum Hercules caput abſcindit, duo protinus renaſcuntur; rediuiuam igitur Hydram mortibus, vt ille ait; fruſtra aliquis proſternit, cũ ſit letho, ac lethali ferro fœcunda: Hanc verò interemit Hercules ferro, ac igne: fruſtra enim cum comperiſſet ferrum adhiberi, accenſo igne combuſſit.

Tot ergo capita Hydræ obſiſtentis 186 (hoc conſilio vſus) obtruncauit Thomas, & nocua primo machinamenta matris, ac maternę pietatis adhortamenta, ferro abſcidit; quod vt pateat, meminiſſe oportet ſententiæ illius, Saluatoris: *non veni pacem mittere, ſed gla-* Math. 10. 34. *dium: veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum; & filiam, aduerſus matrem ſuam; & nurum, aduerſus ſocrum ſuam; & inimici hominis domeſtici eius.*

Igitur hoc gladio; quem immiſit Chri- 187 ſtus, Thomas, in pugna cum matre, ac fratribus vſus eſt: diuidens ſe ab ipſis. At hydra repullulat, ferro tantum obtruncata; adhibendus ergo eſt ad interitum, ignis; multiplicatur namq. contra Thomam, exponens caput, quod in ſcriptura dicitur nequius omni re; caput, videlicet, mulieris impudicæ; cum Tho. igne delet hydram. victorem Thomam, mulier hęc nequam, vt eum pulchritudine ad ſuam traheret ſententiam aggreſſa eſt. vtatur ergo Thomas igne; accepto etenim ex foco, titione, perditam illam fœminam fugauit.

Quod ſi faciem hominis interpreta- 188 ris, pro animo virili, pro fortiter geſtis à Thoma in ætate puerili. Videlicet quod ea geſſerit adoleſcens, quæ viri eſſent; hic plura nota. Et primo, Thomam adoleſcentem, mores viriles, faciemq. hominis oſtendiſſe: cum matris, ac fratrum, nec minis flecti, nec precibus potuit, vt à cęptis deſiſteret. Dicat ergo Ezech. *ſimilitudo hominis in eis*: & Ez. 1.5.10. infra: *& facies hominis à dextris ipſorum quattuor:* licet immaturam ætatem haberet, ſed non infirmam mentem, animumq. debilem in hoc oſtendit. Porrò, & hoc eſt, quod obſeruamus in virga vigilante: *Quid tu vides Ieremia? virgam vigilantem ego video*, alij, *amygdalinam*: Diximus ſupra, amygdalam iuuentutem ſignificare, ex Pier. de amygdala, ac etiam præ cæt. arboribus florere

Digitized by Google

amygdalum, ſemperq. tempus in emittendo flore, anticipare;& ver ipſum præuenire: quaſi naturæ decreta, vel prius obſeruet, vel prius inde prætereat. Diuus ergo Thomas cernitur in hac virga, qui quaſi impatiens diuturnæ morę, præuenit conſilio, ac intellectu ætatem, & ea ipſe monſtrauit puer, quę vix in ſene crederentur. Nec immerito, virgam, quam legis, *amygdalinam*, legis etiam: *vigilantem*, atque oculatam. Oculus enim intellectus ſymbolum eſt, vt ſupra, ex ſententia Chryſoſtomi fuſius. Itaque in hoc oſtenditur, quod licet primos habeat adhuc pueritiæ flores Thomas, habet tamen oculum ſapientiæ, & intellectus; niſi mauis etiam in hoc interpretari protectionem Dei: *ſic vigilabo ego ſuper verbo meo:* ſecundum quod, etiam ſapientem infantiam Thomæ reperimus in hoc capite Ieremiæ: *Ne dicas puer ego ſum, quia ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuerſa, quæcunque mandauero tibi loqueris; ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, vt liberem te; dicit Dominus:* quaſi diceret Deus: ne dicas, Thoma, *puer ego ſum:* neque enim annorum numero ſenectus computatur, ſed canis ſenſibus; ideo licet adoleſcens ætate, iam vir es prudentia; ibis ad omnia, quæ mittam te, ad religionem. ne timeas facies eorum, qui contradicunt tibi, nempe matris, & fornicariæ, quia: *ego tecum ſum*: Quod dicit: *ne timeas faciem eorum:* oſtendit totam vim matris, & meretricis, non in manibus, ſed in facie extitiſſe: & primo, mater: quot lachrymas exponit, quot profert doloris indicia, tot arma ſunt, quæ non alienum, ſed filium capiant; quis enim æquo animo matrem vidit flœtu rigantem ora; ſuſpiria longa iterantem, totumq. animi mœrorem in vultu monſtrantem, & ipſe, pietate imperante, non accurrit protinus ad lamenta? ſanè index oculus, ac vultus, internorum eſt, & efficax medium ad perſuaſionem, non enim tantum oculus ſuadet, ſed ea etiam, quæ per ipſum reprę ſentantur. Atque hoc obſeruo in Canticis, quare videlicet deſcribens ſponſus ſpeciem ſponſæ; cætera ſimpliciter dicat: ad oculum verò, & genas, addit, præter id, quod intrinſecum eſt: *oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet:* & paulò poſt: *ſicut fragmen mali punici, ita, & genæ tuæ; abſque eo quod intrinſecus latet:* genæ ſiquidem inditia ſunt paſſionum, & oculi, argumēta internorum. Totas proinde in vultu, in lachrymis oculorum, & pallore genarum, expoſuit mater artes, & dolores; ideo dicitur Thomæ: *ne timeas à facie eorum:* Non timere quoque iubetur vultum fornicariæ, de cuius oculis dicitur in Eccleſ. *ab omni irreuerentia oculorum caue, & ne mireris ſi te neglexerit*, & alibi: *nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcœcabit vultum ſuum tanquam Vrſus, & quaſi ſaccum oſtendet in medio proximorum eius:* horum ergo vultus, etſi puer es, ne time tu; ego enim tecū ſemper ero, vt ſaluem te; viriliter age: confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum: *ad omnia enim quæ mittam te ibis:* Pulchrè totum hoc, quod diximus Thomæ eueniſſe: quaſi conſultò deſcribit Salomon; & primò hæc de ætate: *ſenectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, vita immaculata:* deinde de ingreſſu ad religionē; *placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores, tranſlatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectū eius, aut ne fictio deciperet animam illius*: ecce quomodo per malitiam, adhortamenta deſcribit eorum, qui à Religione illum auertere contendebant; & per fictionem, artes compoſitas laſciuæ, clarius ſtatim: *faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona:* ideſt deceptio, vt Gloſſa, verbis ornatis, obſcurat bona; intellige de deceptione illorum, qui ornatis verbis cęperant obſcurare bona, ſcilicet animum religionis in Thoma; *& inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia*: mulier fuit illa, quæ apparuit, vt ſenſum ſine malitia trāſuerteret

[Margin notes: S. Th. præuenit ætatem monſtratus in virga amygdalina. — Ier. 1 V. 7. — Cur iubeatur non timere à facie matris & meretricis. — Cant. 4. 1. — Cant. 4. 3. — Eccl. 26. 14. 16. 25. 24. — Sap. 4. 8. — Quare fuit raptus ad Religionē Thomas.]

teret, Quid ergò mirum ſi ideo à Deo raptus ſit in paradiſum religionis? *placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.*

189 Etenim quod virga hæc amygdalina, Thomas inquam, flores emiſerit citiùs; & quod turbinem, ac pruinam contradictionis euitare oportuerit, cecinit ſpõſus: *flores apparuerunt in terra noſtra:* iam lætum tempus feſtinè ſatis aperuit, conſilij, & prudentiæ, Thomas; floresq. protulit immaturo tempore maturos: ſed quid infra? *tempus putationis aduenit:* putant vites agricolæ, ne nimis humore exuberante luxurient, qua ex putatione fructus maximi percipiuntur. Igitur Thoma: iam flores apparent; amputa luxuriantes vites, matrisque ac ſeueræ nimis blandientis, colloquiũ

Cant. 2. 11

amputa: *tempus putationis aduenit.* Matris, & meretricis, falſas intelligo, perſuaſiones. Et infra hoc ſatis explicauit: *capite*, inquit, *vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit: dilectus meus mihi. & ego illi, qui paſcitur inter lilia:* vulpes hic intelligit Orig. & Bern. malas ſuggeſtiones, quæ capiendæ ſunt, dum adhuc paruulæ exiſtunt; ne poſtea maximum dãnum inferant, & irreparabile. Capiantur vulpes paruulæ in hac Thomæ vinea, reijciantur parentes, & ſcortum; quia ipſe paſcitur ſicut dilectus ſuus Chriſtus, inter lilia caſtitatis, & puritatis: ideo his ſuperatis, audit ſuperius vocem Chriſti inuitantis: *reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloq. ceruorum ſuper montes Bethel:* regredere ad religionem, & ſuper montes Bethel .i. concauitatum, hoc eſt montes mundanæ gloriæ, qui periculoſi ſunt; ſimilis eſto capreæ, velociter curre. Igitur Thomæ, qui viriliter egit in tentatione, quid premij dat Deus? perfectionem, & doctrinam; ſapientiam, & ſanctitatem. Atque ideo cenſeo ego benedictionem, quam dedit Leui Moyſes, tribui poſſe Thomæ; ait ergo: *Leui quoque, ait; perfectio tua, & doctrina*

Orig. in can. hom. 4

Ber. ſer. 6. 3.

Iubetur Thom capere vulpes filiæ perſuaſionis.

Thom benedictus, vt Leui.

Deut. 33. 8

tua, viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, & iudicaſti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: neſcio vos; & fratribus ſuis: ignoro illos &c. & vltimo: *benedic Domine fortitudini eius; & opera manuum illius ſuſcipe:* Quæ maior fortitudo? non agnouit matrem, & fratres neſciuit, à ſuſcepta Religione retrahentes. Iſtud quoque ſub nomine Ioſeph videtur Iacob expreſſiſſe, dum benediceret filijs: *filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum: ſed exaſperauerunt eum, inuideruntque illi, habentes iacula: ſedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſrael. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens, benedicet tibi, benedictionibus cœli deſuper; benedictionibus abyſſi iacentis deorſum; benedictionibus huberum, & vuluæ &c.* Videtur in curru, facies Leonis, quæ annexa eſt cum facie Hominis: in Thoma ego crediderim vtramque faciem coniunctam, quia vna, eademq. victoria extitit in arce, prius quam ad Religionem rediret; & bellum, quod intulere prius parentes, etiam ipſos parentes in altero, laſciuiæ miniſtros habuit; vniat ergo Ezech. faciem hominis, & leonis; & deinde ſeparatim enumeret alias: *facies hominis, & facies Leonis, à dextris ipſorum quattuor:* ſed cum penè vna victoria ſit Thomæ cõtra maternum amorem, & impudicitiam; cur cõtra matrem dicitur habere faciem hominis; contra laſciuientem verò leonis? ideo, quia ratio illic dominari debet; vires, & furor hic. oportet eſſe hominem, ac diſcretè omnia moderari illic; hic, moderatio diſcreta, ac conſilium; nempe percunctari flammas cupidineas, moram nectere, diſcutiens, quid facto opus ſit, imprudentia, & ruina eſt. habeat ergo ferociam leonis: Quamobrem Epicharmi illud carmen extitit:

Gen. 49. 22.

Ezec. 1. 10.

Cur contra matrẽ habuit faciem hominis: cõtra Hircũ, Leonis.

Amoris mollitiem, leonis robore domitandam:

Epychar. Grg.

Non autem gratis dixerimus, Thomam apparuiſſe leonem, ſiue leænam; ea namq. taciturnitatis, ac ſilentij ſymbolū eſſe traditur: leænæ quoque elinguis ſimulacrum, ex ære, quod Athenienſes ſtatuere, Iphicratis opus, taciturnitatem

Tertull. & pier.

indicabat: meminit huius Tertullianus, & Pier. Quod ſi Thomam taciturnum, & pene mutum dixerimus, nomen illud congruere fatebimur: Præterea vigilantiæ Hieroglyphicum eſt, & terroris: Primò, quia ex animalibus recuruos vngues habentibus, ſimulatq. natus eſt, cernit; atque inde Plutar. ſolare animal eſſe putat. Secundò, quia terrificum hominem hoc ſigno oſtendebant, cuiuſmodi ſimulacrum in Agamemnonis clypeo fuiſſe, Pauſanias teſtis eſt: inſcriptione adiecta:

Terror hic eſt hominum: quiq. hunc gerit eſt Agamemnon.

Pier. de leone.

Itaque Thomæ Soli conuenit ſolare animal, & virgæ vigilanti, vigilans, ac etiam ei, qui ſcortum fugauit: terrificum: Præterea leo hieroglyphicum eſt eius, qui alienam ferocitatem edomuit; quamobrem, quam rectè nomen hoc Thomæ conueniat, qui parentum, & laſciuiæ ferociam edomuit; nemo eſt qui non videat.

190 Meretrix, leæna.

Veruminenimuero cum per leænæ nomen optimè intelligatur meretrix; illam pro meretricula, quę Thomam aggreſſa eſt accipimus; vnde Ezech. huiuſmodi petulantiæ, & adulterij cauſſa, Hieruſalem leænam appellat: habes etiam in Ariſtoph. Lyſiſtrate, in iuramento fęminarum: *Non ſtabo leæna in Tyrochneſti*: fuit quoq. ad hoc cuiuſdam Poetæ ſenariolus:

Par eſt leænæ, & fœminæ crudelitas.

Præterea conſtat hoc ex tumulo Corinthiaco, in qua leænæ ſimulacrum erat, Arietem inter priores pedes habentis, quod petulantiam eam indicabat, qua laſciuiunt Arietes. de hoc fuſius infra in expoſitione Sancti Ioannis Baptiſtæ.

191 Vt verò hoc ſit manifeſtum magis: aduerte Chimæram finxiſſe Poetas tria capita flammiuoma habere, vnum leonis, alterum chimeræ, alterum draconis: vnde Lucret.

Lucr.

Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimæra.

At Ouidius:

Ouid. 11

Quoque chimæra iugo medijs in partibus hircum:
Pectus, & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Itaq. vides, caudam ; mulieres huiuſmodi, habere ſerpentinam; pectus verò, quod fortitudinem indicat, & os, quod ſpeciem (ex eo quia vim penè omnem habent in facie) leoninam: corpus reliquum hirci; quoniam (vt ſupra diximus, in expoſitione Paſtorum, & Principum petulans, ſalax nimis, ac luxurioſum ſit animal:) quamobrem, etſi blandam

Meretrix chimæra.

habet faciem, fornicaria, habet tamen caudam, qua pungat, ſerpentinam; leonis verò anteriora, amoris denotant petulantiam, huiuſmodi enim ſunt prophani amoris initia, qui ſub blanda ſpecie aggrediuntur dirè nimis, & primo inſultu magna feritate amantes capiunt, his quæ diximus reſpōdent verſus Horatij.

Orat. in car.

Vix illigatum te triformi,
Pegaſus expediet chimæra.

loquebatur de iuuene quodam perdito, amore capto.

192 Verum vt rem colligamus, ingruenti hic leęnę, quid aliud Thomas obijceret, vt conatus omnes eluderet, ipſamq. præcipitem daret, niſi prunas, flammaſq. ignis? vt enim monſtrum ingens, omnia, luxuriæ feritate, ac incendio depopulaturū Thomas offendit; & leæ-

Thomas meretricē igne fugat vt leęnam

na ipſa inter geſtus blandimenta, ſimulataq. verba leoninam rabiem oſtenderet, arrepto in manu titione machinationes, ac furorem indomitum eiecit. Leæna namque, ac Leo; quod ignem ingenitum, & in ipſis oſſibus abſtruſum gerer, ignem præcipuè formidat, adeo vt (inquit Pierius) nihil æque vereatur, atque prætentas faces. teſtatur quoque Homerus

Ardenteſq. faces, quas quamuis ſæuiat horret.

Atque

Digitized by Google

Atque hæc inſignis victoria extitit. Neſcirem equidem quid potius horruerit mulier, an prætentas in manu faces, an radiantem in pectore, ac vultu puritatis, Solem? magnum quidem hoc extitit inſigne fortitudinis! Et quod magis puritatis, & candoris inſtrumentum, nigro hoc torre quem rapuit ab igne? & quis vnquam deterioribus armis, vt puta, ſemiuſto carbone, rem pretioſiorem, caſtitatem inquam, cuſtodiuit?

Victoria Thom.

193 Elias ſuper milites Ocohziç cœlum iuſſit, ignem pluere, qui oēs vna ſententia incendio periere. Magnum quidem hoc, & inter zelantis animi laudes facinus memorandum; at verò, non ignem obiecit Iezabeli, quæ Prophetas Domini occidi iuſſerat, & abiecto cultu, Prophetam perquirebat ad necem; quinimò Elias, quaſi contra mulierem nequam robur omne minime conſiſteret, minor eſſet, & ipſa iuſtitiæ, & feritatis inſtrumenta torperent, non currit ad flagellum ignis, vt prius milites aduſſerat; ſed ipſe ab igne iracundiæ impudicæ mulieris, quaſi impotens, ſeſe abſcondit. Ibi ergo celum aduocat ad vindictam, hic ſe eripit à vindicta, fortiorem enim æſtimauit militibus, mulierem. At cognoſce in hoc Thomæ potentiam, & animi conſtantiam; non enim ceſſit irruenti fœminæ nequam, & aufugit; ſed, quod non præſtitit Elias, illam, è manibus excutiēs ignem, ſequutus eſt. Minor equidem, cenſeo, victoria illa eſt, quam retulit Iudith, quæ toto armata decore Principes ferienda proceſſit; quo deniq. duce, vno tantum ictu gladij, exercitum ſtrauit Holofernis; ſiquidem ad cædem formam protulit, quæ plus ipſa, quam gladio cæcidit. At Thomas è contra, exercitum, vt ita dicam, ſpeciei, & omnia abſcondita; ac viſibilia formæ machinamenta ardenti pruna combuſſit; neſciam ergo debellari pulchritudinem; ſed arcem victoriæ, deluſit, ac titione, quaſi tormento quodam bellico, deiecit.

4. Reg. 1. 10.

Fortior in hoc Tho. Elia.

3. Reg. 19. 2.

Arcem libidinis in ſtrumento bellico deiecit Thom.

194 Suſannæ quoque pudicitia inſignis extitit, quod ſenum obſcœnas flammas, vnda puritatis extinxerit; verum inſignior conſtantiæ laus in Thoma: hic. n. ſpeciem, lepores, & quot profert pulchritudo, venuſtatis comites, formæ ornamenta, deſpexit, illa fœdas laſciuię faces in labanti ſenecta, repulit. His ergo clarè cognitis.

Dan. 13.

Qualis cõſtantia Suſannæ.

195 Mirum cenſeri debet, quomodo flāmas amoris, flamma carbonis, extinguat Thomas; quod ſi *aquæ multæ* in Cāticis canticorum: *non potuerunt extinguere charitatem:* maior fuit charitatis ignis, ac potentior, quam exuberantes aquæ: quomodo viſi ligni flamma, non magis excitat, ſed incendia conſumit cupidinea? Nil efficacius, quam culpam ante oculos obijcere, his, qui, culpa graues, quid gerant non aduertunt. Ergo Thomas, ſpeculum ob puritatem, ſpeculum ſine macula, videbatur; leæna autem ingenitum fœdumq. ignem habet in oſſibus, vt ſupra; & vt Peripatetici inquiunt (cauſſam reddentes, cur ignem expaueſcat) in oculis. quamobrem cum vidit in Thoma turpem ignem in carbone, quaſi in ſpeculo, ſuum, quem inter laſciuientes gerebat obtutus in oculis, ignem, cernere viſa eſt; deformisq. culpæ turpitudinem, clarius repræſentatam aſpexit, proinde horrore capta, in fugam, ſemet fugiens verſa eſt. Itaque nocuas turpesq. flammas, quas ſecum ducit, horret; atque hoc puritas effecit Thomæ.

Cant. 9. 7.

meretrix horruit ſe metipſam in Thom.

196 E contra verò ſponſus purus, non oculos igne laſciuo temperatos habet, ſed lacte lotos puritatis; & ideo frequēter ſe in ſpeculo proſpectans, videt ſem per quod delectat, & quo capiatur; vnde non fugit ſui imaginem, abſtinens ſe à ſpeculo, ſed tanta capitur delectatione, dum ſe ibi intuetur, vt ſemper conſedere illic velit. En ſponſam hoc fatentem: *Oculi eius, ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lactæ ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima:* fluenta habet pro ſpeculo, vt hic S. Gregorius. Dauid, quando culpam cępit agnoſcere? qn̄ in parabola ouis, & aduenę, facinus eius Nathan obiecit, tāquam in ſpeculo.

Cant. c. 5. 12.

2. Reg. 12. 1.

Vſum

Digitized by Google

197 VRſum quoque, aiunt, vas æris accenſum, minime oculis poſſe intueri, quamobrem vel in fugam vertitur, vel obcœcatur; innuit hoc ſcriptura loquens de muliere nequam: *nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcœcabit vultum ſuum, tanquam vrſus:* Gloſſa hic: *tanquam vrſus, qui excæcatur per patellam accenſam; coram oculis eius poſitam ſic mulier excœcatur, à cognitione boni, & eius operatione, per libidinis ardorem:* Porrò ſi Vrſus eſt, mulier nequam; & à calore excœcatur, quis dubitet fugam, mulierem illam, arripuiſſe, ex eo, quia & flammas zeli reperit in Thoma, & titionis?

Eccl. 25. 14.

Quam ſit vtile obijcere facinus.

198 Thomæ verò hiſtoriam hanc, ordinemq. eius; & quod illa, quæ ignem attulerat, pœnè prætentis facibus exuſta eſt; & quod, qui incendio appetitur, liber euadit ab incendio, ab omni flammæ iniuria ſolutus; & quod deinde miſſus ſit Angelus ad Thomam, vt nocti deinceps ignis extingueret ardorem; hæc inquam omnia, mihi videntur in pueris illis, quos ſcribit Daniel, contigiſſe; cum tres pueri, iuſſu Regis miſſi ſunt in flammam ignis: *& confeſtim viri vincti cum braccis ſuis, & tiaris. miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis; nam iuſſio Regis vrgebat: Fornax autem ſuccenſa erat nimis:* Porrò nulla fornacis ſenſere incendia, ſed ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino. Vides hic, Thomam; fornacem, omni tentatione, & luxuriæ inquinamento accenſam, non horrere; fornacem, inquam, inſſam accendi ab iis, qui mulierem ad ſanctum introduxere. Deinde potius illi qui fornacis ignem nutriebant exuſti ſunt, dicente Scriptura: *& efferebatur flamma ſuper fornacem, cubitis quadraginta nouem, & erupit, & accendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis:* ſimili euentu, Thomæ victoria apparuit; potius illa, quæ ſparſerat ignem, nutriebatq. laſciuia; ignis materialis experta eſt ardorem; quam ſanctus, qui toto fœdæ culpæ incendio appetebatur: ſequitur Daniel. *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace:* at Angelus Domini, ſtatim deſcendit ad Thomam, excuſſitq. ſenſum omnem libidinis, cingulo caſtitatis; & ingenitas naturæ flammas extinxit prorſus. Hoc inſigne Dei eſſe canunt pueri, quod reſpexerit de cælo ad ſalutem; ſed in ipſis ſuis laudibus, videntur laudes Thomæ canere, dicentes: *benedictus es Domine, qui intueris abiſſos, & ſedes ſuper Cherubim, & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula:* hucuſque diximus, Thomam appellari abyſſum, ac, gratia, Cherubim eſſe, plenitudinem ſcientiæ. quaſi ſcriptura diceret: benedictus es Domine, quia præliantem Thomam iutuitus es, vt à tentatione, & igne libidinis eriperes; Thomam inquam, quem vt Cherubim tibi ſeruas, vt ibi ſedeas; erit .n. plenus ſcientia, & ſolum quæret vt in corde eiuſdem ſedeas; igitur peculiariter illum reſpexiſti, opemq. memorandam tuliſti.

Dan. 3. 21.

Thom. aſſimilatus pueris in fornace illæſis.

videntur canere pueri illi victoriam Thomæ. Dan. 3. 55.

Verum, ſi dixerimus (quod hucuſq. probatum eſt) Cherubim eſſe Thomam, inferimus, conſultò, ac iure ad Thomam ſpectare, non alium aduocare ad vindictam debuiſſe, ſed potius ſe, igne, armare. Quid enim Thomas eſt niſi Paradiſus, clauſus in arce, ac cuſtoditus? inſtar illius Paradiſi eſt, de quo dicitur: *hortus concluſus ſoror mea ſponſa; hortus concluſus; emiſſiones tuæ Paradiſus:* hoc ſtatim infra; Paradiſus etiam dicitur, corpus humanum, vt Beda. At ego dixerim, caſtitatem, ac puritatem; Paradiſus enim eſt voluptatis, in quo poſitus erat Adam, tranſgreſſione, ac inobedientia expulſus; at quæſo quem Deus conſtituit vltorem cum flammeo gladio in manibus, vt tranſgreſſores eijceret? Cherubim conſtituit: *eiecitq. Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atq. verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ:* merito ergo Thomas, Cherubim, debuerat ipſe armis ignis vti ad expellen- 199

Cant. 8. 12

Bed. Gen. 3.

Thom. Paradiſus.

Gen. 3. 24.

lendum eam, quæ Paradiſo caſtitatis inſidiabatur; Cherubim namq. eſt, Paradiſum cuſtodire, ac tueri, quem ergo aliū ad vindictam aduocaret?

200 Scimus autem Angelos, puros, caſtitatis præcipuè, ac puritatis laudes habere, dicente Domino: *neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei:* & iurè damna pudicitię vindicare, vt qui in hac virtute exiſtunt inſignes, eam quoque ab inſidiatoribus tueātur, & contra violatores vltum eant. Porrò ea ratione Daniel ad ſenem dixit: *manet autem Angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos.* & ſupra: *ecce enim Angelus Dei, accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium:* decebat Angelum, ſententiam ferre contra eos, qui pudicitiam fœdare pertentauerant. Enimuero Thomas, qui Angelus eſt, ob puritatem, ſeipſum iure armat ad vltionem, & mulierem illam fugientem, pœnas ſumpturus, inſequitur. At quando hoc ſumus explicare oportet, quam nam pœnam dederunt ſenes Angelo? de quo dicit: *ecce enim Angelus Dei, accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium:* reperio ego ſenes hoſce, non ſciſſos gladio occubuiſſe, ſed eos Regē Babilonis igne frixiſſe: reſpōſio hæc eſt, ſcidit Angelus per medium ſenes, cum animam addictā æternis ſupplicijs euulſit à corpore; ſed verè ignis ſupplicio, frixi periere; hoc poſito: ideo cenſeo dictum eſſe in Eccleſiaſtico (vt mox explicauimus) mulierem nequam, eſſe quaſi vrſum, qui, inſtrumentum, in quo torretur aliquid, ſartaginem ſcilicet (vt ibi Gloſſa) formidat; illa enim pœna ignis punitur luxuria, & ſenes libidinoſi interiere; quamobrem fugit, cernens, in manu Thomæ, mulier impudica, fœdæ culpæ debitas pœnas, videlicet ignem. Nunc verò pro Thoma, videntur illa poſſe dici, quæ in Cantica deſcribuntur: *hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus; emiſſiones tuæ Paradiſus, malorum punicorum, cum pomorum fructibus &c.* bis: *hortus* dicitur, *concluſus:* Primo, in Religione B. Benedicti, vbi ſanctæ vitæ inſtituit initia. Deinde: *hortus concluſus* in carcere, vbi ex lethifera pugna victor euaſit; at deinde dicuntur: *emiſſiones tuæ Paradiſus:* emiſſiones eius ſunt ad Paradiſum, ad Dominicanam Religionem, vbi vitam in puritate, & innocentia, & ſanctitate degit omnino cœleſtem; additum erat: *fons ſignatus:* non dum enim ſcientiarum fluenta proruperant, erat fons interim ſignatus: *clauſi* enim ſunt *fontes abiſſi: & cataractæ cœli, & prohibitæ pluuiæ de cœlo:* ideſt non dum Thomas homo cœleſtis oſtenderat ſapientiam ſuam. Contrarius fuit in Thoma caſus Adæ, ille enim amiſſo innocentiæ ſtatu, ſuggeſtionibus annuens tartarei ſerpentis, à Paradiſo expulſus eſt; in pugna enim quam intus habuit, victus, ac ſuperatus, à loco innocentiæ eiectus eſt. Thomas verò foris bellum inijt cum lethali ſerpente, à Demone, ad labefactandam pudicitiam immiſſo: ex quo, cum victor euaderet, expuncto omni carnalis concupiſcentiæ morſu, & quodammodo adepto innocentiæ ſtatu, in Paradiſum Religionis ingreſſus eſt; ibiq., vt Adam, poſteris perfectam rerum cognitionem tranſmiſit; ſed ad Thomæ victoriam redeuntes; merito (vt ſupra diximus) cingulo Angelico præcinctus eſt; hoc enim fortiſſimum, & virtute conſtantiæ inflexibilem eſſe, illū, quem Angelus miſſus cinxit, indicat. Quod, cingulum, fortitudinis ſignum ſit, ſupra fuſius probatum eſt, & mox iterum: attamen videamus Thomæ conſtantiam.

Mar. 12. 25. — Dan. 13. 60.16.55. — Angelus eſt vltor pudicitiæ — Eccl. 25. 25. — Cant. 4. 12. — Quare bis hortus cōclūſus Thom. — Gen. 8. 2. — Ingreditur Religionem.

Salamandram conſtantiæ Hieroglyficum conſtituebat Nazianzenus, præcipuè quod hoc animal, in medio igni, qui omnia domat, non ſolum lætari dicitur, ac viuere; ſed eum omnino etiam extinguere; quin hoc ſēſu addit, ſe Athenis cum Baſilio, in igne perfidiæ, Deum verum colendo, incolumes verſatos; ac etiam conſtantia, ac profeſſione, eum ſuppreſſiſſe. Hominem verò vndique ignibus impetitum, ſed illæſum, in Salamandra, oſtendere Aegyptij conſueuerunt; ea ſiquidem ſuper carbones ob 201

Pier. de ſal.

am-

Digitized by Google

ambulans, nullo ab his efficitur nocumento; quin tantus illi rigor, vt ignem tactu extinguat. Thomas ergo, qui caſtimonia frigidus apparuit, puritatis niue pectus obtexerat, flammis impetitus, non modo non vſtus eſt, ſed eas extinxit; rectè ergo conſtantiæ virtute appareat inſignis. Quamobrem ſi has dixeris leænam illam meretriculam attuliſſe, videtur ſatis illa verba Eccleſiaſt. conuenire Thomæ: *Liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circundederunt me, à preſſura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non ſum æſtuata*: quaſi diceret Thomas: ſicut Leo rapiens, & rugiens inuaſit me mulier nequam, ignesq. immanis, accendit; at ego, ſicuti Salamandra, non ſolùm non æſtuatus ſum, ſed ignes extinxi.

Thom. extinguit ignem.

Eccl. 5.

202 Alia quoque ſimilitudine victoriam Thomæ explicare poteris: Scorpius, eo quod ei ſigno Mars dominetur, adulteriorum infamia notatus, apud Poetas Libidinis ſignum extitit; quamobrem ſupra finitorem prodeunte Scorpio, ortos, Mathematici, laſciuos eſſe dicunt; huc etiam ſpectare poteſt illud Hieron. *cauendum ne arcuato vulnere Scorpij vulneretur*.

Mulier impudica Scorpius.

Hiero. ad auitam.

203 Vides ergo, libidinem illius, fuiſſe Scorpium; quod ſi Scorpius nihil adeo horret, ac ignem; quinimò circundatus ignē, adeo, remotæ alioquin flammæ, formidat aſpectum; vt ſibi ipſi mortem conſciſcat; meritò libidinis omnis euanuit ſenſus, vt carbonis, ſeu titionis incendia apparuere.

204 Adhuc in Thoma obſeruo poſſe verba illa Dauidica verificari: *Eripe me de luto, vt non infigar; libera me ab ijs, qui oderunt me, & de profundis aquarum; non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum; neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum*: lutum, hic, teſte Gregorio, ſordidam voluptatem ſignificat; puteus verò, meretricem; iuxta illud: *fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena*: quod ſi puteus hic, non hoc ſignificet, quomodo dixerimus puteum poſſe os vrgere? ait ergo Thomas, exaudi me Domine, fac non poſſe nefandas mulieres mentitum vultum ſuper me vrgere, ne aliquo modo inde cadam in lutum laſciuiæ. Aduerte quomodo vtrumque congreſſum Thomæ in his verbis exponat; cum enim poſtulat liberari, meminit tempeſtatis aquę; à duplici periculo; & à tempeſtate pluuiæ petit liberari, & à puteo; tēpeſtas aquæ eſt, quæ ex nubibus deſursū aduenit, lutū autem, & puteus deorſum eſt; explicat in hoc bellum matris, & meretricis; mater ſuperior eſt, cui obedientia filij debetur multum; at non obtemperare in re tam pernicioſa, hoc à cælo, ideſt à matre eſt ciere tempeſtatem pluuiæ, & vndarum, ſcilicet perturbationum. Secundò, à profundo, & ab ore putei liberatur, quia: *fouea profunda eſt os alienæ*: ideoq. propter duplex periculum, opem implorat à Deo.

Pſ. 68. 19.

Gr g. 34. mor 8.

Prou. 23. 27.

Ib. 22. 14.

Prou. 22. 14.

205 Alibi quoq. conſtantia Thomæ deſcripta eſt in libro Prouerbiorum: *byſſus, & purpura indumentum eius &c. ſindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Cananæo; fortitudo, & decor indumentum eius; & ridebit in die nouiſſimo; os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius*: per byſſum, Gloſſa, intelligit caſtitatem; per purpuram, charitatem: eo enim magis accenſus eſt Thomas ad Dei amorem, quò fortiter puritatem cuſtodiuit.

Prou. vlt. 24.

206 Sequentia verò, ad litteram, videntur quodammodo de Thoma: *ſindonem fecit*: per ſindonem quæ eſt veſtis linea, & mūda, intelligitur puritas mentis; per cingulum verò, caſtitas corporis, vt eadem Gloſſa, additque authoritatem Gregorij: *lumbos præcingimus cum carnis luxuriam, per continentiam coarctamus*: & ſequitur, *tradidit Cananeo* .i. zelanti, vt zelatus eſt Thomas pro Religione, & honeſtate: *fortitudo, & decor indumentum eius*, ideſt cingulum, indumētum illatum ab Angelis, eſt ſymbolum fortitudinis: eſt fortitudo, ideſt con-

Greg. homil. 12.

Digitized by Google

conſtantia mentis, & decor exterioris honeſtatis; ſequatur ergo licet, qđ poſt hæc in Religione feliciter egit Thomas: *os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius:* paullò quoq; ſupra: *accinxit fortitudine lumbos ſuos:* cingulum enim vt toties dictum eſt, fortitudinem prætendebat.

Cingulum Thomæ.

207 Conſiderato currus Leone .i. fortitudine, ac conſtantia Thomæ, tertium animal erat Bos; qui ita congruit cum Thoma, vt ipſe hoc vocabulo frequẽter propter laborem, ac ſilentium appellaretur. Educendus eſt ergo Leo è carcere, qui poſtea vertatur in Bouem. Hic quoque reperio ego, & cum hac materia mirum in modum quadrare videtur, qualis apud Perſas, barbara erat cerimonia: Bos fronte, ac facie Leonina, ex antro cornibus arreptus educebatur ad ſacrificium, de quo Papinius:

Thom. eductus è carcere.

Bos Leoninus.

Indignata ſequi torquentem cornua mitram

Conſilium autem hoc, fuiſſe illius gentis habet Pier. cum Taurus plurimum terrenum animal ſit, Soli ab ea gente dedicatus, vim eam habere videbatur, q̃ Sol in vniuerſam terram exercet. Igitur valde cõgruit, Bouem leoninum, extractum, dicatum Soli, terram frugiferam indicare. Quomodo autem abũdantiam in rebus quę ad ſapientiam ſpectant, indicauerit Bos iſte mutus, eductus ad ſacrificium, ideſt ad martyrium religionis, ex effectu optimè comprobatur. Igitur vim eam oſtendit Thomas, dum adhuc Bos appellatur, quam oſtẽdit poſtea Sol: ideſt quos terræ fructus attulit Thomas, vt Sol; eoſdem parauit, ac indicauit, vt Taurus: Hoc innuere videbatur Moyſes cum benedixit Ioſeph, ac tacitè laudes in benedictionibus ipſis recẽſuit Dominicanæ familiæ, in ſanctis, & filijs illuſtrioribus: ait ergo: *de benedictione Domini terra eius; de pomis cœli, & rore, & de abyſſo ſubiacente:* loquitur de Ioſeph; qui interpretatur *filius accreſcens: ſeu augmentum, ſeu Domini augmentum* ideo patet hoc intelligi poſſe de religione Dominici; quæ illuſtri omnium virtutum, & ſanctitatis augmento propagata eſt: ſequitur, *de pomis fructuum Solis, & Lunæ, de vertice antiquorum montium; de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ; & de plenitudine eius: benedictio illius, qui apparuit in Rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticẽ Nazaræi, inter fratres ſuos; quaſi primogeniti Tauri pulchritudo eius: cornua Rhinocerotis cornua illius &c.* ſemper ad Thomam videtur vertere ſermonem, quaſi præcipuus religionis decor ex ſanctitate, ac ſapientia Thomæ proceſſerit. Igitur, tribus nominibus vocat Thomam, vocat Abyſſum, Taurum, Solemq. & primo, benedictionẽ petit venire ſuper hanc familiam, de abyſſo ſubiacẽte; deinde de pomis fructuum Solis, & *Lunæ*; Solem, & *Lunam* diximus ſuperius poſſe interpretari, Theologiam, ac Philoſophiam, quorum fructus, quot extiterint, ordinata, ac enucleata Theologia; ac reparata rerũ naturalium cognitione, vndiq. mũdus agnouit: verum quid ſignificent fructus Solis, & *Lunæ*, alibi ſuo loco: deinde precatur, vt benedictio Dei veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazaręi: Nazaręus, ſeu *floridus*, ſeu *ſanctificatus*, ſeu *ſeparatus*: dicitur: quæ quis neget optimè tribui Thomæ, qui quodammodo depreſſa libidine ab Angelo ſanctificatur, floridusque virginali puritate, apparuit? Et nota, ꝙ dicit, verticem eſſe Thomam religionis, tanto meritorum, & donorum cumulo exaltatũ. Vltimo tandem *quaſi primogeniti Tauri pulchritudo eius:* ideſt pulchritudo eius, in Tauro primogenito eſt; tũc enim ſplendidius cępit religio clareſcere, cum Thomas lucis ſuę radios primus effudit; vnde, & primogenitus in inſigni honore, ac decore meritò appellari põt. quod ſi non hoc indicaſſet, quã pulchritudinem innuiſſet Tauri primogeniti?

De Boue.

oſtendit abundantiã, & frugem ſcientiarum dũ eſſet vt Taurus.

Deut. 33. 13.

quid ſit benedictio Solis, & Lunæ.

Totam ferè Thomæ hiſtoriam, adhuc deſcripſit in Tren. Ierem. ſcilicet, quod immatura adhuc ętate, virga vigilans, virtutibus, ac pietate, quærens Deum, floruerit; quod religionem fuerit ingreſſus; ſilentium quoq., & cæteras virtutes 208

(quod ſupra etiam tetigimus,ſed non hæc præſertim verba)ediſſerit, ait ergo:

Tren.3.23

noui diluculo multa eſt fides tua:pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum:bonus eſt Dominus expectantibus eum, animæ quærenti illum;bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei : bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoloſcẽtia ſua; ſedebit ſolitarius, & tacebit &c. portare iugum,ac tacere eſt ſe mutum Bouem probare ; ideo *bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*: vt fecit Thomas ; & qđ tacuerit, additur : *ſedebit ſolitarius, & tacebit &c.* Porrò ex ſilentio dulce conſtat eloquium,& venuſta quidem oratio illa eſt,q̃ pręceſſerãt diu producta ſilentia;dicebat ergo de ſpõſa ſua,ſpõſus: *ſicut vitta coccinea labia tua , & eloquiũ tuũ dulce*: vitta coccinea (vt pluries repetitũ eſt)inſtrumentum eſt,quo religãtur diffluentes crines;quæ cũ in ore conſpicitur, os claudit,& comprimit; ne procacia verba effundat. Neq. enim dixerim omnino tacuiſſe Thomam, ſed ſi ore, mutus videbatur; exemplo, contemplatione,corde loquebatur; nam inquit Eccleſiaſt. *verba ſapientum audiuntur in ſilentio* : Præterea nouit eruditurus multos ad iuſtitiã Thomas, quod ipſe prior iuſtitiam debuerat ſibi procurare ; medium ergo inuenit ſilentium: dicente Iſaia, quod *cultus iuſtitiæ ſilentium eſt* . Quod autem mox dixi, ſapientem Thomam,in ſilentio loqui ; hoc modo probo ex Dauid : *eructauit cor meum verbum bonum*, vt quid eructat cor,non autem os ; cuius proprium eſt verba effundere ? adde quod ſciẽtia Doctorum in ore dicitur eſſe: *in medio eccleſiæ aperuit os eius* : explica hoc ita; cor,non os ſapientum hic loqui videtur, habeat .n. os in corde;vnde Eccleſiaſt. *in corde ſapientum os illorum* : inde: *eructauit cor meum verbũ bonum &c.* inde ergo: *lingua mea calamus ſcribæ :* Inter picturas omnino multas quibus Aegyptij ſilentium indicabant,Perſicum his admiſcuere; eaq. de cauſſa , arborem eam, Hipocrati dedicarunt,fructum.n. habet cordi,folium linguę ſimile;quaſi ſermonem,qui fructus eſt intelligentię,ſedem in corde , non in lingua habere deceat.

Ieremias hiſtoriam Thom. deſc. ibit.

Cant.4.3.

Eccl.9.17.

Iſa.32.17.

Quare ſeruauit ſilentium.

Pſ.44.2.

Eccl 15 5.

Eccl. 21. 29.

Pier. de Perſico.

Hoc verò pulchrè eſt inquirere (cum 209
dixerimus Perſicum ſilentij ſymbolum eſſe)quomodo hoc Boui conueniat.i.taciturnitas Thomæ?& quidem ex conſequentibus apparebit:huius arborem,ait Plutar.ſacram fuiſſe Iſidi,quod pomum eius,humani cordis figuram; folium verò linguæ præſeferat.Sapiẽtiam hoc indicat intellectu primum concipi &c. ſed ad noſtram ſententiam fabulantur Poetæ,Deam hanc fuiſſe filiam Inachi Regis Argiuorum , à Ioue mutatã in Bouem; quam Aegyptij,pro Dea voluerunt.Sacra eius vocabantur Iſaica:ei immolabatur anſer: de anſere infra; hic verò de Perſico,ſilentij hieroglifico:de Iſide verò hæc ſcribit Mart.

Plut.lib de Iſide,&Oſiride.

Virg.lib.3. Georg.

Nec per Niliacæ Bouem iuuencæ.

Mart.lib.8

atque etiam Ouid.

Et cœli ſignum Phariam dixere iuuencam.

Ouid.li.5. Faſti.

Iure arbor hæc Boui, ſeu iuuencæ ſacra eſt,vt ſilentium Boui naturale eſſe appareat.Itaq. videmus quomodo Thomæ, Boui muto,congruit ſilentium, & inſtar Perſici, corde loqui :rectè quoq. diximus Thomam , prius quam loqueretur;ſapientiam corde loquutũ frequenter ad Deum orationibus,ac meditationibus intentum: quod ſanctos viros palam eſt præſtare; & primo Ezech.loquuturus ad populũ verba Dei , includitur prius à Domino,domi; deinde vſus omnis ei linguæ aufert ; iubet deinde, quæ didicerit in cõtẽplatione, loqui: *ingredere,& includere in medio domus tuæ: & tu fili hominis,ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis, non egredieris in medio eorum ; & linguam tuã adhęrere faciam palato tuo, & eris mutus &c.* quæcumque Thomæ reperimus eueniſſe, hic leguntur ; & primo , incluſus eſt in medio domus , religionis ſcilicet , & ibi vinculis votorum emiſſorum ligatus eſt ; non egreſſus eſt in medio parentum, hic vinculis obſtrictus;nec eum vnquam aliquis inde abſtrahere potuit:

Ezec.3.24.

Prius didicit ſilentio deinde docuit.

non

Digitized by Google

non ergo *egredieris amplius in medio eorum*:deinde vt haurias ſcientiam,& non effundas : *adhærere faciam linguam tuam palato tuo,& eris mutus :* eris,inquam, Bos mutus,nec loqueris;vſque dum didiceris à me , quæ oporteat alijs Eccl.15.5 enunciare : *cum loquutus fuero ad te, aperiam os tuum* : huc autem illud confer : *in medio Eccleſiæ aperuit os eius :* addit , quod acquiſierit dum tacens ſapientia impletus eſt : *& impleuit eum* Cap.1.5. *Dominus ſpiritu ſapientiæ,& intellectus*, & Ieremias iuſſus, adhuc infirma ætate , loqui ad populum , & Prophetias dirigere ; inſtar muti Bouis potius mugiendo, quam loquendo, dixit, ſe adhuc in tempore eſſe , quo, ſilentium oportet Ieremias Bos mutus. eſſe cuſtoditum : *ab ab ab neſcio loqui, quia puer ego ſum :* iubes me alios docere: eo tempore quo iubes Bouem eſſe mutum ? en: *neſcio loqui,ab ab ab.* reſpondit Dominus : *ne dicas puer ego ſum &c. quæcumque mandauero tibi loqueris ad eos : ecce dedi verba mea in ore tuo &c.* iam tempus ſilentij conſumptum eſt ; dedi ego iam tibi, quæ loquaris , ne te intra ſepta taciturnitatis proficuæ cohibeas ; iam acquiſiuiſti &c.

210 Iterum huic Deæ Iſidi, Boui. anſerem dicatum eſſe tradunt : hoc enim animal hieroglyphicè ſilentium indicat Ammian. de Anſeribus. opportunum,tradit hoc Pier. ratio hęc; quod etſi ſtrepit ſemper , ac clangit; attamen tranſmeans in plagam occiduam, ingrauеſcente orientali clamore, cum Taurum montem Aquilis abundantem penetrare cępit ; vim volucrum pertimeſcens , roſtrum lapillis occludit ; ne vel extrema neceſſitate , clangor elici Silentium Thom. opportunū. poſſit ;calculos deinde proijcit : ſilentium itaq. hoc animal indicat opportunum : ergo ſilentium opportunum videtur Thomæ Boui ſacrum, dicatumq. extitiſſe; quoniam aduertebat , & quid eſſet periculi longos texere ſermones; facundiam oſtendere , initio religioſæ vitæ ; prius quam fundamenta prius ſo- Clem. Alexandr.3. ped.9. lidaret ſanctitatis ; tacuit ergo veritus Aquilas , quas Clemens dicit eſſe Dæmones: at verò virtutibus omnibus corrogatis, quæ ad vitæ innocentiam pertinent , & quibus acquiſitis minimè Dæmones pertimeſcere debemus , lapillum abijciat ſilentij,atque os aperiat ſapientiæ .

Oſyridem, Aegyptij , Iouis, & Niobe filium , ſub forma Bouis colebant, & 211 frequenter immerſum aquis quęrebant cum luctu ; vnde ille

Barbara cornigerum Memphis plorabat Oſyrim. Mant.

Hunc quoque , refert Plutarcus , fulgenti amiculo veſtitum, Solis vim oſten Plutar. & Pier. de oculo. diſſe : & ſæpe in ſceptro , & oculo,quo Sol intelligebatur , exprimebant Aegyptij .Vnus ergo, atque idem Oſyris , & Tauri, & Solis , formam indutus , cole- Idem Taurus, ac Sol batur : Hanc ergo coniunctionem inuenies in Thoma, in quo , & Tauri ſilentium , & Solis ſplendorem mundus agnoſcit ; Taurus , ſeu Bos quoque appellatus eſt, & Sol ; quod ergo Taurus obtinuerat,atque acquiſierat tacendo ; hoc loquendo monſtrauit : radios ergo quos diſcendo cohibuit, docendo poſtea ſparſit : facit ad hoc profana illa Heliopolytarum religio , quæ Taurum dicabat , ſacrabatq. Soli : Taurum verò illum Neriton appellabant , quod ad ea quæ dicta ſunt quam maximè ſpectare videtur.

Cæterum cum dictum ſit Leonem , 212 Bouemq. eſſe, Thomam ; Leonem quidem in debellando hoſtes ; & Bouem in corrogando ſapientiam : facit quod Iſaias dicit, quaſi intuens Thomam poſt pugnam, & victoriam nullo modo ſe extollentem , ſed in humilitate permanentem in Religione . ait ergo : *Leo, quaſi Bos comedet paleam* : ille qui erat Iſa.11.7. Leo, & robura obſiſtentia,fuga, ac igne ſuperauit , qui . glorioſum contra mundum , & carnem reuexit triumphum ; vnde Leonis fortitudinem oſtendit ; nunc, quaſi Bos comedit paleam ; ideſt viliora religionis munera obit , & delectatur ; & gaudet , victor antea , nunc Tho. Leo, & Bos. colla iugo ſubmittere obedientiæ: *quaſi Bos comedet paleas*, vel etiã dicas paleas

Digitized by Google

Bed. in Gen. 14. vt placet Bedæ, doctrinã Spiritus Sancti ſignificare; ille ergo, qui prius repellebat hoſtes intrepidus, Leoninam oſtendens fortitudinem, nunc paleas comedit ſacrarum ſcientiarum; ruminatq., vt Bos; Boui verò comparatur Thomas in comparatione ſcientiarum, & non alteri. huic enim animali, doctos, ac fortes

Hilar. in Pſal. 65. & ibi Arn. prædicatores, vult aſſimilari Hilarius, & Arnobius, quoniam quæ mandit ruminat, & patientia, ac labore inſuperabilis eſt: quãobrem de Thoma viſus eſt Iſaias

Iſa. 7. 24. hæc vaticinari: *vepres enim, & ſpinæ erunt in vniuerſa terra: & omnes montes, qui in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc terror ſpinarum, & veprium; & erit in paſcua Bouis:* ſpinæ, & vepres, do-

ſuper Naũ 1. & Oſ. 10. Auguſt. ep. 48. ctrinæ hæreticorum ſunt, teſte Hieronymo, & Auguſtino, quæ terram veritatis fœdant, & reddunt ſterilem. Sarculum eſt genus raſtri, hoc eſt crates illa dentata, qua ſegetes ab herbis purgantur. ſarrire autem ſarculo eſt ſegetes purgare, ac ſcalpere; ſarrire quoque montes ſarculo, teſte eodem Hieronym., eſt meditari in ſcriptura ſacra ad eliciendam ſapientiam. Porrò ſententia Iſaiæ hæc eſt: omnis terra, quæ ſpinis conſita eſt hæreticorum, illa non eſt, quæ purgata eſt, & eſt in paſcua Bouis; quam enim terrã Bos hic, ſcilicet Thomas habet in paſcua, ſcilicet quam doctrinam ipſe meditatus eſt: ex ea quidem ſpinæ procul ſunt: *non veniet illuc terror ſpinarum, & veprium, & erit in paſcua Bouis:* quid enim erroris in doctrinam Thomæ venire poteſt, quæ Dominico probata eſt teſtimonio? bene ſcripſiſti de me Thoma: non ergo in eam terram quæ in paſcua eſt Bouis .i. Thomę, ſpinæ, & vepres errorum orientur. fertilis ſemper erit, ac ferens fructus: teſtimonio, Domini, fideli, qui ſapientiam præſtitit Thomæ; .n. ipſe teſtatus eſt: *bene ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies?*

213 Solent ſcriptores, libros imprimendos, reuiſori prius tradere, ille verò ſi quid reperit, vel bonis moribus, vel inſtitutis fidei contrarium, expungit, ac omnino delet. plerumq. autem omnia comperiens ſumma cum eruditione, ac ſapientia diſpoſita, inſcriptioni, laudes addit; egregium opus, v.g. quam vtillimum fore aſſerens: Chriſto ergo, ſummam Thologiæ quam ediderat, Thomas approbandam tradit; ac ille non ſolum approbat, ſed enchomaſtico extollit: *bene ſcripſiſti de me Thoma; quam ergo mercedem accipies?* præter laudes premium pollicetur, talis enim eſt doctrina Thomæ. Chriſtus approbat doctrinã Thomæ.

Scriptores, impreſſores, & pictores præcipue, completo opere ſubſcribere ſolent: *ſcribebat, pingebat, cudebat &c.* hoc indicant, imperfectum opus qualecunque abſoluiſſe; arte quidem, non perfectione compleuiſſe: Thomæ verò opera, non qualiacumque, non imperfecta ſunt; nec eis addatur: *ſcribebat* ſed dicat Dominus: *bene ſcripſiſti*: iam bene compoſuiſti, nec aliquid ſupereſt, quod addas operi completo, ideo: *bene ſcripſiſti*. Quod ſi perfectionem operum D. Thomæ noſcere cupis, illam quidem ex pretio arguere poteris. ex pretio namque libri qualitas eius agnoſcitur; ſi nos pro aliquo libro ſoluimus centum aureos, profecto eximium opus, ac egregium oportet eſſe authorem, præclarum illud erit, quod tanti emimus: ex hoc dignitas operum D. Thomæ apparet; quanti enim æſtimauit Theologiæ ſummam? quantum petijt, non aliam mercedem ego quidem pro hac ſcriptione, quam laudas, volo; niſi te .i. rebus cunctis, præter te, eminentior hic liber eſt: *non dabitur aurũ obrizum:* pro hac ſapientia, quam monſtraui: *nec appendetur argentum in commutatione eius:* igitur tu ſolum poteris eſſe pretium: Quæ vox eminentior iſta eſt? tanto ſupra res omnes celebranda, quanto ſupra mortalium mentes eſt, vt oblata cuncta reijciantur; opes, ac theſauri, pro nuditate crucis, & paupertate Chriſti: verè nunc dici poteſt de Thoma, quod alibi dicit ſcriptura: *ſapientia aperuit os mutorum:* parta ſapientia os muti Bouis, ſcilicet Thomæ aperuit in- 214 Qualitas operum Thom. Iob 28. 15

vo-

vocem illam, quæ toto penè mũdo admirante audita eſt: nullam aliam præter te Domine.

215 Memnonem Auroræ filium dicunt veteres, & Virgilius:

Virg. lib. 1 *Nunc quibus auroræ veniſſet filius armis.*

Huius fingunt ſtatuam, inter noctis ſilentia, ſiluiſſe; at verò reſerato noua luce Orientis clauſtro (vt primum Solis iubar excipiebat) voces edidiſſe ſuauiſſimas; Sol autem, & motum, & voces, & verba dabat lapidi duro, cœco, atque inerti. Thomas ergo videbatur, quaſi ſtatua, dum Bouem mutum ſe oſtendebat, abiectum, & quod nullis potuiſſet vſibus prodeſſe. Verum accedente Sole iuſtitiæ, Chriſto, qui ita appellatur à Malachia, modulos illos pangit ſuaues, altamq. illam vocem: *nullam aliam niſi te Domine*: Quamobrem, Thomas tunc viſus eſt egregiam vocem protuliſſe, cũ ortus in cruce Sol illi fuit. Teſtari hoc videtur Habacuch: *dedit abyſſus vocem ſuam; altitudo manus ſuas leuauit: Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo &c.* ſcripturam hanc in alium ſenſum ſupra interpretatus ſum: nunc autem hoc modo: Thomas abyſſus quando dedit vocem ſuam? quando Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo: Solem, diuinitatem Chriſti ſignificare, aſſerit Origen. & Patres ferè omnes, Solem etiam in habitaculo, Chriſtum in gloria: verum ego hoc ita interpretarer; Sol, diuinitas, ſcilicet, & Luna, humanitas, (Luna illa dumtaxat perfecta, teſtis in cœlo fidelis, quam dicit Auguſtin. humanitatem denotare. in Chriſto autẽ eſt demptis imperfectionibus, Luna pulchra, & ſine macula) cum Sol, & Luna, diuinitas, & humanitas .i. cum Verbum incarnatum viſum eſt à Thoma in Cruce, tunc ille ora tacentia ſoluit, ac dixit: *nullam aliam præter te Domine.*

Malach. 4. 2.

Abach. 3. 16.

Quando primũ bos hic mutus loquutus eſt.

Auguſt.

216 Porrò tunc exiſtimo ego impreſſum fuiſſe Thomæ Solem in pectore, cum habito quod petijt, ideſt Chriſto Sole, illo decoratus apparuit; oſtendit quoq. ſe Equitem Dei ordinatũ eſſe. Signum Equites militiæ gerunt in pectore: at quod eſt Dei ſignum niſi lux Solis? ait enim Dauid, qui huic militiæ adſcriptus erat: *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*: cum ergo ordinauit Thomam, Solem dedit, quem ille monili appenſum monſtrauit in pectore. Atq. hoc modo, idem expreſſit ſponſus in Canticis, dum dixit: *pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum; vt ſignaculum ſuper brachium tuum &c.* deinde ſponſa exponit quomodo ſit hoc ſignaculum, quo ſuos honeſtat Deus, & militiæ diuinæ adſcribit, ac cooptat, ſequitur: *lampades eius lampades ignis, atque flammarum*: lampades, præſertim Solis dicuntur eſſe, vt Lucretius:

Sol inſigne Chriſti magiſtri militiæ.

Cant. 9 6.

Forſitan & roſea Sol altè lãpade lucens; Luc lib. 2.

& ille

Quem ſimul attollens rutilantem lampada Titan Stat.

Obruit:

Et Verg. pluries: ait ergo ſponſa teſtificans, quid ſit ſignaculum militiæ Chriſti; lampades eius, lampades ignis, atq. flammarum; Sol eſt, ardentiſſimos habens radios: atq. hoc, videlicet, quod ſignum Chriſti ſit lampas: clarè ex Iſaia colligitur, qui dixit: Chriſtum ipſum accendendum, vt lampas accenditur: *donec*, inquit, *egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius, & ſaluator eius, vt lampas accendatur*: Hoc conſtituto manifeſtum eſt Equitem ſe oſtendiſſe Chriſti Thomam, qui Solem radiantem vti moris eſt Equitis, appẽdit in monili. hoc autem ſignaculum Solis, aduerte, quod ſponſus vult ſuper cor apponi .i. ea parte videatur, vbi proximum ſit cor, & in brachio (ſolent enim Equites in pallio, in ea parte, quæ brachium tegit, & in pectore ſecus cor, cruces, vel militiæ ſignum ferre) inde enim cor ardore Solis liquefiet, vel qualitates, & figuram recipiet illius; vt cera, ſigillum. Quomodo ergo rectè dicere poterat Thomas, cui hoc contigit habere: *factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens*! tanto enim ardore vicini Solis æſtuat cor, vt quaſi cera liquefactum ſit

Iſ 61. 1.

Cor Thomæ, vt cera liqueſcens.

ſit: *paratum cor meum*, proinde: *Deus: paratum cor meum*: quod iuſſeris, quod amas, fiet à me amante. ſponſa hoc expreſſerat dicens: *introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*: en ordinationem: alia lectio: *vexillum eius ſuper me*: .i. ſignum eius; inſigne militiæ eius ſuper pectus meum: ſequatur ergo: *amore langueo*: cor liqueſit amore: vim amoris ſuſtinere nequeo: inſigne hoc, nimis flagrans eſt.

Cant.2.4.

217 Præterea dicitur in ſcriptura Deus oculum in corde Adam, & Euæ poſuiſſe: *poſuit oculum ipſorum, ſuper corda illorum, oſtendere illis magnalia operum ſuorum*: oculum indicem intelligentiæ ſuper cor poſuit, vt perciperet, quæcũq. à Domino illis oſtenſa ſunt. Quæ ergo dixerimus Dominum, Thomę oſtendiſſe, qui non oculum, ſed Solem poſuit in cor Thomæ: oſtendere illi magnalia operum ſuorum? Adde quod Sol, mens dicitur mundi: Solem enim, mundi mentem, appellabat Cicerò; nimirum quod ſicuti mens, errorum tenebras fugat; ita & Sol. Tum ſi cor eſt præcipua pars animalium, vnde dicitur vita procedere; purificato per Solem corde, quas actiones ex Thoma dicamus proceſſiſſe? Quod ſi de oculo dicitur quod cum ſimplex eſt, totum corpus lucidum reddit, Sole purificante ſedem vitæ, luminoſum, ac coruſcans in actibus ſuis corpus euaſit.

Eccl.17.7. Quid ſignificat ĩ cor de Sol. Matt.6.22.

218 Hoc verò quod diximus de Sole, mẽte mundi; ſeu oculo in corde Thomæ, poteſt etiam ad doctrinam eius ſpectare. Cor enim, cum præcipuè ex eo intelligatur procedere amor, ſignificare videtur voluntatem, ex Origene; cum ergo additur oculus Solis, ſymbolum intellectus (vt toties diximus) ſignificetq. Sol, Thomæ doctrinam, reliquum eſt, vt non ſolum ſpeculatiua ſit, ſed etiam inflammet: ideſt vt voluntatem æquet intellectui. Binas quoque in ea conditiones reperimus quæ exiguntur à Dauid, quibus etiam comprobatur, ſit ne doctrina cæleſtis, vel prophana: *eloquia Domini eloquia caſta; argentum igne examinatum*: & primò quidem adeo caſta extitit, vt ne error quidem, doctrinæ puritatem violauerit; deinde igne Solis probata, examinataq. eſt. Et de illa arbitrarer dictum eſſe: *præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt*: nubes videlicet errorum, præ fulgore, quem habebat Sol, Thomas; in conſpectu eius tranſierunt, qui radios veritatis ſuſtinere non poterant, deleti ſunt: *grando, & carbones ignis*: grando dicitur doctrina Hereticorum quia frigidos reddit quos imbuit; (pluuia verò, Catholicorum: *concreſcat vt pluuia doctrina mea*:) Et carbo ignis, quia mentem obſcurat, poſtquam eſtinguitur ignis apparentiæ; & remanet torris extinctus. Non ſolum autem hæreticorum mendacia diſſoluta ſunt, apparente Sole doctrinæ hujus; ſed doctrina catholica Patrum, Thoma illã in ordinem redigente, ac illuſtrante, viſa eſt amplius illuminari: vnde, & ipſe dicit: *doctrinam quaſi antelucanum illumino*: ſicut Sol illuminat antelucanum, ita eos qui me præceſſerunt, quodammodo, illuno Sole doctrinæ meæ.

Orig.1. Periar.1. Pſal.11.7. Pſal.17.14 Doctrina Tho. fugat nubes hæretic. & illuminat eccleſiam. Deut.32.2 Eccl.24.44.

Solem verò hunc quo pacto habuerit Thomas; hoc modo, exemplo petito ex ſcripturis, explico. Iacob virgas ponebat ante oculos ouium cum venirent ad bibendum; quæ concipiebant: partus verò edebantur, illius coloris, quem in virga conſpexerat ouis, albi, vel nigri &c. ſicq. vehemens concipientium imaginatio, partus edebat difformes; ſic ego dixerim Thomam mente ſemper in Deo Patre luminum conſcendiſſe; ſemperq. illum conſpexiſſe. Verum à facie Domini; Sancti concipiũt, & parturiunt, ſicut ipſe Iſaias: *à facie tua Domine concepimus, & parturiuimus ſpiritum ſalutis*: At videamus quid parturiat Thomas, numquam à Deo intuitus animæ diſtrahens: dicat Paulus: *nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur de claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu*: qui ſpe-

218 Gen.30.35 Iſ.26.18. 2.Cor.3.18.

Digitized by Google

ſpeculatur attentius Deum, in eamdem imaginem transformatur de claritate in claritatē, & parturit ſpiritū: ergo quo modo ſpeculatus eſt Thomas, qui de claritate in claritatem intentius, vſque ad Solem proceſſit? ſignaculum Dei, Solem, inquam, in ſeipſo poſuit, & vehementi dilectione in Deum ferebatur.

220 Hanc lucem Solis, optimum eſſe videbat, humilis Thomas, abſcondere, ſilentioq. tegere, ideo per multum tempus crebra illi ad Deum colloquia; quā ad cæteros luce ſcientiæ illuminandos: at non hoc à Domino præceptum eſt, dum dicit: *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* hoc videbatur etiam peculiariter ad Thomam ſpectare, qui lumbos ſentijt ſibi ab Angelis præcingi, debuerat ergo ardentem lucernam ſapientiæ in manibus geſtare, & non ſub modio occultare humilitatis. Igitur hæc videbatur ſecum conuoluere Thomas: *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei*: antequam genitus eſſem, Dominus per Prophetam me oſtendit: *& dixit mihi: ſeruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor*; dum me ad Religionem vocauit: *Ego dixi in vacuum laboraui, & vanè fortitudinem meam conſumpſi: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meū cum Deo meo:* ſatius mihi videtur, & grati animi, conſumere fortitudinem meam, addictus ſeruitio Dei mei, & in contemplatiua vita me exercere, cognoſcens, me inutilem eſſe; & in vanum laborare in ijs: quæ ad actiuam pertinent, in procurandis ſcientijs; at Deus: *& nunc dicit Dominus formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſrael non congregabitur: & glorificatus ſum in oculis Domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea*: glorificatus ſum reſiſtens matri, & habui Domini fortitudinem reſiſtens meretrici: *& dixit parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertēdas: ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq. ad extremum terræ:* parum hoc eſt, quod egiſti; expedit vt ſis eccleſiæ lumen: dedi te in lucem omnium gentium; vide quam humiliter de ſe ipſo ſenſerit Thomas, & inde cognoſce cauſſas ſilentij; at poſtquam hoc comperit voluiſſe Deum, lucis ſuæ radios, ideſt doctrinæ lumen, vndique ſparſit. Illud equidem accidit Ieremiæ dicenti: *non recordabor eius nec loquar vltra in nomine illius* (hoc verò ex alia radice prodijt, nempe zeli) *& factus eſt in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq. in oſſibus meis; & defeci ferre non ſuſtinens:* Chal. *& facti ſunt ſermones eius in corde meo, quaſi ignis ardens:* Itaq. ſermones Dei in corde Thomæ, facti ſunt ſicut Sol ardens: ideſt non poterant abſcondi; Sol enim, quomodo extingui poteſt, vel omnino abſcondi? dum ergo erat in ſilentio, contemplatiuæ vitæ intentus Thomas, quaſi Solem ſapientiæ abdiderat; ſed poſtea ipſe ſe in pectore Thomæ Sol prodidit. & Pſal.: *obmutui, humiliatus ſum, & ſilui à bonis:* en quomodo ſe Bouem mutum dicit; & & humilitate ſiluiſſe; at flamma ſapientiæ concepta cor cępit inflammare Thomę: *concaluit cor meum intra me*: in pectore meo ſenſi ardorem ex hoc; quare concaluit? quia *in meditatione mea exardeſcet ignis*: meditatio Dei, & ſcientiarum, ignem accendit; vnde apparuit in corde meo Sol nimis æſtuans.

Luc.12.35

D.Th. ſilentio lucem occultat.

Iſa.49.1.

Sol ipſe nō potuit abſcondi in pectore Thom.

Ier.20.10.

Pſal.30.3.

Cōtemplatio accendit Solem.

Eadem quoque Ieremiæ fuit ſententia; poſtquam enim cœleſtibus donis auctus eſt, & prophetia inſignitus; æſtimauit optimum intra ſepta humilitatis deliteſcere, & obmuteſcere; loquens tantum Deo; vnde reſpondit Domino *à à à Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum:* Paraſr. *ſuſcipe Domine deprecationem:* potius ego tibi orationibus vacarem, quam munus hoc exercerem, inſcius proferendi ſermonis. At non hoc placuit Deo, ſed vtrumque exegit: *ad omnia quæ mittam te, ibis; & vniuerſa quæcumque mandauero tibi, loqueris* 221

Ier.1.7.

v.11.

Digitized by Google

ris ad eos &c. quid tu vides? & dixi virgam vigilantem ego video &c. virgam hanc ſubiectam oculo, Solem poſſe ſignificare, pluries diximus; hoc enim hieroglyfico vtebantur Aegyptij, ad demonſtrandum Solem. Igitur dicit Dominus conſtitui te Solem ſuper gentes, & tu te occultas? vade, & loquere: Nec carent dilectione Dei, qui Solem habẽt in pectore alios illuminantes: ait enim Eccleſiaſticus: *qui timetis Dominum, diligite illũ; & illuminabuntur corda veſtra*: quod quomodo ad Thomam pertineat, dictum eſt.

Eccl.2.10

222 Adhuc autem ſupereſt explicandum, quomodo illud cohæreat; quod in Eccleſiaſtico de Thoma interpretari poteſt: *fluuius meus appropinquauit ad mare: quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vſque ad longinquum:* quid fluuius cum lumine? vis enim caloris contraria vndis eſt; ſi excurrit vt fluuius, quomodo illuminat? Dubium hoc minime mihi crederem poſſe reſoluere, niſi alio quoq. ſcripturæ loco, qui æqualem habet affinemq. difficultatem: locus autem eſt Eſter, in hunc modum: *paruus fons creuit in fluuiũ, & in lucem, Solemq. conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit*: has aquas, & hunc Solem dixerim ego eſſe Thomam, creuit in fluuium, dum impeditæ ſilentio ſcientiarum aquæ, intra taciturnitatis clauſtra tumuerant; ſed deinde in Solem conuerſus eſt: hoc enim manifeſtum eſt in S. Thoma, qui Sol appellatur; nec nouum eſt in ſcriptura, quod aquarum eſt, tribuere Soli; pluries enim dicitur: *fons Solis. & ad fontem Solis &c.* quod autem dicit: *fluuius meus appropinquauit ad mare*: intellige, appropinquauit magnitudine, & vaſtitate, ideſt quaſi mare eſt fluuius meus.

Eccl. 24. 44.

Eſter.10 6

quomodo fluuius creuit in Sole

Ioſ.15.7.

223 Attamen, vt ad Aquilam tranſeamus: vnum eſt hic adnotãdũ, videlicet quod ea animalia currus, erãt alata; Bos autem, vt cætera, etiam pennas habebat, teſtante eodem Ezech. *quattuor facies vni, & quattuor pennæ vni*; quinimò Bos præ cęteris, apparet in alia viſione Cherub. quod, nimis vulgatum eſt Thomam oſtendiſſe, qui prius Bos, deinde Angelus apparuit. Igitur Bos alatus apparet, quolibet modo ſumatur, & id ſignificat, videlicet quod in contemplatione ſcientiarum, licet Bos mutus videretur, attamẽ ſe ſupra ſe erigebat. probãt hoc frequentes raptus, ac intentiores meditationes ſcientiarum; nec hoc ſolum, ſed etiam contemplationem ſignificat diuinorum; licet enim Bos videretur, attamen, etſi collum iugum, obedientiæ prefferit, & os ſilentium; non tamen mentem, otium. Itaq. hoc explicat, ſæpe repetita ſcriptura Ieremiæ: *bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe*. explica hanc ſcripturam, vt ſupra; interim, inquit, *Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua:* portare iugum, Bouis eſt: addit deinde, mutum; dicens: *ſedebit ſolitarius, & tacebit*: vltimo tandem extaſim: *quia leuauit ſe ſuper ſe*: & ſic videmus Bouem põdere grauem erigi ad ſublimia.

Ezech. 1.

Bos erigitur ad ſublimia.

Tren.3.27

Tauri aũt tunc mugitus editur, cum, vt Poetæ fabulantur, ab Hercule, ideſt à Sole, id fit; Solem enim per Herculem intelligebant: ratio verò hæc erat. Solis nãq. vigore calor in nubes illapſus, earũq. vi coarctatus, ſimul ac defractis nubibus erũpit, mugitus eos ciere conſueuit, ideſt tonitrua. Porrò tunc Thomas mugitus edidit cum calorem Solis Dei in ſe retinuit, quamobrem voces illas protulit: ***nullam aliam præter te Domine***: Verum non qualiſcunque Bos immolabatur Neptunno antiquitus, ſed niger deligi iubebatur, vt ita pelagi colorem exhiberet, atram enim, nigramq. aquam maris dicere mos eſt; additque Tauro ſacrificando Aquilam, Pierius, quæ ab aquæ colore fuſca dicitur; aliqui ab aquilo colore, Aquilam dictam volunt; eſt autem Aquilus color fuſcus, & ſubniger ab aqua denominatus: Vides hic Thomam nigra veſte indutum, in Aquila, & Tauro nigro demontratũ: 224

Heſiodus.

Pier. Bos Taurus, & Nept. & de Aquila.

Quod

Quod cum ita ſit, & quartum animal currus Prophetici ſit Aquila, meritò breuiter, quæ D. Thomæ ex Aquila conueniunt expendemus.

225 Cum Thomas oculi acie in altiſſimos ſapientiæ, diuinarumque rerum receſſus directa, maxima, humanis adhuc ſubmota ingenijs orbi reuelauerit; Solemque ſapiētiæ immoto lumine fuerit ſic contemplatus; meritò Aquilæ ſymbolo figuratur, quæ inter quattuor myſtici currus animalia, recenſetur. Plura omitto quæ quiſque facile de conditionibus Aquilæ D. Thomæ conuenire cognoſcet; quod videlicet prioribus diei horis, quaſi ignaua, ſedet in rupe, otio quidem non pigro Solis radios contemplans, ac abſolutiſſimè intuens (vnde nomen ſibi Ocioſorum Academia celebre ſumpſit) & indicat ſilentium, otiumq. quodammodo Thomæ operoſum, per aliquod tempus, adhuc iuuenilibus annis. Quod illi tempus non inane neque extitit ignarum, contemplabatur enim ſapientiæ lumen: omitto verò quid illud ſignificet, quod ea ſolum ex volatilibus nunquam fulmine tāgatur, miniſtra ipſa vero tonanti, Deo; vnde Claudianus:

ſilentium Thomæ operoſum.

Plin. & Ft. de Aquila.

Fuluusq. tonantis
Armiger.

Quoniam errorum iacula minimè pertimeſcit, qui argumentorum fulgura miniſtrat Eccleſiæ, heræticos iaculanti, & cæt. & quidem (vt tantum hoc tangam) auxilium magnum experitur Eccleſia, ex doctrina Thomæ. Quid mendax heræticus obijcere, ac inuenire pōteſt contra fidem, quod doctrina Thomæ non ſit reiectum, ac penitus ſolutū? inſidijs obloquentium eripitur Thomæ ſapientia, ſemperq. eminentior apparet: probat hoc illud Apoc. Quod videlicet, cum viſa eſt mulier illa cœleſtis, & Draco inſidias oēs exercens, vt illam deuoraret; ſtatim, inquit ſcriptura: *datæ ſunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ, vt volaret in deſertū, in locum ſuū &c. & miſit Serpens ex ore ſuo poſt mulierem aquā, tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine*: ad blaſphemias conuerſus eſt Draco cum comperit in altum aſſumptis alis auolaſſe mulierem: Igitur doctrina Thomæ minimè ſuperba, ac elata verborum compoſitione redundante, ſed omnino graui, ac dulci, faſtoſa hæreticorum dogmata euertuntur, non enim inflato ſententiarum apparatu ſuperbè Thomas, quæcumque docuit, demonſtrat, ſed præclara ſuauitate, ac profunditate cuncta diſponit; de illo dictum arbitror: *in gutture tuo ſit tuba, quaſi Aquila*. tuba in ore, vt ſonum edat debet apponi, nullo enim in gutture eſt tuba: in gutture vnuſquiſque ſaporem ciborum ſuauitatemq. potiſſimum experitur, vnde ſponſus: *guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis*: Igitur hoc dicit, in gutture huius Aquilæ ſit tuba, ideſt doctrina, quæ terret heræticos, & eorum peruerſas atterit aſſertiones; ex tuba, procedit, ſed ex gutture; ex tuba propter terrorem, & maieſtatem, dictus eſt enim malleus heræticorum Thomas: ſed in gutture, quia non ſuperbè arguit, ſed conuincit modeſtè. Præſertim poteſt hoc referri ad ſuauitatem eloquij, vt quidquid docuerit mira ſuauitate conſperſum videatur: *& totus deſiderabilis*: addo illud quod ſupra diximus: *vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*: ideo dulce, quia vitta coccinea: ideo ſuauiſſima doctrina Thomæ, quia prius ſilentio, clauſo ore, mente acquiſiuit, quod deinde profudit.

Doctrina telorum cōtra hæret.

Apoc 12. 13.

Doctrina Tho ſuauis

Cant. 5. 16

Oſee 8. 1.

Cant. 4. 7.

Quæcumque hucuſque dixi de Thoma figurari in quattuor illis animalibus Prophetici currus, ea quidem, vel illa eſſe mihi videntur, quæ Salomon ſe dicit ignorare, vel his ſimilia; ait ergo in libro Prouerbiorum: *tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro: viam Aquilæ in cælo: viam colubri ſuper terram; viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia.* Palam eſt, hæc Chriſti myſteria figurare: Aquila in cęlo ſignificat aſcenſionem; coluber ſuper terram, reſurrectionem; nauis in medio mari conuerſationem 226

Prou. 30. 18.

in mari, atque procellis tribulationum. & vir in adoleſcentia, ſiue in adoleſcentula (vt melius ex Hebræo, cui adſtipulatur Gloſſa:) Chriſtus quem concepit Virgo adoleſcentula, quod extitit mirabile, iuxta Ieremiam: *creauit Dominus nouum ſuper terram; fœmina circundabit virum &c.* ſed his prætermiſſis, nunc ad Thomam; via viri in adoleſcentia, viſa eſt difficilis Salomoni, ideſt via Thomæ, qui cum eſſet adoleſcens, geſſit ea, quæ viri viderentur; dum fortiter matri obſtitit blandienti, fratresq., ac ſorores obſiſtentes, ſuperauit. via deinde colubri ſuper petram; hoc colubro deſignat meretricem illam, quæ Thomam prouocabat ad libidinem; coluber enim voluptuoſos, carnaleſque, ac laſciui am ſignificat, ait Philo. Via nauis in medio mari. diximus ſupra, Thomam, Taurum quodammodo extitiſſe, qui in mare Theologiæ, vexit philoſophiam; ſicut Taurum illum mendax antiquitas depinxit, qui Europam vexerat: nec non etiam de eo dici poterat: *facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum:* ideſt ſacram doctrinam, vt vult Origenes; atq. ideo hoc ſignificat nauis in mari. Vltimò tandem: via Aquilæ in cælo: mox diximus, quid Aquila ſignificet, & quomodo Thomam ſublimus auolantem per altiſſima ſcientiarum ſpatia, demonſtret. Sicq. quæ difficilia eſſe dixit Salomon, omnia hæc obſeruatum eſt in vno Thoma reperiri.

Ier.31. 22

Philo de opif mundi.

Prou.31. 14.

Orig ſuper Leuit. hom. 12.

Virga vigilans pro Sancto Io. Baptiſta.

227

CAput primum Ieremiæ, tribui ſolet ab Eccleſia, Ioanni; cum enim ſanctificationis gratia vterque præclarus extiterit, ac prædicatione; quæcumque de ſe ſcripſit Ieremias, ea omnia, & de Ioanne Patres ſcripta eſſe volunt; & quidem congruit ſimilitudo hæc actionum, in quibus, & ſanctificatio, & prophetia, & nominis etiam dignitas videtur conuenire: de Ioanne namque dictum eſt, quod *erit magnus coram Domino*: & Ieremias dicitur: *excelſus Domini:* Itaque inſpiciamus quomodo ex virga vigilante ducenda ſit hęc expoſitio, & breuiter etiam præcedentia verba capitis, quamnam habeăt cum geſtis, & vita Ioan. affinitatem percurramus. Virga vigilãs, primo extitit Præcurſor, ideſt virga illa, quæ oculum in ſummitate habebat. oculus autem lucerna corporis dicitur à Chriſto: cum autem Ioannes dictus ſit, lucerna, non ardens ſolum, ſed, & lucens: *ille erat lucerna ardens, & lucens*: merito apparet quem Propheta in viſione viderit: lucerna quoque inſtrumentum eſt, quo nocturnæ tenebræ abiguntur; propterea lucerna dicitur Ioannes, quia tenebras originalis peccati, adhuc in vtero, luce gratiæ diuinæ terſit, & ideo de eo dictum eſt: *non extinguetur in nocte lucerna eius*: ideſt flatibus nullis aduerſantis culpæ, licet aſpiraret infernus, Ioannis lucerna potuit extingui, nec nocte ſæculi illius, nec in oſcuris materni vteri latebris potuit extingui. virgam ergo dixerimus vigilantem, qui ſemper à culpa alienus, nunquam, torpens, lethalia admiſit contagia, quia ſemper vigilauit, ne fur veniret; lucerna quę ardẽs erat, & lucẽs. i. ſibi luxit, & alijs. Quod ſi quęratur quare virga hęc vigilans ſit, habeatq. radientem oculum in ſummitate nunquam clauſum? reſponſum erit: quia, inquit Dominus: *vigilabo ego ſuper verbo meo*: protegit Dominus, vigilat patrocinio

1. cap. Ieremiæ cõuenit Ioanni.

Luc. 1. 15.

Luc. 11. 34. Ioa. 5. 35.

S. Ioannes lucerna.

Prou. 31. 18.

D. Ioannes protectus à Deo.

Digitized by Google

cinio fouet, quis ergo oculum lędit? ſi quæratur quare nullis, neque culpæ lethalis, nec originalis, nec ſuperbiæ venntis ceſſit lucerna Ioannis? reſpondendum erit, lucernam illam manu Domini tectam, ac protectam extitiſſe: ait enim de ſeipſo per Iſaiam Ioannes: *in vmbra manus ſuæ protexit me:* & alibi Euangeliſta: *etenim manus Domini erat cum illo*. nec ſpiritu vehementi poterat extingui, quia manu Domini erat protecta lucerna hæc. Quod ſi manus Domini, Ieremiæ os tetigit, & tot donis Prophetam cumulauit (vt: *ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna; vt euellas &c.*) Quot credimus Ioannem non digito Dei tactum, ſed totius Dei manus poſſeſſorem, dona habuiſſe? quis ſciet modum prerogatiuarum eius, ſi ſemper manum habebat Domini: *etenim manus Domini erat cum illo:* ideo maior dicitur inter natos mulierum; pluſquam Propheta; Angelus &c. ſemper.n. Deus in decorando, ac extollendo Ioanne manum ſua adhibet, neſcit Deus manum ſuam tollere à Ioanne, ab hac pictura: *dedit*, ille, *cor ſuum ad ſimilitudinem picturæ:* Deinde quas poterit gratias illi denegare, qui ſecum habet manum ſubſcribentem gratias? Manus quoque robur addit ferro, & ſi pretioſius ferrum ſit, ipſa artis præceptione, & naturæ viribus enſis excellentia dignoſcitur. Porrò qui ſibi verbum Dei aſſumit enſem habet in ore, debet ergo enſis hic valida manu tractari; videamus quomodo hæc in Ioanne extiterint; & primo, ecce gladium: *poſuit os meum quaſi gladium acutum:* prædicatio Ioannis: hic erat gladius acutus, & penetrabilior omni gladio ancipiti, ſed vbi quæſo manus robuſta eſt? *etenim manus Domini erat cum illo*: adeo robuſta erat manus operum Ioannis, vt viſus ſit non terrenam, non humanam, ſed diuinam habuiſſe manum: *etenim manus Domini erat cum illo:* ſed quando ſtrinxit manu enſem prædicationis? deſcribit Ieremias: *miſit*, inquit, *manum ſuam, & tetigit os meum:* ſed alio modo, quando dicimus Dominum ad Ioannem miſiſſe manum, niſi quando filium ſuum ad Ioannem miſit? de quo dicitur: *mitte manum tuam de alto &c.* cum ad Ioannem Verbum caro factum, matre per montana pergente ad Eliſabeth accurrit.

[Margin: Iſa.49.2. — Luc.1.66. — Ier.1. — Ibid. — Eccl. 38. 28. — Manus Domini cum Ioanne. — Iſa.49.2. — Pſ.143.7.]

228 Cum alicuius beneuolentiam, ac familiaritatem iam ſumus adepti, ſolemus dicere, in noſtra poteſtate, eum, cui amicitiæ vinculo nectimur habere; & Italicè [è tutto mio] argumentum huius coniunctionis eſt, quod hoc primum fuit in votis Chriſto venienti in mundum; viſitare Ioannem; ſtatim enim, ac reſpondit Maria: *ecce Ancilla Domini*: ſtatim abijt cumfeſtinatione &c. qui enim lögam ſuſcepit peregrinationem, dum ciuitatem ingreditur, quem incolit amicus ipſi cariſſimus; ſtatim ad domum accurrit amici, & in oſcula ruit. Sed cum Dominum tetigiſſe os, dixerimus, quare id euenit, quando os tetigit? culpa originalis, per os, per comeſtionem ſcilicet vetiti pomi intrauit in mundum; ergo eodem modo expellenda erat quomodo intrauit, *tetigit*, inquit, *os meum:* ſanctificatio ergo, inductam per os, culpam originalem tactu oris expellit.

[Margin: Luc.1.]

229 Verum cætera, manus iſtius, beneficia, qua lucerna protecta eſt, & virga Ioannes ſemper extitit vigilans, inſpiciamus: Magnum quidem fuit, quod non per alios dona cæleſtia mitteret Dominus ad Ioannem, ſed ipſe munera collaturus accurrit: Moris enim eſt Diuinæ Maieſtatis, quæcumque ſuis elargitur, illa Angelico miniſterio, vel Prophetico elargiri; vnde abſoluitur Dauid per Natan, & per Angelum à labe labij purgatur Iſaias; at non pergat Angelus, nec Propheta munus deferat; ſed Chriſtus ipſe conueniat amicum: quod quidem admirandum eſt, vti appareret: ſi Pontifex dignitatem aliquam collaturus, ipſe vſque domum alicuius accederet. At Ioannes amicus ſponſi eſt, vt patres eũ appellant; ſpernit autem amicitia leges maie-

[Margin: Ipſe defert munera non alium deſtinat. — Ioannes amicus ſponſi.]

Digitized by Google

maieſtas; ſanctificationis ergo gratiam manu ſua cõſignet amico, nec ſummum hoc priuilegium (quaſi ſibi complaceat hoc præſtare) committat alteri. Verbum ergo incarnatum, ꝙ manus Domini vocatur in ſcriptura venit ad Ioannem: *miſit Dominus manum ſuam:* vt Ioannis, deferens lucem, lucernam, in nocte originalis, accenderet; diceretq. Ioannes *qui tu illuminas lucernam meam Dñe:* tu immediate illuminas, ſanctificationis gratia, lucernam meam: prophetauit hoc egregiè Iob dicens: *in manibus ſuis abſcondit lucem:* hæc lux eſt, ſanctificationis gratia, quæ tenebras peccati expellit: in manibus ergo ſuis abſcondit lucem, de qua cecinit Zaccharias: *illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent:* ſed hæc lucis munera, in manu abſcondita, cui reuelantur? amico: illum enim tanto honore dignatur, vt lucis vſura fruatur, nigra peccati nocte; ſequitur: *annunciat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit:* en Ioannes, ego manu mea defero lucem gratiæ ſanctificationis, annuntiò tibi, quod hæc poſſeſſio tua eſt, ideſt hanc poſſidebis, habebis, eris ſanctificatus, amicus meus eris: in obſcuro materni ſinus concauo, vide. Igitur rectè obſeruatum eſt: quomodo virga hæc, vigilans ſit; vigilia namque in nocte eſt, offuſas noxę tenebras luce recepta expulit, ac deinde virga extitit ſemper vigilans adhibito oculo, qui lucerna corporis eſt, vt ſupra.

Rup ſuper Dan. 7.

Pſ. 17. 29.

Iob 36. 32.

Luc. 1.

230 Virgam hanc (quod millies repetitum eſt) S. Thomas vult eſſe in manu Domini. Quid prius dixerimus, manum Dei in virga hac vigilante; an virgam vigilantem in manu Dei? vtrumque idem eſt Ioanne: Et primo, manus Dei in Ioanne, ne lucerna vigilãs cęteriſq. lucis beneficia præſtans, ſui prodiga, nocturnis flatibus extingueretur, ſeu nunquã veterno infernali dormitaret. Secundò, in manu Domini Ioannes, quia lucem iſtam in manibus ſuis abſcondit, vt poſſeſſio eius ſit.

Virga vigilans in manu Domini.

231 Enimuero lucerna hæc, lucens, & ardens eſt: *ipſe lucerna ardens, & lucens:* quod verificari etiam poſſe oſtendo in Ieremię bina hac viſione, virgę. ſ. & ollę. Et primò, quis dubitet lucem in virga hac oculata deſcribi? oculus enim ſimplex, totus corpus lucidum reddit, dicente Domino: *ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit:* quod ſi etiam oculus, lucerna corporis eſt: manifeſto liquet, quod lucis dona cæteris impertiat. Flamma verò quæ aduſſit ollam, ipſe eſt ardor charitatis, hoc inferius patebit; interim probatur hoc ex laudibus quas copioſiſſimè de Ioanne texiſſe Chriſtum legimus: *ipſe veniet in ſpiritu, & virtute Eliæ:* de Elia verò dictum eſt, quod Elias *ignis erat, & verbum ipſius quaſi facula ardebat:* ideſt Elias, charitate æſtuabat, & Verbo prælucebat alijs. Ita Ioannes lucerna erat illuminãs alios, & igne cõcepto amoris, ardebat. At ignis ille circa ollam erat: quomodo ergo dicamus Ioanni conuenire? in conſequentibus ſuo loco dicemus: ollam, ſeu prunariolum ignis, Ciri regis, & Perſarum exercitum antecedere ſolitum; cauſſam infra iungam; hac excepta, quod videlicet, ignis præuius hoſtes deterrebat, aduenientemq. exercitum demonſtrabat. ad quod opinor reſpexiſſe Ieremiam, cum vt metum ex venturo Chaldęorum exercitu induceret, dixit: *notum facientis idolum de monte Ephraim:* quod enim notos potuerat facere Chaldæos, è tam longinquo loco, niſi obuius ignis? hoc etiam tradit Gaſpar Sanctius.

Mat. 6. 22.

Ioannes vt Elias.

Luc. 1. 17.

Eccl. 48. 1.

Q. Cur li. 3. procop. lib. 2 bello Perſ.

Ier. 4. 15.

232 Quid ergo hoc indicabat; niſi quod Ioannes ignis, pręnuntiaret aduentum Chriſti? Talem habuit Chriſtus Præcurſorem; propterea Dauid loquitur: *ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius* inflammabit inquit non comburet, quia prædicationis Verbo, frigida, ac torpentia corda peccatorum inflammauit. & quidem cum ignis extiterit Elias, apparet cur dictum ſit de Ioanne: *ipſe præibit ante illum, in ſpiritu, & virtute Eliæ:* ſed quomodo fuerit virga vigilans hoc pacto inno-

Ioan. inflammauit peccatores.

Pſ. 96. 3.

Luc. 1. 17

Digitized by Google

Ambr. in hex. innoteſcet. Anſeres vigilantiæ ſymbolum facit Ambroſius, eo quia inter ſilentia noctis, dum cætera animalia ſomno corripiuntur, quaſdam voces emittunt, quibus oſtendunt ſomno minimè ſuperatos eſſe: hoc primo, deinde vigilum eſt, qui ab incurſu hoſtili vrbem tuentur, noctu, ſi quid clamoris, vel vocis obaudiunt, acclamare, & quid rei eſt percontari; ſciſcitariq. quid ferat vox. Igitur Ioannes dũ cæteri infantes ſomno, in vtero matris, originalis culpæ premuntur; ipſe vigil eſt excuſſa culpæ tenebra. Probat hoc Euangeliſta, nam inquit edidiſſe motum, exultationemque, quæ quidem vigilantium, lætantium, non autem ſunt dormientium: *vt facta eſt*, inquit, *vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo?* atque hoc modo etiam vigilantem virgam ſe oſtendit. Sed, quando diximus ad vocem Mariæ motibus reſpondiſſe, ac exultatione, puerum in latebra, concauoq. vteri, hęc ſubdamus. Echo dicitur, vocis, & ſoni repercuſſio; quæ præcipuè fit in collibus, ac locis concameratis: recantat ergo audita verba reſonabilis tantum, nihil aliud, quam Verbum, & vox inarticulata: illi non inſtrumenta vocalia vocem repetunt, ſed echo; vox, vocale inſtrumentum, corpus, & aura eſt, quæ pronuntiat, pronunciatur, clamat, & ipſa clamor eſt; nec in verba nectit vocem, niſi humanis percuſſa vocibus refracti articuli recipiat ſenſus. At verò ſi Ioannes, quæris, quis ſit? reſpondit ipſe, non eſſe Meſſiam, non Prophetam, non alium quempiam, ſed Echo, ideſt vocem: *Ego vox clamantis in deſerto:* videamus ergo quid fecerit in vtero Ioannes audiens voces Mariæ; contendit voces repetere, ideſt quid Echo in antro vteri materni geſſit? explicat hoc Eliſabet: *vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo:* vt audiuit vocem, pro voce reddidit exultationẽ; exultare nil aliud eſt, quam voce, & motu corporis geſtire; at vide quomodo idem reddiderit Echo: Maria canit: *exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*: & de Ioanne dicitur: *exultauit infans in vtero meo*. Sed ſi virgam vigilantem, virgam dicimus amygdalinam, accomodatior erit expoſitio hæc Ioanni. Amygdalum enim ſæpe diximus, nuntium eſſe veris, nimiumq. feſtinum in florendo, ac vigilare, vt ne ne cui ſecũdus videatur in flore: ſenſus autem hic erit expoſitionis: *quid tu vides? virgam vigilantem ego video*; ideſt Ioannem, flores amygdali inter horrores vernæ tempeſtatis: igitur: *bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo*: alia lectio: *quia accelerabo ego verbum meum*: ſi vides ſigna futuræ redemptionis, floresq. iam apparere gratiæ, nuntios Redemptoris, iam iamq. maturare tempus aduentus filij mei? *bene vidiſti, quia accelerabo verbum meum*; faciam vt verbum meum deſcendat ad virginem, carnemq. aſſumat; ne credas tempus iam adueniſſe; & ideo incarnatum eſſe Verbum meũ; ſed ipſe Ioannes nuntius eſt, ſicut amygdalum floret adhuc immaturo tempore, ſed inde ſcias prope iam eſſe; *accelerabo ego verbum meum*: ſimili modo loquitur Ioannes: *non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine:* & deinde: *Verbum caro factum eſt*: hoc verbum meum, eſt lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Ioan. vigil in vtero.

Luc. 1. 44.

Ios. Echo.

Mar. 1. 3.

Quando fuerit virga amygdalina.

Io. 1. 8. 14

Igitur Ioannes annuntiat hyemem 233
tranſijſſe; maturare vero tempus gratiæ, & Euangelij. Atque hoc deſcribitur in Canticis: *vox dilecti mei*; S. Ambroſius: *vox conſobrini mei*: loquitur hic ſponſa, ideſt B. Virgo, de voce, ideſt de Ioanne conſobrino; vnde infra: *en dilectus meus loquitur mihi*: Septuaginta reddidere: *reſpondet fraternus meus, & dixit mihi*: cum hoc de Ioanne dictum ſit, videamus quid vox dicat, Ioannes annuntiet: *Iam hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit*: iam clamat abijſſe hyemem, & noctem vmbrarum in veteri lege, & ſequitur: *flores apparuerunt*

Cant. 2. 8. 10.

Digitized by Google

Floruit intempeſtiue, & flore mõſtrauit Chriſtum.

in terra noſtra ecce annuntiat ver, iam ceſſere frigora, & rigor legis; ecce flores, ideſt Chriſtus Nazarenus, ideſt floridus: ſic ergo præcurſor, lætiſſimam anni partem, cœleſti florum germine fœcundam præmonſtrauit, flores ipſe prius (vt amygdalus) adhuc materno gremio clauſus: virgam inſuper amygdalinam video, quia intempeſtiue ſatis flores habuit ſanctitatis, & gratiæ; canam in pueritia habuit ætatem. Verum tunc floruit Ioannes, quando amicum ſenſijt, ſponſumq; aduenisse: atque hoc ſanctitatis, & amoris inditium eſt. Phyllis (ſi licet prophanorum luto ſpiritualia ædificia moliri) Lycurgi Regis filia, propter abſentiam Demophoontis, filij Theſei in arborem amygdalum conuerſa eſt; quæ aliquando, ſponſi preſentia, (quem iam crediderat extinctum) florum continuo germine, non adhuc demortuam, neq. extinctam amantis naturam, ſed vegetatiua propagine, & amore ſeruatam, patefecit. Atque vt ſponſum vidit aduenientem viuax floruit amygdalus; quamobrem cum hoc immature ſatis eueniret, factum eſt, vt, hoc, pro cauſſa aſſignarent poetæ, cur amygdalus prior omnibus in flores erumpat. At fabulis prætermiſſis, equidem vere de amico ſponſi Ioanne, hæc omnia dici poſſunt; Ioannes enim non adhuc adultæ naturæ beneficia ſentiens, ad aduentũ Chriſti dilecti, (quaſi amygdalus Phyllidis) intempeſtiue flores letitiæ, ſanctitatis, & iuſtitiæ monſtrauit, properè enim, ac feſtinanter venit Chriſtus *voca nomen eius accelera*, & cum venit Chriſtus dicitur: *abijt Maria in montana cum feſtinatione, & ſalutauit Elizabeth*. floreat igitur coram aduenienie ſponſo, virga Ioannis; ſanctitatis munera ſentiat; floreſq. exultationis emittat, & adhuc cortice materni ventris incluſus ipſe, quando cæteri verè nouo iuſtitiæ flores aperiunt; ad Domini aduentum ſolus ipſe, flore, ver annuntiet, & inter rigores hybernos effloreſcat: itaque ideo virgam vigilantem, ſeu florentem vt alij; virgam dumtaxat amygdalinam videt Ieremias;

Phyllis .i. amygdalus cur floreat immaturo.

Luc.1.39.

quia Dominus reſpondet. *vigilabo ego ſuper verbo meo* alij *accelerabo verbum meum* rectè vides immaturo tempore flores, amantemq. Ioannem, ſeu amygdalum, efflorere; quia accelero ego aduentum ſponſi, quod ſi feſtine venit ſponſus Chriſtus, feſtine quoq. in flores erũpet Ioannes, flores ſanctitatis. Quod autẽ dicit bene vidiſti, hoc indicat Ioannem, ſupra omnes, ea vidiſſe, quæ nunquam alteri aperta ſunt; illi enim diuina patefacta ſunt arcana, & inuiſibilis Deus ſub forma columbæ; cum ad vndas Iordanis Chriſtum baptizaret Ioanni apparuit, teſtimonio facto de Cœlo quis ille eſſet qui fluentis Iordanis lauabatur: *& teſtimonium perhibuit Ioannes dicens, quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de Cœlo, & manſit ſuper eum. & ego vidi, & teſtimonium perhibui; quia hic eſt filius Dei*.

Ioan. bene fecit videndo.

Luc.1.32.

Nunc optimè ſcimus, quid virga illa 234
amygdalina ſignificet, de qua in libro num. Virgas duodecim iuſſit per ſingulas tribus apponi Dominus, eaſque amygdalinas; quas cum poſuiſſet Moyſes, reperit virgam Aaron floruiſſe: *ſequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores; qui folijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt*: ſeruataq. eſt in tabernaculo fœderis, in teſtimonium. Et verò, quæ erat Eliſabeth ſeruans virgã hanc amygdalinam, habens Ioannem in ventre, niſi genere deducta ex Aaron? *fuit in diebus Herodis Regis Iudeæ, ſacerdos quidam, nomine Zaccharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron*: ergo, hoc figurauit virga illa Num. nempe Ioannis ſanctificationem; quia in tabernaculo filiæ Aaron ſanctificatus eſt. Meminit Gloſſa, Hieronymus, & Thomas, cuiuſdam, RR., verſionis: ſcilicet *virgam latronum ego video*: quam etſi non ita probant, nobis tamen aliquid indicat ponderandum: & Primò, Diuus Bonauentura, virgam hanc, illam eſſe dicit, de qua ſcribitur alibi à Ieremia: *vigi-*

Ioan. figuratus in virga quæ floruit Aaron.

Num 17.7

Luc.1.5.

Bonauentura, ſuper Tren. c.1. 14.

Digitized by Google

Quid ſit virga latronum. *vigilauit iugum iniquitatum mearum, conuolutæ ſunt in manu eius, & impoſitæ collo meo*: & fermè expoſitores alterum ex iſtis locum, altero dilucidant: vigilare verò iugum, ait Hieron. eſt pœnam peccatorum, iam vigere. At ex eodem Bonauent. iugum peccatorum, eſt, quod collo apponitur, vt peccator confundatur, ſicuti cum ad pœnam, collo latronis imponitur furtum, vnde Ieremias: cap. 2. 26. *quomodo confunditur fur, quando deprehenditur ſic confuſi ſunt domus Iſrael*: At in alio ſenſu tunc vidit virgam latronum, Ioannes, cum Dominum videns, dixit: Io. 1. 29. *ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*: Virgam ſanè latronum, (ſi idem eſſe dixerimus, cum iugo peccatorum) cũ Chriſtum vidit Ioannes, illum dixit, iugum peccatorum habere: quoniam peccata aliena portauit ſupra dorſum, meritò ipſe de ſe dixit: Matth. 26. 55. *tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me*: non latro, ſed quaſi latro viſus eſt, rapiens peccata noſtra; crux virga prius latronum. ſed ſi virgam hanc dixeris, Crucem; quis neget, latronis eſſe, quæ duos etiã latrones excepit in morte Chriſti?, ideſt ſupplicium erat latronum, & impiorum. Quomodo verò B. Virgini poſſit applicari, dicemus infra.

235 Congruit hæc expoſitio cum altera: *Regem feſtinantem*: Ioannes verò Regem feſtinantem vidit, quem Virgo portabat, ſaliens montana cum feſtinatione, at Iſaias vtrumque connectit, Matt. 12. 29. *voca nomen eius, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari*: quod ſi hoc feciſſe ſtatim Chriſtum noſcere cupis: vide illum Iſa. 8. 3. cum feſtinatione venientem, auferentemq. ab originali culpa Ioannem; feſtinauit igitur prædari: & vide quomodo Matth. 12. 29. *antequam ſciat puer vocare patrem ſuũ, & matrem ſuam auferetur &c.* & tunc *exultauit infans in vtero meo*: ſic quoq; Chriſtus prædam tulit, & Tartarum à veteri iniuſta poſſeſſione ſpoliauit; feſtinus illuc adijt, vt diriperet vaſa fortis, & domum ſpoliaret: *Regem feſtinantem ego video*, ideſt Regem quem feſtinus præcurro, video feſtinãtem; quod ſi hic Præcurſor eſt, indicat ergo ſuam quoq. feſtinantiam: vtriuſque ſollicitudinem ſequentia declarant. Abarim genere Hyperboreum, apud Scythas tantæ velocitatis hominem fuiſſe tradit Nazianzenus, vt cum ſagittam accepiſſet ab Apolline, emiſſam, eam pari curſus Valer. lib. 4. tit. ar. ma ſ. vel. pernicitate; conſequeretur, quo ſigno populos circumiens, reſponſa dabat.

Ergo Ioannes ſagitta erat: *poſuit* 236 *me, vt ſagittam electam*: miſit autem Iſ. 49. 2. vt ſcopum expectantium feriret; at poſt excuſſam ſagittam, feſtino ipſe gradu cucurrit, ipſamque apprehendit, tenuit, ac ipſe tranſiuit ocior ſagitta. ecce velocitatem: ſtatim enim Verbum caro factum eſt: & *diſceſſit ab ea* Luc. 1. 66. *Angelus: exurgens autem Maria abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth*: tenuit manu, quia dicitur: *quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo*: tranſijt verò vltra, quod idem Ioannes confeſſus eſt: *qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt.* Io. 1. 15.

Præconem Meſſiæ conueniens fuit, 237 feſtinantem extitiſſe. Et quidem ſi ab Ethnicorum fabulis veritas probari poteſt, hoc quoque modo Mercurium Deorum nuntium effingebant. Igitur ille dicebatur præco Deorum, cui lingua (vt in ſacris diſſecta etiam, vt ait Pier.) de lingua. tradebatur. Qui verò veterum figmentorum rationem explicant, per Mercurium nihil aliud intelligi volunt, quam ſermonem ipſum; habebat quoque in Ioan. præco cui comparetur. pedibus talaria, quæ ipſius velocitatem, motumq. ſignificant, quod is ſublimius per aera feratur, Virg.

Et primum pedibus talaria nectit
Aurea: quæ ſublimem aeris ſiue æquora ſupra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Virgam quoque habebat in manu, de qua idem Virg.

Tum Virgam capit &c.

Virgam verò facundiam, ait, verbaq. ſigni-

Pier. lib. 15. S. eloquia. gnificare Pier.; Quod cum ita hæc ſint, pariter omnia in Ioanne comperimus:& primò, Ioannes dicit ſe eſſe vocem, ecce quomodo præco Chriſti, linguam ſibi dicatam habet. Velocitatem quoque hic oſtendit Ieremias, in virga hac, & alij pro vigilante vertunt *feſtinantem:* præiuit namque ante velociter currentem Ioannes parare vias eius; deinde virgam Mercurij, ideſt ſermonis, in hac quoque virga inuenies, ideſt vocem in Ioanne; ſicque conditiones illas quę Quare dicatur vox. nuntium decent, & reperit antiquitas in vero Dei præcone Ioanne agnoſcimus. Porrò Mercurius etiã σῶχος dictus eſt, non.n. vocem, ſermonemq. dirigebat in perniciem, ac detrimentum mortaliũ, ſed ad ſalutem, quocirca ſalutem.i.canis imaginem adſpiciebant, ac Mercurij ſimulacrum, ad cuſtodiam adhibitam. At verò hinc cognoſcimus quomodo vox Ioannis directa ſit ad ſalutem: *Ego* Io.1.2.3. *vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius: omnis vallis implebitur &c.* cuſtodiam quoq. expreſſit dum dixit Herodi: *non licet ti-* Marc.6.17 *bi habere uxorem fratris tui:* vocem clamoresq. eò direxit, quò peccatum, & Pier. de lingua 33. S. Merc. adulterium irrepſerant, clamabatq. cuſtos, peccatum, ac indignum facinus aboleri. hic ergo verus eſt præco, Mercurius ſacer: quod ſi illum vocalem dicit Apul. *Mercurij Dei vocalis opere pernеceſſarium:* etiam vocalis dictus eſt Ioannes, ideſt *vox clamantis in deſerto &c.*

238 Quæ mox dicta ſunt, alio quoque ſenſu in malam partem ſumimus: *Re-* Par. Chal. *gem feſtinantem ad malefaciendum ego video:* probatur hac ſcriptura, quod alibi inſinuauimus; nempe peruerſam potentium voluntatem, ſtatim ad effectum deſcendere nemine moras, impedimentum, aut flagitium obijciente. habita, Herodias, petendi facultate, ait ſcri- Marc.6.23 ptura: quod *dixit matri ſuæ*, quid petam? *at illa dixit, caput Ioannis Baptiſtæ:* (inde enim cõmodius defuncto Ioanne arguente, vacaret impudicitiæ) at habita optione petendi, forſan (quod crudele eſt, inter conuiuia miſcere funera), tempus opportunum expectat, ac petitio differtur, ne lætabũdos ſaltibus, ac vino conuiuas; ſanguinis effuſi commemoratione, & luctifico ſpectaculo deterreat? minime quidem, ſed, inquit ſcriptura: *cumq. introiſſet ſtatim cũ feſtinatione ad Regem, petiuit, dicẽs.* nota: *ſtatim cum feſtinatione:* abijt cum feſtinatione: nec conuiuij tempus, nec cõuiuarum obſeruatur aſpectus, cruoris ſtatim fercula poſcit, plena malis, ad malum feſtina Regia ſaltatrix. Et hanc ergo feſtinam videt, & Herodem Regem ad ea complendum, quæ promiſerat, feſtinantem. feſtinat ad malum [illegible] tentis [illegible]

Enimuerò cum primum Ieremiæ caput (vt ſupra dictum eſt) quis fuerit, quæue Ioannes geſſerit explicari videatur; cumque Sancti Patres, ac Eccleſia, quæ de Ieremia ſcripta hic ſunt, traducant ad Ioannem; ſatius eſſe duxi expoſitione virgę vigilantis expleta, (quod non conſueui in cæteris expoſitionibus) iterum ad capitis initium regredi, referens textus ſeriem ad Ioannem, & quæ commodè paſſim applicari poſſunt exponere; ea dumtaxat ediſſerens, quæ nunquam antea retuli; nam & ſuperius plura de ſanctificatione in verſiculo quinto dixi, & plura etiam vſque huc in virga vigilante. Quamobrem cum Ioanni, etiam conuenire poſſint, quæ de ſanctificatione Ieremiæ proſequutus ſum, cumque ea, quæ in virga vigilante egi, potiſſimum ſanctificationis materiam reſpiciant, omittendum reor eſſe verſiculum quintum. ſed infra. 239 Ordo expoſitionis.

Ecce dedi verba mea in ore tuo: (nam ſupra etiam diximus, quomodo Dominus miſerit manum ſuam, & tetigerit os Ioannis.) Verba Domini gladius ſunt, Apoſt. dicente: *viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti:* os autem Ioannis, gladius eſt: *poſuit os meum quaſi gladium acutum:* ergo duo gladij hic inueniuntur; prædicatio gladius eſt, ideſt pungit animos auditorum, pungit compunctione, ferit reprehenſione &c. & ipſe monſtra- 240 Heb. 4.12 Pſa. 49. 2. Luc. 3. 7.

uit

Mar.6.16. uit dicens: *genimina viperarum*: & *non licet tibi habere vxorem fratris tui:* at verò vnus tantum gladius non ſuffi-cit, ſed alterum, atque alterum habeat, qui rectè prædicationis officium obire cupit. Vide ergo quomodo vtrumque Ioannes habeat, vnum, quo ſe, alterum, quo alios feriat; primus ille eſt, de quo

Duos habuit gladios Ioannis, vnum ad ſe, alterum ad alios.

Matth.10.34. Chriſtus: *non veni pacem mittere, ſed gladium: veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum &c.* & Ioannes ab annis teneris, ad horrida deſerta, matrem linquens, ac patrem, omnino ſeparatus hoc gladio, fugit, vnde canit Eccleſia: *Antra deſerti teneris ſub annis, ciuium turmas fugiens petiſti*. Hoc quoque vſus eſt in caſtigando, ac affligẽdo corpore, ac in ſeruitutem redigendo: dicat ergo: *ecce dedi verba mea*, ideſt gladium meum: *& poſuit os meum quaſi gladium acutum*: primum quem miſit Chriſtus; ſecundum, ſermonis Dei efficacis penetrabilioris gladio ancipiti. Neque prætereundum eſt, quod adeo domuit hoc gladio corpus, vt etiam eo obtruncatus ſit. Alter fuit ergo oris, vnde prædicabat: *agite pœnitentiam*: hos duos gladios ab Apoſtolis exhibitos, dixit Chriſtus ſatis eſſe: *ecce duo gladij, at ille dixit illis, ſatis eſt*: nec alter, ſine altero in Ioanne ſatis eſſet, ſi ſeipſum diſcruciaret, & mortificatione interimeret, prædicationem verò deſereret; vel ſi prædicaret in alios; ipſe verò id opere, ac exemplo non probaret: Hoc conſtituto patet cur dictum ſit à Domino: *à diebus Ioannis Baptiſtæ, vſque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud* ſed attentius hanc ſcripturam ponderemus: & ad hoc illud aduertendum: Binos Ioannem gladios habuiſſe, totidem enim erant perneceſſarij ad expugnandum Paradiſum, cuius iter a peccato impediebatur; quid enim primi Parentes effecere peccando, niſi quod iniquitatem in ingreſſu poſuere? quę tanquam gladius paratus ad percutiendum, accedentes arceret; culpa ipſa erat, quæ obduxerat aditum, ne aliquis ingrederetur, vnde dictum eſt: *eiecitque Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*: Cherubim collocauit, & gladium; gladius iniquitas, atque peccatũ eſt: *quia rõphea omnis iniquitas*: ea Paradiſum clauſit, & ante Paradiſum collocatur, vt inſinuetur quod culpa eſt impedimento ingredientibus, quæ expulit eiectos. Angelus ergo reſtitit, & enſis; cuſtos, & peccatum. habeat ergo Præcurſorem Angelum: *ecce ego mitto Angelum meum*: hic Angelus, ſequitur: *præparabit viam ante faciem meam*: quas vias? vias vitæ: *notas mihi feciſti vias vitæ*: vias illas parabat, quas notas debebat facere Chriſtus: at ſi Angelus gladium verſatilem habebat, & ancipitem, duos habeat Ioannes gladios, vt obſiſtentia omnia dirimat impedimenta, & violenter viam hanc paret, ideo dixit Chriſtus: *à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur &c.* & ipſe dixit: *appropinquauit ad vos regnum Dei*: vel arma monſtret, quibus Paradiſus erat expugnandus; ſed ſi ibi Cherubim collocauit, & gladium flammeum, vbi in Ioannis gladio ignis, quo dicamus paribus armis aditus patefeceſſe? dictum ipſi eſt: *ecce dedi verba mea in ore tuo*: ac verba Domini ſunt ignis: *nonne verba mea ſunt quaſi ignis?* & ſæpe in ſcriptura hoc probatur: enimuerò quid eſt in os Ioannis ponere verba, niſi ignem gladio adhibere? quod ſi Angelus flammeo gladio accedẽtes abſterruit, flammeo hic etiam gladio viam illuc parauit.

Matth.11.12.

Duo gladij ſunt neceſſarij.

Matth.11.12.

peccatum in oſtio Paradiſi arcet accedentes.

Gen.c.3.24.

Ioannes Angelus.

Mal.3.1.

Pſ.15.11.

Matt.9.12.

Luc.x.11.

Ier.23.29.

241 Præterea vim omnem Præcurſor cõtulit in conuellendo, ac eliminando peccato; vnde: *facite fructus dignos pœnitentiæ*: quod præſtitit etiam exemplo.

Præbuit hirtum tegumen camelus
Artubus ſacris, ſtrophium bidentes:
Ne leui ſaltem maculare vitam
famine poſſes.

arctiſſimæ incommoda totius ſubijt pœnitentiæ, ne vnquam vlla peccati labe fœdaretur. At peccatũ Hydram dixerim, quæ (vti ſupra dictum eſt) ferro-

Digitized by Google

cædente pullulabat, quod cum comperiſſet Hercules, ne irritus eſſet labor; illam adhibito igne conſumpſit. Enimuero ſimile quid videtur innuere Ioannes, cum gentem illam vocat: genimina viperarum, quis vos docuit fugere à ventura ira? quis vos iram venientem gladiumque vindictæ cædentem ſubterfugere monſtrauit? quod ſi Hydræ malum in illis reperit, exerat ergo gladium, & ignem: vnde dicit Dominus: *ecce dedi verba mea in ore tuo:* deinde cum Ioannes appelletur Helias, hic autem ſit ignis, & verbum, quaſi facula ardeat ſerpentem, gladio ignito, ideſt verbo, pullulantem interimat.

Cur Ioannes gladiũ habeat in ore.

242 Præterea munus etiam Ioannis extitit prædicatio pœnitentiæ: *agite pœnitentiam &c.* verum quid opus ſit ad pœnitendum, Ioel oſtendit dicens: *conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra:* ſcilicet ſcindere corda; verbum ergo Præcurſoris hoc efficiebat; etenim vox Verbi, ſermonem habet penetrabiliorem omni gladio ancipiti, pertingentem vſque ad diuiſionem animæ, & corporis, compagum quoque, & medullarum. Sequitur infra: *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ſuper gentes: & regna &c.* mirum eſt Ioannem maiorem prædicari, verbo, & ſupra Regem euectum, habitis à Deo verbis; ſcimus enim vim eloquentiæ in pleriſque ad mortem auditorem adegiſſe, non verò regnum comparaſſe, vt hoc dici poſſit: *ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna &c.* At hoc de dignitate prædicatorum dicitur: qui regna, verbo Dei, ſubijciunt. Quod ſi de cæteris, multo magis de Ioanne licet affirmare, qui & dignitatem habebat Præcurſoris, & verè ita ſibi ſubdidit Regem ipsũ prædicatione, vt de Herode diceret Scriptura: *Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat:* verbo Dei, etiam Regi impio erat formidini, ac terrori: hoc latius infra, interim apparet magis, quod Ioannes ſupra Reges, & regna fuerit conſtitutus: teſtimonio Herodiadis; præmium enim oblatum, eo quod ſaltauerit, dimidiũ regni eſt, quia *quidquid petierit dabo tibi, licet dimidium regni mei, & dixit, volo, vt protinus des mihi caput Io. Baptiſtæ:* vnde quæſo tãta nefandæ mulieri liberalitas, vt contempto regno, caput expetat cadaueris? quinimò oblatum regnum poſcat, & deinde carcere detentum propria authoritate Ioannem obtruncet; vnde proceſſit, quod auri cupidiſſima, & imperij; vtrumq; cõtemnat, exſecto pauperis capite triumphãs, & dixit, *nil aliud petas, niſi caput Io. Baptiſtæ?* nunc refert didiciſſe, quomodo Ioãnes ſupra regna conſtitutus fuerit, quaſi enim diceret, maius quid capite Ioannis adeptu-ram, oblato ab Herode regno. Quod ſi non tanti Ioannem exiſtimaret, deluderetur mulieris vafrities, quæ callidæ matris vſa conſilio, potius Baptiſtæ caput quam affectauit regnum; maior itaque Præcurſor imperio eſt. At etiam auaritia compellente, inſigni præda potitam eſſe arbitrata eſt, dum optione propoſita, non ſceptrum, ſed exſectũ à corpore caput petijt; & ꝙ ita ſit probat Herodis triſtitia; detrectabat .n. daré petita, quaſi maius aliquid promiſſis daret, & prætioſius: *& conturbatus eſt Rex &c.*

Mar.6.20.

Quare reſpuerit Herodias regnum voluerit caput.

Caput Ioannis prætioſius Regno.

Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum &c. quando hoc poteſt verificari? cum .n. Herodes timeret Ioannem: *metuebat Ioannem:* quare dictum eſt Ioanni: *ne timeas &c.* ſi timebatur, cur ne timeat, præmonetur? neque enim fieri poteſt, vt dum timetur, timeat ipſe, illum cui infert formidinem: maxime hic faciunt Auguſtini verba de puerorum nece: *ecce,* inquit, *prophanus hoſtis nunquam beatis paruulis tantum prodeſſe potuit obſequio, quantum profuit odio:* ecce (ego inquam) Herodes, nũquam potuit per ſequutione, ac odio obeſſe, quantum timore, & ſi dici poteſt, obſequio. 243

Sermone de SS. Innocen.

Hinc

Hinc orta odij, & inuidiæ, & indignationis ſemina, quia metuebat Ioannem Herodes, & audito eo multa faciebat; niſi enim illum ſæpe commonentem audiſſet, ac timuiſſet, nunquam, ira, adultera, æſtuaſſet, & mortem meditata eſſet. Hic ergo timor extitit cauſſa mortis, vnde concepta Herodiadis indignatio, inſidias capiti parauit. Hic ergo timor erat timendus; &, hunc forſan timorem innuit aliquando Iſaias cũ dixit: *timorem eius ne timueritis:* timorem, cultumque, ac reuerentiam inſidioſam nequaquam timeatis, quod ſi timor ille, vos conijciet in diſcrimen, & mortem; ſcitote, hoc, vobis pro maximo emolumento eſſe.

Cur iubeatur non timere ab Herode.

Iſa. 12.

244 Verum, hac re conſiderata illud quidem opereprætium eſt obſeruare, quomodo potuit Ioannes Herodi impio eſſe timori, ex eo quia, inquit ſcriptura *timebat eum &c.*

245 Et quidem ſcimus veræ religionis expertem, expertem quoque virtutum omnium extitiſſe, quomodo ergo defert ſanctitati, Præcurſorem formidat? hoc aliunde ortum habuiſſe in conſequentibus apertum erit: & primo.

Gallum ferunt Gallinaceum nuntium eſſe lucis, & maximo terrori eſſe quoq. Leonibus, vnd Lucr.

Lucr.

Quem nequeunt contra rapidi conſtare Leones
Inque tueri, ita continuo meminere fungai.

Formidat Leo Gallum album præcipuè, vt Ambroſius, & Pythagoras, ob id etiã aſſerit Pier. quod ſymbolum erat colendæ diuinitatis, eo quia diuinum quoddam præſefert: Itaq. Leo non falcatam Galli caudam, non aliquid aliud, ſed extimeſcit vocem: Proclus rationem addit, cur timeat Leo: eo quia, inquit vis ſolaris in Gallo eſt, vnde ſurgenti Soli, applaudit: hoc infra: verum Herodes Leo eſt; nec Reges impios, Leones vocari, in ſcriptura nouum eſt, vnde Rex Babylonis, Leo dicitur de ſylua, vt Expoſitores, & Hieronymus præcipuè. Porrò rationẽ nouimus, quare Herodes extimuerit Ioannem; obijciebat facinus inceſtuoſum, & voce terrifica arguebat: *non licet tibi habere vxorem fratris tui:* Ioannes, Gallus ille erat, de quo ſcriptura teſtatur quod ſuccinctos lumbos habebat: *& Gallus ſuccinctus lumbos ſuos:* de quo etiam hæc habet Gregor. *Gallus ſuccinctus lumbos eſt prędicator inter huius noctis tenebras verum mane nuntians; qui ſuccinctus eſt lumbis, cum à membris ſuis luxuriæ fluxum reſtinguit:* quapropter ideo formidabat Herodes Ioannem, quia ſuccinctos lumbos habebat, non tantum zona pellicea pœnitentiæ; ſed quia lumbos ſuccinctos habebat caſtimonia, & puritate. *lumbos* enim, ait idem Gregor. *reſtringimus cum carnis luxuriam, per continentiam coarctamus:* quia purus inceſſabat culpam carnalem; albus adulterij fœditatem; pœnitens voluptuoſas epulas; patet quod fuerit albus; vicit enim omnes albedine ſanctitatis, & puritatis, quippe qui in vtero materno ſanctificatus, ſordes maculaſque culpæ matris abſterxit in vtero. At verò, vt diximus, nihil præter vocem horret Leo, & congruit hoc Ioanni, qui vox dictus eſt clamantis in deſerto; merito ergo dici poteſt; ſupra Reges ipſos euectum imperium Ioannis: *conſtitui te ſuper gentes, & regna &c.* & non alia ratione conſtitui, niſi quia: *ecce dedi verba mea in ore tuo:* verbis enim, & voce eris ſuper Herodem, & imperium; & voce terruit Gallus hic Herodem. Verum ne inanem ſimilitudinem ſumpſiſſe videamur, operepræcium eſt obſeruare, quomodo nomen volucris huius rectè Ioanni poſſit conuenire; & quidem primò vti diximus, cũ Gallus Solare ſit animal, indicat peculiarem præ cæteris vim Solis iuſtitiæ, quem annuntiabat habuiſſe. Gallus venturam lucem cantando prænuntiat, quod muneris erat Ioannis, qui Solem, Chriſtum, qui mũdo oriri debebat nuntiauit: Mortales quoque hoc animal ad opus excitat præ omnibus volatilius; quę omnia cum Ioanni conueniãt cum merito volucris huius nomine apella-

Pier. lib. 1. Leo.

Proclus.

Cur extimeſcat, Gallum, Leo.

Hieron.

Marc. 6.

Prou. 30. 12.

Greg. hic.

Hier. ſup. Iob. 38.

Ioan. Gallus albus.

Voce terruit Herodem.

Digitized by Google

pellamus. Etenim cum Chriſtus,& Sol dicatur à Malachia, & alibi; deſcribitur hic Sol, nomine ſponſi,dicente Prophe-
Pſal. 18.7. ta : *& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo : exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio eius; & occurſus eius vſque ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore*
Ioan. amicus ſponſi. *eius* : manifeſtum eſt huius ſponſi, qui Sol eſt, prænuntium Ioannem, egregiè hoc demonſtraſſe; qui & ſponſi amicus dictus eſt, & Soli aſſurrexit aduenienti. præterea, vt dictum eſt, inertes manus, menteſque ſomno preſſas excitauit ad opus, & ad lucem; vnde clamans vox in deſerto, aiebat: *agite pœnitentiam*: ſurgite è ſomno peccatorum: *appropin-*
Cur.p.c.5 3.p. *quauit ad vos regnum Dei*: iam enim appropinquat Chriſtus.hunc Galli cantum deſcribit Gregorius, referens ad prædicatores:*prædicator etenim ſanctus, dum caliginoſo hoc clamat in tempore, quaſi Gallus cantat in nocte, dum dicit, hora eſt iam nos de ſomno ſurgere; nunc autem proprior eſt noſtra ſalus*: & rur-
quomodo cecinerit Ioannes. ſus: *euigilate iuſti, & nolite peccare*: quibus illum etiam addas Galli cantum:
ad Rom. 13.12. *nox præceſſit,dies autem appropinquauit, abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis,ſicut in die honeſtè ambulemus*: quæ omnia rectè de Ioanne dixerimus, qui primus eſt poſt noctem legis prædicator, & Domini aduentum voce annuntiat: *ego vox clamantis in deſerto,parate viam Domini.* Hic etiam notare poteris, vim Solarem extitiſſe in hoc Gallo, ſeu quandam cælitus lucem datam Ioanni; vnde ipſe credebatur, non tantum annuntiare Solem, ſed eſſe. Et quidem illud quod alibi adnotauimus de Epheſtione, Alexandro, nimia familiaritate coniuncto, huc apprimè ſpectare poteſt. Is acceſſit ad Siſigambim vxorem Darij, quæ viro fugato, iure belli detinebatur, atque in cubiculum eius primus intrauit, quem, vt primum vidit illa, ſicuti
Q.Cur. in vita Alex. lib 3. Regem, venerata eſt: monſtrauit Epheſtio Regem, ſe familiarem tantum eſſe dixit; Regina verò excuſationem protulit, nunquam antea viſi Regis: at Alexander dixit: *& hic Alexander eſt.* Itaq. primus in hunc mundum intrat præco Ioannes, cum verò adeo ſimilem ratæ ſunt turbæ, ac ſinagoga, vt tanquam Chriſtũ Meſſiam amplexurę accurrerẽt: Chriſto ſ nolis.
at ille dixit: *non ſum ego Chriſtus*: qui poſt me venit, hic Rex eſt: *cuius ego non ſum dignus eius corrigiam calceamenti ſoluere*: ego verò ſum tantum, qui manifeſto eius aduentum,ſum amicus:atq. Ioa. 1.27. 228
ne mundus laberetur in hunc errorem, idem quoque conteſtatus eſt Ioannes in ſuo Euangelio: ne credatis hunc eſſe Solem, ſed nuntium Solis: *non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine;erat lux vera quæ illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundum.* Ioa.1.

246 Sed alia quoque ratione, Galli nomen, Ioanni proprium eſſe exiſtimo: atque ex hoc deduco: Dominus petit à Iob: *quis dedit Gallo intelligentiam?* Iob.38.36
hanc Galli intelligentiam, variè pro ſuo quiſque capite explicat, multa congerens de natura volucris huius; verum ego ab expoſitione Gregorij minimè diſcederem.

247 Galli, hanc eſſe intelligentiam putat, quod priuſquam canit, alas,ſeipſum diuerberando excutiat. Ad lucis ergo aduentum clamat, ſed ante clamorem, alarum impulſu,exultationem oſtendit. quæ ſit intelligentia Galli.
Applicat hoc ille Prædicatoribus, qui priuſquam, ad cæteros, voces prædicationis dirigant, Solemq. annuntient, ideſt Deum; ad ſemetipſos, pęnitentia, ac operibus prædicare debent. Igitur & hanc quoque conditionem, in Gallo Solari, ideſt in Ioanne reperimus; ipſe enim adhuc nocte vmbrarum, intra materni ſinus tecta lucem propinquam, præcinebat, atque vt agnouit, Solem iam aduẽtare,lætabundus ipſe tanto lucis aduentu, etiam antequam vox eſſet in deſerto, per matrem cecinit: *vnde hoc mihi*: inquit Eliſabeth, *vt veniat mater Domini mei ad me?* at videamus quomodo ſemet excuſſerit, teſtatur hoc mater eius: *ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis,* Ioan. veniente Sole quid egerit. Luc.1.64.

exul-

Digitized by Google

exultauit in gaudio infans in vtero meo: prius exultauit, deinde eo modo quò potuit, cecinit per matrem; mox ipſe ſopitas ſomno vitiorum, ac ſordibus, turbas excitauit. Verum conferamus interrogationem Domini ad Ioannem: *quis*, inquit, *dedit Gallo intelligentiam?* quis fecit Ioannem intelligere, vt intra ſinum ventris, Solem agnoſceret, atque hũc, alas diuerberando, ideſt exultando monſtraret? quaſi diceret, ego dedi; Sol, qui ſolari hoc præſtiti: At quando hic ſumus pulchrè à ſuperſtitione Gentilium, eruimus veritatem in quodam Liuiæ Auguſtæ pręgnantis prophano facinore: exploratura ſiquidem, an eſſet marem paritura, fortem, & inſignem; vel fœminam imbellem: hoc muliebri conſilio vſa eſt: ouum incubanti Gallinæ ſubduxit, idque, nunc ſua, nunc miniſtrarum manu adeo fouit; vt pullus Gallinaceus excluderetur; eoque cognouit, partum futurum (habito omine ex Galli præſtantia, & corona quam geſtat) non marem tantum, ſed egregię expectationis, imperio quoque inſignem. ſtulta illa freta eſt obſeruatione: at hoc, verius alia ſignificatione ad B. Virginem traduci poteſt: non petiuit ipſa ad Eliſabeth, partum, qualis futurus eſſet, exploratura, quæ Angelo præmonente edocta eſt; ſed pullum hunc Ioannis trium menſium famulatu, quaſi feruore charitatis pręgnans excluſit; (vnde motibus præuenit ille tẽpus,) & poſtquam Gallus hic ortus eſt, ex his quæ dicebantur de puero: *quis putas puer iſte erit, & tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis:* quæcunque antea optimè ſcierat, didicit; nempe Altiſſimum in ventre habere; lumen mundi; Solem, ac veritatem: expoſito tandem à materno concauo Ioanne, quaſi edocta (vt ita dicam), quid futurum eſſet, reuerſa eſt in domum ſuam.

Intelligentia Ioannis. — *Pier. de Gallo.* — *Luc. 16.* — *partus Ioannis index magnificentiæ Christi.*

348 Vlterius, mos eſt Gallo, vti diximus, auroram ſalutare: dicente Lucretio

Lucret.

> *Auroram clara conſuetus voce vocare:*

Quamobrem vigiliarum, ac excubiarum ſymbolum eſt: at hoc manifeſto comperimus in Ioanne, qui vt ſenſit auroram adeſſe, illam videlicet, de qua dicitur: *quaſi aurora conſurgens:* motibus, ac exultatione ſalutauit. oſtendit quoq. quam habuerit vigilantiam, qui in nocte gremij materni, geſtit, exultat. Hoc quidem in Gallo euidens eſt. Verumenimuero, quod magis ſpectat ad Ioannem: Præcurſorem, Dei nuntium, eas omnes conditiones habuiſſe, ſupra diximus, quas in Mercurio Deorum nuntio requirebat antiquitas; ipſumq. iure poſſe appellari Mercurium ſacrum, inſinuauimus. At quæ conuenientia Galli cum Ioanne? animal hoc Mercurio dicabant veteres, quod nuntiet Deos venientes: ſed ſi mauis potius Deo venienti, ideſt Soli ſacrum eſſe; hoc quoque reperimus: Gallum etenim Apollini dicabant, & addit cauſſam Proclus, quia venienti applaudit, & aſſurgit: ergo venienti Soli iuſtitiæ, quia aſſurrexit Ioannes, properantemq. nunciauit, merito id ei nomen vltro competit.

Cant. 6. 9. — *Gallus dicas Mercurio, & Apollini.* — *Eruditus quidam in ſupplemẽto Pier. tit. Merc.* — *Proclus.*

Verum, vt redeamus ad id, quod de Ioanne, & Herode cęptum eſt. Tradit Athenęus: Sybaritas, gentem ad omnes mollitudinis numeros natam, Gallum in vrbe eſſe prohibuiſſe; ne nocturnis ſomni quietem interpellaret, nevè quid eſſet, quod, voluptates, carnaleſq. delitias interturbaret. Igitur in nocte iacebat deliciarum, & voluptatis, domus Herodis, toti illecebrarum facinori vacans; vino, conuiuijs, ſaltibus, adulterio, laſciuiæ. At Ioannes, Gallus, iacentes excitat, & ſomnolentos increpat, ideſt continuo clamore Reginam, Regemq. arguebat: *non licet tibi habere vxorem fratris tui*: vt quid merſi impudicitia iacetis, ac voluptati? non licet in tali lectulo conſopitos iacere; hæ voces Galli huius: verum malè cedit Gallo exturbanti illecebras Sybaritarum, canit ad aulam improbi Regis, hic Gallus; abſcondatur ergo, remoueatur, detrudatur in carcerem Ioannes. Sed quis cohibet Gallum à voce, etiam in carcere exiſtentem? illic etiam vocis ſonus 249

Athæneus Sybaritæ cur gallos ab vrbe relegarũt. — *Mar. 6. 18.*

ad-

Ioan. quare prius in carcerem truditur, deinde obtruncatur. admonitio, minæ, increpatio exaudiebatur; quare vt omnino vox clamare deſiſtat, obtruncatur: *& decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco &c.*

Mor-6 27. 250 Gregorius vbi ſupra, & Varro, docet quod prius, productiores, ac valentiores edere voces ſoleat Gallus; mox verò, exorto Sole, placidiores, & tenuiores; quaſi id innuat, quod non vocibus opus eſt, illum commonſtrare, qui radio ſuo ſeipſum oſtendit: omnis ergo conatus, & muneris exercitium indicat eſſe ſuperfluum: Hoc ſi obſeruaueris, reperies in Ioanne; quouſque enim intra ſepta, quaſi nocturnę humilitatis ſe Dominus continuit, voces ille, protulit grandiores; Quamobrem cum aliquem nimis vocalem videmus, illud, de ẽo dicimus [è tutto voce .] vt exprimeret hoc Ioannes (quod ad officium Pręcurſoris, quam maximè ſpectabat,) dixerat: *ego nil aliud ſum, quam vox clamantis in deſerto:* in deſerto, vbi, voce ingenti, emiſſa, per aperta ſpatia, prædicationis verba profunderet: at verò, cum Sol ortus eſt, ideſt ſe manifeſtauit, vt quid opus nuntio clamante, vt antea eſt? tenuiores voces edebat, non in deſerto; ſed in angulo palatij; deinde ſibilabat moriens in carcere; deinde omnino deſtitit clamare, capite truncatus. Hoc verò inuenimus in Euangelio, quia poſtquam dixit ad turbas: *ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi: hic eſt de quo dicebam vobis; qui poſt me venit, ante me factus eſt:* ideſt ecce Solem, nunc, non voce tantum, ſed poſſum digito mõſtrare; hic eſt quem ego annunciabam: paulo poſt officium Præcurſoris, vna cũ vita, caput, ferro cædente (exorto iam Sole) truncatus eſt denique, & hoc quoque euidens eſt: ait enim *illum oportet creſcere, me autem minui:* ipſe creſcat exurgens Sol; ego autem minuor voces tenuiores effundens, & deinde minuendus vita; vel *oportet creſcere:* (vt hic Patres, & Expoſitores) quia in cruce exaltabitur: *me autem minui:* quia gladio cædar: *illum oportet creſcere:* quia prius in deſerto, nunc fama eſt præclarus in vrbe: *me autem minui:* quia carcer mihi locus erit in vrbe, Tũc ergo deſiuit hic Gallus voces emittere, cũ ſuas emiſit prædicatione Ieſus.

Ioan. minutus creſcẽte Chriſto.

Ioa. 1. 23.

Ioa. 1. 29.

Ioa. 3. 30.

Domus Herodis extincta lucerna Ioannis mãſit in obſcuro vitiorum. Idem probat id, videlicet, quod lucerna dicitur Ioannes: lucerna verò, adueniente Sole, extinguitur; tunc autem extincta eſt, quando illum extinxit Herodias, & quomodo credimus domum Herodis, clauſam Soli; lucerna Ioannis illuminatam, tunc, extincto hoc lumine, inter tenebras ſcelerum remanſiſſe? inde ambulãdo ſine luce, & Regnum amiſit, & vitã Herod. Ioannes quoq. Euangeliſta refert; non potuiſſe lumen Ioannis, lumini Chriſti coæquari; quippe cum claritatem habuerit Chriſtus à Patre: *ille*, inquit, *erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius; ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne; opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam, & ipſa opera quæ ipſe facio, teſtimonium perhibent de me, quod ipſe Pater miſit me:* arguit ergo Iudæos, qui magis adhæſerunt lumini lucernæ, Ioannis ſcilicet, quam teſtimonio Chriſti. Nota, *ad horam:* hoc enim conuenit lucernæ, mox enim vt oritur Sol, lumen lucernæ langueſcit. Queritur verò contra Iudæos, & cauſſam adducit, quia ille ab altero lumen habebat, ideſt à me; ego à nemine, præterquam à Patre: ſequitur: *claritatem ab hominibus non accipio &c.* verum ad propoſitam Galli ſimilitudinem. Animal hoc Solis ortum, cantu præcedit, vti dictum eſt: & Virgil.

Io. 5. 35.

Chriſtus habebat lumen à Patre.

Excubitorq. diem cantu prædixerat ales.

Virgil. in Morr.

atque etiam, occaſuro Sole, prius ipſe cubitum it: ita Ioannes Præcũrſor, prius quam Chriſtus oriretur; exortus eſt, & ſuperſtite adhuc, occubuit; non dum ad crucis occaſus peruenerat Chriſtus, & dolis mulieris circumuentus Propheta, obdormiuit. Propterea quis prohibet ſcripturam illam, ad hunc quoque ſenſum interpretari? *qui poſt me venturus*

Quid ſit qui poſt me venit, ante me factus eſt.

Digitized by Google

turus eſt, ante me factus eſt: vt de vitæ ſpatio intelligi etiam poſſit: *qui poſt me venit*, ideſt quem ego nuntius prophetaui, quem ego natiuitate præiui: *ante me factus eſt*: quia dum ſomnus, ſeu mors me tenuit; ipſe non adhuc ſpatia curſus peregerat ſui; ortum huius Solis, ego ales nũtius præueni, ſed antequam ipſe occumberet; ad quietem ſoporemq. pacis me contuli. Hæc de Ioanne Galli munus gerente, in annuntiatione Solis iuſtitię breuiter diximus; qua quidem ſimilitudine, quæcumq. ad Præcurſorem ſpectant elucidauimus. Porrò, ſupra probauimus, Herodem Leonem extitiſſe: probat hoc Hieronymus, nõ de Herode tantũ, ſed de cunctis Regibus Iudęorũ. diximus etiam, Gallum gallinaceũ, Leoni eſſe timori; ex eo quia, ſunt Gallorũ in corpore ſemina quædam, quæ cum ſunt immiſſa in oculos Leonum, eorum pupillas interfodiunt, acremq. dolorem præbent. ſupradicta authoritas Lucretij hoc probat.

Herodes quare timuit Ioannem. Hier. ſup. Iſ. 30.

Quod nequeunt contra durare Leones
Inque tueri.

ſed Pier. ſententiã aliorum adducit; quia quodammodo, diuinum quoddam pręſeferre, dicunt, Gallum; quod ſi hoc probatur, præſtò eſt in Herode timoris cauſſa, Chriſtum exiſtimabat eſſe Ioannem: *ipſe eſt quem decollaui Ioannes, & virtutes operantur in eo.*

Mtt. 6. 16.

251 Leonis præterea omen, infauſtum, infortunatumq. erat apud Græcos; vt ſi quis, Leonis imaginem per quietem aſpexiſſet noctu, omen ſuperſtitioſum inde captauerat, fore, vt is, qui imaginem viderat, occidatur; Leo igitur viſus hoc præſagierat. contra verò Gallus felicioris eſt ominis, & victoriæ; ac proinde ab auguriorum obſeruatoribus, teſte Varrone, nobilis habitus eſt; Galli enim tota nocte canentes, victoriam præſignarũt Beotijs, cõtra Lacædemonios.

Tex. in off. de nomin. auium.

252 Igitur (ſi licet verius omen captare) in nocte veteris teſtamenti, ſeu flagitiorum Regis impij, dum Herodiadis inceſtu excœcabatur, Leonem hunc, Herodem ſcilicet, vidit Ioannes; quid ergo mirum ſi enſe truncatus interijt, ſi Herodiade ſæuiente, occidit: cauſſa igitur mortis nox fuit peccati, & imago viſi Leonis in furore conſpecti.

Gallus verò felicia prædixit, & victricia facta; dum enim Ioannes in nocte veteris teſtamenti ſemper cecinisset: *erat*, inquit, *Ioannes in deſerto prædicans baptiſmum pœnitentiæ*: & vox clamantis cecinisset voce; cecinisset pœnitentia: exemplo, actibus; & quaſi oblitus cibi, & potus: *venit Ioannes Baptiſta, neque manducans panem, neque bibens vinum &c.* continuo cantu vitam tranſegit: Verum quomodo dexter in omine extiterit, & quam victoriam annuntiauerit, patet; dixit enim *illum oportet creſcere, me autem minui*: creſcere, intelligebat, in cruce, vt Dominus dixit, circa hoc: *ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipſum*: vnde & victoriã Chriſti pãgit Paulus: *abſorta eſt mors in victoria &c.* huius ergo Galli aſſiduus cantus, victoriam præſagiuit; victoriam ſcilicet deuicti mundi, ſubiectarumque poteſtatum Tartarearum; quod Satan eſſet adligaturus, denudaturus infernũ; cœli quoq. aditus patefacturus, ac cunctis per orbem ſubactis nationibus eſſet imperaturus. Vides ergo quantum diſſentiat à Leone, Gallus: ille ſiquidem in feritate immanis eſt; hic poteſtate Superior; ille infelix omine, hic victoriã cantu prædicit: ſed aliud eſt, quod ſupra Regem conſtituit Ioannem, & ſupra Leonem, Gallum. Gallus in ſcripturis (vt ſupra) ſuccinctus lumbis dicitur: *Gallus ſuccinctus lumbos ſuos*: ſimbolum eſt continentiæ, vti Greg. ſupra; quæ virtus mirum in modum enituit in Ioanne, qui ſanctificatus in vtero, fœdæ nunquam culpæ contagia ſenſit; & quoniam mox vt emerſit in lucem, tenera ætate, carnem ieiunio domuit, & pęnitentia. Quamobrem cinctus lumbos, continentia, abſtinens quoque à vino, & cibis, quæ, vt ventrem implent, mentem quoque prouocant ad turpia, Leonem deterruit, conuiuio, & luxuriæ vacãtem.

253 cecinit victoriam Chriſti Luc. 3. 3.

Io. 1. 12 23

1 Cor. 19. 94.

Prou. 30. 31.

Aiunt

Aiunt nanque animal huiuſmodi vorax nimium eſſe, & vltra ſatietatem; quinimò quod deuorauit, cum ſẽtit moleſtum, ac pernicioſum eſſe, iactis in faucem vnguibus euellit. quod illorum eſt, qui cibis, & conuiuio diſtenduntur vſque ad ſtomachi defectum. Epulas verò, & vinum, libido ſequitur, excitatq. ebrietas, quod ieiunium compreſſit; & obiter (qui vitijs, & feritate neſtitur cum Herode) affer Holofernem: *fecit cænam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao Eunuchum ſuum: vade, & ſuade hebræam illam, vt ſpontè conſentiat habitare mecum*: quod non præſtitit quattuor primis diebus, poſt cœnam præcepit, vt fieret; poſt epulas laſciuia, quod per quattuor forſan dies cogitare prætereierat. Hæc .n. ſæpe ſe complectuntur ad inuicem; quæ in vorace Leone, Herode inquam, reperies; qui ad ſaltus meretricis motus quoſdam ſenſit libidinis, quibus actus, regnũm inceſtuoſæ promiſit. Itaque *conſtitui te ſuper gentes, & regna*; & quare? quia Ioannes erat indutus zona pellicea, & non manducabat panem, nec bibebat vinum; armis pudicitiæ luxurioſum Regem, & ieiunio, epulantem ſuperauit. Simili ratione victoriam contra ſuperbum Holofernem reuexit Iudith; cilicio enim ſolita erat carnem affligere: *ingreſſa eſt in oratorium ſuum, & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum &c.* à cibis ebriorum abſtinuit: *nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autem, quæ mihi detuli manducabo.*

Ioãnes ieiunio, & continentia terruit Herodem

Pier. lib. 1. tit. Leo.

Iudith. 12.

Holofernes, poſt quattuor dies cogitat de laſciuia.

Iudith laudata.

Iudith. 9.

Iudith 12. 2.

254 His armata, procedat ad victoriam; Principemq. ſternat exercitus; vnde Ambroſius ait, quod mulier vna ieiunio armata, ac continentia, plures ſtrauit exercitus ebriorum.

Ambr.

255 Nec maior eſt Leoni timor ex Gallo, quam ex igne, cauſſamq. addunt authores, quam nos in expoſitjone Sancti Thomæ attulimus, ex eo quia Leo ingenitum habeat ignem in oſſibus; eoq. formidat prætentas faces, vt ſtatim cõuertatur ad fugam: & ille ex Homero: *quamuis ſæuiat horret*, ſæuit accenſus interna flamma, cum fax exponitur; & horret ſæuitiæ cauſſa; hoc, quidam Emyſtichium ſumpſit, vt vtrumque in Leone explicaret. Ignis ergo erat Ioannes, & prædicatio ipſius facula, dicente Domino de Ioanne, quod haberet ſpiritum, & virtutem Eliæ, & alibi: *ipſe eſt Elias qui venturus eſt.* alibi quoque: *dico autem vobis quod Elias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcumque voluerunt, ſic & filius hominis paſſurus eſt ab eis: Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis*: at videamus quid fuerit Elias? *Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat*: Igitur vox Ioannis, facula erat; timeat proinde Leo, Herodes, ignem Ioannis, faceq. charitatis in verbo ipſius, dum clamat: *non licet tibi habere vxorem fratris tui*: Horruit, quia de eo ſcriptum eſt: *metuebat Herodem Ioannes*: ſæuijt, aũt cum ad vocem adulteræ, ardentem zelo Ioannem capite damnauit: vtrũq. autem, & pœna, & timor ex accenſa verborum face prodijt; niſi enim ardẽter damnaret conſortia Regis illicita; inceſtifica mulier, nunquam, relicto regno, caput Ioannis efflagitaſſet; ſed Leo ideo timet facem, quia ignem habet in medullis. Porrò ignis in medullis libido eſt, quæ ibi ſeſe occultat, & vires reſumit: *oſſa eius*, inquit Iob *implebuntur vitijs adoleſcentiæ ſuæ*: hoc de igne laſciuiæ exponit Hieronymus. Hic ignis quoq., qui fędus dicitur, virtutem omnem corporis, & animæ deuorat: quod Iob etiam teſtatur: *pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine &c. ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper ipſam incuruentur alij* (intellige ſi hoc egero) *hoc .n. nefas eſt, & iniquitas maxima, ignis eſt, vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicãs genimina*: Peripatetici cauſſam timoris aſſignant, quia oculos habet calidiſſimos Leo, pronde ex calore flammæ, nouus calor additus, illum ad ferociam cogit

Leo formidat ignem

Matt. 11. 4.

Matt. 17. 11

Eccl. 48.

Herodes horruit, & ſæuit.

Pier. ib.

Iob. 20 11.

Iob 31. 1.

ignis libidinis in oſſibus.

cogit, & timorem, oculus viam præbet laſciuæ flammæ, vt toties in ſcripturis: *concupiſcentia oculorum. & captus eſt, in oculis ſuis Holoſernes*: apud prophanos, paſſim: propterea nō poterat oculo laſciuo Herodes, & Herodias in ignem intueri, & ſpectare facem Ioannis.

Iudith 13. 17.

256 Quod ſi, & attentius naturam Leonis ſcrutamur, illum nouerimus, quod aliquando contra inſequentes non vult ſæuire, niſi ſe videat ab aſtantibus obſeruari; propterea conuerſus ſæuit, & horret: lege ſupracitatos authores. nunc ad Herodem. ſollicitum hunc Leonem Ioannes habebat, ac verbo, ac admonitione perſequebatur: *non licet tibi &c.* ſed Herodes, hoc potius timebat &c. at verò propter aſtantes mulieres, & conuiuas, conuerſus eſt ad necem: *& contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſtare; ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput in diſco, & decollauit eum in carcere &c.* non potuit amplius ferre, cum continuo vidit conuiuantium præſentia circumueniri; ſed ſæuit in Ioannem.

Marc.6.26

257 Sed vltra: *& verbum illius quaſi facula ardebat*: fax plerumque magis flatibus creſcit, vnde ille efformato hoc ſchemate, flammas videlicet ventis auctas; addidit quoque hæc: *vires ex aduerſis:* impetitus ergo Ioannes aduerſis ventorum flatibus, nunc ambitionis, nunc ſuperbiæ, nunc tribulationis; ſemper ſanctitatis flammas in hoc ipſo maiori nutriuit incremento; quinimò, & alius, vt hoc oſtenderet, nempe quod aduerſa facerent flammas, pinxit facem igne ſuppoſito magis accenſam, aitq. *vires inclinata reſumo*: cogita hoc, quomodo Ioannes, perſequutione, carcere, ac ferro oppreſſus ſit; at vires etiā reſumpſit in erumnis: Probat hoc Pſal. dum dicit: *exortum eſt in tenebris lumen rectis corde*: quæ verba Agellius hoc modo vertit: *exortum eſt in conculcatione &c.* licet carcere preſſus, licet perſequutoris ſæuitia appetitus, exortum tamen ei eſt maius lumen, & maior ex conculcatione, & inclinatione flamma: quinimò dum adhuc pendebat examine corpus exſectum capiti, dum ſacris in diſco caput oſtendebatur, adhuc videbatur, hæc vocis, & verbi facula prælucere; quis enim extinguit tribulatione iuſtum, ventis flammas, ferro vocem? Chriſologus: *quis vnquam vocem occidit:* & Ambroſius: *conticeſcit, & adhuc timetur:* & ideo, *verbum ipſius quaſi facula ardebat.*

Ex tribulatione vires ſumpſit.

Capac.

Pſal.111.4.

Cryſol in ſerm S Ioannis.

Fax inſuper; quia, cum contractus editur, ſolemnitas eſt legalis, vt lumen accendant contrahentes: verum inter Deum, & hominem lex erat promulgāda amoris, & miſericordiæ; Ioannes ipſe legem hanc promulgauit dicens: *appropinquauit ad vos regnum Dei*: ſit ergo ob contractus huiuſmodi ſolemnitatem, lumen ad hoc requiſitum, ideſt, Ioannes? *& verbum ipſius quaſi facula ardebat*: vel etiam ſi noctu, ecce lucernam: *ipſe erat lucerna ardens, & lucens.* 258

Cōtractus inter Deū, & homines Ioannes promulgauit.

Præterea in re ruſtica obſeruatum eſt, quod terra, cum ruſtica, ac ſterilis eſt, ſentibus purgatur, conuelluntur malè natæ herbæ, cæterum ſi arbores illic ſint, prius obtruncantur, deinde ne quid remaneat, dato igne purgatur; poſtea aratro colitur. igitur in terra illa, in qua plātata erat vinea domus Iſrael, i. ſterili hebræorum corde, ſecuri egit minarum Dominus: *iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*: deinde voce Ioannis, quæ ſicut facula eſt flammas accendit; vitia vltimo aratro ſcindit Ioannes: *agite pœnitentiam.* Verum quando hoc de vinea hac ſterili dictum eſt, obiter etiam obſeruare poſſumus, Ioannis morte fæcundam euaſiſſe; idq; probo afferens ſuperſtitionem quandam, q̄ incolæ agri Troezoniorum inſtituerunt: Mathonenſes igitur, pro vinearum incolumitate, Gallum mactare ſoliti sūt; cum enim Africi venti, qui regionem illam infeſtant, vites exurerent, ſicque ſpem 259

Combuſſit vineam ſterilem.

Luc.3.9.

Pier titul. Gallus.

Digitized by Google

omnem vindemiæ fallerent; ab aruſpicibus moniti ſunt; vt ſi damnum vellent reparare; Gallum vnum, & eum album, viri duo, manu vterque ſua, apprehenderent, ac in diuerſa abeundo, trahentes, diſcerperent; diſſecto quoque Gallo vineas perluſtrarent. Quod ex voto accidit, vinearumq. incolumitas, hoc figmento, ſeruata eſt: Vinea Domini populus ille erat, ad quē direxerat prædicationem Ioannes, vnde Iſaias: *vinea enim Domini exercituum, domus Iſrael eſt*: ſed infructuoſa eſt, & ſterilis: quapropter paulo ſupra: *expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruſcas &c.* Quid ergo inducit vineæ fertilitatem, quæ Africo vitiorum infeſtatur? Gallus albus, diſciſſus: Gallum album extitiſſe Ioannem, ſupra late probatum eſt: hic ergo Gallus, à duobus in diuerſa abeuntibus, & trahentibus diſcerptus eſt. ſ. ab Herode, & Herodiade; Herodes hæſitabat, negabat, contriſtabatur; illa è contra inſtabat, perſequebatur, atque inter hæc diuerſa, Gallus, Ioannes ſcilicet, in duas partes diuiſus eſt; quarum altera reperta eſt in manu puellæ, quæ caput in diſco poſitum, præſentauit matri; *puella dedit matri ſuæ*: corpus autem ab Herode conceſſum eſt diſcipulis: *quo audito, diſcipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento &c.* ſicq. ſanguine Ioannis vinea hæc fæcūdata quodammodo eſt, & fructus parauit æternę vitæ, ſicut ait Chriſtus: *à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: ſcilicet, quemadmodum voce, ita, & ſanguine præiuit Chriſtum, ſanguine ſuo, eccleſię vineam, cæleſti fructu, ditauit.

Iſ.4. 7.

Ioan. obtruncatur & quare.

Marc.6.

Matth xj. 12.

260 At reuertamur ad ea, quæ ſuperius dicebamus: Facula verbi Ioannis illuminabat populos, nec enim aliquis non agnouit, cum Herodes immanior omnibus, ad lucem ipſius multa faceret, vti ait ſcriptura: Verum hoc diſcrimen eſt inter Herodem, & reliquos in prædicatione Ioannis; quod, inter illum qui infirmos oculos habet, & reliquos, qui ſanos; ille.n. læditur oculis ſi intuetur lumen; cæteri gaudent lumine. Herodes ergo laſciuiam prætendebat in oculis, ſicut Leo, non poterat facem accenſam, diu, aſpectu ſubſtinere, vt reliqui qui ad lumen Ioannis exultabāt, vt dicit Dominus: probat hoc Eccleſ. quaſi quod nunc diximus explicans: *Verbum*, inquit, *ſapiens, quodcumque audierit ſciens, laudabit, ad ſe adijciet; audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi, & proijciet illud poſt dorſum ſuum*: nihil hoc manifeſtius: deſcribit enim Herodem laſciuia plenum, vocem hanc, Ioannem ſcilicet nihili facientem; facemque quam ſubſtinere non poterat extinguentem: *poſt dorſum ſuum*, inquit, quod obliuionem oſtendit, quaſi nunquam Ioannem admonentem prædicantemq. audiuiſſet; vinum, & ebrietas, & mulier abſtulit cor, & mentem, vt nec quem occidit ſciret, nec legem conuiuij violatam aduerteret.

Herodes ob laſciuiam non poteſt intueri lumen.

Eccl. 21. 18.

Vlterius protectionis, ac fauoris inditiū eſt fax; fęlicitatem quoque portendebat, ac optatum euentum; quam plures etiam in ſignum diuinæ protectionis ante exercitum oſtendebāt; quod inferius lege, cum de olla ſuccenſa; & ſupra etiam. At vide quam felicitatem annunciauit ignis, faxque hæc Ioannis: *omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur &c. & videbit omnis caro ſalutare Dei*: protectionem quoque inuenies in manu illa, quæ protectionem ſignificat; quamue dixit Euangeliſta fuiſſe cum Ioanne: *etenim manus Domini erat cum illo*: vel etiam: *ſub vmbra manus ſuæ protexit me*: hanc ignis protectionem innuit Mamertinus quidam, qui ignem pinxit in clypeo, hac inſcriptione: *te duce*: nulla ſubibo diſcrimina, quia victoriæ, ac diuinæ protectionis argumentum haberis. 261

Luc 3. 5.

Auct.Tho.

Rurſus hic ignis, venientis columitatis, & veniæ ſignum eſt, atque hoc exemplo patebit. Federicus Rex poſtquā regno potitus eſt; vt certiores ſubditi red- 262

Panor. de geſt. Fed.

Digitized by Google

redderentur, Regem omnino iniuriarum oblitum eſſe, hoc ſigno demonſtrauit: pinxit ergo librum arithmeticũ numerorum; numero calculationis in margine adiecto: facta inſcriptione: *recedant vetera*: liber autem, flammas hinc inde emittebat; quo inuento, ſane indicabat; vetere obliterato numero, nouoque efformato, vetera omnia aboleuiſſe, nouaq. omnia facturus: librum hunc Ioannem dicimus; qui cum in ſpiritu venerit Eliæ, librum dicimus flammas ſpargentem; at vide quomodo hoc incendio cuncta diſpoſuit innouare, & quomodo calculus recens inuenitur in hoc libro: *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris; procurante Pontio Pilato Iudæam: tetrarcha autem Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituriæ, & Trachonitidis regionis*: & ecce inſcriptionem: *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto &c. vox clamantis in deſerto parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius: omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur; & erũt praua in directa, & aſpera in vias planas; & videbit omnis caro ſalutare* Dei: recedant vetera; nunc illa, quæ erant aſpera in prima lege, erunt in Euangelio plana; quæue praua in conſuetudine peccatorum, erunt nunc conuerſione gentium in directa: at his quæ ad præcedentem capitis partem ſpectant conſideratis; expoſitione quoque virgæ vigilantis ſupra habita, deſcendamus ad ollam ſuccenſam. Ait infra: *& factum eſt verbum* Domini *ad me dicens: quid tu vides? & dixi, ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis; & dixit Dominus ad me: ab Aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ:* olla vas fictile eſt decoquendis cibis aptum: Herodis portendit epulas, & ebrietatem: Hebr. quaſi cogitaret de Herode, ſic vertit: *Regem feruentem ſicut lebetem ego video*: feruor hic indicat luxuriam, vt plerique exponunt: accenditur autem hæc olla à flatibus Aquilonis, ideſt Herodes ab Herodiade; neque enim niſi inſtante, ac premente Herodiade Ioannem Rex immanis perdidiſſet: Et aduerte quomodo hoc notatum: *& facies eius*, inquit, *à facie Aquilonis:* Aquilo ventus frigidiſſimus eſt, ſed tamen languentem flammam excitat, flans verò cõtra ignem videtur primo illum extinguere, ſed eo ipſo maiores ſpiritu flammæ exurgunt. ita quoq. contra hanc ollam, luxuria, & vino calentem ſufflauit Aquilo, Herodiades, ad mortem Ioannis; ſed vide quomodo ſaltibus, exultatione, lętitia, (quæ omnem alioqui cõceptam in Rege nequitiam debuerant extinguere) ſurgunt incendia, quia poſtquam ſaltauit, petiuit, ad mortem dari Præcurſorem; frigido flatu ſpirauit in ollam, & incendia videbantur potius ex vento hoc minui, ait enim ſcriptura: *& contriſtatus eſt Rex &c.* inuitus Aquilonis flatus excipit, ſed in hoc ipſo maiori ęxtuat igne, quam antea, nam: *miſſo ſpiculatore præcipit afferri caput eius in diſco, & decollauit eum in carcere*: vel etiam: *ollam ſuccenſam ego video*: admixta libidini conuiuia: Hæc expectauit mulier, quod voti compos efficeretur; vt quod per luxuriam, non obtineret; reperiret in vino: obſeruauit ergo: *& cum dies opportunus accidiſſet &c.* tunc inter epulas toto corporis conatu ſaltibus compoſitis laſciuiam exſuſcitauit; ollamq. iam fumantem, magis, ac magis accendit. Quomodo ſolent congruum tempus huiuſmodi obſeruare, hoc modo probo. Mulier improba inſidiatur incautis, eo modo, quo Gregorius autumat, venatores leænam capere: inquit ipſe: [fit in itinere fouea, in quam pecus deponitur, vt illuc ſe eius appetitu proijcere leęna prouocetur, quæ anguſta ſimul, & alta præparatur, vt in eam ruere ambiendo valeat; ſed hanc ſaliendo nullo modo euadat: vnde Iob: *quaſi leænam capies me:*] itaque Herodias fouea eſt, cibus verò attrahens Regem,

Mat. 3. 1.

Ioann. annunciator pacis.

Herodias aquilo accendens; flammas ollæ, ideſt Regis.

Olla accẽſa quid ſit.

Mor. Iob 1.33.

puella ſaltatrix eſt; in quam dum toto Leo affectu proſilit, in fouea anguſta ex qua exire poſtmodum cupiebat repertus eſt: *& cum dies opportunus*: (aduerte ordinem prædæ) *accidiſſet: Herodes natalis ſui cœnam fecit, Principibus, & Tribunis, & primis Galileæ; cumque introiſſet filia ipſius, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi &c.* ſed ecce in fouea Regem; *& contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare &c.* cæterum ſi noſcere vis quid ſit mulier nequam, hoc ſcriptura teſtatur: *fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena; inſidiatur in via, quaſi latro*: videntur hæc de Herodiade ſcribi. quæ Regi aliena erat, nempe adultera, & de ea dicitur: *Herodias autem inſidiabatur illi?* non fouea tantum, ſed anguſta, quia eo anguſtauit Herodem, vt quò ſe vergeret neſciret; hic arctatus iureiurando; hinc lege conuiuij; hinc quoque quia *metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat*: tandem illic adſtrictus adulterio.. Verumenimverò cautè, & malitioſè obſeruauit mulier hęc tempus conuiuij; hoc enim opportunũ eſt ad Leonem decipiendum, ad eos perdendos in fouea, qui vino delectantur; ſequitur enim, vt ollam ferculorum ſimul cum igne videas libidinis: *cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui fouea? cui ſine cauſſa vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis*: incautos reperit in conuiuio, vt ſibi illos ſubijciat: Verum quidã tradit, Leonem prolapſum in foueam, eius animi, vel nobilioris, vel magis dixerim eſſe obſtinatioris; vt inde extrahi contemnat, & auxilia nulla rugitu expetat, aut ſibi vngue, viribus ſtruat aditus, ſed ibi torpens in ignominia, ira conficitur, & inedia: quamobrem rectè pinxit ille, Leonem lapſum in foueam, ibi commorantem, oſtendens caſu in errorem ſe prolapſum, ſed ibi ſpontè perſiſtere. Hoc

Herodias cepit Herodem in fouea.

Prou. 23. 29.

Leo temnit extrahi à fouea.

Capacius lib. 2. Mar. Anto. Col.

in Herode obſeruamus dum enim circumuentus meretricio ſaltu, cunctarum rerum tribuit puellæ optionem: promiſſa quoque iureiurando confirmat; profecto omnem ſibi ſui iuris adimit poteſtatem, & committit adulteræ; ab illa diſponendus traditur, nec poſt hæc fugæ viam quærit, qui mille inuenire poterat, vile enim exiſtimabat Regiam fidem violari, ſpectatoresq. conuiuas ob hoc offendi, ac propterea in fouea ſpontaneo carcere detenctus eſt: non licet, inquit, tergiuerſatione cõuoluere, ac negare quę Rex ſemel obtulit puellę. ſed infra. Illo cõſilio vſa eſt Ruth inbuta à ſocru Noemi, vt Booz, vino cibiſque repletum offenderet; tunc.n. ſperabat ad illius conſortiũ puellam expeti; conſilium autem hoc eſt: *non te videat homo donec eſcam, potumq. finierit: Cumq. comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſetq. ad dormiendũ iuxta aceruum manipulorum, venit abſcondite, & diſcooperto pallio à pedibus eius, ſe proiecit*: Itaque poſteritatis ſpe, hoc geſtum eſt; ſed inter conuiuia, & ebrietates, facinus, ſeu luxuria, ſeu quidquid aliud atrox condicitur: Hæc autem Ieremiæ olla, alibi conſpicitur plena carnibus, in Ezech. (vt ſuo loco) quod nobis rationem affert maiorem adfirmandi, omne malum exurgere ex crapula.

Ruth. 33.

Obſeruare verò eſt quod ſcriptura de Adam dicat: *Adam verò cognouit vxorem ſuam Euam*: hoc autem poſtquam comedit contigiſſe meminit; quare nõ prius? ad hoc reſpondeãt ea quæ ſuperius attulimus, quin adde: *concepit, & peperit Cain*: ecce ex cibo vetito in famem partum. 263

Gen. 4.

Cumq. hoc ſit, vnus ex Angelis, qui inſigni puritatis dono laudantur, quiue virgines dicuntur: *neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei*: proteſtatur ſe alienam indutum formam à cibis abſtinuiſſe: *dixitq. ei Angelus, pax vobis: nolite timere; etenim cum eſſem vobiſcum per volũtatem Dei eram; ipſum benedicite, & cantate illi; videbar* 264

Tob 12. 18

bar quidem vobiſcum manducare, & bibere &c. aduertatis nunquam me manducaſſe, etſi videbar vobis manducare, & bibere; hoc tantum, & non reliqua, quæ propria ſunt hominibus adiecit, quia cum nimietas cibi maximum ſit incontinentiæ excitamentum, Angelus autem omnino purus ſit, aduertit neq. modicum cibum ſumpſiſſe in forma humana, qui nulla vnquam detrimenta ſentit puritatis. ideo aduertatis, quod alio cibo ego, tunc cum videbar manducare vobiſcum, vtebar; cibo nimirum inuiſibili &c. hanc alienationem Angelorum à cibis expreſſit alibi ſcriptura; non enim otioſè ibi adiectum eſt, cum Angelus deſcribitur Habacuch Prophetam adduxiſſe ad Danielem poſitum in lacu leonum, Babylone: *& apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit cum capillo capitis ſui, poſuitq. eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui:* Hac fermè ratione portat capillo capitis, quia habebat ille in manu cibos: *erat autem Habacuch Propheta in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & contriuerat panes in alueolo, & ibat in campum, vt ferret meſſoribus:* diſtat à cibo quantum fas eſt, hominemq. afferentem cibum extrema capilli parte aliò adducit, quaſi indignum eſſet Angelo, ollam plenam cibis habere in manu, nec bene conueniunt cibi cum Angelica puritate. Verum, vt peruenerunt ad lacum expoſuit Habacuch ſuper lacum, vti viſum eſt: *& clamauit Habacuch dicens: Daniel tolle prandium, quod miſit tibi Deus:* quare non clamat Angelus? non Angelus inuitet ad cibos, ſed homo ob prædictã rationem. Alibi quoque Angelus, cibos non tangit nuda manu, ſed cum hoc opus eſſet, virgam repertus eſt habere, & quaſi venenatum aliquid, ſummitate tantum virgæ carnes, paneſque attigit: *extendit Angelus Domini ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azimos &c.* Denique ex communicatione quam habent luxuria, & gula, poteſt intelligi q̃

Quare Angeli in forma humana ſpreuerunt cibos

Dan. 14. 34.

Iud. 6. 21.

prona ſint ad incontinentiam conuiuia, ait enim ſcriptura: *in luxurijs enutriſtis corda veſtra:* & Paulus: *vnum in quo eſt luxuria.*

Iac. 5. 5. Eph. 5. 18.

265 Conuiuium ergo libidinis ſtimulus eſt; ruinæ prænuntium; & aditum malis reſerat, quæ per concupiſcentiam in cor humanum irrũpunt: neque enim tãtum hominem morti deſtinaſſet Herodes, & & inter fercula famelicæ ſanguinis meretrici deſtinaſſet, ſi præuia luxuriæ vina fœmineis condita motibus ad tale facinus, rapta libertate, Regem non compuliſſent. Porrò cum vino madentem reperit, tunc ſaltauit: diſpoſito enim animo cibis; Veneris oblectamenta, numeroſis ſaltibus ſparſit, vt arcem Regij pectoris expugnaret; tunc ergo petijt monitis maternis inſtructa, non ante, nec ſupplex, nec lachrymas fœmineas ſpargens, ſed quem poſſidebat, quem in ſeruitutẽ ſaltibus adegerat, & obligauerat luxuria, hoc præſtare imperauit: *volo vt protinus &c.*

mulier nequam dominatur in Herodem.

266 Syrenes à Poetis finguntur filiæ Acheloi, & Calliopes, habitantes in mari ſiculo; eas dixerunt tam blande, & ſuauiter canere, vt cantus dulcedine ſopiãt nautas, ſopitos nauim vrgeant ad ſyrtim, & clauo erranti, compellant ad naufragium. Quod hic ſit mos blandientium mulierum, & pellicientium, cantatiſſimum eſt apud Authores: vnde Fauſtus.

Non ſcortum eſt aliud, niſi blanda, & ſubdola Syren
Quæ trahit humanum ad vada cæca genus. Fauſtus.

modo cantibus, modo ſaltibus, & verborum compoſitione in incautos ſoporem immittunt, obliuionem ſcilicet quandã rerum gerendarũ, honoris, vitæ &c. Probat ſcriptura: *oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa:* ad aſpectum, inquit, ſyrenum inſidiantiũ cor tuuum loquetur peruerſa, amore concutietur, oblectabitur in rebus peruerſis; quid ergo ſequitur: *& eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo:* eris ſicut is, qui nauis

Prou. 23. 33.

Digitized by Google

nauis curam gerens,ſed cantu Syrenum ſopitus inter aduerſas vndas clauum amittit: & ſicut is, qui per medium mare, dum conatur euadere obdormit. aſpectus ſiquidem mulierum extranearum, ſcilicet adulterarum, ſaltus, nutus oculorum, vox blanda,immemorem faciunt inter pericula obdormire. Quas obſeruamus, vndas humanæ vitæ clauo moderante ſanctè decurrere,& feliciter vſque ad portum ſuperare? ; at ſyrenes apparent, & apparet naufragium, & mors animæ, honoris, & famæ interitus. vide quomodo hæc Syren prius efficacia ſaltationis obdormire faciat Herodem, & deinde illum adigat ad ea perpetranda, quibus auditis hæſit, & horruit, ac contriſtatus eſt. affinitas eſt inter ſaltus, & voces; ſaltatrices, & Syrenes, in efficacia qua viris inſidiantur, & perdunt, ait enim Eccleſ. *cum ſaltatrice, aſſiduus ne ſis; nec audias illam; ne forte capiaris in efficacia illius*: quare non audiat ſaltatricem? potius ne videat illam; at ſaltu loquitur, vt infra, Pagninus: *cum cantatrice aſſiduus ne ſis, ne forte capiaris in conatibus illius*: hæc ſunt noua Syrenum modulamina, ſaltatrix pangit, canit, ſuadet pede: Nec hoc quidem vanum eſt,ac dubium; Cœlius namque ſcribit, quod Demetrius Cynicus damnabat artem ſaltatoriam, velut inutilem geſticulationem ad tybiæ modos; cui geſticulator quidam, non imperitus, cupiens artis ſuæ gloriam vindicare, iuſſit vt ſublatis Tibicinibus ſpectaret illum ſaltantem; Aſſentit Demetrius, ille autem ſaltauit Homericam fabulam, adulterium Veneris, ac Martis; ambos Vulcani vinculis irretitos adamantinis, ac Sole prodente Dijs cæteris exhibitos; Venerem erubeſcentem; varios Deorum adſtantium adfectus; Mercurium optantem talia vincula; & quidquid ad eam fabulam pertinebat. Cynicus artem admiratus dixit: audio homo, quæ facis;non video tantum, ſed mihi manibus ipſis loqui videris: en hunc audientem potius ſaltatorem: talis vis eſt in pede,

Laſciuiæ mulieres Syrenes.

Eccl.9 4.

Celius Rodeg. lib. c. &c. 11. lib. 8. apot.

Saltatrix loquitur pede.

igitur: *ne audias illam*: Hæc illius efficacia eſt, mutè, & motu loquentis, vt quos habet affectus greſſibus fractis exprimat, inſeratque in pectus adſtantis. Quid ergo mirum, ſi abſque præuia petitione obtulerit Herodes libertatem, cum illa ipſa cōſpirans ad mortem Præcurſoris,non ore,ſed pede pulſante exquiſierit Herodias? redeamus autem ad Syrenes. Quomodo Dauid qui prius quæſierat: *eſt ne aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam*, cruorem fundit innocentem? quem timido pœnituit auſu clamidis oram tetigiſſe Saul, vt liberæ indulgeat licentius voluptati parcit iniquo Nabal,& innocentem occidit? nullo belli contrario percutitur euentu, ſed animos ducibus addit: *non te frangat iſta res*? profectò quia externa vi adulteræ detenctus,nullo metu, nec honoris,nec regni, nec famæ pulſabatur, qui Syrenis voce tenebatur: *viditq. mulierem ſe leuantem*: ecce principium,viſio ſcilicet, extraneæ: *dormiuit cum ea*: ecce ſoporem, & vide quomodo dormiat: venit Propheta, obijcit indignū facinus, obiurgat; at ille quaſi ſomnians, ſermonem aliò conuertit; reſpondet, & non ad rem, fruſtra iraſcitur: *viuit Dominus quia filius mortis eſt vir,qui fecit hoc &c.* dixit itaque Natan: *tu es ille vir: hæc dicit Dominus, & dixit Dauid ad Nathan, peccaui:* euigilauit Dauid à graui ſomno; excuſſus autem, criminis dedecus inceſſit ſui; aduertit periculum, & tunc aduertit, quomodo inter vndas manſerit ſopitus.

2. Reg. 7. 15.

2. Reg. 11. 15.

Dauid ſopitus ab adultera.

2. Reg. 2. 12. 17.

267 Nec prætereundum eſt, quod Dauid peccatum commiſit, poſt meridiem; cū expletis Regijs epulis, ſpiritus feruidiores exhibentur, cum feruent etiam machinamenta meridiani Dæmonis. Igitur cibis etiam fauentibus excitata luxuria eſt; verum ad ſaltatricem. Theſeum,inquit, Cælius,in Delum inſulam appulſum ex Creta, Labyrinti formam memoria tenentē inibi ſaltationem inijſſe cum pueris; quæ labyrinti errores præferret, orbes impedientē orbibus, apud

Cel. Rod.

Digitized by Google

apud aram τεράτωα, ex labyrinto ſaltuum ordo inuentus eſt,& ad illius imitationem inſtituti ſunt: at quid eſt mulier dum ſaltat, niſi labyrinti efformatrix? quæ cor hominis innectit, & varijs confundit erroribus; errant comæ, nec vlla lege vagantur ſparſæ; quieſcit pes, & momentanea quiete ſtatim ad motum redit; ſaltibus corpus diffunditur alternis; quot aditus præbet aſpectui, totidem reuoluta trepidatione impedit; plures fractis orbibus fines enodantur, ſed adhuc, & finis initium parit, & inæquali ducta greſſu, æqualia membra ineſtricabiles orbes ſoluunt, & reſoluunt, nec error inuenitur in errore, nec compoſita artuum confuſione longa ductus ſaltatione confunditur ordo, nec artificia membrorũ ſolutione ſoluuntur; quis non videt implicitis his nexibus oculos videntes præpediri, & & quoties efformant pedes anfractus, frangi; & tot nodos in corde prophanorum amantium obuolui, quot in patenti pedum labyrinto motus edit fœmina?

Labyrintus in pede ſaltatricis.

268 Saltat ergo puella Herodiadis,& corporis geſtu labyrintum efformat in corde Regis inextricabilem, quem nulla, nec arte, nec potentia euadere poſſit: atque hic eſt labyrintus: ſaltat mulier; optionem habet petendi; petit ipſa: *volo,vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ:* En Regẽ in hoc labyrinto poſitum, ſequitur: *contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes:* morem cupit gerere meretrici, ſed vetat id in Ioannem obſeruantia; vult à promiſſis diſcedere, ſed prohibet iuſiurandum; mæror cogit abſoluere, ſed mœror vrget puellæ, immane facinus terret; ſed diſcumbentium magis mouet aſpectus. ecce ex ſaltibus labyrintum, quot errans pes dedit paſſus, tot Herodis cor vinculis inextricabilibus innexuit: ecce igitur Regem in labyrinto fictum ex pede meretricio. Pes quoque nequam mulieris labyrintum dicitur efformare in ſcriptura: *pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant: per ſemitam vitæ non ambulant: vagi ſunt greſſus eius, & ineſtigabiles:* non tantum vagos dixit, ſed ineſtigabiles, vt labyrintum inſolubilibus nexibus compoſitum in pedibus, eas, habere ſciamus. Tãta autem vis in ſaltibus eſt, vt quos nexus,& errores figurant, eos ipſos in alienos animos parẽt; quid enim fuit quod populum Iſrael habitantem in Setim inpulit ad fornicationem, niſi choreæ filiarum Moabitarum? *morabatur autem Iſrael eo tempore in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua; at illi comederunt, & adorauerunt Deos earum initiatusq; eſt Iſrael Belphegor:* Hunc modum inuenerunt, vt illos ad ſe abducerent,& amore caperent, ſaltationem ſcilicet. Vetat proinde talia commercia ſcriptura, vti ſupra: *cum ſaltatrice aſſiduus ne ſis, nec audias illam; ne forte capiaris in efficacia illius:* Septuaginta, *ne forte capiaris in exercitijs eius:* quid enim vitiorum retinent ipſæ, quam vitam exercent, ea ipſius vitæ exercitia in animos intuentium tranſmittunt: Vatabl. *in conatibus eius:* propterea efficaciam hanc,& conatus damnat,& queritur Chryſoſtomus his verbis: *Ioannem Baptiſtam in deſerto viuentem, Dracones, & Aſpides, ſubdita feritate, tremuerunt. Herodes verò eidem caput abſcidit, & tãti viri mortem in præmium ſaltationis accepit; mulier Ioannem totius mundi caput, capite truncauit:* Magnæ quidem potentiæ argumentũ eſt, quod Regem obſeruantia in Ioannem deuinctum, ipſius iuſſa exequentem, vna muliercula ſaltatione, ad tanti viri mortem coegit; & omnis obſeruantiæ, ac timoris immemorem reddidit; dolentemq. de promiſſione minime dimiſit, donec, voti compos, feralem animum abſolueret: tanti eſt ad Regiam acceſſiſſe mulierem, vt illo pede, quo ad aulam, & Regis commercia penetrauit, alios, ac Regem ipſum calcet, ac proterat; proprium enim Rex mærorẽ, mærori poſtpoſuit Herodiadis.

Marc.6.25

Herodes in labyrinto.

Prou.5.

Num.25.

Efficacia ſaltationis

In decoll. S.Ioan.

Inte-

269 Interim, vt quod dictum eſt pateat magis, nempe triſtitiam puellæ, potius quam ſuam doluiſſe Regem, (quod ſæpe) factum Dauid, cũ Bethſabee conſideremus; hæc ergo, vt audiuit Vriam belli occubuiſſe, nimio dolore percita
2.Reg.11. 26. eſt: *audiuit autem vxor Vriæ Bethſabee, quod mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & planxit eum:* en adulteræ mœrorem: quid faceret Dauid, vt triſtitiam ſolueret? reſtituere virum non poterat, quomodo enim exercitare potuerat, atque hoc pacto adulteram conſolari? igitur propellat omne dedecus, & quidquid inde eueniret in Regiam Maieſtatem detrimenti, & ſe præbeat virum, loco Vriæ, Bethſabee: *miſit Dauid, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei vxor, peperitq. ei filium:* non ſentit famæ, & Regij decoris incommodum, qui commodo ſtudet adulteræ. . Rectè ille in Eſdra, hæc contigiſſe narrauit:

non ſentit propria incommoda

3.Eſd.4. *videbam tamen Apamen filiam Bezacis mirifici concubinam regni ſedentem iuxtà Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cędebat Regem de ſiniſtra manu; & ſuper hæc, aperto ore intuebatur eam; & ſi arriſerit ei ridet; nam ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam:* paſſiones omnes perhibuit, Regis huius, ex nutu fœminę pependiſſe, palmasq. cædentes (dummodo placeat Apamen) non ſenſiſſe. Scriptura ſupra allata, hoc probat egregiè:
Prou. 23. 34. *oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa, & eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus Gubernator amiſſo clauo,* & quid vltra? *& dices verberauerant me, ſed nõ dolui; traxerunt me, & ego non ſenſi:* Itaque hic Rex, & Herodes obdormire viſi ſunt; dum contriſtantur non de proprio, ſed alieno mærore. Diogenes huiuſmodi mulieres dicebat eſſe Regũ
Laer. lib.6 impiorum Reginas; vt aſſerit Laertius. Ita quoque Samſon, etſi contemplatus eſſet, in quod diſcrimen coniectaretur, ſi quę de fortitudine ſua ſcierat, Dalidæ nudaret; attamen cum ob eam cauſiam illam afflictam, triſtemque cognouiſſet, exiſtimauit ſatius eſſe mærori ipſius quam propriæ vitæ conſulere: *cumque moleſta eſſet ei. & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laxata eſt, tunc aperiens veritatem rei dixit &c.* maluit mortis periculo ſubiacere, quam efflagitanti Dalidæ deeſſe. Plus ergo Herodiadis puella, tacens, valuit ad perſuadendum Regi impio; quam vox clamantis; quantum plus metuebat Herodiadem Rex, cuius nutu illum à quo metuebat occidit! nempe quia tota vitiorum ſcæna in vna ſaltatione expoſita, vino ſopita, laſciuiæ mala in pectore Regis ad furorem excitauit, & necem; ſibi ergo detulit Herodes, dum morem puellæ geſſit, quia hoc libido poſcebat, quæ extuabat in pectore; damnabatur à ſancto. & quidem diximus alibi, ex ſententia Oratij, quomodo ſaltus prouocent luxuriam.

Iud.16.16

Samſon in diſcrimen ſe conijcit vt Dalidæ obediat.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, fingitur artubus: Orat.lib.3 od.6.
Iam nunc, & inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.
Mox iuniores quærit adulteros
Inter mariti vina &c.

Vſurparem, quod, quidam, explicans vim ſaltantium in prophanos adſtantes, expreſſit. inquit enim remoram eſſe mulierem, ſiue Echneis; remora igitur piſcis eſt perpuſillus, eſt autem Lymaci ſimilis; qui, quamuis magnam nauim, velis lituere enauigantem ſiſtit: ſic ergo ſcortulis, homines frugi, prudentes, qui magno ſunt honore habiti, quiue in mari humanæ exiſtimationis læto curſu nauigant, detinentur plerumque, & ad naufragium impelluntur. quis ditior, ſapientior, & potentior Salomone, de quo ſcriptura: *Salomon imperauit in diebus pacis, cui ſubiecit Deus omnes hoſtes, & impletus eſt quaſi flumen ſapientia, & terram retexit anima ſua, ad inſulas longe diuulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua & coilegiſti quaſi auricalum aureum, & vt* Eccl. 47. 20.

Salomon detentus à remora.

plum-

Digitized by Google

plumbum compleſti argentum &c. vſque adhuc fęlix nauigatio, at vide remoram: *inclinaſti fæmora tua mulieribus:* ecce naufragium *dediſti maculam in gloria tua; & prophanaſti ſemen tuum inducere iracundiam in liberos tuos, vt faceres imperium bipartitum; & ex Ieruſalem imperitare imperium durum &c.* Herodes vero timebat Ioannem, & aliquando exequebatur quod fieri debere admonebat ille, & tanquam Prophetam eum habebat; at omnia hæc pede mulier abſcidit, & deleuit. ſaltatricibus hăc vim eſſe remoræ piſcis ſcribit Iſaias hoc pacto *pro eo* inquit *quod eleuatæ ſunt filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant; ambulabant, & pedibus ſuis (compoſito gradu) incedebant*, Septuaginta, *& ambulauerunt, celſo collo, & in nutibus oculorum, & pedibus ſuis ludendo* Pagninus ad rem noſtram *ambulando, & tripudiando ibant, & in pedibus ſuis calceamenta habebant ſquammata:* ecce pedes habent remoræ piſcis, ſquammis opertos, vt ibi vim piſcis huius habuiſſe deſcriberentur. Nauim ergo ventis actă ſecundis ſiſtant. obſeruare quoque eſt in ſaltibus puellæ huius, vim illatam Regi: poſtquam ſaltauit, dixit, pete quodcumque placet, quod ſi placuerit regni dimidium petere, libenter pete. naufragus Rex incipit Regnum proijcere, deinde vndis doloris agitur &c. Iſtas vero ſagenæ Gregorius comparat: *cor enim ipſius eſt quaſi ſagena; prætereuntes concludit, ſi manu ſola contingat, tenet; ſi amplexatur vinculis trahit:* Iure Chryſoſtomus geſticulationes, ſaltus, tripudia illa, quę celebrantur ad nuptias, in virginibus damnat; *quare enim dic mihi, tantum ſtatim ab initio damnum inducis, vt eos, qui ſcænis, & archeſtris operam locant voces, vt cum intempeſtiuo ſumptu, virginis lędas continentiam, & iuuenem impudentem facias?* alibi etiam: *quomodo ergo non fuerit hoc ſummè condemnandum, virginem, quæ perpetuo vixerat in thalamo, & ab ineunte ætate didicerat verecundiă, repente cogere ſimul omnem effundere pudorem, vt ab exordio matrimonij docere impudentiam, & viris petulantibus, & impudicis, ſcortatoribusq;, eam in medium adducere.* Illud autem quod ſupra innuimus de Leæna, & Ariete maxime ad materiam hanc ſpectare videtur; nempe quod Pierius aiebat. Ante vrbem corinthi Veneris fuiſſe templum, iuxtaque Laidis tumulum, cui ſimulacrum Leęnæ appoſitū videbatur, Ariete inter priores pedes appræhenſo: Hircos arieteſq; ſupra diximus principes figurare, vt Hieronym. & Gregorius: Leęna vero cuius erat ſimulacrum, impudicam denotat. Quid eſt ergo, quod Leæna inter pedes, Arietem tenet; niſi quod Herodias pede laſciuo Herodem tenet? *cum ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; diſcumbentibus, Rex ait puellæ pete quod vis, & dabo tibi, & iurauit illi quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium Regni mei.* Non poteſt ergo pedibus obligatus illius, Rex euadere: inſcriptionem hanc poſuit tumulo Alciatus.

Saltatrix remora.

Iſa.3.16.

Greg. Ne. in Eccl.

Chryſoſt. 29. Gen.

Hieron in Eze 17. Gregor. 1. Reg. 15.

Marc. 6. 21.

> *Quid ſculptus ſibi vult aries, quem parte Leæna*
> *Vnguibus apprehenſum, poſteriore tenet?*
> *Non aliter captos, quod & ipſa teneret amantes;*
> *Vir gregis eſt aries. inde tenetur amans.*

Alciat. in Embl.

præda eſt ſcortator, prius enim illa ſubſtantiam adimit, deinde abijcit; probat hoc euentus filij illius, qui patrimonium prodegit, viuendo luxurioſè, atq; ad vltimam egeſtatem peruenit: probat etiam Dalida, de qua ſupra mentio, quæ crinem abraſit; ſymbolum illarum, qui amantes (vt ită dicam) expilant, expilatos abijciunt: confirmat hoc ſcriptura, quæ ait? *qui nutrit ſcortum perdet ſubſtantiam ſuam* alibi quoque; *ne dederis fornicarijs animam tuam in vllo, ne perdas te, & ſubſtantiam tuam.* Quos autem mulier nequam libidinoſos aſpicit, ad ſe trahit. Hoc vt explicemus illud vſurpare poſſumus, quod vulgò (l'hà poſto dentro il ſacco) nutu pertrahit,

Luc. 15. 13

Iud 16. Eccl. 9. 6.

mulier nequam viros ſubijcit.

Digitized by Google

concluditque hominem alloquio: hoc loquendi genus ſolet eſſe inter eos, qui diſputant; quorum ſi alter vi argumentorum ſuperior eſt, dicitur, alterum (hauerlo poſto in ſacco) itaque fœmina vana tot exerit formæ compoſitæ vires, vt quaſi tot rationibus, & perſuaſionibus, videatur incautos adſtringere, & conuincere; nec vllum relinquere locũ aufugio; ſaccũ ergo in facie portat, quia vi faciei hoc præſtat, dicente ſcriptura:

Eccl. 25. 24 *nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcoecabit vultum ſuum tanquam vrſus, & quaſi ſaccum oſtendit in medio proximorum*: gloſſa [& quaſi ſaccum oſtendit vultum ſuum] in vultu ſaccum portat, quia abſq; eo, quod ore pugnet, verbis compoſitis &c. aſpectu homines concludit. hoc modo concluſum reperimus vi formæ Herodiadis, Herodem; vt quomodo euadere poſſet neſciat.

269 Subſtantiã exhauriũt. At ſi ollam pro Rege hoc expoſuimus, ſicut vertitur: *Regem feruentem ſicut lebetem ego video*: pulcrè hæc quoque in hoc conſiderata ſint: primò quod iuxta aliquos, nihil in olla erat, quia igne cremante liquor erat in bullas reſolutus; adſit ergo ignis laſciuiæ, & omnia euaneſcunt, vires, opes &c. Herodes vires amittit, quia verbo ligatur puellę, Regnũ quoq. penè amiſit; quod, æſtuans vino, & luxuria promiſit; *ignis ergo eſt vſque ad conſummationem deuorans:*

270 Secundò, totius hominis ruina eſt; Bellicum nunc adinuenit inſtrumentum ars militaris, quod etſi paruum videatur & exile, magno tamen ſuper omnia exercitui adiumento eſt; etenim, æneum, tormentario puluere graue ſub muro diſſipãdo collocatur; interim ignis ſerpens, non ferens latentia incendia; immani ſtrepitu elatum, muros, arcemq. euertit; quãobrem milite cæſo, ac diſſipato, obuiũ parat aditũ hoſti. Vitio verò libidinis hoc mulieres pſtant; cor ſiquidẽ plerũq. cæteris vitijs inexpugnatũ, dum Veneris incendia ſentit, concutitur, & nouis præbet aditum cogitationibus. An non Herodias fuit hoc inſtrumentum, cum Herodem, munitum timore in Ioãnem, triſtitia propter iuſiurandũ, euertit, & conuertit ad poſtulata, & Ioannem occidit? Iudith pulcherrimã (ſed ſancto ferme conſilio, & à diuino numine) victoriã intẽdit ex impio Holoferne, atq. pro hoc inſtrumento elegit pulchritudinem; omni ergo proceſſit armata decore, & dum primos inijcit in Holofernem obtutus tunc pulchritudinis ſuæ collocat in corde Regis bellica inſtrumenta; *& ſurrexit*, inquit Scriptura, *& ornauit ſe ornamento ſuo, & egreſſa eſt ante faciem eius*: ex Iudith 12. 25. facie aũt compoſita, ante libidinoſi hominis aſpectum, quid ſequitur? tota machina cordis Holofernis, igne pulchritudinis, qui latuerat, depopulante, cor cõcutitur, & exercitus in præceps ruit: ſequitur ergo, *cor autem Holofernis cõcuſſum eſt, erat enim ardens in concupiſcẽtia eius*: ecce ignem, & cor concuſſum: & Ruina Holofernis. paullo poſt, cecidit capite truncatus in terram: *& ſciderunt omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor, & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorum valdè; & factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorũ eorum; & fugit mẽs, & præſidium ab eis &c.* tanta vis extitit in facie mulieris comptæ, quæ vno ipſa aſpectu exercitum fugat. At videmus hoc in iſto Ieremiæ loco; quo Regis Herodis immanis feritas, & luxuria victi ab Herodiade, deſcribitur.

Quid tu vides? & dixi, ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie Aquilonis: 271 Ier. 1. 13. hanc ollam accenſam, pro illo inſtrumento ſumimus, nec enim ita abſimilis eſt, vt illud non poſſit figurare: en ergo inſtrumẽtum ignitum luxuria, ſubdit proinde: *ab Aquilone pandetur omne malum.* Regis impij diſcuſſo corde mala omnia pandantur, videantq. omnes impietatem, luxuriam, religionis contemptum. Nota quomodo Scriptura poſtquam ollam ſuccenſam cõmemorat, ſtragem innuit, quæ quidem videtur ex tormento illo bellico euenire: *quia ecce ego cõuocabo omnia regna Aquilonis, ait Dñs: & veniet vnuſquiſq., & ponent ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſu-*

Similε. Euertit cor.

Digitized by Google

ſuper omnes muros eius: confractis, & deiectis portis furore bellici inſtrumenti, quid aliud remanet, niſi vt Ieruſalem ab exteris .i. diabolicis vitijs habitetur. Magnum fuit portas euertere, impetu ollæ ſuccenſæ .i. diabolica libidinis ſugeſtione; ſtatim enim, ac vitium hoc fores animæ recluſerit, ea quidem exter no, ac ſtabili regitur imperio.

libido aperit portas ad vitia.

272 Illud adnota, æneum hoc tormentum, quod vocant [pittardo] minime ſtatim vrbem euertere, & furere ad ruinam, ſed diu incluſum, puluerem fouere; vſque depopulantia incendia ex immiſſo igne, vt ſibi ſtruāt aditus, quæ obſtant, collidunt. Ignis perfecto libidinis, non vim omnem primo exponit aſpectu, ſed cogitatione, ac tempore viget, & augetur: hoc ego hac ſimilitune explicarem.

paullatim creſcit.

273 Inter anguſtias ſiculi maris, vbi monſtra latitare fingūt poetæ, inſignis eſt piſcium venatio, quos incolæ, ſpatarios appellant [Peſce ſpato] eum verò hoc pacto occidunt; ſpiculum longo fune adligatum in piſcem enatantem contorquent; eundem verò Spiculo affixū, nimis reluctantem, non adigūt ad necem, nec capiunt; ſed reuolutū, ac ſpontaneū fugæ funē diſtendunt; ne captiuam ſecum fugiens trahat libertatem, qui verò lethali vulnere laſſeſcens, cum robur omne amittit ex fuga, piſcatoris manu funem attrahētis, iners, ac ſemiuiuus attrahitur, diſſecandus in fruſtra: at hoc conſideremus ſimili pacto euenire in venatione impudicarū, in fornicarios: nam mulier pungit primo; aſpectus ſui nimis in principio prodiga; hoc tantū ſufficit ad prædā; licet deinde ſe abſtineat à colloquio &c. ille vero corde diſcuſſus eſt, etſi liber videatur, adhuc autem cōmemoratione obiecti fœdè adligatur, & ſui iuris non eſſe ſentit; vſq; dum currat, ſeu trahatur ad mortem: In ſcriptura cecinit hoc Iudith cōtra Aſſyrios atq; hoc modo captos fuiſſe dicit: *filij* inquit *puellarum compunxerunt eos*, hoc ſpiculū eſt, quod in mari otioſo voluptatū enatantes hos ſpatarios piſces, milites ſcilicet, pungit: ſequatur ergo: *& ſicut pueros fugientes occiderunt eos*: licet fugientes, occciderūt tamen; fugæ locus omnis ei intercluditur, qui primo ſentit lethalia vulnera ad cor ex laſciuia pueniſſe; ipſa quoq; Iudith ſimilibus armis, (quę dum taxat ex hōneſtate Duce adhibebantur) improbū Holofernem capere cupiens, hæc orat Domino; fac vt prius poſſim ego cęco cordi ſagittas contorquere pulchritudinis; eo ipſe fato occumbat, quo vani, ac luxurioſi; deinde captum, laqueoq; implicitū poſſim adigere ad necem, & occidere: fœde occumbat: pręcula vero hæc erat *fac* inquit *Domine vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur*: ſed quomodo hoc fiet? ideo ſequitur *capiatur laqueo oculorum ſuorum in me*, & tandem ferro trāſuerberetur; *& percuties eum*: fac vt & eum, lethali deinde vulnere (iam laqueo captum ex pulchritudine) trucidare poſſim. oblectetur pulchritudine mea, inde.n. ſpero ſuperbiam eius vna cum vita amputare; ſed quædā notemus, vt quæ diximus manifeſtiora reddantur.

ſimile.

quomodo trahitur ab impudica impudicus.

Iudith 14. 11.

Iudith hoc modo occidit Holofernem.

Michael Bizantius mulieres quaſdam nequam è Megara, Sphinges, appellatas ait; quæ humano capite præſeferāt manſuetudinem; cętero vero corpore leonino, rapacitatem, & imperium quod in amatores exercent; ſiquidē leo Rex dicitur animaliū. & ſi aſpectus forma, delectat, fraus tamen, & inſidiæ perdunt: amantē; ſpecie fallunt, ſed actu enecant. Sphinx ergo monſtrum, vbi prærupta mons obuius prætendit iuga, ore (vt Seneca ait) ſemifero compoſitis æmigmatibus, difficultatum dolos innectens, illa, quòd peregrinus ſolueret, proponebat; ſemper equidem aſtu ditior, & immani victoria celebrior; eum vero qui tartarei ſermonis ſenſū neſciret inueſtigare, ignorantia ipſa ſententiā proferente morte damnabat. fuit tandem, qui latebroſis tumidum conſilijs; ſæphum inhians crudelitate monſtrum, ſuō ipſius conſilio, ipſius armis victoriæ deiecit, quamue gloriam, ſæua doctrix, magiſtra crudelis, tot ænygmatibus, 274

mulier nequam ſphinax.

qualis extiterit ſphinx.

Digitized by Google

imò tot fati prænuntijs,vorticoſa peperat ſphinx, vnus Oedipus, vno deturbauit ænygmate. Verum quid maius eſt, ſoluere ænigmata, vel ſoluentem ænigmata ſuperare? vide ſphinges in ſcriptura, Salomonem ipſum proſtrantes: *& repleſti*, ait Scriptura, *in comparationibus ænigmata &c. in cantilenis, & prouerbijs, & comparationibus, & interpretationibus miratæ ſunt terræ*; nō ne videtur plus quam Oedipus?; ſed vide: *inclinaſti fœmora tua mulieribus; dediſti maculam in gloria tua, & propha naſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos, & in cæteris ſtultitiam tuam*: ſtultus apparet Rex, qui venereæ delectationi indulget;ſuperatur,qui omnes ſuperauit; à mulieribus aſtu fęmineo ſapientia diſſoluta eſt. Interim verò reuertamur ad Iudith, quæ Deo, ita diſponente, ſphinx ſancta,non enigmata proponit, ſed ſoluit; non propoſitiones, ſed cor humanum. Cor enim profundum eſt, & pluribus implicitum nexibus voluptatis: *prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* ſeu vitijs implicetur,ſeu virtutibus. Superbia quis irretitur? quanta cogitat! ad qualia aſpirat! quæ machinatur! nec terminum vnquam deſideria nouerunt, quia licet anguſtum cor hominis ſit, ad immenſitatem extenditur;neſcit autem claudi termino. Ambitione? quæ credit ſibi conuenire! & ſic de cæteris vitijs; at accedat forma comptæ mulieris; cordis humani nexus ſoluitur; vt Samſon nudauit,quæ animo habebat Dalidæ, & quot etiam videmus magna prius cogitantes; mollibus deinde fractos otijs, blanditijs mulierum teneri? Animum hunc, excelſa, ac faſtoſa conuoluentem mulebris ſoluit aſpectus: *Venit*, inquit ſcriptura,*Aſſur ex montibus ab Aquilone, in multitudine virtutis ſuæ,cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles: dixit ſe incenſurum fines meos, & iuuenes meos occiſurum gladio: infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem*: Hæc cogitabat Holofernes, mille

Eccl. 47. 17.

Ier. 17. 9.

Species diſſoluit animum.

Iudith 14. 5.

cogitationibus intētus,& ænygmatibus; at appareat decor, & forma Iudith,omnia diſſoluentur, ſubdit: *Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum*: pulchritudo hæc,omnia inania, ac futilia reddit; ſoluit impij, ac ſuperbi cordis cogitationes, quodue implicita victoriç cura adligauerat in Holoferne, ſimplex ſpecies vnius fœminæ explicauit. Sed ſi vultum vidimus Iudith allicientem, vti ſphyngis, eſſe ſolet; videamus quomodo poſteriore parte rapiat, occidat (licet hoc ritè faciat, & annuente Deo) leoninum corpus reliquum; leo vngue pedum diſcerpit, & occidit, nota ergo vbi adſit potentia in pulchritudine, infra: *Sandalia eius rapuerunt animam eius*: ſandalia pedum rapuerunt animam, leonem oſtendit ſe rapacem in pedibus: videtur hoc etiam, Herodiadis vim pedum deſcribere, quæ ſoluit Regem Herodem,vt infra: niſi qđ hic ſandalia pedum, illic pedum motus rapit, & occidit. At ſi vanis aruſpicum ſomnijs aliquid iocosè indulgemus,hæc ipſa Regis Holofernis ſolutio, præſagium fuit victoriæ Iudith; quæ enim indiſſolubilem cordis humani nexum, ſoluit, diuinorum amentia fuit, quod ad regnum eſſet peruentura. Sicut in vrbe Gordio,quam Sagrius amnis interfluit, notabile vinculum erat,adſtrictum pluribus nodis, in ſemetipſos implicatis,& cælantibus nexus, vti ait Q. Curtius: incolæ affirmabant, editam eſſe ab Oraculo ſortem, Aſiæ potiturum, qui ineſplicabile vinculum ſoluiſſet.Cupido inceſſit Aleſſandro eius ſortis implendæ, quod vt comperit, nulla arte diſſolubile, gladio rupit; & Oraculi ſortem,vel eluſit, vel impleuit: at maior Alexandro Iudith, quæ & ſoluit hoc vinculum Holoferni, & pugione amputauit, & exercitus potita eſt: *Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum &c. amputauit pugione ceruicem eius: horruerunt Perſæ conſtantiam eius*. Porò cor etiam ſoluit virtutibus colligatum, laſciuia. Virtutes verò omnes colligatæ dicuntur, vinculum

Extremam partem habent Leoninam qua rapiunt.

Præſagiū victoriæ.

Q. Curtius vita Alex. lib. 2.

Maior Iudith Alexandro.

Iudith 14. 8.

lum autem omnium charitas eſt, & ap-
Col. 3.14. pellatur à Paulo: *vinculum perfectionis*: ita ergo comperias diſſolutas virtutes diſſoluente libidine; & in hunc ſenſum
Ier. 31.22. aiebat Propheta: *quouſque delicijs diſſolueris filia vaga?* omnes ſoluit virtutis ambitum, luxurioſus aſpectus (in animo ſemper intelligo annuente) & vincula charitatis Diabolus, dirimit: congreget quis in anima virtutes omnes; atq; ob id, vitia, naturæ vitiatæ, propenſiones, cæteraque, quæ fædant animam, colligat, & virtutibus adſtringat, & premat, nec patiatur mentem eleuari, & ad profana, cogitatione, deſcendere; nec cor obiecti extranei imagine imbui, os ad murmurationem pronum compeſcat; pedem à malo, & manum &c. hæc, inquam, omnia coſtringat vinculis virtutum, claudat, colligat, mortificet; verum ſurgente laſciuia, nexus rumpitur, & mala omnia, & vitia emergunt: hic apparet in Ieremia, quod dictum eſt: *quid in vides? ollam ſuccenſam ego video: ollam* (vt dicemus) *luxuriantem*, aliqui; inflammatam ardore concupiſcentiæ, ſequitur ergo: *Ab Aquilone pandetur omne malum*: Pagninus: *ab Aquilone ſoluetur malum &c.* quaſi quodammodo clauſum erat malum, obſeratumque virtutibus; at diſſoluto vinculo virtutum per luxuriam, emergunt vitia: Plerumque humana prudentia videntur eſſe colligata, & preſſa ſub tacito corde, ſed panduntur ſoluta. Quis enim iſtorum refugit malum operari, vt expleatur laſciuia? ita eos Dæmon an etitos habet. Nunc operepretium eſt ſcripturam illam, quam mox adduximus meminiſſe, quæ videlicet probat Salomonem virtutibus inſtructum, ac omnimoda ſapientia extitiſſe, ſed inde laſciuia detentum: obſerua quomodo emerſerint mala, ac ſoluta ſint; & primo auaritia apparet: *colle-*
Eccl. 47.16 *giſti ſicut auricalcum aurum, & ſicut plumbum argentum*: Gl. [licet enim hoc fuerit ex magna induſtria, tamen hoc fecit ex auaritiæ nota, & maxime quia grauabat populum, hoc non obſtante quod aurum in magna copia haberet, ſicut dixerunt filio eius: *pater tuus duriſſimum iugum nobis impoſuit*:] 3. Reg. 12
deinde apparuit duritia in regimine, ac ſæuum imperium, ait enim: *ex Effraim imperium durum*: Vt in aulam huiuſmodi ſcorta ingrediuntur, imperium durum apparet; eos iubent abſolui, qui damnandi ſunt; atque eos damnari, qui omnino innocui probantur; hoc proba etiam in Hiezabel, quæ Nabath iuſſit occidi. cætera emerſere detrimenta, nempe ſtultitia ſequuta eſt, otia &c. Imperium extitit durum cum Dauid
erat in hoc peccato; Vriam iubet aduerſo prælio opponi, vt intereat; & militis cæſi exercitusque fracti, nulla cura mouetur; quinimò obſerua imperium durum, cum proponit Nathan parabolam ouis, & peregrini, vt illum ad cognitionem ſceleris adduceret,
inquit ſcriptura: *iratus eſt Dauid indignatione aduerſus hominem illum*: Vatablus: *exaxtuauit autem naſus Dauid*: ſtatim in naribus expoſuit iram; quaſi ſua ipſe manu obtruncare vellet diuitem illum, abſque eo quod benè perciperet, quis fuerit iſte, & cauſſæ totius ordinem; ſed ſtatim exæſtuat ira Rex pronus ad ſæuitiam; ergo Regiæ erat conſtantiæ patienter audire, & cauſſam cognoſcendam alteri committere: *exæſtuauit autem naſus Dauid*: ſed quæ diximus, in Herode examplificemus. 2. Reg. 12.

Ecce nodum in Herode; timor, hilaritas, obſeruantia illa, qualiſcumque in Ioannem; ſed puella hæc omnia ſoluit; ſoluit etiam iuſiurandum Herodis; annuit itaque poſtulatis, & Ioannem gladio truncandum tradit. Vulgatum illum eſt, quod iiſdem prorſus vitijs fœdatur qui hoc vitio ſubiacet, quibus & mulier illa comes peccati: ſi auara eſt, ſi ſæua, ſi &c. ea namque quæ in mulierem inueniuntur, quaſi quodammodo libidinoſo ingenita ſunt, dicente Apoſtolo: *neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? tollens ergo membrum Chriſti faciam membra meretricis? abſit:* contrahens quidquid ab illa ſordi- 275 1. Cor. 6. 15.

Lasciuia ſoluit virtutes.

Dauid durè imper. poſt adulterium.

Herodias ſo uit Herodem.

didum ſpurcumq.eſt,ac vitioſum,ex tali participatione? Idcirco in ſepulchro quodā Romæ ſub Aeſculapio Pronao, Leo habetur,ouem amplexatus,vt oſtenderet, ferocitate demolita,manſuetudinem amplexatū, quod ſi Taurum, temperantiam; audaciam, ſi equum; prout illud eſt, quod ſtringit amplexu. tot vitiorum formas induet, quot animalia mutat in amplexu; ideo Circem vocauit ille,mulierem huiuſmodi. Alciat.

transformat amantes.

Alciat.in Embl.

Sole ſata Circes tam magna potentia fertur,
Verterit vt multos in noua membra viros.
Teſtis equum domitor Picus cum Scylla biformi,
Atque Itaci poſtquam vina bibere ſues.
Indicat illuſtrem meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere quiſquis amat.

lætabundum cor Herodis, ac timidum ex quadam reuerentia in Iāonem vertit illa in triſte,atque ſæuum: *miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput Ioannis &c.* Chryſoſtomus his verbis, quæ diximus explicat: *Quemadmodum, ſi quis Leonem egregium, & ferum reperit; deinde iuba detonſa,dentes exemerit,& vngues circundederit,deformem reddit,ac ridiculum, ac etim pueris expugnabilem illum, qui tam terribilis, & intolerabilis erat,quippe hoc animal ſolo rugitu omnia concutiebat. ſic mulieres laſciuæ,quoſcūq. ceperint,ſub poteſtatem redigunt Diaboli; molliores reddunt, callidiores, imprudentes, dementes, audaces, importunos, ignauos,effrænes,ingenio ſeruili, illiberales,contumaces.* & ſeruus ille queritur apud Plautum: *meretrix*, inquit, *herum meum, ſua blanditia intulit in pauperiem;priuauit bonis,luce, honore, atque amicis*: tot artes exerit, quas, nec nec callidus quiſquam,vel ſibi prudens, artes eius effugere poſſit: ſunt namque plerique, qui ſe iactant nullis aliorum dolis decipi, nec meretricijs figmentis delectari; iſtorum eluſam iactantiam

Marc.6.14

apud Max. ſerm.7.

Plat. in Truc.

millies monſtrāt huiuſmodi fęminæ. Alciatus verò Emblema efformauit ad hāc ſententiam, ſed prius. Sargus piſcis eſt, Cantaro ſimilis, bis anno pariens, vere, & autumno; qui ſi caprarum in littore paſcentiū, vmbram in mari videt, adnatat libenter, lætusq. exilit; & attingere eas miro quodam modo geſtit, cum tamen non ſit multum ad ſaliendum habibilis. Appianus deſcribit amorem Sargi, Piſcator quod indutus pelle caprina,capram fingit in littore, ad quam accurrentem Sargum dolo capit. Emblema verò huiuſmodi eſt:

Elian.lib.9 c.19.

App.lib.4.

Alciat.in Embl.

Villoſo indutus piſcator tegmine Capræ
Addidit vt capiti cornua bina ſuo
Fallit amatorem ſtans ſummo in littore Sargum,
In laqueos ſimi quem gregis ardor agit.
Capra refert ſcortum,ſimilis ſit Sargus amanti:
Qui miſer obſcæno captus amore perit.

fingit ergo piſcatrix hæc ſe amantem ſe,vultusq. induit amantes, blandam dumtaxat vocem, ſuſpiria indicantia internas flammas, loquentes oculos, ac verba, quæ omnino ſe deperire, atque virum ardere oſtendant, accurrit ille, qui dicebatur,Sargus ſagax,nec cōſpicatus inſidias, in ſagena concluditur: cōcluſus poſtea fortunis omnibus, virtute, ac plerumque vita expoliatur. mulier quædam fertur in ſcriptura ſeſe immutaſſe, vt virum apprehenderet, & pannis contegiſſe: Iudas enim hac fraude Thamar, captus eſt: hoc modo eam Piſcatricem captuoſam deſcribit Scriptura: *quæ depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit Theriſtrum, & mutato habitu ſedit in biuio itineris, quam cum vidiſſet Iudas ſuſpicatus eſt eſſe meretricem*: ecce Sargum inſilientem ad Capram (capra namque ſymbolum meretricis eſt) reddit autem rationē, quare ſuſpicatus fuerat eſſe meretricem; operuerat enim vultum ſuum, ne agnoſceretur; quem tandem apprehendit,nec agnita eſt vſq; dum

Ars impudicarum.

Gen. 35. 14.

Digitized by Google

dum ipſa ſe detexit. Tãdem has inſidias commemorat in muliere, Eccleſiaſt. *nequitia*, inquit, *mulieris immutat faciem eius:* quia tot vultus induit, quot ſciat ad ſe, vel & ſagaces Sargos euocare.

mulier nequam non cõpatitur viro.

276 At verò, quò ſe immutat ad amatores inſequẽdos ſe adeò, è viri ſui dilectione elongat: nihil peſtilentius habet viro admonente; ſe miſeram dicit, quæ talis viri coniugio copulata eſt; impatiens omnis laboris, ſubmurmurat, & libenter ſi caſus vrgeret, æquo animo viri mortem aſpiceret; pax ergo omnis, turbatur, dùm alio transfertur coniugalis amor; nec eam anguſtiæ viri premunt, nec mala domus habent; nec eam V.G. cõiugis moribus turbat. At quãdo hoc eueniret, licet videatur mœrore confecta, fictis tamen dolet, & extraneis lachrymis, intus verò exultat. ſic Eccleſ. mala mulier deſcribitur, de qua nobis ſermo eſt, ſuper ſerpentem nequam; & tandem: *ingemuit vir eius, & audiens ſuſpirauit modicum:* Gl. [ingemuit vir eius ab infirmitate ſuperueniente, vel à caſu] ecce dolorem, & morbum viri. quid tunc mulier nequam? *ſuſpirauit*, inquit, *modicum*: ſequitur Gl. ſuſpirauit quaſi viro compatiens, ſed quod hoc ſuſpirium, non ſit verum, ſed fictum ſubditur: *ſuſpirauit modicum:* neſcit ergo compati mulier mala; etiam hoc intelligitur, vt eadem Gloſſa: *ſuſpirauit:* quaſi pœniteret, dũ videt de ſua nequitia gemere virum, ſed *modicũ ſuſpirauit*; ad gemitus viri equum erat, nunc etiam ſuſpirijs modum laxare; ille enim gemit pro alterius culpa; hæc pro ſua neſcia dolere; vel etiam dicas de mulieribus illis, quæ V. G. dum verba Dei audiunt, ſeu admonentur à patre ſpirituali, ſeu concionatore; vt ſanctitatem, ac deuotionem, ſeu extaticam vnionem oſtendant, ſuſpiriola quædam accẽſa ſuſurrant, quaſi ex concauo pectoris vrenti, laxitudine quadam dulci eructẽt; vt eas raptu quodam detenctas, per ſigna factorum ſuſpiriorum ad ſe veniſſe credas. Sed *ſuſpirauit modicum:* mox enim vt orationem vertit, qui loquitur, & ad læta prolabitur ſtatim euanuere ſuſpiria, redeunt iocoſa, & millia, ipſa, procaci ſermone deblaterat, ita vt verum ſit, quod in verſ. immediatè ante ponitur: & dictum eſt: *nequitia,* ſcilicet, *mulieris immutat faciem*.

Fingit dolorem ex nequitia.

Eccl. 17.2.

ſuſpiria ex ficto ſpiritu.

Mulierum profecto artes, innumeræ ſunt, eoq; perueniunt, vt (quod miremur) odia, aſpera quoque verba, pro blandimentis habeant. Vnde alioquin non facile eſt captu, quid ſibi voluerit Iezabel, cum audito Regis Ieruſalem introitu, vt eum pelliceret: *oculos ſuos,* inquit Scriptura, *depinxit ſtibio, & ornauit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram, Iehù ingredientem per portam, & ait. nunquid pax poteſt eſſe filio Zambri, qui interfecit Dominum ſuum?* hæc vox indignantis eſt, quaſi doleat pacem, & proſperitatem Iehu homicidæ eſſe poſſe; quod quidem pugnat valdè cum meretricio ornatu, ſi dolet, & arguit ingredientem, cur depicta procedit? quare compta ſe offert placitura ei, quẽ oderat: *oculos ſuos depinxit ſtibio, & ornauit caput ſuum*: vox indignabundæ eſt, vultus blandientis. Verum optimè nouerat impudica, nullo modo moueri ad iram (& ſi acriter punguntur) illos, quos aſpectus meretricius, & ora depicta mulcent, & alliciunt; increpatura ergo Iehu (ne fortaſſis iram vindicis Regis excitaret) aperit os, opponit vultum; propterea non dubitat accuſare, quem non dubitat pulchritudine ad ſe trahere. At res non ex voto accidit; diuina enim diſpenſatione factum eſt, vt ſua ipſa ſpecie prodita ducis animum exacerbaret potius, vnde in pabulum deinde canum proiecta ſit. Vt quid ergo pompa verborum, & ſimili ſupplicatione puella, ad poſtulata diuerſam Regis mentem flectat, ſi pede, ac pulchritudine materna placet, ſi muliebri ſaltatione res agitur? petat inurbanè, aſperè, & cum imperio: *volo protinus des mihi caput Ioannis*: etenim laſciuum cor, aſpera mulierum verba magis pungunt 277

4. Reg. 9. 30.

Ora compta leniunt iratū.

gunt

gunt ad amorem, & timorem, quam iram prouocant,& odium. Præterea beneuolentiæ conciliatrix, pulchritudo eſt; odium reſoluit, & iram; aſpectus quoque, mira quadam ſuauitate perfundit; atque hæc cogitabat Iezabel. Habemus hoc, qđ ad ſpeciei laudes attinet in lib. Ruth. Bethleemitæ namque, cum Noemi venientem viderent, pulchritudinis egregiæ fama notam, dicebant: *Hæc eſt illa Noemi?* ea illa quondam pulcherrima mulierum? occurramus. Quibus illa ſeniles propemodum annos attingẽs, præteriens venuſtatem, nequaquam,reſpondebat,hoc mihi nomen ſpecioſæ,quæ iam ætate graui pulchritudinem amiſi: *quibus illa ait, ne vocetis me Noemi, ideſt pulchram, ſed Mara, ideſt amaram*: quomodo hoc ſibi conuenire videtur; vt quæ refugit appellari pulchram, dicat potius amarã? imò potius:vocate me deformem; amaritudo enim nõ opponitur ſpeciei, non ſum pulchra modo, ſum turpis. Primò, hic nota: mos eſt mulierum, vt nunquam concedant ſe eſſe deformes, licet pateat, & hoc modo id explica. mulieres Bethleem, quaſi interrogando, & quodammodo per hyroniam dicebant: *Hæc eſt illa Noemi?* quaſi dicerent, non reſpondit veritas pulchritudinis,famæ: hujus forma à cunctis laudabatur, & quidem quomodo poteſt eſſe hæc illa Noemi, quæ ita eſt? at Noemi reſpondet, & licet id palam fuerit,quod decorem amiſiſſet,attamen in reſponſione cauſſam addit: *nolite me vocare Noemi, ſed Mara, quia amaritudine, valdè repleuit me omnipotens*: quomodo decor apparere poteſt, cum omni anguſtia ſim repleta? ægritudo mentis decorem offuſcat, & obalienat: ne intueamini me nunc, quia triſtis ſum &c. Nota quoque hic curioſam inueſtigationem mulierum, quæ ſtatim quærunt de pulchritudine; & quaſi derideant interrogant,hec eſt illa Noemi? pro prijs enim laudibus, & ſpeciei accedere opinantur,quod ex alijs detrahunt. neminem verò commendat in laude venuſtatis, quæ cupit pulchrior haberi; ſed ad rem noſtram. Oppoſuit pulchritudini amaritudinem, quia profectò quod turpe eſt, amarum omnino eſt,& iniucundum, & cum efficacior otratrix reperiri non poſſit pulchritudine, quæ quidem ſuadet, obtinet; ita turpis aſpectus, ſuam ipſe ſententiam, deformitate, negatiuam perſcribit. Et quidem ſi de forma ſermo eſt, ideo dixit ſponſus, poſtquam pulchritudinem ſponſæ extolleret: *quam pulchra es, & quàm decora cariſſima in delicijs! ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ*: ſeu quia, palma, cum ſpatulas quaſdam inſtar enſis præacutas habeat, oſtendit quemlibet geſtum, actumq. decoræ, pungere cor; ſeu quia victoriam tecum fers, quæ palma es, arma victoriæ: alibi quoq. eam ipſam ſponſam deſcribit, & decorem vultus particulariter commendat his verbis: *quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet &c. ſicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis; mille clypei pẽdent ex ea, omnis armatura fortium*: hæc venuſtas eſt ſuper collum, quod eſt turris Dauid &c. inſignia omnia quæ operata eſt in hac turri pendent, mille clypei pendent ex ea; mille animi monimenta, quæ clypeum inde,ſignum deditionis,conſignauerant affigendum turri in memoriam; quicumque obſtitit, & credidit tali forma capi non poſſe,tandem victas manus & arma dedit, licet arma fortium: teſtis eſt caput fortis Holofernis, quod proſtratum ſpecie Iudith,pependit in turri: ergo & hoc intenderat,pulchritudine Iezabel, & hoc præſtit Herodias, licet diuerſa forma ſit ſponſæ,quæ ſancta eſt, ab hac prophana.

Quod ſi vim etiam noſcere cupis 278
pulchritudinis, & quid poſſit vultus compoſitus, & habitus ſupra venuſtatẽ ſpecioſus,hoc monſtrat Eſther,quæ terribilem animo, ac vultu Aſſuerum, non manſuefecit tantum, ſed ad poſtulata libenter ſoluenda pertraxit. Rex autem deſcribitur: *indutus veſtibus Regijs,*

aureq.

Pulcher aſpectus conciliat voluntatẽ

Ruth 1. 19.

nunquam fatentur mulieres ſe eſſe deformes.

turpitudo iniucunda & amara.

Cant. 7. 6.

pulchritudo victrix

Cant. 4. 1.

Iudith 14. 7.

auroque fulgens, & pretioſis lapidibus; eratque terribilis aſpectu; cumque eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet &c. at hic, ad aduentum pulchræ Eſther, aſpectus inclementior, mutatus eſt in iucundum. nec prætereas, quod eandem vim præſtat in animo alterius forma, quam potentia, & fortitudo; quod hoc pacto probo: Eſther videns faciem terribilem Regis, hæc ait: *Vidi te Domine, quaſi Angelum* Dei, *& turbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ, valdè enim mirabilis es* Domine *&c.* itaque ob terrorem turbatur Eſther; at vide quæ ſubnectat de Aſſuero Scriptura: *Cumque loqueretur, rurſus corruit, & plane exanimata eſt: Rex autem turbabatur &c.* quam turbationem habuit ad vultum Regis immanis, & irati, Regina; hanc quoque habuit ad vultum Reginæ ſpecioſæ, & pulchræ, Rex; ſicque pari potentia vtriuſque arma feriunt; obſeruamus enim pleroſq. inter Martia arma magis exardeſcere in iras, quos etiam belli labor fortiores, & animoſiores reddit, mulierum toruo ſupercilio deijci, animumq. deſpondere, palleſcere, victasq. manus dare imbelli fœminulę; ſed ad ea quæ interim prætermiſimus, redeamus. Si ſimplex forma eam habet efficaciam, quantam compoſitus vultus habebit! quantam ornamenta laſciua! illam profectò quam habuit in cor Herodis puella, ſaltu. Cauit proinde Seleucus legiſlator Locrenſium (vt omnino inanis mulierum apparatus, aurea quoque ſumptuoſa ornamenta, è medio tollerentur, quæ domus euertunt ad inopiam,) cauit, inquam, vt mulierem liberam vna, non amplius, pediſſequa comitaretur, niſi cũ temulenta fuiſſet; nec vrbem noctu poſſet egredi, niſi cum mœchos adire pararet; neque poſſit aureis componi ornamentis, neque contextis indumentis, arteque elaboratis venuſtari, niſi cum amatorem prophanum moliri ſtuduerit. Atque ita, facillimo

Eſther 15. 11.

par potentia ſpeciei & Regis.

Diod. Siculus lib. 12. hiſt.

pœnæ genere, vituperatione ſcilicet, probi perniciem, deliciarum omnem intemperantiam, coercuit; excluſitque licentiam omnem, irritamentum impudentiæ. Neque enim tunc, tam perditæ libidinis mulier inueniri poterat, quæ domeſtica atteſtatione, & proprio turpitudinis teſtimonio, voluerit perpetuò inter ciues ludibrio, & famæ nota inuri. Verum, abſque hac Seleuci lege, vulgatiſſimum eſt, animi intemperantis, aliquod inditium eſſe petulantem ornatum, & impudicum; atque etiam, facilem, per vrbem diſcurſum. Mulier enim nequam, quid aliud expetit quam videri? at verò licet mentem, honeſta, ab omni impudicitia gerat alienam; alienos tamen animos vano quodam, & ambitioſo geſtu, motuque corporis ad ſe pertrahere geſtit. conſequi-quitur autem ornatum, & picturam, Iezabelis prodigalitas aſpectus, & reſpicere per feneſtram. Ad quid autem purpuriſſo mulier, & ſtibio pingitur, renitente plerumque viro, niſi (fortaſſis pudica mente) quod pulchritudinis mentitæ laudem, inter etiam pericula commendantium, & intuentium captare cupit? Porrò nulla mentio in filijs Syon, de impudicitia; & graui pœna apud Iſaiam feriuntur: ex eo quia venalem pudicitiam, penè oſtendebant, inceſſu, & ambitioſo apparatu: *Hæc dicit Dominus: pro eo, quod eleuatæ ſunt filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant; decaluauit Dominus verticem filiarum Syon, & verticem eius nudabit: in die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, torques, monilia &c.* Hoc eſt crimen, inceſſiſſe videlicet erecto collo, & compoſito gradu; quod videtur ad venuſtatem, ſed cæteris ſcandalum eſt. At antequàm ad exempla ſcripturalia

lex lata in mulieres vanis.

detrimenta ornatus nimij

Iſ. 3. 16.

quas pœnas dant huiuſmodi.

Tt de-

deueniamus; pondera in hac ſcriptura, quod licet collum ſit extentum, non tamen pœnam in collo, ſeu in vultu dedere; *ſederit*, inquit, *pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpante crine, caluitium*: ſæpe namque accidit, vim, & operam omnem huiuſmodi mulieres in aliqua re componenda impendere; vtpotè in renouanda coloribus facie; ſed alia parte dentes nigreſcunt: in perficandis, puluere compoſito, dentibus, ſed olet alitus; ſi colorant crines, flauis aquis, & canities appropiat; quod enim ge-

ſtudia eluſa iſtarum

ſtiunt arte exſuſcitare, id quidem alterius detrimenti nuntium eſt, & plerumq. toto penè facies exarata fuco, & crinis pigmentis, contrahitur in rugas, & niſi extranea coma vertici eſſet auxilio, in rubenti caluaria rari capilli apparerent. Itaque quod arte in vno concinnunt, & componũt, in altero diſijcit, & diſſipat Deus; & ita fortaſſis euenit, vt Iezabel, quæ paullo antea oculos ſuos ſtibio depinxerat, eius poſtea non niſi caluaria inueniretur. verum non petulans greſſus tantum eſt in honeſta muliere reprehendendus, ſed vti diximus nimius per vrbem diſcurſus. De muliere ſancta, ac prudente, ait Scri-

Prou. vlt.

ptura: *conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit*: obſerua quod dicat, in domo, iſtius eſſe ſemitas. Semita anguſtus callis eſt, crebro prætereuntium paſſu efformatus: continuò ergo domi manebat, ac illic erat; non per vrbem inceſſus illius, quæ operabatur, nec otio diſtendebatur: *conſi-*

Prou. 31. 19.

derauit ſemitas domus ſuæ. & paulò ſuperius: *manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum*: mirum eſt, quod dicit, miſiſſe manum ad fortia; ad ardua ſe conuertiſſe; fortiter manu egiſſe: & quando exponit quæ ſit hæc fortitudo, & quonam modo fortis apparuit, ſubdit: *digiti eius*

quare fuſus eſt fortis mulieri.

apprehenderunt fuſum: hæc fortitudo, quia ſuperare otia, ac ad diuturna penſa, manus inertes excitare, valdè mirandum eſt in diuitioſa, ac nobili muliere; ideo cum apprehendit colum, mittit manum ſuam ad fortia; quomodo enim cura hæc non arguit fortitudinem, quæ adeo ab huiuſmodi mulieribus aliena eſt? ſed ad ſupradicta; & primo, de damnis, otij, & nimiæ libertatis: Adeo à mulieribus, vagari, longè eſſe debet, vt ſciant magnum inde detrimentum poſſe exurgere. Vnde non tantum hoc videtur prohibere ſcriptura, ſed quamcunque etiam occaſionem prodeundi, niſi neceſſitate, atque rationabili cauſſa id fiat, amputandum eſſe à viribus honeſtis, dicat. Per rimulas namque (vti

ocia, mora, [illegible] ſ. urius p v. [illegible].

ille ait) aquæ intrant, & excreſcunt, donec nauis nautarũ incuria demergatur, ſic per rimulas otij, vagæ mulieris, ac remiſſioris animi, aquæ cogitationum intrant in cor, & paullatim vſque ad noxia animo peruoluenda procedit. Si ergo facultatem dabis mulieri in publicum prodeundi (ſemper autem de vanis, atque improbis, quæ nacta occaſione deteriores fiunt ſermo eſt): erit, & ipſa naufraga in luxurijs: Atque hoc ſimili patet. Si ciſternæ, vel rimulam patiaris, illa quidem paucas

ſimile.

ſtillulas ebibit, ſed poſtea, reuolutis diebus, aquas omnes ciſternæ abſorbet: prouidendum eſt igitur malo, licet paruo, & latenti. Ciſterna viri, mulier eſt, de qua iubetur vir bibere: *bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui*: vnde Beda in hoc loco in

Prou. 5. 15.

commentarijs, quæ falſo tribuuntur Hieronymo, hæc habet: *bibe aquam de ciſterna tua*: ideſt, deſiderio vtere propriæ mulieris, & eius miniſterijs fouere deuotis, idcirco ſequitur: *habetò eas ſolus*: effundetur profectò, aqua ciſternæ, ſi vel tantulam rimam patiaris, ideſt ſi aliquam occaſionem ſeſe diffundendi permittis, ſi vicinarum improbarum conſortia, & colloquutiones inutiles etiam animi cauſſa (vt inquiunt) non dirimis. Tandem ſenties, alienum, quoq. ex hac aqua hauriri

ſi ex

Digitized by Google

ſi ex feneſtra petat aſpectum maris, ex qua etiam aſpectus extranei peti poſsũt ex hac profectò feneſtra effũditur aqua. Vana ergo,& imprudens,cohibeatur ſolitudine,ſilentio, opere,à choreis præcipuè nuptiarum. ecce quid Eccle. in hunc ſenſum,hoc probando, dicat *à muliere initium peccati, & per illam omnes morimur, non des aquæ tuæ exitum, vel modicum; nec mulieri nequam veniam prodeundi*. quaſi dicat: ſicut aquæ in ciſterna collectæ ſi detur modicum foramen per quod poſſint exire euacuant ciſternam ſucceſſiuè; ſic mulieris malæ euacuatur tota pudicitia ſi ei detur aditus,ad ea quæ placuerint: ne des veniã prodeundi, ne deterius euadat; occaſio nãque paullatim ducit ad grauiora. ſed nota quod dicit: *ex muliere initium peccati, & per ipſam omnes morimur*. Eua namque mortis principium, & peccati extitit, quare tot mala in genus humanum tranſmiſit, niſi quia tamquam aqua effuſa eſt? Cum enim viri ſocietatem haberet, ipſa ſola, relicto viro externa ſerpentis colloquia recipit; quibus læthali culpæ veneno imbuitur,ſola ſine teſte,adhuc virgo, ſine coniuge diſcurſum texit; non agnoſcens colloquutorem, inde autem maledictio prodijt, vt quæ bona innocentiæ poſſederat, errabunda,& curioſa euacuaret. Talis eſt Dina in ſcriptura,*quæ egreſſa eſt, vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidiſſet Sichẽ, filius Hemor Heuæi princeps terræ illius adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem*. Preſto eſt ad hoc comprobandũ Ruth Moabitis, habuit primo facultatem, vt ſpicas in alieno agro colligeret; *vadam,& colligam ſpicas*. non audebat ad metentes pudore quodam accedere,colligebat ergo ſpicas, poſt terga metentium, paullo poſt facta ſecurior, *ſeditque ad meſſorum latus*, & comedit deinde, cum pueris conuerſabatur, & vſque eò deuenit, vt non erubuerit(quod ſolent mulieres horrere) iacenti, dormientiq. Booz ſe ſe iungere, ac excitare. Obſerua quomodo paullatim, euanuit rubor, & per rimas nimiæ licentiæ egreſſæ ſint aquæ pudicitiæ. Vt primum Herodias fraudes maternas, & impudentiam edocta eſt in puellari ætate, ſolutis ſaltu membris, prius incæpit impudica,vt poſtea deſineret homicida, paribus namque ſaltibus parem impudicitia,& inuerecũdia ſententiam tulit, vt orbis lucernam extingueret,& verbi vocem faceret obmuteſcere.

quod detrimẽtum afferat occaſio.

Gen.34.1

Dina quã ob cauſsã rapta.

Ruth 2.14

Ruth paullatim pudorẽ amittit.

Sed ſi perniciosum eſt mulieribus in publico ſæpè videri, quod tandem erit in aula, & choreis vacare,& conuiuijs, gratiam principis quomodolibet inire? hoc,viſione Danielis explico. Propheta vidiſſe teſtatur leænam alatam, & *quattuor*, inquit, *beſtiæ aſcendebant de mari, diuerſæ inter ſe, prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ: Aſpiciebam donec &c.* Expoſitores quattuor has beſtias, dicunt,diuerſa regna portendere. Leæna ſignificat chaldæorum, & maximè ad tempus Nabuc. Beſtia ſecunda vrſus erat, Regnum Medorum,& Perſarum, vrſus enim leone mitior eſt, vel minus crudelis, ſicuti regnum hoc in Iudæos fuit. Pardus velociſſimus omnium Alexandrum ſignificat, qui mira velocitate totum mundum victorijs peragrauit, Græcorum ſcilicet regnum, & propter varietatem gentium ſibi ſubiectarum.Quarta vero terribilis,imperium Romanorum, terribilis, dicit propter crudelitatem, & mirabilis propter ſapientiam quæ vigebat in Romanis. 279

Dan.7 3.

quid quattuor beſtię Dan.

Verum hæc omniã quoniam moraliter variè vſurpantur à Patribus, liceat etiam nobis in noſtram ſententiam transferre; Leæna (inquit Gloſ.) quod laſciua,& crudelis eſt: [Leæna inter beſtias eſt ferocior,& maximè ſi catulũ nutriat,& ſemper coitũ geſtit;adulterã pręſertim aiunt eſſe,& cũ Pardo coire;]hinc ſcribunt Obſeruatores rerum naturaliũ; ꝙ propterea gignit ſuppoſitos catulos, abſq; iubis. Hanc vero ſcribit Herodot. ſemel parere; vnde congreſſa aliquando cum vulpe(vt quidam fabulatur) ſterilitatem vulpis exprobrabat; reſpõdit illa, 280

Herodias Leæna.

Digitized by Google

verum eſſe, ſemel parere, parere verò Leonem cum parit. Quæ omnia Herodiadi applicari optimè poſſunt. Hæc .n. feritate, & laſciuia, immanis Leæna dici poteſt, quæ adultera, Philippi ſpreto cõſortio, laſciuo Regi adulterio copulata eſt: *quando autem peperit*, vt S. Auguſt. *peperit filiam, filiam ſaltatricem*. Verum hæc alata, deſcribitur, & aſcendens de mari; & poſt eam tria monſtra ſubſequuntur. Hæc quidem cauſſa malorum eſt, aſcendere de mari Leænam. Mare piſcium eſt, & locus eorum, quæ morantur, & mouentur in aquis, nõ verò quadrupedium terreſtrium; non inquam Leænæ, quæ habitat in ſiluis; & alæ debentur Aquilæ, non Leænæ. Hic, inquam, Herodiadi, atque ipſis mulieribus, locus proprius à natura conſtitutus, ſilentium videlicet, & ſolitudo ſyluarũ eſt; ſed mare aulici ſtrepitus, & fluctuantis fortunæ habitare, alaſq. ſibi imponere, ideſt à cõditione, alioquin humili, ad Regum familiaritates, & conſortia ſeſe efferre, & viro poſtpoſito adulterinis frui amplexibus, hoc malum eſt, & exitiale, atque inde tria monſtra ſequuntur; ſequitur Vrſus oculos habẽs rubore perfuſos, qui ignita appoſita patella obcæcatur; (vt ait Gloſſ. ſuper illa verba: *& obcæcat vultum ſuum tanquam Vrſus*), ideſt ſequuntur Herodis mala, qui ad aſpectum huius patellæ, puellę ſcilicet, Herodiadis, excæcatus eſt, vt Ioannem occideret; nec timore quateretur; nec valeret timor in Ioannem. Pardus deinde ſequitur velociſſimus; hic, puella Herodiadis eſt, quæ ſaltu, in velocitate, ac ordine, Ioannis caput, in premiũ obtinuit. Tertia deniq; beſtia ſine nomine, quæ admirationem excuſſit, & prætulit crudelitatem; facinus videlicet illud, quo Ioannes è viuis deletus eſt; quo neque aliud quodlibet admirabilius, vt occideret, quẽ colebat; nec atrocius, vt inter epulas ſacri cruoris venas permitteret effundi. Itaque vt Leæna habet alas Aquilæ, vt ad Regiam ſedem euehitur ab adulterio, ita monſtra omnino immania, atque feralia cernuntur.

Quam periculoſum ſit Leænæ alas habere, & mare habitare.

Eccl 25. 24.

Quæ monſtra ſequitur mulierem aulicam nequã.

tur. Illud etiam ſæpe conſpicitur, aſcẽdere videtur Leænam è mari, fęminas duntaxat, gaudere naturæ limites tranſgredi, & mariũ obire munera, & ſolitudine relicta domus; per alterius domos, ac publica vrbis loca diſcurrere, hę ſtatim extraneas aſſumũt pẽnas, & velut corpore, cogitatione vagantur, & in ſuperbiam eriguntur, & efficiuntur inſtabiles, vt continuo cætera monſtra conſequi, ac prodire cernas; ſi verò Aquilæ, vt hæc Leęna, ſumũt alas, vt Principibus dignẽtur aſpectu, & eleuẽtur ad colloquia, ſi vnquam monſtrum cernes, mulierem hanc elatam dominari; ea omnia profectò conſequentur, quæ ſupra enarrauimus. Mulier nunquam alas aſſumere debet, niſi fortaſſis, a ſolitudine elongata, vt ad ſolitudinem peruolans, reuertatur; ita legimus in Apocalypſi mulieri datas eſſe duas alas &c. atque hæc ſunt verba: *& poſtquam vidit Draco, quod proiectus eſſet in terram, perſequutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum, & datæ ſunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ, vt volaret in deſertũ in locum ſuum:* datæ ergo ſunt iſti mulieri, vt fugeret ſerpentem, alæ duæ, vt in deſertum euolaret, quod dicit eſſe *locum ſuum*: elongatæ igitur a deſerto dantur alæ, vt reuertatur; non vt ab illo auolet. Nota quod fugit mulier ſerpentem, datis alis, quod quidem mulier timens Deum, præſtare debet, ideo in Prouerbijs appellatur: *mulier bona, cerua chariſſima, & cariſſimus hinnulus: & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ:* Ceruis ineſt qualitas ſerpentes abijciendi, & velocipedes dicuntur, ac fugitiui, & Virg.

Timidę Damę, ceruiq. fugaces.

vocantur etiam alipedes: raro manſueſiunt; quod etſi aliquando manſueſiunt, ſemper trepidi, timidique ſunt, auia colunt, & ab vrbium frequẽtia abhorrent, quæ conditiones omnes, in muliere pudica, ac timente Deum inueniri debent, vt ſerpentes malos, (eos .ſ. qui mala ſuggerũt, & ad fornicationem impellunt, ac ſuadent) abijciat, ac proterat 281

Mulier alata quid.

Volet ad ſolitudinẽ

Apoc. 12. 14.

Prou. 5. Lex. Pop. Greg. 13.

mulier bona, cerua timida.

terat

terat; ſemper timida ſit, ac ſibi ſuſpecta de pudicitia; ſæpius cognatas inuiſere deſinat, horreat loca publica; feſtina (vt inquit S.Ambroſius) in publico, omnes viri diſcat affatus vereri, & ſola in penetralibus exiſtat; & à propoſito verecundiæ non abſcedat: Beda ſuper Prouer. hæc habet: *Cerua cariſſima &c.* illa ſit tibi ſemper chariſſima coniux, quæ ſicut Cerua ſerpentes, ita perſequatur ſcorta, & ſuis effuget ab ædibus; ſit natus ex ea filius, & ipſe caſtitatis amator chariſſimus. Cerua illa apud Virg. quam Domina, ſinu fouebat, particeps menſæ Dominicæ, cum nota tecta, reliquit, ac longè aberrauit, Aſcanij iaculo confixa eſt.

Virg.lib.7 *Hæret lateri lethalis arundo:* &
Saucius at quadruplex nota intra tecta refugit:

Saucia redit cum nimis vagatur. errabunda prius, domum ſaucia redit. caueant ergo errantes huc illuc mulieres, ne domum redeant ſauciæ in mente pudica, ac verecunda.

282 Pulchrè in hac re poſſumus inquirere, quid cauſſæ fuerit cur iuſſus Noë ingredi arcam cum coniuge, & liberis, & filiorum vxoribus; tandem ingreſſis, ſubiungitur: *Ingreſſæ ſunt cum Noë in ar-*
Gen.7.7. *cam, bina, & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ; & quæ ingreſſa ſunt maſculus, & fæmina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Dominus, & incluſit eum Dominus deforis:* deforis, inquit, arcam, Dñm, incluſiſſe, nec clauē Noë commiſiſſe; ſed ipſe incluſit, & retinuit; futurum .n. erat vt tedio mulieres affectæ, clauem aliquando portæ pe-
Cur oſtiū arcæ clauſerit Dominus. terent à Noë, vt animi cauſſa recluſo oſtio expirarent, & blandimētis verborum, & triſtitiæ ſignis, licet inuitum Noë traherent: vt portam aperiret. Talis eſt naturæ mulier, curioſa, & vaga; quamobrem vt omnem occaſionem auferret Dominus, incluſit deforis, arcam. Cuius rei argumento eſt, quod etſi clauſam voluit eſſe feneſtram arcæ, aperiendi tamen, & claudendi poteſtatem fe-
Gen.7.7. cit Noë, qui, inquit, Scriptura: *cumque tranſiiſſent quadraginta dies aperiens Noë feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit Coruum:* feneſtræ clauem dedit viro; ianuæ, ſecū habuit; maioris namque periculi erat foras curioſitate pellente egredi, quam è feneſtra arcæ proſpectum mundi petere; adhuc tamen, & iſtam vir habuit, & retinuit; quod quidem magno debet eſſe exemplo cōiugatis, iiſdemq. qui domi mulieres habent, vt ſi adhuc orbe diluuijs ſepulto egreſſus timetur vxoris, & nepotum, & idcirco nec egreſſio Noè committitur, diſcere profectò debent, quid caueant viri, diluuio libidinum, & chorearum, vrbe effluēte; cum crebrum petūt egreſſum mulieres, ſeu in feneſtris totū diem otiantur. Verum ad alas Leænæ, ad Herodiadem nempè, & filiam ſaltatricē redeamus; quæ non alas ſolum ſumpſerunt, vt imperarent, ſed vt Regem ſuo imperio iungerent.

Has credo tropologico ſenſu à Zacaria 283
deſcribi his verbis: *& vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus* Zac.5.9.
in alis ipſarum, & habebant alas quaſi alas milui; & leuauerunt amphoram inter terram, & cælum &c. iuxta litteram, duæ mulieres amphoram portantes in terram Senaar, quæ eſt eadem cum terra Babylonis, vt patet, ſignificat duas tribus, à quibus regnū Iuda nominatur, regnum duarū tribuum, quę pp peccatum Idololatriæ principaliter, & alia, conſe- Gen.11.
quēter fuerunt captiuæ, & ductæ in Babylonē, ſed liceat, vti plures, varios inde ſenſus educunt, ad has mulieres, Herodiadem, inquam, & filiam ſaltatricem, hanc Scripturam transferre. Iſtæ ergo mulieres habebant alas milui, de quibus hæc ſcribit Gregorius: *Miluus ſemper rapturæ ſtudet pullorum; iſtæ mulieres ergo alas habebant, quaſi alas milui, quia actiones earum Diabolo proculdubio ſimiles ſunt:* hæ verò amphoram deferunt inter cœlum, & terram; Amphora vas quoddam teſteum fictile eſt, quo vtimur ad menſuras, per vas autem Herodias habet alas milui.
fictile, quid aliud, quam hanc ollam ſumimus, quam diximus Herodem portendere, dum Regem legimus, ſicut lebe-

Digitized by Google

lebetem feruentem ; Amphoram deinde, gulam dicit Hieronymus ſignificare, vt quia gula aperta eſt, vitium hoc perhibetur oſtendere;quamobrẽ conuiuio vacantẽ, & vino, rectè ſignificat Regem, ſicuti *ollam*, alibi legimus *plenam carnibus:* alatæ hæ mulieres adulterũ Regem deferunt inter cælum, & terram; & deinde ſiſtunt in terra Sennar, ideſt Babylonis,& idololatriæ :*Senaar,*inquit B. Gregorius, *vallis eſt latiſſima, qua per confuſionem mentium, atque linguarum Babylon dicta eſt &c.* Amphoram, ideſt Herodem ebrium ollam plenam carnibus, ſuſpendunt inter cælum, & terram; quia quod inter cælum, & terram eſt, & ima deſerit, & ſuperna minimè pertingit; perplexitatem, ſignificat hoc, & dubietatem; nos enim frequenter cum ad neutram partem flectimur,ſed ancipites,& perplexi pſiſtimus; hoc dicere ſolemus [non ſono nè in cielo, nè in terra] ad hoc Regem detulerunt, vt de morte petita Ioannis,anceps omnino, & pendens exiſteret,non erat in cælo, quia omnino contriſtatæ mulieri cedere volebat, & mortis damna minime reſpicere;neq. ſuper terram, quia timebat eum Herodes:*& contriſtatus eſt Rex* audita petitione. Non ergo in vnum locum ſtatim depoſitus eſt, vt cito Ioannem, vel occideret, vel abſolueret. Detulerunt deinde in terram Senaar, ideſt confuſionis, & idololatriæ, quia etſi paruit meretrici, & in terram depoſitus eſt, etſi timorem, & obſeruantiam,de medio abſtulit, vt ſcorto morem gereret, & adoraret adulteriũ, tamen in terra Senaar depoſitus eſt, confuſionis dumtaxat, contriſtatus namque eſt de morte Ioannis, & dolor continuo exſuſcitatus; ſanctum virum prædicabat Herodi : *Ioannem, quam occidi, ipſe eſt, qui reſurrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo &c.* tanti eſt mulierem alas aſſumere rapacis milui, ſecum enim cor rapit adulteri,& cęterorũ ſanguine,ac ruina lætatur,ac fruitur; merito ſuſpenſam vidit Ieremias ollam flatibus Aquilonis accendi : verum

Greg. cit. hic à Glo.

Herodes eleuatus inter cęlũ, & terram

Gen.9.13.

ollam ſuccenſam ego video, Regem ſicut lebetem ebullientem ego video: tot mala,lebes,conuiuia, vinum effecit, vt mentem ſopitam mero, inclinaret turpiter Herodes ad vindictam,ac plus valeret in Rege furor ebrietatis, quam timor, & obſeruantia; & quidem neq. nouum eſt hoc, quod poteſt vinum,& ex eo confirmare licet,quia Noè à toto cælorum impetu, diluuio cadente,nubibus omnino ſolutis euadit; & potu deinde meri iacet proſtratus, ac ebrius; potuit pericula mundi fluctuantis ligno enatante præterire, ſed modico vini poculo, quod non potuit vis aquarũ,abſorptus eſt:*bibensq. vinum inebriatus eſt in tabernaculo ſuo.* Verum hæc olla laſciuiæ, poteſt, & gulæ vitium deſignare, vt ſupra diximus, de qua dicitur,quod mors erat in olla *mors in olla vir Dei*,& meritò mors in olla quia qui epulabatur quotidie ſplendido fractus luxu mortuus eſt, & ſepultus in inferno ; & qui dicebat animæ ſuæ :*comede epulare &c.* dictum eſt ei : *ſtulte hac nocte repetent a te animam tuam, & quæ paraſti cuius erunt? &c.* quæ infra ſubijciemus: olla igitur,& accenſa, epulæ ſunt conditę luxuria, quæ duo ſimul Ioannes vidit: *fecit enim Herodes cœnam, in die natalis ſui opimatibus*; atque inter epulas cruorem arſit : Prædicatoris verò officium eſt, virtutes prędicare, vitijs illis contrarias, quibus corripitur populus; non verbo tantum, ſed exemplo, ac geſtis, vt ſæpe factum eſt in ſcriptura, & toties ſcripſimus: Ioannes, vt ebrietatem continentia compenſaret, non manducabat panem, vt ait Dominus, neque bibebat vinum, ideſt inedia,penè conficiebatur; vt verò luxuriam Regis prohiberet,zona præcingebatur, quæ ſymbolum caſtitatis eſt,vt toties; Angelus etiam appellabatur: *ecce ego mitto &c.* porrò, *erunt,*inquit,*ſicut Angeli Dei, neque nubent &c.* vt ſupra fuſius: Ad cuius rei manifeſtationem obſeruandum eſt, quod poſtquam Ieremias ollam vidit ſuccenſam, ideſt Ioannes; Regem ſicut lebetem feruentem, ſtatim ſubditur : *tu ergo accinge lumbos tuos*

Noè euadit à diluuio aquarum,& incidit in impetũ vini.

4.Reg.4.

Luc.18.23

Luc.12.20

Ioan. exẽplo prædicat virtutes, vitijs vitijs contrarias.

Ier.1.17

tuos: ideſt licet ille luxuriæ vacet, & vino, tui tamen eſt officij continentiam, re ipſa, & verbis oſtendere: *tu ergo accinge lumbos tuos*: Prædicatores, reſtringere lumbos, eſt, vt ait Gregorius, carnis luxuriam per continentiam coarctare; vt etiam ſupra latè, & multoties.

284 ***Dedi te in ciuitatem munitam; columnam ferream; & murum æneum; Principibus Iuda, Sacerdotibus eius, & populo terræ:*** fuit primò, ciuitas munita, contra Principes; quas .n. virtutes neceſſe erat obiurgaturus Principes parare? Primò, conſtantiam; ne, dato munere, vel ingentibus promiſſis, ab inceptis excideret; nevè minis etiam Herodiadis vnquam feruorē prædicationis amitteret. Humilitatem; ne ambitione, ac ſuperbia extolleretur admiſſus ad aures Herodis; Ioannem verò hic aliquando adhibitum ad ſuprema negotia audiebat admonētem, ac monita perficiebat. Charitatem, ne odijs vnquam adulteræ æſtuaret, vel etiam ad perſequutionis incendia teperet. Patientiam, vt aſpera verba lenitate molliret, & ærumnas carceris ſuſtineret &c. fuit ergo ciuitas munita contra Principes. Deinde in colūnam ferream: columna conſtantiæ ſymbolum, & firmitatis, vti in Pſalmo: *ego confirmaui columnas eius*: vt Baſilius, & Pierius. & Paulus: *qui videbantur columnæ eſſe*: & ad Titum: *columna, & firmamentum &c.* quam firmitatem, vt omnimodum indicet in Ioanne, dicit columnam ferream, vt nullo caſu poſſit vnquam frangi: quod ille de ſecuritate tecti innixi firmiter,

[Margin: quomodo fuerit ciuitas columna, & murus.]

[Margin: Pſ.74.4. Pier.li 49. tit.columnæ. Gal.2.9. 1.Tim. 15.]

[Margin: Stat.lib.7.]

Limina ferratis incumbunt tecta columnis.

At vt dicemus infra ex Theodoreto, ideo dicitur columna ferrea hic Propheta, vt nulla vi monſtret flecti poſſe. Tunc ergo, ſe columnam ferream exhibet, cum minime flectit ſe ad Sacerdotes, qui deferebant honorem Meſſiæ. immobilis perſeuerauit Ioannes; nec vnquam moueri dignitate potuit: datus eſt ergo in columnam contra Sacerdotes: nam *miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas, vt interrogarent eum: tu quis es? & confeſſus eſt, & non negauit; quia non ſum ego Chriſtus &c. non ſum Propheta &c. ego vox clamantis in deſerto &c.* Datus eſt in murum æneum, populo terræ, quia ad turbas egredientes, atque ad deſertum, quod ille incolebat, continuo prædicabat: ſcribit autem Gregorius, & patet: *æs amplius metallis cæteris ſonum reddit*: quod ſi hoc eſt, quis vocalior Ioanne, qui vox clamantis eſt in deſerto? totus erat vox in deſerto, & in vrbe; rectè ergo datur populo terræ, quia vti inquit, *& egrediebatur ad eum omnis Iudeæ Regio, & Ieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua &c.*

[Margin: Ioa.1.20.]

[Margin: Greg.cur. poſt 3. ad. 14.]

[Margin: Mar 1.4.]

Reliqua verò capitis verba, vel cum prædictis explicata ſunt, vel nihil particulariter afferunt. Aduertendum tamen eſt, duas vidiſſe Ioannem viſiones; virgæ ſcilicet, & ollæ. prima Prædicatorem, & munus prædicandi oſtendit; ſecunda verò extraneum, Regem, inquam. quas etiam quilibet, qui ad munus prædicationis euocatur, videre debet; duos .n. oculos habens; primum adhibere debet, ad ſeipſum conſiderandum, vt virga emendet; ſecundum ad proximum; vel primum habeat circa Deum; ſecundum circa proximum: *in his enim duobus vniuerſa lex pendet, & Prophetæ*: Ioannes autem, & ſeipſum affligendo, & diſcruciando vidit ab vſque teneris annis ad productiorē ætatem; vitam omni mortificatione, trāſegit ærumnoſam; deinde ollam vidit, vel æſtuantem, ſeu ebullentem .i. Regem, puellamq. inter conuiuia ſaltantem; hic prius in deſerto prædicator, deinde extitit alterius: *antra deſerti teneris ſub annis*: & deinde: *non licet tibi habere vxorem fratris tui, &c.* 285

[Margin: Prædicator oculos ad ſe, & ad alios vertat.]

[Margin: ſe emendet, vt alios poſſit.]

[Margin: Matt.22.40.]

[Margin: Marc.6.18]

His omnibus explicatis, quæ de Ioāne dicta ſunt, ac cōſtantia examinata, prædicatione, puritate, ac virtutibus omnibus; breuiter aliquod addendum eſt, q̄ hæc omnia dicat à diuino conſilio, & magnificentia 286

ficentia

Digitized by Google

ficentia, conceſſa Ioanni peculiariter eſſe; vt magis, ac magis Chriſti virtus, quem ipſe prænuntiabat elucceret: *Si enim inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*: opus eſt affirmare maiori quodam priuilegio præ ceteris ditatum extitiſſe Ioannem;&

Titulus Abſolom.

quidem compacto vitæ ejus ædificio, in hoc capite, pulchrè poſſumus addere, quod ſibi, vt in memoriam deſcenderet poſterorum, in munificentiſſimo, ac opulentiſſimo ædificio adſcripſerat Abſolom; de qua re Scriptura hæc habet: *Porrò Abſolom erexerat ſibi, cum adhuc viueret, titulum, qui eſt in valle Regis; dixerat enim non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei; vocauitq. titulum nomine ſuo, & appellatur, MANVS ABSOLOM*, ſed hoc verius dici poteſt de Ioanne,& Deo, Abſalom dicitur *pater pacis*, qui, Deus eſt: hanc ſibi erexit fabricam virtutum omnium, Ioannem ſcilicet; ſed addatur inſcriptio ne quis putet aliam manum eſſe ad titulum hunc erigendum, quam Regiam Abſolom: nec inquam, putet aliquis, quod quiſpiam potuiſſet domum hanc virtutum erigere, præter vires, & potentiam manumque Dei; ac proinde cum diſceptarentur, qui hæc conſiderabant intuentes illum, & magna de eo affirmantes, ſubdidit Euangeliſta: *etenim manus Domini erat cum illo*: ceſſet admiratio, quia manus Dei eſt in hoc opere &c. ita ego titulum hunc affigo huic Expoſitioni. MANVS DEI. quo, illa quæ de Ioanne diximus, profectò ſciemus ab illo eſſe, qui dato fauore, ac virtute, hoc ſibi in memoriam ſapientiæ, & potentiæ ſuæ monimentum erexit.

2.Reg.18.18.

Ioannes ædificium Dei.

3.Luc.66.

Virga vigilans pro Angelo Cuſtode.

ANgelus noſtræ cuſtodiæ deputatus, vigil dicitur; ex eò quod, vigilat, ne vnquam nimis, vel anguſtia, vel periculis, vel etiam tentatione premamur. Et quidem manifeſtum eſt in Daniele in his verbis: *videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum, & ecce vigil, & ſanctus de cælo deſcendit*: Theodoſ. *& ecce Angelus*: addit Hieronymus: *vigilant enim Angeli ſemper ad Dei officium parati; nos quoque crebris pernoctationibus eos imitari debemus*: Ita quoque hoc Lyranus, & deinde declaratur: *quod autem in ſententia vigilum decretum eſt*: vigilum, ideſt Angelorum; huc ſpectat interpetratio illius, in verba illa Cant. *inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem*: ait enim magis appoſitè: *vigiles, ideſt Angeli cuſtodes*: Itaque hoc modo ego ex capite expoſitionem deduco. Excuſauerat ſe Ieremias, dixeratq.: ob pueritiam infirmum eſſe, ad congreſſus cum idololatris: *ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, at addit Dominus; ne credete auxilio deſtitutum, ad hanc legationem obeundam mitti; quin ſcias, etiam ſi puer es, habere Angelum, qui & virga eſt, vt cædat obſtantes, & oculata, ac vigilans, vt ad tui tutelã inuigilet. quod ſi obijcis imbecilles vires tuas, & potẽtiam aduerſariorum (vt ex Hebræo, & toties dictum) & his ego hac virga oſtenſa occurro; Angelus enim vigilat, ne te aliquis in diſcrimen conijciat,& contra aduerſa omnia protegit; quod ſi vidiſti quoque *ollam ſuccenſam, & faciem eius à facie Aquilonis*: ideſt mala omnia à Diabolo accenſa, vt Gregorius: attamen ſcias nullo pacto poſſe hanc ollam, hunc ignem contra te præualere; habebis Angelum te cuſtodientem, flatusq. Aqui-

287 Angelus vigil dicitur.

Dan.4.10.

Pſellus in Cant.5.7.

Aquilonares inſequentes: *accinge lũbos tuos, & loquere omnia quæ ego præcipio tibi:* etenim vulgatum illud eſt Diabolũ ſufflare in igne prunas, malorum omnium,& tentationum: *ab Aquilone* enim *pandetur omne malũ;* ſed Iſaias,Diabolũ fabrum appellat prunas excitãtem flatu: *ecce ego creaui fabrum ſufflãtem in igne prunas,& proferentem vas in opus ſuum:* ecce aquilonem ſufflantem vas ad opus ſuum .ſ. ollam in medio ignis, ſed ecce Angelum, & ego creaui interfectorem, ad diſperdẽdum;ſtatim extinguit,quod accendit hic faber.& quidem sẽper con tra Dæmonem cuſtos prodit oppoſitus malo illum inſequitur, ac machinamẽta reſoluit;vt videre eſt in Zach. qui perhibet quatuor quadrigas aſpexiſſe, atque: *in quadriga prima, equi ruſi; & in quadriga ſecunda,equi nigri; & in quadriga tertia,equi albi;& in quadriga quarta equi varij, & fortes:* at iſtas quadrigas dicit eſſe quatuor ventos: *& reſpondit Angelus,& ait ad me: iſti ſunt quattuor venti cæli,qui egrediũtur,vt ſtent coram Dominatore omnis terræ:* in hac verò quadriga equi ſunt nigri: nigros verò equos quadrigæ ventumq. ibi manentem intelligo ſpiritus tartareos,albos verò, Angelos: at vide quò perrexerint hi equi nigri, & euaſerit ventus huius quadrigæ in qua erant equi nigri:*egrediebãtur in terram aquilonis:* abire ventum in aquilonem,eſt, malos ſpiritus ad mala intentanda, ac ſufflanda incendia,tentationis ſeſe conuertere; attamen & eo perſequitur, ac vigil Angelus peruadit, ne vnquam otioſè ventus hic,nemine contradicente dirè ollam accẽdat,vtetq. tentatione, ſequitur: *& albi egreſſi ſunt poſt eos:* quin addit cuſtos Zachariæ;ita ſe obſeruatorem,ſpeculatoremq. extitiſſe, ac vigilem contra aquilonares illos flatus, vt ibi quoque permanſerit artans, ſeu conpeſcens illos à malo: *ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra aquilonis:* minime inde abſcedam,ne detur libera facultas ad malũ intendandum: alibi quoq. fabri apparent Angeli: alibi quoq. hoſtis apparuit habens cornu limatum, vt illo feriret: *& dixit ad me hæc ſunt cornua,quæ ventilauerũt Iudam, & Iſrael,Ieruſalem:* ſed ſtatim, fabri;*& oſtendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixi quid iſti volunt facere?* *qui ait dicens: hæc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, per ſingulos viros, & nemo eorum leuauit caput ſuum &c.*nota hic (& colligitur ex Gl.) quod in tot viſionibus interrogãti Zachariæ non reſpondit Deus,ſed Angelus,ſemper: *& Angelus qui loquebatur in me,dixit &c.* At nũc;cũ agitur de oſtẽdendis quatuor iſtis fabris, ac ẽt aperiendo quod auxilium ferant; nõ Angelus ille,qui loquebatur,hoc præſtat; ſed idem Deus: *& oſtendit mihi Dominus quattuor fabros:* inſigne hoc opus,ac opem Angelorum; non Angelus, ſed Deus oſtendat,quaſi in hoc ſibi complacet, quod videlicet tales nobis deſtinarit. Igitur,& ipſe Deus quæ amantiſſimè fecit oſtendat, & hæc præſtantiſſima auxilia diuino ore prodãtur; vnde ipſe lætatur, quod videlicet creauit interfectorem ſufflantis prunas in igne. At verò quod attinet ad vigilantiam in virga oculata. Veteres autumabant per oculos, Angelos ſignificari; vt author eſt Pierius,quod ſi ita eſt Angelum Ieremiæ videtur oſtendiſſe, cum in virga illa oculum innixum demonſtrauit. Præterea eſt ferè communis expoſitio,lapidem illum Zachariæ,in quo ſeptem oculi erant; Angelos quoque cuſtodes noſtros expreſſiſſe: *ſuper lapidem vnum, ſeptem oculi ſunt:* & Gloſſa hic [vel per ſeptem oculos vniuerſitas Angelorum deſignatur, vnde Dan.4. Angeli dicuntur vigiles,& Matth.18. *Angeli eorum ſemper vident faciem &c.*] Porrò quomodo non vigiles appellantur, quæ tot oculos habent, cuſtodiæ intentos? Sed in hac quoque vigilantia vnum eſt adnotandum, videlicet, quid eſt, quod Angelos cuſtodiamq. exprimat in lapide? *in lapide vno ſeptem oculi ſunt:* & quidem, lapis, firmitatem, ſoliditatemq. ſignificat, vt in ſupradicta Expoſitione,

Diabolus faber ferr.

Iſ 54.16.

Zach.6.2.

Bellum cũ Dæmone.

Zach.6.8.

Angelus faber contra Diabolum.

Quare Dominus oſtẽdat Angelos.

Pier de oculo.

Zac.3.9.

Digitized by Google

Angelus in ſeptem oculis petræ.

ergo eſſe cuſtodiam in lapide, eſt eſſe firmiſſimum, & permanentiſſimum præſidium, ac tutelam; quam enim ob rationem claudet protectionis ſuæ oculos, aliquando Angelus? non ob proſpera, aduerſa, ob ſcelera &c. quin addc à Domino dictum de ipſomet Angelo: *non dimittet te cum peccaueris:* (Ex. 13. 21.) obijciet pænitentiam, facti turpitudinem, vias omnes, quibus peccatorem retrahat ad errata corrigenda: *non* ergo *dimittet te cum peccaueris*: qui ſupra petram videtur innixus. Deinde oculi iſti, qui hic ſuper petram dicuntur eſſe, alibi deſcribuntur, diſcurrere latè totum orbem: *& videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorababel, ſeptẽ iſti oculi ſunt* Domini *qui diſcurrunt in vniuerſam terram &c.* (Cap. 4. 9.) quid grauius lapide, & ſolidius? & tamen oculi illi lapidis diſcurrere dicuntur per omnem terram; præterea quomodo oculus poteſt circumire terram, cuius nõ eſt munus hoc præſtare, ſed pedum? Primò, ne credas ſtationem tãtum habere in te Angelum vigilem, ſemperq. aſſiſtere ad repellendas inſidias, ſed circumire ad occurrendum hoſti; habet ergo oculos, q̃a vigil, & cuſtos eſt; & videtur in hac protectione firmiter inuigilare; ſed diſcurrit, quia inſidias omnes obuius frangit, ac reſoluit: ſicuti illi Cant., quos diximus ſanctos Angelos ſignificare, erant vigiles cuſtodesq., ſed circundabant ciuitatẽ perſequentes inſidioſos: *inuenerunt*, inquit, *me vigiles, qui circumeunt ciuitatem*: & deinde vocat illos cuſtodes murorum; inquantũ cuſtodes murorum, ſunt oculi in lapide; inquantum verò circumeunt ciuitatem, ſunt qui ad noſtram ſalutem huc illucq. proſpectant, & vagantur: Alibi quoque viſus eſt Angelus huiuſmodi: *& vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cælo amictum nube, & iris erat in capite eius, & facies eius erat vt Sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis; & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dexterum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram &c.* obſerua quæ in Angelo cõ-

quare ſint ſuper petra oculi.

Cant. 5. 7.

Apoc. 10.

ueniant. primo iris quæ imbrifera dicitur à Statio

Imbrifera potitur Thaumantide Iuno. (lib. 4. Poll.)

Quę quidem aduerſo Sole inter nubes, pluuiam indicat in Angelo gratiarum, vt mox dicemus; deinde pedes habet columnæ, & columnæ ignis. manifeſtum eſt (vti dicemus cum de olla ſuccenſa) ignem velocitatis eſſe hieroglyphicum, ſic Expoſitores in verſ. illo Pſal. *ſicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos &c.* ſi pedes ergo veloces habet, quare ſicut columnæ? hoc diximus ſupra, ſignificare illud, quod oculi dicuntur diſcurrere per totam terram, & ſunt ſuper petram. dicuntur marmoreæ, quia nulla leuitate mouentur, vt dimittat Angelus, quem cuſtodit; ſed igniti, ac veloces, quia veniat calamitas ab inferno, ab aere, à propinquis, à qualibet re &c. ſemper Angelus paratus eſt occurrere, & in hoc ſenſu ſequitur, quod *pedem ſuum dexterum poſuit ſuper mare: ſiniſtrum autem ſuper terram:* vt locus vllus (nemo credat) quod vacuus ſit a protectione Angelica. At vero, vt ad cætera deſcendamus, quod dixi Irim in capite Angeli, ſimulq. Solem in facie, & in corpore nubem, imbrem efformaſſe gratiarum, hoc modo probari poteſt: exprimimus fælicitatem optatam, deinde aduenisſe, per pluuiam, poſt diutinam terræ ſiccitatem: cum autem turbatur cælum, & nubes denſiores apparent, ac ſuccedunt tonitrua; ſtatim ſcimus pluuiam deſcendere; porrò defectus pluuiæ, carentiam, dicit diuinorum beneficiorum, vti interpetratur Tertull. locum illum: *& mandatum eſt nubibus ne pluerent imbrem ſuper vineam Soreth*; hoc eſt cæleſtia beneficia ne caderent ſuper Iſraelis domum; Dominus quoq; pluuiam optatam cælo turbato, ac reſonante dedit Eliæ: *cumq. ſe verteret huc, atq. illuc, ecce cæli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus; & facta eſt pluuia grandis:* (3. Reg. 18. 45.) victoriam quoque hoc ſigno conſequutus eſt contra Philyhiſtiin, Samuel: *intonuit autẽ Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſtim, &c.*

Firma cuſtodia Angelica.

Digitized by Google

1.Reg.7.9. *& exterruit eos: & caſi ſunt à filijs Iſrael*: & lex data eſt, & cæleſtes gratiæ, cum mons crebro rumore nubium reſonaret: *iamque aduenerat tertius dies,* Ex.19.15. *& mane inclaruerat, & ecce cæperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem &c.* Itaq. perſæpè expectatæ gratiæ hoc modo dicuntur aduenire: videns ergo in Angelo iridem, ſolem, pluuiasq.; quid aliud dicas, niſi aduenire tonitrua, imbresq. gratiarum? ſequitur ergo Ioannes: *& cum clamaſſet loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas*: at ergo deſcendat pluuia donorum; poſthæc concludit, ordinatum eſſe Ioannem; tradidit enim librum, quo deuorato dixit: *oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis &c.* Propterea quando affligeris, turbaris, tribulatione premeris, ac tibi videtur Angelus vultum ſuum operuiſſe nube derelictæ cuſtodiæ, ac voces audire potius terroris, quam furoris, ſcies breui aduentare pluuiam, nubes, iridem, & imbres, gratiarum eſſe, non deſpectionis. in media tribulatione, & tempeſtate ſcias eſſe faciem gratiarum. Pete hoc ex Scriptura. Eſther ad aſpectum Regis turbata eſt, & exanimis cecidit ſuper ancillas; interrogauit Rex: quamobrem id eueniſſet, & cur nō loqueretur Regi? reſpondit: *vidi te Domine quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum, præ timore gloriæ ſuæ*: ſi vidit quaſi Angelum glorioſum, cur conturbata eſt, & timet? & quomodo terror cohæret cū viſione Angeli? indicauit, quod diximus, non eſt terror, qui deijciat, non tempeſtas, quæ abſorbeat, ſed infra: *valdè enim mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum*: turbauit me aſpectus hic, ſed eſt illa turbatio quam affert Angelus, cum nos videtur inter tribulationes derelinquere, vt dicet fauoribus: *& facies tua plena gratiarum:* quando enim nos deſerit Angelus etiam peccatores? propterea oculos etiam vides in petra, & eoſdem oculos deinde in ſtanno: ſtannum ait Hieronymus, peccatores ſignificare; magnus ergo amor illorum eſt, qui ſtannum cuſtodiunt: *& videbunt lapidem ſtanneum in manu Zerobobel; ſeptem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt ſuper vniuerſam terram:* ſunt oculi, & diſcurrunt, quia agunt, quod pedis eſt, & quod oculi: hoc expreſsè in Pſalmo: *Angelis*, inquit, *ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te: cuſtodiant*, & ideo ſunt oculi: *portabunt, in manibus*, & ideo pedes habent ad diſcurrendum, geſtatorum quodammodo officium præſtantes, ne vnquam offendamus ad lapides pedes noſtros; Cum ingruit tota aduerſitatis miſeria laxata ab inferno; & videris tibi pericula omnia euaſiſſe, per viam incedis laqueos mundanorum inſidioſam, & incolumis tranſis; nonne æquum eſt aſſerere Angelum illa omnia impedimenta calcaſſe, teque abſq. vllo detrimento in manibus portaſſe? proinde ergo ſequitur: *ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem:* Angeli auxilio, pede (vt ita dicam) Angelico, proteres monſtra malorum ſerpentia, nam poſt quam dicit te eſſe in manibus Angeli, ſubdit: *ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis:* quaſi dicat, ſuo ipſius pede protectionis, dum conſiſtis in manu ipſius calcabis baſiliſcum infernalem, & & leonem rugientem calamitatis noxiæ. qđ dicit, in manibus portabant te, Syrus interpres vertit in vlnas, ad ſignandum effectum educatoris: vt Simeon, accepit Ieſum puerum in vlnas ſuas. Maldonatus, putat alluſum, quia quæ manibus geſtamus cariſſima nobis ſunt, qđ italicè dicimus [è portato in pianta di mano,]

In facie Angeli qđ ſit terror

Eſther 15.16.

Ibid.

non derelinquunt peccatores.

In manibus nos portant.

Syrus.

Vt autem ea quæ de cuſtodia, ac vigilantia diximus, magis pateant aſſumamus, (quam toties ſupra) quadrigam Ezech. quamobrem notandum eſt, quod ad litteram Theodoretus, de Angelis intelligit quadrigam hanc, quod placet pluribus, & non abſque ratione. Secundò, eidem Maldonato videtur, Eze.10.11.

Digitized by Google

quod illa quattuor animalia, licet ſpecie viſa ſint diuerſa, vnum tantum extitiſſe diuerſas facies habēs; quod probari etiā poteſt (vt dixi in expoſitione de Sancto Thoma Aquinate) ex cap. 10. *Et eleuata*
v. 20. *ſunt*, inquit Ezech. *Cherubim: ipſum eſt animal, quod videram iuxta flumen Chobar*; & paullò infra: *ipſum eſt animal, quod vidi ſuper Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar:* Itaq. quod multiplex erat capite primo, hoc inuenitur vnū eſſe. His præmiſſis, multa licet contemplari de vigilantia, de diuerſitate facierū, de ſpecie ignis; quæ quidem omnia cum alijs ſcripturæ locis enucleatius cōferemus; & primò, animalia hæc, quæ cōſpecta sūt à Ioanne, & dicta ſunt, quòd haberent corpus, & alas plenas oculis: *plena oculis ante, & retro:* Angeli cuſtodiam præbent, qui totus erat plenus oculis. Igitur rectè vides, non ſeptem Angelos ſuper lapidem exiſtere, ſed multiplices oculos vnius Angeli ſuper vnum hominem; & quia numero ſeptenario multiplicitas intelligitur, omnem pene cuſtodiam expreſſit his oculis; non veniet malum à qualibet partē, ſemper .n. inde oculos apertos habet: Dauid in Pſal. *oculi Domini ſuper iuſtos:* Baſilius interpretatur hoc de Angelis, qui dicuntur oculi Domini; & ibi: *Inſtruam te in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum:* firmabo cuſtodiam meam ſuper te, ideſt Angelum multiplici oculo cuſtodientem: firmabo ſuper te oculos meos, Hæbr. cogitabo de te oculo meo, ideſt cogitabo quid expediat ad tui ſalutem, oculo meo, cū hoc meo Angelo, cuſtode tuo, ipſe loquetur mecum, & ego ſecum. (more humano loquitur) cogitabo, quod opus eſt ad tui incolumitatem; Angelos ibi interrogat Dominus: *quid faciemus ſorori noſtræ, in die quando alloquenda eſt?* reſpondet: *ſi murus eſt, ædificemus ſuper eam propugnacula argentea, ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis:* ſtatim reſpondent cum agitur de donis, ac largitione, ædificemus murum, ædificemus propugnacula. Cæterum cū cogitat Deus cum Angelis de pœna aliquibus infligenda, nulla vox auditur; nec enim iuſtitiæ Dei miniſtri quodammodo eſſe poſſunt, ſic cuſtodes videtur ibi alloqui Deus, cum ad puniendum Moab init conſilium, atq. *audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valdè, ſuperbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius pluſquam fortitudo eius &c. his qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas:* nulla hic reſponſio, licet enim cognoſcant delinquentem, non damnant, ſemper proni ad beneficium, nunquam ad malum irrogandum.

[Marginal notes: Quattuor animalia Eze. vnum ſunt. — Apoc. 4. 6. — Angelus plures habent oculos. — Baſ. Pſ 33. — Pſal. 31. 8. — Deus adhibet ad cōſilium hominis, cuſtodem. — non damnant delinquentem. — Iſa. 16. 6.]

288 Exemplum huius rei in Angelo egregium habemus in Scriptura; vbi Iſaias vidit Dominum in maieſtate magna; *vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & ea, quæ ſub ipſo erant replebant templum &c.* in hoc obſerua Prophetam ſe tali aſpectu nimis indignum exiſtimaſſe, ac labia polluta habere conqueſtum eſſe: & dixi; *veh mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum; & in medio populi polluta labia habentis, ego habito; & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis:* vix hæc protulit Iſaias, cum ſtatim deſcendit, hæc audiens, ſpiritus æthereus, & forcipe ſumpto calculo de altari, tetigit labia Prophetæ: *& volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur:* poſt hæc Dominus aliquem cupiens mittere ad prædicandum interrogauit, ſi aliquis egredi ad prædicandum volebat: *& audiui vocem Domini dicentis, quem mittam? & quis ibit nobis?* nec aliquis reſpondet è ſpiritibus aſſiſtētibus, quod videns Iſaias, reſpondit ipſe: *ecce ego, mitte me:* hic admiratio conſurgit; forſan miniſtri non aderant, cui millia millium aſſiſtunt, & decies centana millia? an indiget homine, qui famulatum ſupernum habet Angelorum? vel quare non

[Marginal notes: Iſa. 6 1. — Quaſi recuſant opus iuſtitiæ implere.]

Propter sūt ad miſericordiam.

non interrogatus, nec iuſſus ad vocem ſtatim accurrit Angelus Iſaiæ, ad vocem verò Domini tacet; ſequitur infra: *excæca cor populi huius, & aures eius aggraua; & oculos eius claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum:* hoc opus iuſtitiæ eſt; quomodo poteſt hæc præſtare Angelus, qui aduerſa omnia ab hominibus abſcindit, ſemper intentus incolumitati, ac ſaluti? ergo licet iuſtè ſint damnandi, tamen hoc neſcit præſtare, ad Iſaiam iniuſſus accurrit, quia opus miſericordiæ eſt, & pietatis à labe labium Prophetæ purgare; quamobrem quaſi inops videtur in cęlo Deus abſque miniſtris, cum illis offertur opus iuſtitiæ à iuſto, & miſericordi Deo, adeo procliues ſunt ad miſericordiam; quid ergo mirum ſi tacent cū interrogantur, qua pœna dignus eſſet Moab? alibi verò Iuriſperiti partes gerit abſolutiſſimas, vt hominem cuius curæ deſtinatur ſaluet, iam iam conficiendum tormentis, vti Iob dicit: *appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis, ſi fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus:* alia lectio: *vnum de millibus: vt annunciaret hominis æquitatem:* ſiſtit in vno puncto, cum nequit aliud proponere, cum virtutibus omnibus videt hominem quem protegit deſtitui, ſufficit ei, vt vnum tantum proponat; ita enim facunda oratione illum exornat, monſtratq. abſoluē dum eſſe reum, vt victoriam inde reuehat, vt annuntiet hominis æquitatem, & cæteras virtutes; ſufficit hoc vnum: ſequitur, *ergo liberauit animam ſuam ne pergeret in interitum, ſed viuens lucem videret:* tot verba componit, & tali modo profert, vt totam artem explicet ad illius defenſionem. Porrò multoties cum non habet ſufficiētes rationes, quas ad incolumitatem hominis producat, eò modo ſe gerit inter defendendum, ac illi ſolent, qui cauſſam habent perditiſſimam, delicta grauia ex ſeipſis probata, & tamen verbis agunt, ac ita orationem ad hoc componunt, vt videantur euidētiſſima cauſſæ merita producere. hoc eſt videre in Zaccharia, vbi deſcribitur Ieſus Sacerdos oppugnatus à Sathan, eò quia (vt Expoſitores) malè rexerat populum, nimium indulgens erranti; ſtat ergo habēs Sathanam à dextris: *& oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini, & Diabolus ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei:* hinc Angelus adiuuans, illinc Dæmon inſidians; in medio verò Ieſus ſacerdos præ culpa ſordidus; quis ergo dubitet ſupra hominem ſordidum labe poteſtatem magnam non extitiſſe Angelo tartareo? at cauſſam Sacerdotis defendit, & Angelus, & cum animaduerteret nullum defenſioni eſſe locum, minis, clamore, & voce altiori hoſtem terret, & hoc modo videtur pro ratione militare, ſed potius pro pietate exclamat, ergo hoc modo: *increpet Dominus in te Sathan, & increpet Dominus in te, qui elegit Ieruſalem; nunquid non iſte eſt torris erutus de igne:* Nota quid dicat: *nunquid non iſte eſt torris erutus de igne?* nō habet meritum quod proferat, adducit ergo quod erat ſacerdos ille; & licet id in damnum redundet; attamen verborum copia, vi, & modo victor extat; quin addit Propheta, vt magis victoria appareat Angeli: *& Ieſus erat veſtitus veſtibus ſordidis;* quaſi diceret, ne tibi videatur exigui momenti hæc victoria; magna omnino eſt, quia is, quē Angelus protegebat erat veſtitus veſtibus ſordidis, debuerat ob maculas ſordis ſubijci Diabolo, ſed efficacibus verbis inuoluit inimicum, & ſuperauit. At iſta animalia habebāt alas plenas oculis ante, & retro, quod quomodo in cæteris cōtingat; alibi fuſius, nunc ad Angelos: nil poteſt, quod pluries dictum eſt Angelos à tutela, cuſtodia, ac protectione reuocare; habet autem oculos retro, cum præparat iter, quo parato, per ſalutaria nos incedimus; ſicut Angelum dixit miſſurum Deus, vt præpararet viam ante faciem tuam &c. lætus præcedit, vt per veſtigia ſignata, atque impreſſa probitatis,

Iob 33.33

Patronus in re noſtra Angelus.

qui præſtet, vt vincat.

Zac. 3. 1.

Digitized by Google

tatis,ac virtutis ſequamur; tunc verò videtur oculos retro habere; vt cuſtodiat, & reſpiciat nos. ante, oculos habet;cum præcedimus per viam iniquitatis; ſequitur autem ipſe, quia non dimittit cum peccamus, oculoſq. intentos habet, reſpiciens præcedentem; & hoc igitur ſupremi amoris eſt, vt protegat errantem, reſpiciat,ac ſubleuet offendẽtem.Quod Angelus,ante, oculos habeat, patet ex pluribus locis ſcripturæ, ſed quomodo probo habuiſſe Angelum oculos retro? ex Geneſi hoc deduco, vbi Agar poſtquam loquuta eſt cum Angelo,hęc addidit: *tu Deus, qui vidiſti me: profectò hic vidi poſteriora videntis me*: quomodo poteſt hoc verificari, vt qui fugit videat inſequẽtem? quomodo ergo dicit profectò vidi poſteriora vidẽtis me, quæ dum videbat poſteriora videbatur ab illo: habet etiam Angelus oculos ad poſteriora, ideſt retro in dorſo,reſpicit inſequentes, ne in errorem aliquem labantur, dum præparat viam,atq;dũ incedit, eo modo videt iter non adhuc pede emenſum, vt videt retroacta veſtigia, quia oculos habet retro;ſicut luſit ille apud Plautum: *oculos hæc habet in occipitio.*

Quando præcedit, & quando ſequitur.

Gen. 16. 14.

Plut. in aull.

289 Puerorum educator, cui demandata eſt adminiſtratio, de puero; omni vigilantia huic oneri incumbit; ne in aliquod noxiũ impingat; nũc inſtruit,nunc auxiliatur,modo hilarem vultum oſtendit,modo flagellis cædit; dum tamen vertit oculos aliò, occupatus, non poteſt huc eſſe; ſi tamen plures haberet facies, poſſet plura intueri; cuſtos Angelus vndique nos proſpicit; quia vndique habet facies; quatuor facies vni; Hæc omnia luce clariora eſperta illa ſancta mulier Iudith aiebat: *quoniam cuſtodiuit me Angelus* Domini; *& hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem*: hinc Matth. 18. *videte ne contemnatis vnum de puſillis iſtis; dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei*: ecce quomodo innuere videtur plures habere facies Angelum, alterã qua cœlum; altera in qua terrã, inſpiciunt; vna patrem,alia pueros, & puſillos, ſicq. in cælis gaudentes,gerunt curam de hominibus in terris; *quatuor facies vni*: Speculator, quis vnicam tãtum parte turris cuſtodirũ poteſt, & ex illa arcere inimicum; at ſi ex altera parte hoſtis turrim aggreditur, illam niſi fallor,expugnabit. At Angelus cum habere quatuor facies dicetur, vndique excubias admouebit; vndique inimicum arcebit, nec ſomno occupabitur, quippe q plurimos habet oculos; hinc Pſal. *non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael*: ſpeculator inſuper, & bonus cuſtos ciuitatis, ne dum tempore obſidionis illam cuſtodit, muniendo muros, ne hoſtes in de ciuitatem adoriantur,ſed etiam intra ciuitatem curam ciuium gerit, vt victus non deſit, vt bellicæ munitiones præſto ſint; inſtruit quoque ciues quomodo ſe gerere debeant, ſi cum hoſtibus fuerit dimicandum; ita Angelus quatuor facies perhibetur habere, vt ne dum exterius aduerſum ſpiritus malignos, nos protegat, ſed etiam interius admoneat, quomodo cautè ambulemus,quomodo extirpandæ ſint paſſiones; vnde non ſolum in Cant. dicitur: *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem*: quod ad cuſtodiam externam, reſpectu Diaboli referri poteſt: ſed etiam dicitur: *filij matris meæ pugnauerunt cõtra me*,legit Origen. *vt in me deſtruerent vitia, & paſſiones*. *Quattuor facies vni &c.* numerus quaternarius vniuerſitatem indicat,vt videre eſt ex Gregorio.Aiebat Tucydides, quod quando numeroſæ ſunt hoſtium copiæ, acies quadrata plurimũ valet; videt Angelus, noſtros inimicos, inſidias & Diaboli eſſe innumeras, vnde Pſal.aiebat,auxilium expoſcendo: *multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me*: idcirco aciem quadratam parat, vt fortior ſit cuſtodia: quatuor facies &c. quando aliquis vult apud ſe retinere amicum noua ſemper excogitat, vt illum alliciat, ita Deus facere perhibetur; nunc enim minis, nunc blanditijs,nunc beneficijs,nunc flagellis

vt

Angelus obſeruat pluribus faciebus.

Iudith 13. 10.

Matth. 18. 10.

Angelus dictus cuſtos.

Angelus dictus monitor hominis.

Cant. 5. 6.

Eſt fortis ad defendendum.

Pſal. 68. 5.

Digitized by Google

Angelus nullum relinquit lapidem, vt à peccato diſcedamus.

vt animā in gratia ſua confirmet;ita Angelus ne labamur in peccatū, nunc Leonem ſe oſtendit animæ, terrendo; nunc Bouem incitando;nunc Hominem placidè conſolando;nunc Aquilam cæleſtia ſugerendo: *quatuor facies vni*, ideſt omnes modos exercet,vt à peccato diſcedamus, vt videre eſt in populo Iſrael in exitu de Aegypto, qui, nunc beneficijs, nuuc caſtigationibus, nunc blanditijs, nunc terroribus,populum ab idololatria conabatur auertere; demum *quatuor facies vni*: quia ſicut ſedula mater propter affectum erga filium,quem infirmum iacere videt nunquam quieſcit;nunc paſcit,nunc a ſomno ſuperfluo excitat;nūc ſolamen præbet: ita Angelus egit cum Elia, qui volēs declinare perſequtionem Iezab.iniquæ fœminæ, fugit in ſolitudinem, cumq. laſſus ſederet ſub Iunipero: *& ecce*, ait textus, *Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, ſurge, & comede*: dumque ſecundo,& tertio,rediſſet,maximam ipſi incumbere curam oſtēdit, vt videre eſt verſ. decimo; nec ſolū paſcit, ſolatur,& inſtruit; ſed mittit in locum vbi ſcit Deum illi propitium, & beneficia præſtiturum,vt fecit cum illo,verſ.vn

Angelus ſedulo tractat noſtram ſalutem.

v. 11. decimo: *egredere, & ſta in monte coram Domino.*

290 Sed ab infantia tranſeamus ad virilem ætatem; & à facie hominis gradum faciamus ad faciem leonis, & ab educatore pergamus ad ſtrenuum defenſorem,quis enim non ſtupebit hunc conſiderans arma tractantem, vt hominem defendat? vt ait Pſal. *à ſagitta volante*

Pſal. 90. 5. *in die,ab incurſu,& Dęmonio meridiano?*

Angelus figit tentoria circa nos,vt defendat.

ſi quis videret ſtrenuum militem, ac equitem caſtra ponere milites ordinare aciem dirigere; diceret ſtatim ob duo id factum; vel ad oppugnandum, vel ad defenſionem ab inimicis; quid dices videns Angelos caſtra ponere, ac dirigere arma circumcirca hominem? dicat hoc Pſal. qui poſtquam dixerat:

Pſal 9. *non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die &c.* ſubdidit rationem cur timere non deberet, dicens: *cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit:* cadere in ſermone vſitato à Spiritu Sancto,ſignificat caſtrametari; tentoria figere;ſic in Geneſi,vbi de Iſmael dicitur: *coram cunctis fratribus figet tentoria*; quod cum Angelus Agar matri prædixiſſet, id opere perfectum eſſe ſcriptura declarans, ait: *coram cunctis fratribus ſuis obijt:* Septuaginta vertunt; *habitauit*; ſicq. legit Aegellius noſter: *cadent à latere,caſtrametabuntur, & figent tentoria:* igitur Angeli iuſtum hominem ambiunt vndique, circumuallantque; *vt non timeat à timore nocturno, à ſagitta volante in die &c.* ideſt à nulla ſpecie tentationis; de his ſpiritibus dicitur: *immittet Angelus, ideſt Angelorum cohors*, græcè, *caſtrametabitur*, & pauenti, nutantique ſeruo oſtendit Eliſeus montem plenum equorum cathaphactorum,& in Pſal. dicitur: *currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium*: nec non Deuteron. *apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia.* Depoſitarij,vt volunt Iuriſperiti, tenentur de leui culpa, & aliquando, etiam de leuiſſima, & hoc ratione contractus depoſiti;quia omnē tenentur impendere curam,ne pereat;tam arcta eſt adminiſtratio, quam Deus Angelis ſuis præcipit de nobis, vt ſi fas eſt, ita loqui,fecerit Depoſitarios noſtræ vitæ, & ſalutis; audi Dauid in Pſal. *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiat te in omnibus vijs tuis*: Agellius ſic traducit: *tanquam fideliſſimi Depoſitarij te ſaluum,incolumemque repræſentent*: quod voluit indicare Ezech. qui ſupra tribuit illis, plures facies, pluresq. manus, tanquam ſi vna, aut altera non ſufficeret.Nunc ipſum magis confirmat Matth. in illis verbis: *Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum:* quæ licet fuerint dicta à Dæmomone, deſumpſit tamen à ſcriptura ſacra. Auguſtin. & Tertullian. *mandauit Angelis ſuis ſuper te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*:Paraphraſ.legit: *fortitudine tua portabunt te:* Sed vltra in

Gen 16.12 · Gen. 25. 18. · *Angelos arcet timorem. dum adeſt* · Pſ. 33. 8. · 4. Reg 6. · Pſ. 67. 18. · Deut. 33. · *Angeli ſūt Depoſitarij noſtræ ſalutis.* · Pſ 9. 10. 9. · Matt. 4. 6.

Digitized by Google

in verbo portandi exprimitur protectio, ac cura, vt Iſaias: *qui portamini à* Iſ.44.3. *meo vtero*: & alibi: *vſque ad ſenectam ipſe portabo*: in his ſcripturæ locis, de Iucunda Angelo cuſtodia. mira Dei prouidentia, ac cura, ſermo eſt: in Iobo quoque, onus: *ſub quo cur-* Iob 9.13. *uantur, qui portant orbem*: ideo rectè hoc indicat, Angelum, potentiam omnem, fauoremque in protegendo conferre. Notat verò Agellius, quod *portabunt*, inquit Pſal. *in manibus*, non humero; quaſi dictum ſit: non erit Angelo, oneri, protectio, & cura; quia iucundum erit ei te in manibus portare; nam quæ cara ſunt, vt ſemper viſa excitent affectum, manibus circumferimus; ſic Dominus hoc explicans, ait: Iſ.49.16. *in manibus meis deſcripſi te; muri tui coram oculis meis*: ſemper hanc vrbem intueor; quamobrem eam mihi videor manibus conuoluere, ſequitur autem *ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*, Paraph. *ne fortè impingant cupiditate praua ſimili lapidi pedes tui*: Innumeri ferè lapides offenſionis ſunt in Matth 18. mundo; vnde Dominus: *veh mundo à ſcandalis*! at ab his nos eruit Angelus: & Iob *cum lapidibus regionis erit* Iob 5.23. *pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi*: hoc videlicet Angelorum officio.

291 Antiquitus, homines, qui non recta via incedebant, hoc adagio indicabant veteres: *aberrat à ianua*, vel *à via*: Ariſt. 2. metaph. vſurpat hoc Ariſtoteles, & Ariſtophanes & facetè Plautus ludit hoc modo: Maria ducit ad Mare Dei. *viam qui neſcit qua perueniat ad mare, eum oportet amnem quærere ſibi*: obiter intellige hoc de Virgine, quæ amnis dicitur in ſcriptura: *ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquaeductus exiui* Eccl. 24. 43. *de Paradiſo*: qui vult peruenire ad Deum mare diuitiarum omnium, quærat ſibi comitem (ſi neſciat quomodo) Mariam fluuium. Sed ad rem propoſitam ludit Plautus inertes: in Eccleſ. Eccl. 10. 15. *labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt in vrbem pergere*, vbi Olympiodor. de vtraque hoc Eccleſia accipit, vel de militāte, qui neſciunt ſibi rectè viuendi normam proponere, iuxta Eccleſiæ formam; vel de triumphante, qui volunt pergere ad cæleſtem Ieruſalem. Igitur labor noſter ſtultus erit, & inutilis; ſed Angelus nos ab hac cura tollit, neuè à ianua aberremus ducit. Itaque docet quomodo poſſimus peruenire ad ciuitatem cæleſtem: *nam Angelis ſuis mandauit de te*: & quomodo vitam noſtram rectè componamus, & pedes habeamus ab omni offenſione ſolutos: *In omnibus*, inquit, *vijs*: non in aliquibus tantum, nec nos aliquando deſerit, licet hoc facere videatur, ſed vt pigrum excitet ad maiorem tantæ protectionis æxſtimationem. Sicuti infirmum, ſalutem, curamque medici negligentem videtur his verbis arguere medicus: tuæ, non tu conſulis ſaluti, nec quæ præcipio exequeris; ergò quid vltra eſt, niſi vt te me non audientem, dimittam? fruſtra ad te venio: his ægrotus ad ſanam aliquando mentem reducitur, cogitans, & quod detrimentum ſit medico auxilio deſtitui; ſic quoque cum homine propter peccata infirmo agit Angelus, & ſimilis erat vox illorum. *curauimus Babylonem, & non eſt* Ier.51.9. *ſanata, derelinquamus eam*: non hoc dicunt, quod verè diſcedant deinde, nunquam enim nos Angeli dimittunt, ſed hæc amantium fictio eſt. Et cum videtur diſcedere, ſed minime. duo adinuicem ſeparantur, quibus vtriuſque diuiſio diſplicet, alter oculo ſecreto obſeruat, quid alter gerat. Sic Angelus Agar videbatur ab illa diſcedere, non quidem quod ex culpa præterierit illam cuſtodire, ſed quod oculos ſuper illam intentos habuerit, probant ipſius verba: *profectò hic vidi po-* Gen.16. 13. *ſteriora videntis me*: Angelus cuſtos videbatur aliò declinare, & ideo: *vidi poſteriora*: ſed cuſtos eſt, & nunquam diſcedit, oculos fixos in eo habens, quem cuſtodit, & idcirco: *videntis me*: dum diſcedit, videt.

Non tamen prætermittas adnotare
(quod valdè cuſtodiam Angelorum 292
commendat) ipſum Deum Angelo poteſtatem quodammodo tradidiſſe diuinam

nam

Digitized by Google

nam; quod hoc modo probo. Modus eſt loquendi inter amicos, cum alter altero maior eſt; alterũ alterius nomene, ſæpe,in his,quæ accidunt vti.coniũctionem verò hoc modo Italicè explicamus [ſpenda il mio nome] quodcumque ab aliquo exegeris,nomine meo obtinebis,habeto nomen meum, me repræſenta; ſic etiam Deus Angelo hoc tradidit, vt plerumque ipſe nomen dicetur Dei, & ea videatur præſtare, quæ Deus: hoc probo in eodem capite, quod ſupra:
Gen.16.13 *vocauit autem nomen Domini,qui loquebatur ad eam: tu Deus, qui vidiſti me:* Angelum, appellat Deum; eſt enim locumtenens Dei. Vide qua poteſtate ornet Angelos miſſos ad noſtram cuſtodiam, & hoc quidem ad fauorem, & dignitatem redundat animarum, vt delegatus, totius videatur nominis participatione communicationem poteſtatis obtinere. Clarius hoc alibi:
Gen.23.21 *ecce ego mitto Angelum meum,qui praecedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem praeparaui tibi; obſerua eum,& audi vocem eius;nec contemnendum putes, quia non dimittat te cum peccaueris; & eſt nomen meum in illo:* [hà il mio nome] ecce communicatam, & mixtam inter vtramque poteſtatem: *quod ſi audieris vocem eius, & feceris omnia,quae loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te &c.* mutuato quoq. vocabulo luctatus eſt vſq. mane Angelus cum Iacob;interrogatus verò & quod nomen haberet? reſpõdit: *cur quaeris nomen meum quod eſt mirabile? vocauitq. nomen loci illius Phanuel:* Phanuel aũt interpretatur *videns Deum:* & ſupra cernens Angelos Iacob aſcendentes per aeream ſcalam, dixit: *hic domus Dei eſt,& porta caeli:* hic, inquit,nõ illic, vbi poteſtatem internouit delegatam, à Deo Angelorum: at quando hic ſumus,quid eſt (in alieno fermè ſenſu) quod Angeli, dormiente Iacob, aſcendunt,& deſcendunt? quare non in terris ad vigiliam conſiſtunt? vel ẽt quare diſcedentes redeunt.? Peccatore in peccatis exiſtente,videntur Angeli abire;

Delegatã Dei poteſtatem habet. Gen. 32. 29.

Gen.28.17

Cur animalia ibãt & reuertebantur.

ſed verè nũquam ille cuſtodia priuatur Angelica: vnde in hoc curru Ezec.quatuor illa animalia, quæ ad noſtram vſq. huc materiam iurè traximus,dicuntur,ꝙ *ibant,& reuertebãtur.* Is autem Angelus cum tibi videtur fauores oẽs, tutelamq. ſuſpendere,redit, cum lucem protectionis ſuæ interna quodam illuſtratione,ac ſapore reuelat. Ibant ergo,& reuertebãtur; reuertitur ſtatim repletq. hominem dono ſupremæ curæ. Quin etiam venuſtum eſt conſiderare: dum inter peccata verſamur, & quodammodo videtur Angelus, impedimento quaſi retrahere ſe peccatorum,per ſigna alloqui admonereq. illum,quem cuſtodit,quid expediat. Sic Dæmetrius filius Antigoni amicus Mitridati cum eum occidendum à patre comperiſſet, iuramento adſtrictus ipſe ne hoc cuipiam reuelaret, amicitia minime lædente iuſiurãdum,hoc modo illum certiorem reddidit de imminente fato;haſta quam manu geſtabat, ſcripſit hæc in terra: *fuge Mitridates*: qui rem coniectãs,fugit incolumis in Cappadociam. Angelus quoq. quando cognoſcit Deum nobis ob ſcelera refluentia,mortem meditari;ſigno aliquo certiores facit,vt legimus in Dan. Balthaſſar namq. vino æſtuãs, luxuria,ac omni ſacrilegio obnoxius,ſententia Diuina,morti addictus erat; at Angelus hoc,etſi non ore, ſigno tamen externo,vt præſtitit Dæmetrius,indicauit,ſcripſit.n.in pariete aulę, digito,mortem,ſententiamq., vt ea ipſa ſcriptura Rex improbus cõmonefactus pertentaret ſaluti viam, ac pęnitentia, quæcũq. malè geſſerat deleret: *in eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie aulae regiae*: quaſi diceret: vide Rex impie, hæc tibi ꝓpoſita ſentẽtia eſt, hac nocte ferro cõfoſſus,ac ſpoliatus regno,occũbes: quãobrem ſi tua tibi curę ſalus eſt;pęniteat te factorum, ac Deum illum quem contẽpſiſti,cole,& mortem euades: admonuit Regem in cõuiuio, & non ſolum hoc,ſed ẽt vt conuiuantium terror, ad perſuaſionẽ accederet pœnitentiæ. Sic quoque apud Zachariam

Dæmetrij in Mitridatem amicitia.

Dan.5.1.

reperies Angelos clamantes ad eos,qui peccatis diſtinebātur, quibus facilis eſt ruina, & flagellum imminens : *ò ò fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus*:

Zach 1.6.

veri hoc amici officium, cuius increpatio benigna eſt, dicente Dauid: *corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum*: alibi etiam dictum: *meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis*: &

Pſal.17.6

Seneca [minuta quædam animalia, non mordent, non ſentiuntur, adeo tenuis eſt,& fallens in periculū morſus: tumor indicat mortem, & in ipſo liuore nullum vulnus apparet: idem tibi in conuerſatione ſapientum euenit, nō deprehendas, quemadmodum,& quando tibi profit, profuiſſe tamen deprehendas] Angelus,vt proſit ſe oſtendit iratum aliquando, aliquando cædit, vt in vita Sanctæ Franciſcæ. Es ſollicitus nimium, nimium addictus lucro, cum animæ detrimento? rem vertit vt amputes nocua. Et licet tibi obfuiſſe videretur, profuit; ſic Ioſue dicitur Angelus apparuiſſe terribili aſpectu, hoc modo: *leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium, perrexit q. ad eum, & ait: noſter es, an aduerſariorum? qui reſpondit nequaquam, ſed ſum Princeps exercitus Domini, & nunc venio*: hic ergo, iuſſit, Ioſue ſoluere calceamentum de pedibus ſuis: *ſolue calceamentum tuum de pedibus tuis*: mirum eſt, quod homini mox congreſſuro cum hoſtibus præcepit ſoluere calceamentum de pedibus; quin potius oportebat illum armare, & non armis exuere. At iratus eſt ei, ad quem forſan aliquis expugnandæ vrbis timor irrepſerat. Non portare calceamenta, ait Hilarius, eſt, non timere mortem; hoc enim calceamenta ſignificant ex Gregorio in Cant. ſic etiam iubet Dominus Apoſtol. ſuos non habere calceamenta. Igitur hæc ſūt Angeli verba: locus in quo ſtas ſanctus eſt, diuina protectione, & animo conuolutis ventura? quin ſolue metus omnes, à Principe militiæ Domini protectus; neſcis diuina auxilia, hic quoque conſiſtere? Poteſt hoc etiam in alio ſenſu de illis intelligi, qui aliquod opus aggrediuntur,aliquali mundano detentū affectu, iubentur enim prius ſoluere calceamenta, ideſt terrenos affectus, deinde illud aggredi.

Sen. ep.49

Terret Angelus ad ſalutem.

Ioſ 5.13.

quid ſit ſoluere calceamenta.

Hilar. 5. Matt. c.x.

Matt. 10. 10.

Vel etiam expugnaturus Ierico, & Iericunthinos,ſtultitiam ſcilicet mundanam (Ierico enim interpretatur,Luna) & militiam Diaboli, ille pugnat armatus, qui diſcalceatur prius, ideſt abijcit, quæ terrena ſunt, noxias quoque paſſiones, & deinde victoriam reuehit; vel etiam ſpectare hoc poteſt ad Religioſos, qui ad excidium Ierico, ideſt mundi huius, ingrediuntur religionem; opus ergo eſt, ſi victoriam parant abſolutiſſimam, anteactæ vitæ ſtudia relinquere, mundana quoque deſideria dimittere, mores veteris hominis abijcere; & ideo autumat Origenes, iuſſum eſſe calceamenta deponere Ioſue, nempe vt anteactæ vitæ mores, noua aggreſſurus, aboleret. Igitur mundū ſpernat qui properat ad deſtructionem Diaboli in terra ſancta religionis. Alio quoque pactō, & hoc de religioſis conſiderari poteſt; vt qui ad res, quæ quodammodo difficiles videntur inuitatur; nempe ad deſtructionem Ierico,eo modo quo deſtructa fuit, modulatione ſcilicet, & Symphonia; prius obedientia debet ſe munire, quo peracto, ſciat ſecuram victoriam ſibi parare. Calceamentum rationem ſignificat, vt Philo, pes ergo calceatus,eſt humana ratione, tecta exequutio; nil ergo conſideret, qui ſubditus ad ardua mittitur, & ſua exiſtimatione impoſſibilia; procul ſit diſcurſus, & ratio, ne cogitet religioſus Ioſue quomodo vrbs munitiſsima poſsit breui manu militum expugnari; ſoluat calceamentum de pedibus, nulla obedientiam informet ratione, pareat tantum; ſed ad ea quæ de Angelo. Obijcit timorem, conſulens ſaluti; & quomodo abijcit? quid mente conuolutis, auxilia noſtra experturus

Religioſus quomodo ſoluit calceamenta.

Origen.ſ. Ioſ.ho. 1.

Obedientia in Religioſis.

Philo de ſacrificio Abel. & Cain.

in

in terra hac ſanctaſita quoq. Iacob cum dormiret vidit Angelos, & ſcalam, vt ſupra dictum eſt; expergefactus autem: *pauenſq. quam terribilis eſt*, inquit, *locus iſte:* ſed quomodo terribilis eſt? ſequitur: *non eſt hic aliud, quam domus Dei, & porta cœli:* terror quem incutiunt Angeli, ad ſalutem eſt, inde apparet porta cœli, nec indignatio eſt ad deſtructionem, ſed inſtructionem, & maiorem virtutem, ſicuti legimus de eodem Iacob, luctatus enim cum Angelo fortior appellatus eſt: *& ecce vir luctabatur cum eo vſque mane, qui cum videret q᷑ ſuperare non poſſet, tetigit neruum fœmoris eius, et ſtatim emarcuit etc. nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael; quoniam ſi cōtra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* magna hic Angeli beneficia orta ex aliquali conflictu, ac terrore. Obſeruare poteris Angelos, nos plerumq. ita inſtruere, vt magiſter artis militaris, ſuos; ſuperior, nulli dubium, ipſe, viribus, arte, ac experientia eſt, & cum diſcipulo congreditur, inſtruens, & quomodo inimici conatus omnes eludat, arte, atque hæc omnia monſtrat experimento. plerumq. verò ictum infligit diſcipulo, & ſæpe patitur ab illo vinci, vt artem omnem monſtret, & edoceat; ea arte Angelus imbuit Iudith cōtra Holofernem; ſed hic inſtruit Iacob, vt fortior euadat, aitq. vide Iacob lucta hæc te docebit, nec putes æquales meis eſſe tuas vires, quin ſcito me tactu ſolo te vulneraſſe: *tetigit neruum fœmoris eius: & ſtatim emarcuit:* hoc ego facio, vt edoceam te, quomodo in vero certamine te geras, & quoniam eſpertus ſum, te fortem eſſe, nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael; *quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? &c.* ad hoc autem reſpexit ſcriptura in Cantic. *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me.* Notat Pſellus, vt ſupra, quod quando nos per peccatum declinamus ab ipſis, & à Chriſto, quærunt nos, & inuentos, videntur quaſi, amico vulnere, afficere: at quod hoc vulnus eſt? hoc pacto explicari poteſt: ſi diſceſſimus à Deo ex nimio affectu ad terrenum obiectum elongati, in aliquod diſcrimen ſalutare coniectos nos terrent, vt nunquam ad tale obiectum redeamus; ſequitur namque: *abſtulerunt pallium meum:* poſtquam dicit ſe eſſe vulneratum, ſpoliatum ab hoc pallio, affirmat, legit idem author [abſtulerunt velum meum ab oculis meis, vt clarius intuerer ſponſum,] obducto, caligine terrena oculo, non poteram ſponſum intueri, at inter vulnera terroris didici, & quis, & vbi eſſet ſponſus meus, præterita ſtudia eliminando: *abſtulerunt velum meum ab oculis meis, vt clarius intuerer ſponſum.*

Gen. 32. 29.

Simile.

Magiſter artis militaris Angelus.

Angeli docent nos Deum.

Cant. 5. 6.

auferunt velum ab oculis.

Illud autem adnotandum eſt, quod 293
non dicit, inueni cuſtodes: ſed *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem:* & cuſtodes murorum; quomodo aberrant ad quærendam ſponſam addicti murorum cuſtodię? ſumpta eſt ſimilitudo à patre, qui ſeruos mittit, huc, illuc, vt errantem filium reuocent; ideo dicit *inuenerunt me*: diſcedentem à domo patris, ſicut filius ille Prodigus, qui per peccatum (vt Expoſitores) à paterna commoratione gratiæ ad culpam declinauit; ſerui miſſi inuenerunt me, ac reduxerunt; inde illa vox Dei ad ſeruos Angelos: *ite Angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſtquam non eſt alius; ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius:* at quid perficiunt ſerui miſſi ad gentem hanc eiectam aberrantem, ac ab omni culpa conculcatam? ſubdit: *quia hæc dicit Dominus ad me, quieſcam, & conſiderabo in loco meo &c.* ego præſtolabor, quid gerant ſerui fideles, ſequitur ergo: *in tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo diuulſo, & dilacerato a populo terribili, poſt quam non fuit alius, à gente*

mittit Angelos Deus vt quærāt errantes.

Iſ. 18. 2.

Angelus reducit errantes. *expectante, expectante, conculcata; cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum, montem Syon*: ipſi abſtulerunt velum, vt videret quomodo gens fortis, poſtquam non eſt alia, conculcatur, & abijcitur, & expectat, & ſperat in vanitate; quo peracto, ſtatim ad Dominum gens illa conuerſa eſt.

194 Plerumque vides, renuente omnino peccatore ad mentem regredi, & admonitiones recipere, Angelum, inſtar dolentis amici mœrentem; miſſus.n. à Deo ad errantem peccatorem, cum etiam ablato velo, nil videt proficere, ad lamenta, quodammodo cõuertitur, & dolorem. Sicuti nuntij Ezechiæ, qui ad Rapſacem perrexerant ad annuntiandam pacem, propter blaſphemias contra Deum ipſius Rapſacis, ſciſſis veſtibus, ad Ezecchiam redeuntes, mœrorem internum, veſtium dilaceratione, monſtrarunt; ſic ergo hoc de Angelis, dicit Iſaias: *ecce videntes clamabunt foris: Angeli pacis amarè flebunt; diſſipatę ſunt viæ, ceſſauit tranſiens*: ob peccata: *viæ .n. Syon lugent, eo quod non ſit qui veniat ad ſolemnitatem*: vt habet hic Interlin. Enimuero vt mœrentes ſunt, ſi nos declinantes à recto vident, & quodammodo gemitu mœrorem indicant, ita aliquando mœrorem eorum quos cuſtodiunt non patiuntur, quin omnimodè illum ab anguſtia leuare conantur, iucunda proponentes. Hoc obſeruo in Zacharia, qui de ſe dicit: *leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum; & dixi, quò tu vadis? & dixit ad me, vt metiar Ieruſalem, & videam, quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo eius*: habere funiculum, metiri ciuitatem &c. hoc deſtructionis dixit eſſe Ieremias in Trenis: *cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Syon, tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam a perditione, luxitq. antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt; defixæ ſunt in terram portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius*: ſicque omnimodam deſolationem deſcribit; Igitur & hoc poterat eſſe Prophetæ Zachariæ magno mœrori, videlicet coniectanti ex funiculo, quem illo geſtabat, ſtragem, excidiumque vrbis; at hoc Angelus non patitur, qui cuſtodiebat tunc Prophetam, ſed ſtatim accerſiuit Angelum alterum, miſitq. illum ad Zachariam, vt certiorem redderet, funiculum illum, non portendere ruinam murorum, ob deſolationem, ſed ob gloriam, & incolumitatem: *& ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum: curre loquere ad puerum iſtum dicens, abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum*: vide Prophetam ex funiculo illo dolore affectum, explica quid hoc ſignificet, curre, ne morare; etiam ad conſolationem, veloces ſunt Angeli.

Lyran hic

Iſ. 33. 7.

mœror Angelorum vnde.

Zach 2. 3.

Tren. 2. 9.

Non patitur hominum mœrorem.

Abſolutiſſimum quoque eſt, vti dixi in principio expoſitionis huius, Angelos pro nobis interpellare Deum, ſalutaria quoque procurare; verum addo, quod cum agnoſcunt, peccatis id exigentibus, graue aliquod flagellum nos manere, vel ad pœnam, & correptionem, vel ad ſalutem; inuento quodam amantium, ipſum tenuare conantur: cum quis videt aliquem iratum, ingentia minari, reſque animo conuoluere iniucundas; hic (ſi ille qui pœnas dare debet, familiaris etiam eſt) modos omnes pertentat, vt illum ab hac ſententia remoueat, plura recenſens, quæ illi fore iucunda, vel quæ hominem ab ira flectere poſſe ſperat, vt mulier illa Thecuitis Dauid ab indignatione, commemoratione propriæ miſeriæ, ac caducæ vitæ compeſcuit &c. cum ergo vident Angeli, mala omnia, Deo iuſtè diſponente, expectare hominem, quærũt quomodo Deum, vel prece leniãt, vel alia quacumque re flectãt ad pietatem. Pulchrè autem hoc obſeruo in Apocal. *& vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei & datæ ſunt illi ſeptem tubæ*: tubis perſonantibus, nulli dubium eſt, quod infa- 295

artes Angelorũ noſtræ ſalutis.

Apoc. 8. 3.

infauſta, ac mala omnia ſuccedunt, atq. illis inditium dedit Deus venturæ calamitatis, ac indignationis. Igitur iuſtè iratus eſt Deus, tubas recipiunt; at modum inueniunt, quomodo Deum leuiant; optimè ſciunt oratione potiſſimùm Sanctorum, Deum mirum in modum leniri, vt ibi: *peccaui Domino*, &
2. Reg. 13. 13. addit Nathan: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*: breui oratione, ingentem iram euaſit repente. Capitur enim Deus oratione Sanctorum, & oblectatur; quamobrem antequam tu bis inclamarent, ac effunderent indignationem Diuinam; hæc præſtitit, ex ipſis, vnus: *& alius Angelus venit, &*

Angelus vertit irã Dei.

Apoc. 8. 3. *ſtetit ante altare, habens turibulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa; ut daret de orationibus ſãctorũ omnium, ſuper altare quod eſt ante Tronum* Dei, *& aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo &c.* omnes Angeli dabant incenſa, vt adoleret coram Deo, & ipſe miſericorditer ageret: hæ ſunt Angeli aduentiones ad noſtram tutelam demandati.

296 Adde ẽt quod illorum munus pręſtat Angelus; quos vulgus appellat, Cõmiſſarios, horum ſuſcipit officiũ, ne quando ſatellites nimium dirè agant contra delinquentem; notat omnia, ac ſcriptis excipit delictum, pænam, & rei feriem &c. præcepitq. ipſe, ſemper fauens, quid agendum, quidue ſeruandum; vt in Apocal. apparent Equites intenti ad pu
Apoc. 6. 4. niendum: *& exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum datum eſt ei, vt ſumeret pacem de terra, & inuicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus; & cum aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: veni, & vide; & ecce equus niger &c.* deinde ecce equus pallidus, & mors, & Diabolus &c. at inter hæc agnoſce Angeli protectionem. quatuor animalium meminerat hic Ioannes, quæ illa eſſe diximus, de quibus Ezechielem Angelum portendère: igitur Angeli vox audita inde eſt: *& audiui tanquam vo-* Apoc. 16. 1.

Angelus computat pœnas.

cem in medio quatuor animalium dicentẽ: bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum, & oleum ne læſeris: computationem agnoſcis hic præceptumq. ne iuſtos lædant, ſed manifeſtius.

At verò, *appropinquauerunt*, inquit Ezech. *viſitationes vrbis, & vnuſquiſque interfectiones habet in manu ſua*: dicit excidium vrbis iam maturaſſe, ac proinde milites mittit, qui diſperdant, euertantq. Ieruſalem, ſex viros mittit: *& ecce ſex viri, & vnuſquiſque vas interitus in manu eius; vir quoque vnus in medio eorum veſtitus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris ad renes eius, & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare eorum*: virum iſtum, diximus alibi, Angelum eſſe, vt ex conſequentibus patet etiam; atramentariũ habet ſcriptoris, quia etſi non poteſt auertere omnino, quin vrbs deleatur; attamen ſcribæ officium præſtat, diligenter adnotans, ne plus æquo ſatellites infernales, qui damna ſemper moliuntur eorum, in quorum pænam mittuntur; affligant. omnia verò hæc, quomodo euenerint chartæ mandata, peracta cæde, conſignat Deo: *& ecce vir qui erat indutus lineis qui habebat atramentarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum dicens: feci ſicut præcepiſti mihi*: duo hic nota. 297 Ez. ch. 9. 3

Angelus ſcribit ad noſtram ſalutem.

Et primum, quod in medio apparet ille qui habet atramentarium, Angelus ſcilicet, vt omnia quæ molirentur audiat, nec alter, ad alterum, verbum dicat, quod ipſius aures prætereat, conſilia omnia irritet, & machinationes, ſi fortè eſſent, agnoſcerent. Secundò, pudet Angelum apparere cum his qui flagellant homines, ideo inter eos abſcon ditur; *vir quoque in medio eorum veſtitus erat lineis*: ſicuti Angelum illum in Apocal. loquuturum ad Ioannem, coram, & magno terrore eum affecturum, vt ibi, & cum tonitruis ingentibus vocem editurum, puduit forma Angelica videri, ſed diuerſas induit, formas; & primo, texuit ſe nube, irim 298

In medio eſt Angelus, & qua re.

Pudet deri i, eos qui niunt.

præ-

Digitized by Google

præpoſuit capiti, pedes obuoluit columna ignis, & vt aſpectum intuentis, aliò, ſplendore conuerteret, in facie aſſumpſit Solem: *amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat, vt Sol, & pedes eius, vt columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dexterum ſuper mare; ſiniſtrum autem ſuper terram, & clamauit voce magna; quemadmodum cum Leo rugit, & cum clamaſſet loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas &c.* non eſt Angelici fauoris, ac lenitatis, toto deſcendere nubium fragore, ac ſicuti Leo rugire: ideo [viene ſconoſciuto] ſic ergo hic lineas veſtes induit atramẽtarium quoque ſcriptoris gerit.

abſcondit ſe Angelus ne agnoſcatur.

299 Secundò, notandum quod dicit: *reſpondit verbum:* hoc mœrentis eſt, & triſtis animi; dum cædem intuebatur, & aderat ſignans Thau, præſens excidio, nunquam, nec verbum protulit præ triſtitia, quaſi obmutuerit; deinde: *reſpondit:* inquit, non, dixit, neque enim loquutus eſſet niſi reſpondendo, ſed *reſpondit verbum feci ſicut præcepiſti mihi:* quaſi diceret tua hoc mihi iniunxit iuſtitia, vt hic adeſſem, & hoc patrarem, tandem feci quod præcipiſti; vt morem tibi gererem feci hoc; cæterum ego id non præſtarem. Afflictionem detexit ſilentio, ac vnico verbo monſtrat, quam inuitus ad tale opus, licet non abſolutè, iuſtitiæ extiterit miniſter, acceſſerit; ſed ad ea quæ paulò ſupra diximus, Angelos nempe cum iratum Deum aſpiciunt, iudicium aliquo modo impedire, vt de orationibus Sanctorum ſupra dictum eſt.

ſilet ob mœrorem.

300 In Daniele legimus, Dei maieſtatem, in his verbis, ac iudicium: *Aſpiciebam donec troni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit; veſtimentum eius candidum, quaſi nix, & caput eius quaſi lana munda, tronus eius, flammæ ignis, rotæ eius, ignis accenſus, fluuius igneus, rapidusq. egrediebatur à facie eius, millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei, iudicium ſedit, & libri aperti ſunt:* ecce Deum in maieſtate magna ſedentem; militiam cæleſtis exercitus aſſiſtentem, ipſum verò, iudicium, & iuſtitiam tractantem; inter hæc, beſtia traditur igni, & aliarum beſtiarum aufertur potentia, ideſt regnorum, quæ infra commemorat Angelus robur deficiet. Verum quomodo patiuntur aſſiſtentes Angeli talia Deum efficere, iuſtitiamq. Dei, pœnas omnes euocare? igitur, hoc inuento, iuſtam iram Iudicis, vel tollunt, vel ſerenant; inter iudicandum offerunt illi filium hominis, cuius miro tenetur amore, vnde iudicium interrupit, & aſſurrexit venienti, & nulla deinde mentio de ira, & indignatione: *aſpiciebam ergo in viſione noctis: & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum; obtulerunt eum*, inquit: nec dubium, quin illi, qui aſſiſtebunt, ſequitur: *& dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruierit &c.* poteſtatem dedit filio hominis, & euanuit indignatio, & iuſtum iudicium.

impediunt iudicium, vt poſſunt

Dan. 7. 9.

301 Sed deinde quam proni ſint ad cuſtodiam, & fauores, alio modo probare poſſumus; ampliora quoque effectus cuſtodiæ Angelicæ nos admonẽt conſiderare. Et quidem nemo credat hoc intendere Angelum, vt vacui omnino ſimus anguſtijs, & tribulatione; imò tribulatos vult, ſed ea quidem aduerſitate quæ eſt ad ſalutem, & inter hæc lætatur ipſe optimè, cognoſcens, ecquæ lucra inde animæ ſurgant, in Daniele hoc probatum eſt, vbi de Angelo dicitur: *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem; & excuſsit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem &c.* ſi fecit ventum roris flantem, cur excuſſit prunas ignis? extinguat potius ignem, & non excutiat, ne maiora eleuẽtur ex excuſſione incẽdia: hoc monſtrauit, à proficua calamitate minimè nos, Angelos liberare, ſed in ipſis auxilia opportuna ferre; excu-

Angelus vult nos tribulatos

Dan. 3. 49.

excutit, quia gratum eſt Angelo, viros cernere laudātes Deum inter flammas; ſed aura quadam reſoluit ardorem;quia in tribulatione poſitos adiuuat,aduerſitatemq. lenit. Hoc noſces in Pſal.etiam:
Pſ.90.11. *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis &c.* nonne ſatius erat nos à draconibus, & baſiliſcis auertere, iterque ſerpentibus infeſtum iubere deſerere? minime quidem,ambulent ſollicitè inter pericula, ſed ſciant patrocinio tutos eſſe Angelico; illos enim quaſi aurum in fornace, igne probauit, & inuenit dignos ſe Dominus, & ideo excuſſit ignem; hic quoque in Pſal. conijcit inter monſtra, vt clamet, & ſperet in Domino: *clamabit ad me, & ego exaudiam eum &c. quoniam in me ſperauit liberabo eum*: manu delatus Angelica Deum cognouit; nec immeritò, quia vt ſupra diximus, Angelus Deum repræſentat, vt
Exo.23.20 ibi: *obſerua eum, & audi vocem eius &c. eſt nomen meum in illo*: & hic: *protegam eum quoniam cognouit nomen meū*: Itaque cuſtodiunt in omnibus vijs, in tribulatione:ſed *in manibus portabūt te*: orta poteſt eſſe ſimilitudo ab eo, qui natat, manibus adiutus alterius. Et quidem mundus hic,mare eſt, magnum, & & ſpatioſum manibus, is in hoc natat, qui perſequutiones patitur, qui mundi aduerſitate iactatur. Angelus verò portat nos in manibus, nam non patitur,vt hic Bernardus, tentari ſupra id quod poſſumus, vel vt idem Bernard. [quam facile tranſit, qui illius portatur manibus! quam facilè natat in altum; quam facilè natat, cui alter ſubſtinet mentum! & ita quoties tentatio, & turbatio imminet, inuoca cuſtodem tuum]. Manus quoque Angeli in eodem Bernardo,duæ ſunt, demonſtrationes, tribulationis nempe breuitas, & retributionis æternitas; id quod Apoſtolus dicit:
2.Cor.4. *momentaneum hoc, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur*: vtrumque hic habetur, & primo, leuis tribulatio

natantes hoc mundo adiuuat.

Manus Angeli quæ.

eſt, quæ præſentia Domini reficitur: *cum ipſo ſum &c.* momentanea verò: quia: *eripiam eum &c.* deinde cū æternitate compenſatio: *longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum.*

Nota hic pro cuſtodia Angelorum, 302
quod dicit: *vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis*: Deus eiecto Adam, ac Eua de Paradiſo, Cherubim ante ianuā collocauit *ad cuſtodiendam*, ait ſcriptura, *viam ligni vitæ*: de vnica tantum via, hic mentio eſt, quæ cuſtoditur ab ab Angelo; at Paradiſi, animæ noſtræ, vias omnes, cuſtodit: *vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis*: via nulla, protectione deſtituta; deinde ad Paradiſi cuſtodiam,Angelum tantum adhibet Dominus; Paradiſus verò opus Dei egregium,delicias omnes abſcondebat; quas pro voluptate hominis manu opulentiſſima creauit Dominus; ſed cum de myſtico agitur animarum Paradiſo, plures adhibet cuſtodes: *ſuper muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die ac nocte non tacebunt laudare nomen Domini*: conſtitui cuſtodes, ideſt Angelos, vt placet Hugoni: ad vrbis præſidium plures Angeli deſtinantur. ibi, ante Paradiſum collocat Cherubim in porta, hic verò cuſtodes ſuper muros.Plures quoq. Angeli præſto ſunt ad auxilium ferendum,cū opus eſt,& quomodo ſpiritus nequā, vt maiori impetu tentationibus vrgeant, auxilia quærunt de nouo tartarea: *aſſumit ſeptem ſpiritus ſecum, nequiores ſe*: è contra verò Angeli aſſumunt alios Angelos, vt maiora inde auxilia experiamur, patet in Daniele *Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutorium meum*: Tunc autem maiora quis experitur Angelorum auxilia, cum fidens, & conſtans inter tribulationes inuenitur, nec confidentiam amittit, nec ſpem in ipſis; è contra verò,vt comperit nimium timorem, ac ſollicitudinem, non adeo accedit protectionis Angelicæ robur,& fortitudo

Maior homini cuſtodia quam Paradiſo ter. — *Iſ.62.6.* — *Hug.ſuper pſal 9. Iſa 6.6.* — *Cogunt auxilium Angeli protectores.* — *Mat.12.45* — *Dan. 10. 13.*

titudo, vt videre eſt in Geneſi: lætus præcedebat Iacob in itinere, & ecce Angelorum multitudo occurrit, quaſi auxilium contra Eſau delatura: *Iacob* Gen.32.2. *autem abijt in itinere, quod cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidiſſet, ait: caſtra Dei ſunt hæc, & apellauit nomen loci illius Manahim, id eſt caſtra:* benè omnia diſpoſita ſunt, & iam fratris odio, circumuento Angelorum occurrunt præſidia; non vnius, ſed multorum. At verò cum redirent Nuntij, & nuntiarent iam iam adeſſe Eſau cum quadrigentis viris, textus ait: *timuit Iacob valdè, & perterritus dimiſit populum qui ſecum erat*: nimis ſollicitus eſt, ſuper aduentu Eſau; & meminiſſe oportebat, non fruſtra appoſuiſſe caſtra Angelum; ideò vnus tantum deinde apparuit Angelus, & luctatus eſt cum eo, quaſi exprobraret, & diceret, vt quid times tutus ope Angelica? en luctaris cum Angelo; fortis es, & tamen times? Itaque prius caſtra Angelorum ſeſe offerunt ad tutelam gradienti, deinde nutanti, & timenti, vnus tantum Angelus præſto fuit.

Timentem & nó adeo confidentem non adeo adiuuant.

Quare luctatus eſt cū Iacob.

303 Auxilia verò Angelica, quam vera, ſtabilia, ac fidelia ſint, vſque huc probatum eſt; attamen circa hoc, vt ad cætera deſcendamus, alterum tantum ſcripturæ locum ponderemus; in Daniele reperimus virum veſtitum lineis (Angelum ſcilicet, vt patet) plura edocentem Prophetam, poſt hæc dicentem Danieli: *tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum:* Dan.12.5. inquit deinde Propheta: *& vidi ego Daniel, & ecce duo alij ſtabant, vnus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde, ex altera ripa fluminis*: Dæmon mendax eſt, & nugator, & cū decepit Euam abſque teſte, mendacia protulit immania, de ſcientia, de Dijs &c. At verò vt oſtendat vera eſſe quæ dixit, & firma, ac fidelia more humano duos adhibeat teſtes Angelus, poſtquam clauſus eſt liber, nec aliud quidquam ſcripſit Daniel: *in ore enim duorum, vel trium, ſtet omne verbum*: more itaque humano, duos adhibuit teſtes; illos ſcilicet, quos repente aſpexit Daniel, vnum ſuper ripam fluminis, & alium ex altera parte ripæ.

Verax Angelus.

Fidelia ergo Angeli verba, amicitia 304
quoque ipſius ſtabilis, quod non facilè eſt hodie reperire, benignos fortunæ vultus plaudente mundo; quamobrem hoc conſilium dat Eccleſiaſticus: *ſi poſſides amicum, in tentatione poſſide illum;* Eccl.6.8. *& ne facile credas ei:* cum agnoueris in tentatione, perſiſtere, ne tamen facile credas ei, quia, inquit: *eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis, & eſt amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, & eſt amicus, qui odium, & rixam, & conuitia denundabit. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis*. At verò ſemper Angelus permanens, ac fidelis in amicitia eſt: *non dimittet te cum peccaueris:* etiam in tenebra culpæ, (quod, aduerſitas homini omnis eſt) non deſerit. Ex Zachar. hoc quoque conijcio, ait enim: *vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper* Zach.1.8. *equum rufum, & ipſe ſtabat inter mirteta, quæ erant in profundo; & poſt eum equi rufi varij, & albi:* porrò vir, qui ſtabat inter mirteta Angelus eſt, vt patet ex is, quæ ſequuntur; ſed quare inter mirteta videtur? Myrtus ſemper dicitur viriditatē ſeruare, ac gratiæ ſymbolum eſſe, & ideo Angelus qui nunquam deficit à protectione, nec diſcedit ab amicitia, ſed viridis ſemper in ea cognoſcitur, dicitur ipſe ſtare inter mirteta. vide hoc in conſequentibus; in afflictione enim Prophetæ ſtatim ipſe Dominum obſecrat, vt parcat, & miſereatur: *& reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum vſque non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? iſte enim ſeptuageſimus annus eſt; & reſpondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba conſolationis:* hinc agnoſce quomodo gratiam ſignificet myrtus, & quo modo Angelus, qui loquitur inter myrteta gratiam obtinuit. Amicum ſe fide-

Angelus amicus fidelis, & obtinet gratiam.

Digitized by Google

amanti faciendus amicus fidelis. *Tob.12.2.*

fidelem oſtendit Angelus Tobiæ; quamobrem rogabat pater, quam mercedem tãtis meritis daret: *qd poſſumus dare viro iſti ſancto qui venit tecum?* reſpondens Tobias dixit patri ſuo: pater quam mercedem dabimus ei? aut quod dignum poterit eſſe beneficijs eius? me duxit, & reduxit ſanum; pecuniam à Gabelo ipſe recepit &c. nulla compenſatio eſt tãto beneficio; quod enim dignum inueniri poteſt tanto viro? ipſe enim & me ſanum ſeruauit, & pecuniam à Gabelo recepit; dedit vitam, & diuitias. Quod diximus, quaſi de fidelitate huius Angeli, ſcriptum eſt in Eccl. *amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum; amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna comparatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius: amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis, & qui metuunt Dominum inueniunt illum:* Tobias inuenit, qui metuebat Dominum, de quo dictum eſt: *cum verò factus fuiſſet vir (nempe pater) accepit vxorem Annam, de tribu ſua, genuitq. ex ea filium, nomẽ ſuum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato:* At vlterius fidelitatem, ac ſemper virentem Angeli protectionem in ipſa virga vigilante reperies; virgam .n. alij legunt *florentem* ſemper enim florida protectio Angelorum eſt. obſeruare poteris, quod inter hibernos glacici rigores, vt toties repetitum eſt; amygdalus, cuius ramus erat virga hæc vigilans, ſeu amygdalina, erumpit in flores; cæteris ergo iniuria tempeſtatis minime florentibus; amygdalus flore ornatur; ita ergo Angelus cum ingruit tempeſtas tentationum, aduerſitatis procella, nymbus anguſtiæ, ſtatim cæteris amicis nullo conſolationis, & auxilij flore vernãtibus, Angelus ſolus, ceu ramus amygdali nuntiat ſpem, & fructum; hoc .n. amygdalus ſignificat; teſte Pierio, & infra latè, oſtendit autem lætum, ac iucundum fauoris aſpectum: virga itaq. vigilans, virga florens cito eſt: *virgam ex amygdalo celeriter florentem ego video:*

Eccl.6.14. *medicamentum eſt, theſaurus &c.* *Tob.1.10.* *Pagninus.*

Alibi quoq. ẽt hoc videtur Angelo conuenire, nempe præ cæt. florere; Pſalmus .n. hoc videtur indicare, ꝙ videlicet inter hybernas niues calamitatum erumpãt in flores, beneficiorum flores emittãt, dum niue tribulationum rigent omnia, ait ergo: *dum diſcernit cæleſtis Reges ſuper eã niue dealbabuntur in ſelmon, mons* Dei *mons pinguis, mons in quo &c.* igitur dũ hic mons niue dealbatur, quid vltra? *currus* Dei *decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis in ſyna in ſancto:* trahitur currus Dei à ſpiritibus, qui vt cito veniat, ac properet currus Dei, daturus dona hominibus, & opera miſericordiæ pfecturus, omnes ſpiritus cęleſtes, currum trahũt, vt equus ille Troianus deſcribitur à Virg. populi manu ob religionem in vrbem tractus: millia verò hæc, explicat de Angelis Lyran. lætantes ſunt trahentes currum ad concedenda dona hominibus: *currus Dei decem millibus multiplex millia lętantium:* Septuag. legunt *florentium:* florẽt ad ſalutem noſtram dum riget mons Selmon. Sed clarius fidelem Angeli coniunctionem, protectionemq. diuturnam, ac ſtabilem in perſona Heliæ obſeruamus; quaſi enim iniuria horridæ tempeſtatis, perſequutionis ſcilicet; declinauerat, mœrens, in deſertum Elias expulſus à tota aula, eiectus à cunctis: *Timuit ergo Elias, & ſurgens abijt quòcumque eum ferebat voluntas &c. & perrexit in deſertum viam vnius diei, cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum petiuit animæ ſuæ, vt moreretur:* tædebat viuere, quem Iezabelis odia fugarant; at floruit tunc Angelus conſulens vitæ labanti, cibo, ac conſilio: *& ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: ſurge, & comede, &c.* ne te diſcrucies Elias, neuè mœrore ſoluaris, optans, mori; quin age ſpretam, cibo, vitam refice, vt inde ad montem Dei Horeb poſſis peruenire. Egit in hoc Angelus, ſicuti is, qui ſaluti conſulit alicuius, ſit medicinæ profeſſor, vel quiſpiam alius; ſi nocua videt illum ſectari, abſcindit; ſi comedere quæ dãno

virga florens in hyberno. *Pſ.79. 17.* *Virg.2.* *4.Reg.19* *Angelus conſolator*

Digitized by Google

eſſe poſſunt;& hæc,inquit, obſunt,ne hoc, ſed illud comede &c. defert ergo Angelus panem,& aquam,excitatq. dormientē, vt cibo reficiat vires expergefactus; ille comedit,ſed iterum ſomno nimio preſſus obdormit; at Angelus hæc videtur meditari.hic in anguſtia,ac mærore eſt, ſomnus autem triſtitiam alit, fuenta quoque ſolent eſſe ex præterita triſtitia dormientium ſomnia, non ergo hoc prodeſt, iterum excutiatur: *reuerſusq. eſt Angelus Domini ſecundo,& tetigit eum,dixitq. illi; ſurge,& comede &c.* Præterea optabat Helias mortem, mortis autem, vt ille ait, ſimilis eſt ſomnus.

Syll.lib.3. *Nox ſimilis morti dederat placidiſſima ſomnos.*

Igitur abſit hoc ab Elia mortem expetēte,bis excitetur. Verum quando hic verſamur hoc quidem diluendum eſt, cur Angelus in Daniele prādiū fert ad Prophetā exiſtentem in lacu Leonum, non tamen ipſe in ore laci poſitus vocat Danielem,vt cibum tollat, ſed Habacuch id præſtitit: *poſuitq. eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui,& clamauit Habacuch dicens, Daniel tolle prandium, quod miſit tibi Deus:* at verò vt reficiat Eliam, non alterum aſſumit, vt officium hoc gerat, ſed ipſe fert panem, & aquam, tangit dormientem &c.ergo dici poteſt (quod tetigimus in expoſitione ſupradicta;)quod ciborum diuerſitas hoc effecit,Eliæ datur panis,& aqua, quod ieiunantium eſt, & ideo deferat Angelus; quod autem delatum eſt ad Danielem, pulmentum erat, & fortaſſis pulmentum erat illius generis, de quo Plautus in Pſeudolo

Angelus defert Eliæ, Habacuc prandium

Dan. 14. 37.

Plaut. in Pſeu. *Ipſe ego pulmento vtor magis vnctiuſculo*

Quæ quidem eſca, irritare potuiſſet palatum ſaporibus:Proinde deferat Habacuch,non Angelus; ipſe verò ſeſe quodammodo retrahat, nec inuitet ad cibum; ſed quod ad rem pertinet, explico dubium hoc modo: Daniel iam tutus conſedebat in medio Leonum:*& ecce Daniel ſedens in medio Leonum:* Porrò lacus, & carcer nihil moleſtiæ intulit Prophetæ, qui laudans Deū, feras blandientes intuebatur; quamobrem quid opus erat, vt Angelus ſe manifeſtaret, cibumq. ipſe Danieli vocato traderet? ergo Habacuch id præſtitit. At verò Elias toto mœrore detentus, optabat mori: *cumq. veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, & ait: ſufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum,quam patres mei,proiecitq.ſe,& dormiuit in vmbra iuniperi;*laxans afflictionis modos omnes,mortem oppetere volebat.Hoc verò non fert Angelus,vt ille quem cuſtodit in tali diſcrimine,triſtitia penè confectus,rēperiatur, & alterum deſtinet opem laturus, quin accurrit ipſe, & tangit,& excitat, & conſolatur, & reficit: ſuæ monſtrat eſſe curæ, & protectionis,iacentem,dolentemq.ſubleuare, non alteri hoc anxius committat. Spectat hoc ad fidelem ipſius amicitiam, vt ſupra diximus. Præterea poteris addere (quod ad dilectionem inimicorum pertinet,)ideo iuſſum eſſe Prophetam ab Angelo locum illum deſerere,& vlterius ad montem Dei tendere, quia tunc Elias perrexerat in ſolitudinem odijs expulſus Iezabelis: *miſitq. Iezabel nuntium ad Eliam dicens: hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, niſi hac hora, cras poſuero animam tuā ſicut animam vnius ex illis: timuit ergo Elias &c.* & ſanè triſtis ex hoc nuntio Elias decumbebat ſubter iuniperum: *proiecitq.ſe,& obdormiuit in vmbra iuniperi:* Arbor hæc habet pro folijs ſpinas ſemper virentes, quas nunquam amittit; multo tempore iuniperus ignem conſeruat, vti Hieronymus in verſiculo Pſalmi cum carbonibus deſolatorijs qui vertit: *carbonibus iuniperorum*; ideoq. peccatorum obſtinatorum ſymbolum eſſe poteſt, q ignem ira nutriunt, & vindictæ aculeos ſeruant. Ideo Angelus (non quod Elias odia alioqui animo volutaſſet ſuo, ſed ne penitus vmbra, ac veſtigium eſſet vindictæ contra Iezabel) præcipit, vt ab arbo-

mœror Eliæ,& quare excitatur ab Angelo.

anxius Angelus pro nobis.

ſuſpitio vindictæ euitanda.

Pſal. 119

Digitized by Google

arbore quæ ſpinis memoriam excitat iniucundam, diſcedere, ac abire in montem Dei. Ibi edoctus eſt manſuetudinē, & didicit quid poſt anguſtias oportet facere, audiuit enim hæc: *egredere, & ſtà in monte corā Domino, &c. & ecce Dñs tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominū, non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio, non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis, nō in igne* Dominus, *& poſt ignem ſpiritus auræ tenuis*: vide Elias quæ gerat Deus, videtur ante ipſum ſpiritus confringens petram, & videtur ignis; attamen poſtremo hæc omnia reſoluuntur in ſpiritum, & *poſt ignem ſpiritus auræ tenuis*: hæc omnia, Propheta, beneficio didicit Angelico. At alterum quoque in hoc beneficium, & fortaſſe maius conijcio. Aulicus amicus ſe beneuolū præſtat, aurem Principis efflagitanti; hæc omnia nouimus ſolere preſtare, primum exquirit, & quod tempus opportunum eſt, vt ille intromittatur; obſeruat ſi mane, ſi veſpere; omnem operam promittit amico his verbis; nulla te in hac re cura teneat, mecum erit te de tempore opportuno cū vacuus à negotijs grauioribus Princeps erit, commonefacere, locumq. aptum monſtrare; interim ne ſis ſollicitus, nec cibum, aut ſomnum dimittas; poſthæc illū, dato tempore, coram Principe ſiſtit. Ita ergo longas texere optauerat querimonias Elias contra Idololatras, Iezabelem præſertim, propter necem Prophetarum, & proprias calamitates; Abijt aūt in deſertum, Angelus vero aulicus Dei, quaſi his verbis interpellat; nec hic locus eſt aptus ad colloquia cum Deo, nec tēpus opportunum, iam hora eſt comedēdi, meum erit id curare; interim, nec ēt potes nunc ad colloquia Principis Dei intromitti; comede iterum: tādem vt cōperit tempus ab omni impedimento vacuum, ait: vade in montem Dei Horeb ibi, quę fers exponesDeo, & quæ cupis, audies: magna ergo aulici huius familiaritas, comitas, ac protectio eſt. At quādo ſumus in beneficijs regiæ, vno tantum

[Margin: 3 Reg. 11.] [Margin: Simile.] [Margin: Angelus aulicus beneuolus.] [Margin: Cura Angeli.]

conſiderato (quod ſupra etiam in hunc ſenſum præmiſimus) ad vlteriora procedemus. Nō aulicus tantum Angelus eſt Dei, ſed amicus, cui, quodammodo poteſtatē ſuam omnem tradidit. ꝙ nos in humanis cernimus, cum Rex aliquis ſiue ſuperior ei, in quo nimium confidit litteras ſuo nomine obſignatas, plures concedit, quæ nihil contineāt; vt ſi quid occurrat, quod graue ſit, & Regem conſulere non poſſit, ipſe accepta poteſtate in ſubſcriptis litteris ſcribat omnia, habeāt eam poteſtatem, quam præſtat Regis manus, vulgò [lettere in bianco.] Profectò, & hanc poteſtatem ferè videtur Angelus habere, vt ſi opus eſt ad maiorem cuſtodiam rei ſibi commiſſæ, ſententiam ſcribat, nomine ſubſcriptā Dei, vnde & ratum eſt totum quod gerit firmumque. Sane quod hoc habeat, in ſcriptura illa, quam aliter ponderauimus ſupra, hoc monſtratur: *ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui tibi: obſerua eum, & cuſtodi vocē eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet te cum peccaueris*: hoc ſenſu id quoque explico; ne contemnas illum; quia non dimittet, puniet cū peccaueris; & affliget ad ſalutem; ſed quare? quia *eſt nomen meū in illo* [hà lettere in bianco ſottoſcritte col mio nome] quæcūq. placuerit in illis ſcribet. i. habet poteſtatem: Manifeſtum eſt in ſcriptura exemplum; cum enim Heliodor. locum cuſtodiæ traditum Angelorum infeſtaret, cōtemptum non preterire Angeli inultū: ſed *apparuit illis quidam equus, terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus, isq. cū impetu Heliodoro priores calces eliſit, qui autem ei ſedebat videbatur arma habere aurea: alij autem apparuerunt duo iuuenes, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq. amictu; qui circumſteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant ſine intermiſſione multis plagis verberantes*: tanti eſt contēnere cuſtodes tali poteſtate ornatos à Deo; ſed iterum ad fidelem Angeli protectionem. Cū iubetur dirè agere cōtra peccatores

[Margin: Angelus habet nomen, & poteſtatem à Deo.] [Margin: Exo. 23 19.] [Margin: vltores Angeli in malos.] [Margin: 2. Mach. 3. 22.] [Margin: 1. Paral. 21 16.]

id quidem, obſequens Deo, præſtat, ſed quodammodo egrè; quinimò hominem percutiendum docet quid facto opus eſt, vt auertat iram Diuinam; licet vulneret, Achillæa quaſi haſta, medicinam docet. præcepit ergo Dominus Angelo, vt Ieruſalem percuteret, qui gladio euaginato cædem inijt; at quomodo amici mœrentis, Dauid ſcilicet, dolorem ſuſtineret amicus? modum ergo docet, quo Deus flecti poteſt, ſubminiſtrat modum euadendi ab indignatione Dei: accerſit Gad Prophetam, iubetq. vt ſecretò dicat Dauidi, quòd ſi euadere cupit peſtilentiam: *extruat altare Domino Deo in area Ornam Iebuſæi; Angelus autem adhuc ibi morabatur, iuxta aream Ornam:* ſtat Angelus ibi, & adhuc euaginato gladio, ne nimis quod imperatum erat differret Dauid, ſed videns Angelum, ex quo magnum cæperat terrorem, inſtare operi, tremens, cuncta ſtatim perſolueret; poſthæc Dominus placatus eſt: *præcepitq.* ait ſcriptura: *Dominus Angelo, & conuertit gladium ſuum in vaginam.*

Angeli ſubminiſtrant modũ euadendi ab ira Dei.

305 Nulli dubium eſt, quòd porta cæli ardua eſt, & vt dicitur *arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, &c. &: virtute meritorum illuc introducitur omnis, qui ob Chriſti nomen hic in mundo premitur:* Angelus ergo amicus hoc ſuum eſſe credit explanare, vt aiunt, ac facile reddere, iter cæli, portasq. recludere; propterea Iacob de ſomno vigilans, ait: *Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam, pauensq. quam terribilis eſt, inquit, locus iſte; non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli:* ergo vbi videt Angelos aſcẽdentes, & deſcendentes, dicit eſſe domum Dei, & cœli portam; quare annectit cum cœli porta, terrorem? hoc dicit his verbis, vt indicaret terribile eſſe iter cæli, ſed Angelico greſſu, ac protectione explanari: *terribilis eſt:* quia arcta, & conſita difficultatibus via cæli eſt; ſed cæli porta, & domus Dei; quia Angelico miniſterio iam facilis redditur, ita vt videatur iam hic eſſe cœlum, & domus Dei: & ideo obſeruas in portis Paradiſi Angelos; *& habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim:* vt videantur Angeli iam portas Paradiſi habere propter eos, qui cuſtodiunt. vel etiam explica hoc ſimili: cum quis alium expectat, & magno illius deſiderio tenetur, plerumq. expectat in portis; hoc auidè expectantium manifeſtiſſimum inditium eſſe ſolet; ita ergo in duodecim portis, per quas duodecim tribus ingreſſuræ ſunt, expectant Angeli, aduenientes; non intus, ſed in ipſis portis.

Gen.28.12

cœli porta, & domus Dei in cuſtodia Ang.

Apoc.21.12.

Simile.

306 Hinc illud apparet, quomodo ſi porta cæli eſt, etiam poſſit eſſe domus Dei? porta namque pars domus eſt, & nequit domus eſſe porta; at vtrumque videtur in cuſtodia Angelica copulatum: domus Dei dicitur, vbi Angeli conſiſtunt, quia cuſtoditus ab Angelis, quaſi videtur tutus ab omni miſeria cõſeruari, quaſi in cælo eſſe; at ideo dicitur porta cœli, quia nondum eſt in cœlo, ſed quantum ex parte Angeli eſt, ea expediuntur ſalutis munimẽta, vt videatur is qui ab Angelo cuſtoditur iamiam in porta Dei conſiſtere: Deinde ideo multitudo ſpirituum deſcendit, & aſcendit dona collatura Iacob, quia pugnaturus deinde erat cum Angelo; equum proinde fuit, vt ingenti fortitudine muniretur, quem ad luctam vocaturus erat deinde Angelus.

Cuſtoditus ab Angelo quid.

307 Obiter autẽ hæc duplex viſio Iacob, duplicem ſtatum poteſt ſignificare. Cum vidit Angelus aſcendentes, & deſcentes, erat ab omni vxoris lege ſolutus, cum redijt, & luctatus eſt cum Angelo vxores habebat, & liberos, & regre diebatur vinctus coniugio. Igitur in prima viſione, quaſi conterminum vidit cum terra cœlum, & ſe quaſi confeſſus eſt in domo Dei habitare, vt ſolet vulgus [ſtò in Paradiſo] hanc enim libertatem habetis, qui non dum iunctus vxori eſt; at ſecundò, oſtendit Angelus in quam captiuitatem ſe conieceràt Iacob matrimonio; lucta enim illa ſymbolum illius eſt, quam vir habet cum vxo-

Gen.3.9.

vinctus eſt ille qui copulatur matrimonio.

Digitized by Google

vxore liberis,familia,&c. vide ergo Iacob;quòd diuerſus hic ſtatus ab illo ſit, ſed ad rem noſtram,quàm fideliter nos Angeli cuſtodiant. Pulchrè in canticis,

Cant.9.11

ſub nomine cuſtodum, & vineæ, hæc oſtenſa ſunt, vbi hæc ſcribuntur *:vinea fuit pacifico in ea,quæ habet populos,tradidit eam cuſtodibus :* his dictis hortatur in ſequenti verſiculo ſponſam,vt canat,& pangat melos orationis.Igitur hic eſt ſenſus, per pacificum, Deum intelligunt Patres; per vineam,ſanctam Eccleſiam; ita Gregorius, Thomas,Gloſſ.&c. *in ea quæ habet populos*: Romæ videlicet, inquit Lyranus, quæ mater nationum eſt; cuſtodes autem, quibus tradita eſt, intelligit Petrum; & Paulum, vineæ huius fortiſſimos cuſtodes,qui etiã oculi dicuntur à S. Leone, & Chryſoſtomo,vt vigilantiam quam ſuper hãc vineam impendunt, inde monſtretur *: vir affert pro fructu eius mille argenteos:* hic vir intelligitur, inquit eliè,Conſtantinus Magnus, qui ſtrenuus ꝓ Eccleſia decertauit, & ideo vir dicitur; ob id autem, ꝙ beneficia multa largitus eſt Eccleſiæ,mille dictus eſt argenteos offerre .i.multa millia &c. ſingulare pro plurali ponitur, vt in Exod. *venit muſca grauiſſima :* ideſt multitudo muſcarum;ſed ad tutelam Angeli. hãc vineam animam intelligo; cuſtodes verò (vt etiam plures hic,& præcipuè Diuus Thomas) Angelos ſanctos, quibus vinea ad cuſtodiam fuit tradita *:* & quidem hoc explicatum eſt,iuxta communẽ Patrum ſententiam, illis verbis à ſeruatore Chriſto *: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt :* vt autem ad priora redeamus. tradidit vineam hanc, quam paterfamilias pacificus plantauit, cuſtodibus, ideſt Angelis; cuſtodes enim ſunt Angelicæ virtutes, quæ ab incurſibus Dæmonum nos cuſtodiunt; ſed qualis eſt hæc cuſtodia? ſequitur: *vir affert pro fructu eius mille argenteos :* vir dicitur fortis, vt hic etiam Expoſitores; per

SS. Petrus & Paulus, cuſtodes vineæ.

Ser. de SS. Apoſt.

Exod. 8. 2.

fidelis cuſtos.

Matth. 21. 33.

hunc fortem intelligo Diabolum, qui dicitur fortis in Euangelio *: aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere ?* inſidiatur hic fortis vineæ, & quærit, vel fallere, vel paciſci cum cuſtodibus;vt concedat fructus vineæ offerunt mille argenteos; millenarius numerus omnem numerum dicit, vt *mille clypei pendent ex ea :* & deinde *omnis armatura fortium:* determinatus numerus pro indeterminato; offert ergo Dæmon pro fructu huius vineæ, omnes ſeculi diuitias, iuxta illud, *hæc omnia tibi dabo,ſi cadens adoraueris me :* oſtendit Chriſto omnia regna mundi, & gloriam eius, promiſitq. omnia, ſi tantum cadens ipſum adoraret,hic eſt fructus quem poſcit; at videamus quid reſponderit Angelus : *vinea mea coram me eſt : mille tui pacifici,& ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius :* hæc vinea ſub mea protectione eſt, & petis vt tibi fructus eius concedantur? mille argentei tui, tecum ſint; vinea hæc ſemper erit coram me, nunquam à tutela deficiam; ideo ergo iubet ſponſus ſponſam ſuam cantare, vt amici, qui in illa vinea,ſcilicet Angeli,morabantur, audiant vocem &c. Quin etiam adde,ſuaue eſſe Angelo cuſtodire vineam hanc, & iucundum, propterea Pſalmus ait *: in manibus portabunt te :* illud quidem quod graue eſt,in dorſo portatur;quod leue in manibus; neque enim aliquid nimij ponderis in manibus geſtatur, ſed humero;ergo cara, leuis, ac delectabilis hæc protectio eſt Angelo, qui in manibus portat quos cuſtodit: *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem tuum.*

Matth. 12. 29.

Cant. 4. 4.

S. Thoma.

Matth 4. 9

pro anima offert Dæmon omnia.

Cara eſt Angelo cuſtodia.

Hic quoque magnopere conſiderandum eſt, quod dicit: *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum &c. ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & draconem :* duo dubia eruo ex his: & primò cum plures ſint hominum ſenſus,& cuncti peccatorum originem præſtent, cur tantum pedes dicatur Angelus ſeruare, & non cætera corporis, vel mem-

308

cur ſolum pedes dicitur ſeruare.

membra, in quibus ſenſus agnoſcitur, cur non caput, manus, pectus, os, ? &c. *ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.*

309 Secundò, dubitari poteſt, cur ſeruat pedes, ne incidant in lapidem, & deinde vult ipſum ambulare ſuper leonem, & draconem; oportuerat potius hominem à baſiliſco liberare: quam ab offenſione lapidis: *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum &c. ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.*

310 Et primò, facilè ille offendit, qui non tuto itinere inter noctis tenebras graditur. Tenebra verò in ſcripturis pro culpa ſumitur, & nox pro peccato; & quia
Origen. in Gen. noctu facilè pes offendit, ideo dicitur qui peccat, ambulare in tenebris, qui verò probus eſt, pedes habere ab offenſione immunes. Porrò quod prius dixi de tenebris, & peccato, hoc ipſum inquit
Pſ. 34. 6. Pſalmus: *fiat via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos*: noctem verò Paulus, tempus offenſionis viſus eſt appellare: *nox præceſſit,*
Rom. 13. 12. *dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus:* ideo ergo vtitur hoc dicendi modo, vt ab offenſione dicat noxæ, ſe cupere ſeruare, quos cuſtodit Angelus, iux-
1. Reg. 2. 9 ta illud: *pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent:* ſeruabit pedes, ne offendant ad lapidem, perſiſtentibus in tenebris culpæ, & in errore, impijs.

311 Secundò, vt omnimodam monſtret protectionē, hoc vſurpat loquēdi genus; ſeruat pedes, quaſi dicat, ſi vſque pedes ſunt mihi curæ, quid erit de cæteris partibus nobilioribus? equidem ſi dignatur pedes ſeruare, ea omnia cuſtodiet quæ nobiliora ſunt.

312 Tertiò, magna cuſtodia in pedibus eſſe debet, ſurrepit enim inde monſtrum peccati; neq. enim ſtatim apparet Diabolus facie ad faciem, nec turpitudinem omnē noxæ obiectat ſtatim; ſed ab infimo loco, eo inquā, qui negligitur, ſurgit paullatim vſq; dum hominem circumuentum ambiat, & reſumptis viribus illum ſternat, ecce quid inquit de Diabolo, & iniquitate Dauid *iniquitas calca-* Pſ. 48. 6.
nei mei circundabit me: ſi eſt in calcaneo, quomodo circundat? mos eſt Diaboli à calcaneo ſecretè aſſurgere vſque circundet, & complectatur peccatorem, vt minimè poſſit dimoueri; ita iniquitas calcanei circūdedit Herodem, Mar. 6. 22.
pes ſaltatricis obſtrinxit Regem, & obuoluit, ideſt delectatio hilaris adduxit ad necem Præcurſoris: ſic etiam ſeduxit tentatio incipit ab infima parte.
ſerpens Euam; neque enim primo aſpectu culpæ ruinam, profert Dæmon, nec peccatum toto ferè malo, ac rigore habet initium; ſic in Euangelio in parabola illa decem virginum; hæc inquit Chriſtus: *moram autem faciente ſponſo* Matth. 25. 5.
dormitauerunt omnes, & dormierunt: nota quod inquit, *dormitauerunt*, non planè *dormierunt*: dormitare eſt interruptè dormire, oculoſq. inertes ſomno habere: *dormitauerunt* ergo prius, ac deinde *dormierunt*; hoſtis enim obijcit malum, at is, qui non dum in peccatis occaſionis non vitatæ malum.
vſum habet, incipit dormire; ſed per ſtimulum conſcientiæ expergeſit, inde incidit in idem libentius, toties autem hoc euenit, donec planè dormiat. Itaq. à calcaneo incipit inferiori, ac abiecta corporis parte, peruenit autem ad dominium totius compoſiti per culpam. Quamobrem explicans tētationes, quas paſſura eſſet mulier à Dæmone, ſcriptura, hoc loquendi modo illud innuit, loquens ad ſerpentem: *ipſa conteret ca-* Gen. 3. 14.
put tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: ne credas, poſſe te vnquam dominari in illam mulierem, quia vſque à principio tentationis te confringet, & conteret caput. His poſitis ſic explico ſcripturam hanc: *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum:* pedes cuſtodiet, quia ſequitur: *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem:* ambulabis ſuper mundi vanitates inter medias tentationes, & fallaces Dæmonis artes, & ideo

ne

Digitized by Google

Bern. ſup. Pſal. Qui habitat. ne vnquam calcaneum, pedemq. mordeāt ſuggeſtione, Angelorum erit meorum hos ſeruare incolumes. lapis verò etiam dici poteſt Diabolica ſuggeſtio, & Diabolus ipſe, vti Bernardus hic, in hoc Pſalmo, quod ſi ita eſt, merito ſeruat pedem, quem afficit tentatione Dæmon: ſtatua enim illa, quam Nabuc. vidit in ſomnis licet metallorum fortitudine conſtans, ac ſublimis magnitudine: attamen eam paruus quidem lapis deiecit, & voluit in puluerem: *videbas ita donec abſciſſus eſt lapis de monte*
Dan. 2. 34. *ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos; tunc contrita ſunt pariter, ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento &c.* machina omnis ſpiritualis hominis cadet, cum lapis qui cadit de monte aquilonis, licet paruus videatur, percutit pedes. Po-
Eſt ſeruare obediētiam. teſt quoq. hoc ad obedientiam referri; qui enim benè cuſtoditos habet pedes, benè omnia diſponet, & ſuper aſpidem
Ez. 1. 7. ambulare poteſt. & animal Ez. (quæ quidem diximus obedientis eſſe ſymbolum, quod vbi eſſet impetus ſpiritus, illuc graderentur,) non cætera corporis membra, ſed pedes rectos dicta ſunt habere: *pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum, quaſi planta pedis vituli:* vitulus, qui collum parat iugo, obedientem ſignat, omnia itaq. proſpere in illo curru, cum quattuor animalia pedes haberent vitulos, ideſt obediētis formam demōſtrarent. Inde ergo ſeruata obedientia, cætera quoq. obedientia ipſa, dirigit; ac proinde præcipie-
Eccl. 4. 17. bat, Eccl. *cuſtodi quidem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias; multo .n. melior eſt obedientia, quā ſtultorum victima, qui neſciunt mali,*
Religioſi quid. *quid faciunt:* hoc quoque de religioſis dictum eſſe, dum à mundo ad domum Dei, ſcilicet ad religionem confugiunt iubentur cuſtodire pedes obedientię: *& appropinqua vt audias*; ita imperata excipe, ac videaris auribus arrectis ſemper appropiare ad os ſuperioris; reddit autem rationem: *quia multo melior eſt obedientia &c.* & merito præcepit Ioſue viros omnes Iſrael, pedes ſuper colla quinq. Regum rebellium ponere, vt pede de obedientis, indomita regum colla premerentur; ſicq. ea ipſa, contra quam deliquerant, punirentur: Pes ergo cuſtoditur cum obedientes ſumus, & hoc curat Angelus; cæterum offendet pes, cum per inobedientiam, homo, Angeli cuſtodiam ſpernit. Hoc quidem manifeſtum reperitur in ſcriptura; Domino contradicente, ac irato, pergit Balaam, ad Balac, vt populum Dei, maledictione diſſiparet; Angelus apparet, hoc auertens; ille nihilominus monita contemnit, nec quid vox aſinæ continuo loquentis ſignificaret aduertit; quid ergo ſequatur, cum inobediens Deo cōtradicit, & Angelo cuſtodienti? hoc, quo offendat pedem. & quidem completum eſt, dicente ſcriptura: *ſurrexit Balaam mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis, & iratus eſt Deus, ſtetitq. Angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ &c. ſtetit Angelus in anguſtijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur, quem videns aſina iunxit ſe parieti, & attriuit ſedentis pedem:* abnuenti cuſtodiam, inobedienti, pes atteritur, meritò ergo is qui obediens eſt in manu Angeli portatur: *ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum:* & hic quidem inſidens vili aſinæ, & imbelli, pede læditur; illi verò etiam incedētes ſuper baſiliſcos, ſerpentes, illæſi procedent, deniq. ei, qui confregit iugum: *à ſeculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, dixiſti non ſeruiam* dictum eſt *prohibe pedem tuum à nuditate:* offendes profectò in lapidem aberrans nudo pede, ideo calcea te calceamentis obedientiæ, quibus calceata monſtratur ſponſa: *quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis!*

quid ſignificat pes ſupra collum. Ioſ. 10.

Balaam cur offendit pede.

Num. 22. 21.

Ier. 2. 25.

Cant. 7. 1.

Pedes, & quarto, amorē ſæculi ſignificāt ex Ambroſij expoſitione, vnde claudus dictus eſt Iacob in hoc; primo, inui- 313
Amb. 2. de Iacob. 3.

inuigilandum eſt, vt nullus terrenarum rerum affectus intret in animam; hoc.n. fiet, vt manu ſubleuetur Angelica, ſupramundana deſideria: & ille profectò eleuatur ſupra ſe, qui dat percutienti maxillam, qui ponit in puluere os ſuum, qui portauit iugum ab adoleſcentia ſua, qui ſaturatur opprobrijs; Pes quoq; cuiuſq. operis ſignat initium, ex pede enim vſque ad caput, corpus ducitur; vnde *ex planta pedis, vſque ad verticem capitis &c.* pes autem cunctis corporis partibus vicinior terræ eſt, ideo facile contrahit puluerem terrenorum affectuum; iubebantur proinde Apoſt. puluerem excutere à pedibus.

Peſ. terrenus affectus.

Tren. 3. 24

Iſ. 1. 10.

Matth. 10. 14.

314 Angelica igitur manu eleuamur ne vnquam pes affectuum ſorde rerum terrenarum polluatur; & verè erigitur, qui affectus mortificat; ſemper autem mente fixus ad cælum eſt. in Canticis beneficiū hoc, quod in hac re præſtāt Angeli, cōperimus; vbi anima legitur ſurſum aſcendere, terrena conculcans, Angelorum cuſtodia munita: *quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmētarij?: virgula fumi:* fumus vti Glo. hic, ex igne natus, ad alta conſcendit, & ſeſe ab humanis ſubtrahit aſpectibus; deinde aromata commemorans (atq. hoc obſeruat Hieronymus.) Primo Myrram, Thus deinde, & poſtea vniuerſum pul. pig. ponit; quia prius eſt mortificare concupiſcentiā carnis; poſtea offerre Deo placabilia vota cordis, & ſic cum humilitate creſcere in omni virtutum genere. Verum qui creſcit in virtutibus, & tendit ad Deum, & quare? ſubdit: *en lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi; vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuum, propter timores nocturnos:* fortes huiuſmodi, ſanctos Angelos, intelligit Rupertus Abbas; cum ambiunt lectulum, cum aſſidua protectione aſſiſtunt, curant ne anima offendat ad lapidem mundi huius pedem affectuum; & ideo illa tanquam fumus ſuſpenditur

Cant 3. 6.

Aſcendit ad cęlum qui nullo tenetur affectu.

prius mortificatio, deinde cæt. vir.

Rup. Nā.

à terra, mente eleuatur ad cælum: *in manibus portabunt, ne fortè &c.* ne ad noxias, ac fluxas terrenæ vitæ delectationes aliquando conuertatur, erigit animam manu; & quid conſequeretur homo tutus hac cuſtodia, iam dixerat prius: *non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die; à negotio perambulante in tenebris; ab incurſu, & Dæmonio meridiano:* defendit itaq. Angelus à timore nocturno; quemadmodum ibi: *vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuum propter timores nocturnos;* alibi quoq. obſeruo in iiſdem Canticis ſponſam eleuari ad alta, ex eo, quia affectus omnes, pulueris, mortiſq. commemoratione repreſſerit: *quis mihi det &c. apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ:* mater, hìc, terram ſignificare poteſt, vti Iob: *nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc:* ipſa enim dicitur mater oīum viuentium: *vbi cōſtituta eſt domus omni viuenti,* ſic etiam Eccl. *graue iugum ſuper filios Adæ à die exitus de ventre matris eorū, vſq; ad diem ſepulturæ in matrem eorum omnium:* & Gregorius: *quia verò omnes nos terra genuit, hanc non immeritò matrem vocamus;* vnde omniparens dicta eſt ab illo:

Orig. 5. Iob 1.

Iob 30. 17

Eccl. 40.

In c. 1. Iob 18.

Nec non, & Tytium terræ omniparentis Alumnum.

Aequora cunctipara verſat ſulcanda parentis.

Virg. Aen. 6.

Mich. Ang.

Itaq. in domum, & habitaculum terræ cupit ſponſum introducere, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti, ſcilicet commemoratione ſepulturæ vniri Deo, ſpretis terrenis omnibus; at quid inde ſequeretur?: *quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum?* dilectos, ac amicos noſtros, dicit eſſe, Angelos, Baſilius, qui interdum contra nos ſtant, cum in peccatis moramur, donec nos reſipiſcere faciant, vt ibi: *amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt:* & in Eccl. *vir peccator turbat amicos:* eſt ergo Angelus dile-

Baſ. ſuper pſ. 37.

Dilectus Angelus nos ducit ad cælum. dilectus, ac amicus noſter; quamobrem anima illa Canticorum, innixa aſcendit ſuper amico, quia ſuper cuſtode anima videtur innixa, cum dicit Pſal. *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*. Porrò cum hęc dixerimus, ſcilicet, animam, ſpretis affectibus, pedibusq. nulla ſordis labe fœdatis, cum nouerit mortalia eſſe omnia à terra, manu Angelica, eleuari, iuxta illud, q dixímus: *quia leuauit ſe ſuper ſe*: & inde: *ponet in puluere os ſuũ*: ſeù vt Ambr. *in ſepulturæ foſſuram os ſuum*: facilè quidem deduci poteſt, quod qui pedes puluere turpi rerum mundanarum fœdatos habet, facilè ſe mortalem eſſe obliuiſcitur, dicente Ieremia: *ſordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui*: ſed hoc obiter. Secundò, quod prius propoſitum eſt, admirationem habet maiorem; cur videlicet non permittit Angelus hominem ambulare, ne in lapidem pedem proterat; & tamen illum à ſerpẽtis congreſſu, & baſiliſci, ac aſpidis non liberat; lapis hic offenſionis, peccatum denotat, ſicut Ambroſius, Auguſtinus, & Climacus; probatq. ipſa Pſalmi ſeries: *non accedet*, inquit, *ad te malũ, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo; quoniam Angelis ſuis &c. ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*: igitur ideo mandauit Angelis, ne malum appropinquet, neuè in peccata incidat homo; Leo autem, & Draco, & Baſiliſcus, & Aſpis, Diabolum ſignificant varijs his nominibus appellatum, ſecundum quod, varias ad nocendum artes formasq. inducit, vt hic ferè communiter Expoſitores. Enimuerò duplex bellandi genus reperitur; fictum primum, concertatio ad maiorem profectum, inſtructionem, & honorem; verum alterum, cruentum, & lethale. in primo, gaudet pater verſari filium; in ſecundò, timet; ſaluat à ſecundo, & auxilium præbet; exponit in primo, vti Horatius elegantèr, affirmans ab adoleſcentia inſtitui in armis debere milites.

Hier. 3.18

Ier. 1.9

Lapis peccatum.

Ambr. de pœn. 7. Aug. ep. 12 Clim. gra. 1.

Diabolus aſpis.

D. Th. hic.

Anguſtam amici pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat; & Partos feroces
Vexet eques metuendus haſta.
Vitamq. ſub dio, & trepidis agat
In rebus: illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis Tyranni
Proſpiciens, & adulta virgo
Suſpiret, heu, ne rudis agminum
Sponſus laceſſat regius, aſperum
Tactu Leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cædes.

Hor. lib. 3 od. 2.

Itaque cum peccatum mortem inferat animæ, iubet Deus illam ab hoc malo, ab hac petra cuſtodiri, & omnino amoueri; at quid poteſt leo vngue potentiæ ſuæ, & iuba terroris detonſus? nihil profectò, ſupendat ergo, & amoueat à lapide; & ad maiorem profectum à baſiliſco ſibilante, & leone rugiente non elonget; ideo ſponſam omni offenſione purgatam, nulla macula fœdatam, vocat ad coronam, hoc modo ſponſus: *tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: veni de bano ſponſa mea, veni de libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sannir, & Hemor; & cubilibus Leonum, de montibus Pardorum*: Leones, & Pardos, verſipelles Dæmones intelligit hic, Gloſſa, & Sanctus Thomas; coronatur ergo de cubilibus Pardorum, & Leonum; quando puritate ſua vincit, ac calcat fraudes omnes, & robur tartareum: Itaque meritò ambulat ſuper Draconem, & Leonem, ille, ad quem malum non acceſſit, & manu tegitur Angelica, & eripitur ab offenſione lapidis peccati.

liberat à peccato non à tentationibus ad profectum.

Cant. 4. 9.

Rurſus, pedem cuſtodire, eſt humilitatem ſeruare; ſicuti Gloſ. ordinaria in verſ. illum Pſalmi *in flumine pertranſibunt pede*: docit hic haberi, tribulationes ſcilicet, pede humilitatis eſſe ſuperandas; & ſic ſeruatur pes humilitatis, vt hac virtute, monſtra ſuperba, calcet inferni; cum, & pede quoque humilita-

Pſ. 67. 6.

humilitate vincitur tribulatio.

Hier ad Saluinam Iudith 11. 16. tis dicta ſit, immanis Holofernis, qui Diabolum ſignat, fregiſſe ſuperbiam Iudith. Vel etiam, cum lapis duritiam ſignet, & peccatum; pedem vult ab eo eſſe alienum, ne pedum poſitione, poſſeſſio vnquam hæc læthalis habeatur; pedum namque poſitione, iuxta legis peritorum conſtitutionem, rerum dominia firmantur. Tandem mos eſt Diaboli, in re, quæ tenuis eſt, fraudes omnes, & ingentia mala abſcondere; deinde vires debiles, & breuem potentiam, ad terrorem, ſub magno apparatu monſtrare; Deut 2. xj. ſicut Doctores hoc explicant, adducendo Gigantes illos terræ promiſſæ. Atq. ideo monſtrat hoc Angelus: ne credas paruifaciendam eſſe offenſionem in lapide, quin ab hoc te ſeruabo: latent enim ibi Demonis artes, & ideo: *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum:* ne timeas autem à terriculamentis illis, quæ in varias formas ſeſe vertens Dæmon ille tortuoſus, edet; imò ſecurus per baſiliſcum, & leonem incede &c. Quamobrem quis aſſereret draconem illum magnum nil potuiſſe nocere ſeptem capitum robore munitum, quæ omnia parauit ad vindictam; cauda verò, quæ abſondit ſolet eſſe, & nullus valoris, tertiam ſtellarum partem traxiſſe: *& ecce draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademada ſeptem; & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum:* apparatus verò capitum, terrorq. oſtenſus, nihil profuit; Vides ergo quomodo minimè, quæ ad contemptum, plerumq. habemus, magno ſunt nobis damno; magna quoq. vano fucatoq. Diaboli aſtu, euaneſcere; vnde dicitur, quod *iratus eſt draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de ſemine eius:* impotens abſceſſit. Prætereà beſtia illa, quæ ſequenti capite deſcribitur, videtur potentiam omnem in minas, terrorumq. conuertere, nemo enim dicitur ab ea proſtratus &c. At ſecunda beſtia, quæ mitior apparuit, manſuetudinem in cornibus agni præſeferens: *& vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo, ſimilia agni &c.* dicitur quod ſtragem, excidiumq. feciſſet: *& fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram, in conſpectu hominum &c.* itaque ars hic detegitur Diaboli qui ſæpe decipit, & illud &c. & ſub vmbra dormiens in ſecreto calami; attamen habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius, vti Iob, & nos alibi, & hæc particulariter de Pſalmi verſiculo: In vniuerſum autem, ideo hominem in manibus portat Angelus, vt affectum monſtret matris, ac nutricis; tum enim videt hæc periculum aliquod, ne in illud incidat puer, inter brachia abſcondit: Angelus autem hoc gerit officium, iuxta Diuum Bernardum hic: Syrus autem interpres legit, vti ſupra obſeruatum eſt: *ſuper vlnas portant te:* proinde enumeratis periculis in præcedentibus verſiculis: *à ſagitta volante in die; ab incurſu, & Dæmonio meridiano &c.* Angelus inter hæc, tanquam mater, illum quem cuſtodit, accipit in vlnas, & eruit à periculis; atque hoc quidem ardentiſſimi amoris inditium eſt, aliquem ſcilicet, in manibus portare. Adde etiam quod pro nobis dimicant Angeli, cum opus eſt, vt tutos omnimodè nos ſeruent; & cum quis appropinquat, vt ſub cuſtodia illius hominem lædat, ſtrenuè pugnat. Propterea illud quoque adnotare poteris, quod inquit Iudith: *viuit autem ipſe Dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem:* ecce cuſtodiam, ſequitur: *ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua, in euaſione mea, & liberatione veſtra:* ſi caput impium Regis abſcidit Iudith, cur *in victoria ſua?* bellum indicat, quod ad tutelam gerit pro nobis Angelus, cum aduerſitatibus omnibus, quæ nos, Angeli præſidio quodammodo ſecuros, turbant; vnde præliatur ipſe nobis vires præſtando,

Marginalia: Dæmon ſub parua re abſcondit virus. — Apoc. 12. — Apoc. 13. — Iob 40. 16. — Angelus mater, & nutrix. — Syrus in 4. Luc. — Pugnant pro nobis — Iudith 13. 20.

Digitized by Google

do, auxilium, & conſilium. Ideo facilè nunc intelligimus cur à Chal. pro, *in manibus portabunt te*: lectum ſit: *in fortitudine portabunt te*: portant te in manibus, vt tutela monſtretur, ſed in fortitudine, vt auxilium, & fauor. At verò non virium tantum fauor hic, & beneficium eſt: os quoq., & eloquentiam (vti ſupra fusè) ad defenſionem noſtram impendũt; quomodo Iob loqtur de anima perditi ſtatus, & ferè deſperatę ſalutis, quæ Angeli patrocinio liberata eſt: *appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis*, ſed tantũ *ſi fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus, vt annuntiet hominis ęquitatem, miſerebitur eius*: omnis apud Deum eloquentia, ac ſapientia, ſtultitia eſt, vti ait Gregorius, vnde toties Iob aſſerit: neminem ante Deum, ſapientem eſſe, & Moyſes inquit: *ex quo loquutus es ad ſeruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ ſum*: Ieremias quoque reſpondens Deo balbutit, quia, vt ſupra initio capitis dictum eſt, confunditur omnis eloquentia ante Deum; attamen agnoſcimus, quid præſtet Angelus, cum de cauſſa hominum agitur: dicitur enim Angelus loquens: ſiuè vt alij *eloquens*: annuntians equitatem hominis Deo, eloquens dicitur. Præterea cum tertia pars cæleſtis militiæ cauda ſerpentis commota ruit, nemo fuit, qui loqueretur ad Deum, & preces multiplicaret; at cum de homine ſermo eſt, Angelus ante Deum, hominem iamiam ad corruptionem deſcendentem, cum mortiferis comparatum, & commẽdat, & erudité cauſſæ merita exponens, liberat, ac priſtinæ incolumitati, ac libertati reſtituit, ibi ergo *factum eſt ſilentium in cælo, dum draco committeret bellum &c.* canit Eccleſia; hic verò: *ſi erit pro eo Angelus loquens &c.*

portãt nos in manibus fortiter.

Iob 33.

Angelus eloquens pro nobis.

Exo. 4. 10.

ſollicitus pro nobis de noſtra ſalute.

Rurſus videtur plus Angelus de noſtra ſalute eſſe ſollicitus, quam nos ipſi; ille enim, qui vocatus eſt ad nuptias, nõ habens veſtem nuptialem; Dominica ſententia miſſus in tenebras exteriores, nec verbum quidem ad ſui defenſionem protulit; ſed continuo, ait textus: *obmutuit*; at non obmuteſcit Angelus, cum nos in diſcrimen conijcimur: cum periculum capitis nobis inſtat, totum Angelicæ fontem effundit eloquentiæ, vt eruamur à malis, ſaluemur à miſeria: *ſi fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus*: Et quidem valdè efficaciam, eloquentiamq. Angeli commẽdat, quod infra ſubnectam; quod videlicet (nec non etiam hoc ad miſericordiam Dei quam maximè ſpectare poteſt:) vt aliquem liberet; ita ſubtiliter, ac intente merita cauſſæ perquirit, vt, quod minimè quodammodo à miſericordia conſideratum eſt (hoc dixerim, vt Angeli ſtudia in hominem euidentius explicem, non vt notam miſericordiæ tribuam) ipſe, nimia diſquiſitione comperit. Et primò ſupponendum, miſericordiam ipſam, partes agere patroni apud Deum in iudicio, quod de nobis eſt; ſicuti Pſalmus: *miſericordia tua Domine adiuuabat me*: & alibi dicitur, quod non continebit, nec compeſcet, nec tacere faciet in indignatione ſua, miſericordiam pro nobis loquentem: *aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* ergo, patrocinante adhuc miſericordia, & nihil inueniente, quod poſſet ad liberationem illius proferre, apparet Angelus, & inquit: *libera eum, vt non deſcendat in corruptionem, inueni in quo ei propitier: conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs*: iam hic tribulationes multas perpeſſus eſt; hoc valet ad abſolutionem: *libera eum: reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ, & ideo deprecabitur Deum, & placabilis ei erit*: Porrò Angelus loquens vnus de millibus, iam extrema ſententia damnandum abſoluit. Vel etiam ſenſus hic poteſt eſſe: cum nos comperit puniendos, loquitur ad Deum: *ſi fuerit pro eo Angelus loquens*: at Deus, inquit: *libera eum, vt non deſcendat in corruptionem; inueni, perquire in quo ei propitier*: at Angelus: *conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs*: ſupplicijs attritus eſt, reuertatur obſecro ad dies ado-

Matth 22. 17.

Miſericordia Domini.

Angeli diligentia erga nos.

Pſ 91. 18.

Pſ 76. 10.

Oro grata Deo.

adoleſcentiæ ſuæ; & inde : *deprecabitur Deum,& placabilis erit ei* : ſtatim placacatur:obiter autem hoc de oratione intelligo : ſufficit quod proponis , ſi vult Deum placabilem hic peccator, deprecetur Deum , orationi ſtudeat ; hac illum conditione abſoluo ; roget ipſe me ; hæc erit pœna , & quidem ſuauis, oret Deum &c. vel etiam habe ex ijs: Deum, dum confert dona, noſtram voluntatem requirere,ne ingrato cõferat; ſicuti Petrus , claudo illi imperauit collaturus ſanitatem : *reſpice in nos* : quid confert virtuti miraculorum,reſpicere ? [pche vi poneſſe qualche coſa del ſuo] ita quoque ego illi propitius adero,ſed oret ipſe: deprecabitur Deum,& propitius ero ei.

vult nos expetere gratias Deus.

Act. 3. 4.

315 Mira quoq. Angelorum ſollicitudo, quam oſtendunt in probitate hominum procuranda; ſciunt enim hos, iram Dei concitare,vitijs pollutos; ideo omni ſtudio illos, vel à noxa retrahunt,in quam breui eos vident deſcenſuros ; vel etiam coniectos in culpam, ab ira Dei ferè reparant.Pulchrè autem hoc comperimus in Iſaia. Obſtinationis,& idololatriæ crimine Ieruſalem detinebatur , & pœnè omni vitiorum corruptela; quamobrem breui, ſolo æquanda erat, incolis in captiuitatem adductis : in hoc ergo ars amantium apparet Angelorum. Primò, ne vox peccatorum (habet enim,& culpa vocem , vt *arguet te malitia tua* : & vox quoque ſanguinis Abel clamauit ad Dominum)Deum ad iram excitaret (totum hoc more humano loquor) Angeli ingentes voces edebant, & tota vocum ſuauiter clamabant melodia,vt ijs vocibus oblectatus Deus, quid noxa ferret a terris non audiret, idcirco: *& clamabant alter ad alterum, Sanctus,Sanctus, Sanctus:Dominus Deus exercituum plena eſt omnis terra gloria eius* : homines negant,hi confitentur,vt errorem obtegant illorum ; vox iniucũda eſt peccatorũ, iſtorum ſuauis,clamantium:*Sanctus, Sanctus,Sanctus &c.*Præterea:*plena eſt omnis terra*,inquiunt:*gloria eius*,omnes te Domine creaturæ glorificant.

Iſ.6.1.

Ier. 2. 19.

quare cõcinant Angeli in viſione Iſaię

At,qui non audit poteſt tamen incedere,& deſcendere; vt aduertat mala patrata ab ipſis ; ſed , & Seraphim quodammodo alis videntur pedes illius obuoluere : *duabus velabat pedes eius* : Deinde etiam ſi non poſſit incedere, impedimento alarum quaſi pedes retrahente , poteſt tamen cernere delicta , gentemq. illam idololatrantem , iubere omnino diſſipari , ac deleri ; at huic quoque occurrit ſolertia , & amor Angelorum ; velant ergo alis faciem : *& duabus velabant faciem eius* : Verum ne aliquod ſeſe offerret Deo ſpectaculum culpa inquinatum,Iſaiam, Maieſtatem Dei aſpicientem , pollutum labio, ſtatim Angelus, quaſi ſecretò purgat;vt loquuturus cum Deo , mundus inueniatur : *& dixi , veh mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum , & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis : & volauit ad me vnus de Seraphim,& in manu eius calculus quē forcipe tulerat de altari , & tetigit os meum , & dixit &c.* alio quoq. ſenſu: ideo deſcendit Angelus , quia , quod Angeli nitebantur aſcondere , peccatum ſcilicet populi , Iſaias alta voce manifeſtabat : *& in medio populi polluta labia habentis ego habito* : tace,hac enim commemoratione Deum excitabis ad iram,ne hoc modo peccata populi prode , quin ob eam cauſam ego tibi os carbone aduro : quo peracto,Iſaias potius infra loquutus eſt ea,quæ ſpectabãt ad miſericordiam: ſi vis aliquem mittere ad prædicandum pœnitentiam populo , & remiſſionem : *ecce ego mitte me.* 316

quare velabant faciem,&pedes.

quare os Iſaiæ comburitur.

In Zacharia,quam pronus Angelus extiterit ad miſericordiam , facilè reperio . Primo enim quaſi vir, qui diutius ferre non poſſit aduerſitatem ; & quaſi conceptam aliqualem habeat indignationem, clamat ad Deum : *& reſpondit Angelus Domini,& dixit: Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem , & vrbium Iudà , quibus iratus es ? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt* : 317

Zac. 1.2.

enumera dies indignationis.

quare

quare, inquit, *non miſereberis?* audax quodammodo ad ſalutem hominum procurandam: deinde *iſte iam ſeptuageſimus annus eſt:* computum retinet annorum, quaſi vſq. dum finem habeat indignatio, dies enumeret. Verum etiam dic, quod vſque ad ſeptuageſimum annum expectauit, & ferre diu non valẽs Ieruſalem afflictionem, exclamat: *vſque quo &c.* ait verò teſtus, quod Deus Angelo reſpondit: *verba bona, verba conſolatoria*: ſpem oſtendit indulgentiæ, & miſericordiæ: patienter age, & ego populo huic propitius ero; poſt hæc verò Angelus miſericordiam annuntiat: *propterea hæc dicit Dominus: reuertar in Ieruſalem in miſericordijs; domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus:* ſi ſuperiora ponderentur, apparebit, nullo modo promiſiſſe Dominum, miſericordiam ſuper Ieruſalem effuſurum, quinimo

quare cõſolatur Angelũ Deus

ait Angelus: *vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es?* At ita pronus ad miſericordiam Angelus eſt, vt illa verba conſolatoria, quæ dixit Dominus, ille interpretetur de præſenti miſericordia, & ſtatim veniam, & miſericordiam annuntiat.

318 Nota quoque hic, quod Dominus Angelo reſpondit, verba conſolatoria; oportuerat his verbis Ieruſalem cõſolari, vt quid indiget Angelus conſolatione? at nouit Deus, quanto mærore teneatur Angelus, dum is, quem cuſtodit affligitur; vt ſi conſolatio adhibenda eſt, potius ad Angelum dirigenda ſit: *verba bona, verba conſolatoria:* noſtræ enim ipſum quodammodo calamitates angunt, & cruciant anguſtiæ:

319 Quod verò ad patrocinium attinet Angelorum, ita eloquentes, ac ſolertes ſe oſtendunt, vt inceſſabili voce proclamans coram Deo militia cæleſtis exercitus, ſileat, cum Angelus cuſtos profert hominum merita; quaſi res magni deferat momenti vult ſolus audiri, petitq. cantilenas, voceſq., agmina concinentiũ, donec ipſe, quæ fert, exponat, ſilere. Ideo ſi legis ſilentium factum eſſe in cælo *factum eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora:* ſtatim aduertis, non alia ratione factum eſſe, niſi quia orationes Sanctorum deferebat Angelus; differt verò armoniam (vt ita loquar) vt nouitate commoti cæteri Angeli, curioſius attendant, & quid ferat nouum hoc, & merita Sanctorum omnes agnoſcant: *& alius Angelus venit, & ſtetit ante altare, habens turibulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum ſuper altare aureum:* & hoc quidem effici potuerat, non interruptis cælorum cantibus; at omnes ad opus ſuum vult intentos: Dominus autem oblectatur ſuper his, quæ Angelus defert. Igitur hic ſilet exercitus, cum læta ab Angelo deferuntur; in Iſaia verò inceſſanter canit, vt crimina occulta eſſent, & non tam manifeſto agnoſcerentur, iuxta noſtrum concipiendi modum.

Cuſtos cur indicet ſilentiũ in cælo.

Apoc. 8. 3.

Iſa 6. 6.

Id quidem credo ego ſeptem illos oculos in cornibus Agni innuere: *& vidi, & ecce in medio troni, & quatuor animalium; & ſeniorum, Agnum ſtantem, tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram.* Primò, cornua ſignificant fortitudinem: *cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius:* iram quoque, & zelum, vt Gregorius. Itaq. Agnum ſe Chriſtum oſtendit; quod ſi, cum ſit Agnus, cornu limat, acuitq. contra peccatores, ſtatim adeſt Angelus. Vias ergo tenet Angelus, per quas tranſit indignatio; vel etiam quod irato Deo ſe offert Angelus, inquiens: me me prius confode, in me iram exerce. Vel vltimo oculi in capite Agni, ſcilicet Angeli in capite Chriſti, vt quam cari ſint Deo, illi, quos ad noſtram cuſtodiam deſtinauit, appareat; hoc enim nos loquendi modo, explicamus, quod carum nobis eſt, & alijs largiri cupimus [mi cauerei gli occhi dal capo per darueli]. Ita ergo hoc indicat, Angelos Chriſto cariſſimos eſſe; ſufficit quod in capite Agni videantur. 320

Apoc. 5. 6.

Hab. 3. 4.

1. Reg 16.

Oculi qđ ſtrant in capiti agni.

Enimuero non prætereundum eſt 321

hic

hic, quod aliqualem habet difficultatem, videlicet: flenti Ioanni, ex eo, quia nemo dignus inueniebatur aperire librum, nec videre eum; reſpondit vnus de ſenioribus: *ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iudà, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius*: cum hæc dixiſſet Senior, ſubdidit Ioannes: *& vidi, & ecce in medio troni, & quatuor animalium, & in medio Seniorum, Agnum ſtantem, tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram*: profectò non agnus erat hic cernendus, ſed leo; cum enim leo vicerit, & ſoluerit librum, cur ſtatim hic leo apparuit agnus? ſi dignus erat leo aperire librum, cur inuenitur non leo, ſed agnus, eundem librum à dextera ſedentis accipere, ac aperire? quod idem eſt, ac quærere: cur ille, qui dicebatur leo, ſtatim apparuerit agnus? Primò, quia idē Chriſtus, & leo eſt propter diuinitatem, & agnus propter humanitatem; leo propter iuſtitiam, agnus propter miſericordiam. Tunc autem apparuit agnus manſuetus, cum ſedens ſuper aſinam, tota puerorum, & hebræorum plaudēte turba, intrauit Ieruſalem; nam hoc aduertit Euangeliſta, dicens: *hoc autem factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam dicētem: ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis*: apparuit deinde leo, nam ſequitur: *& intrauit IESVS in templum Dei, & eijciebat omnes ementes, & vendentes de templo, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit &c.* rurſus apparuit agnus, quia ſubditur: *& acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo, & ſanauit eos &c.*

Cur ille qui dicebatur Leo apparuit Agnus.

Matth. 21.

Iſa. 62. 11.

Chriſtus Leo, & Agnus.

322 Iterum, leo dictus eſt Chriſtus, de tribu Iudà: in benedictionibus autem Patriarcarum, hæc ſcribuntur de Iuda: *catulus leonis Iudà ad prædam fili mi aſcendiſti; requieſcens, accubuiſti, vt leo, & quaſi leæna: quis ſuſcitabit eum?* hæc prophetia de Chriſto eſt: *ad prædam aſcendiſti fili mi*: aſcendit Chriſtus in crucem ad prædam, aiebat enim: *& ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*: deinde: *accubuit vt leo*: quare vt leo? animal iſtud, inquit Pierius, (& nos alibi pluries) inter dormiendum oculos habet apertos, ac ſplendeſcentes, inde per leonis caput Aegyptij, vigiliam, cuſtodiamque oſtendebant: Chriſtum poſt mortem, hoc modo requieuiſſe indicat, neque enim tanquam ſomno mortis obruto, corruptio, cæteraq. humani corporis detrimenta inceſſere, ſed: *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*: & vigil deinde, licet crederetur ſomno mortis quieſcere, ſpoliauit infernum: ſed quando hoc? quando ſemet ſuſcitauit, & ideo ſequitur: *quis ſuſcitabit eum?* ideſt nemo illum excitabit à mortuis; ait enim ipſe: *ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi*: ego exurrexi; nemo me ſuſcitauit; ideo ergo dicitur leo, Chriſtus, at in paſſione: *quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit*.

Gen. 49. 9

Ioa. 12. 32

Pier. Leo ſ vigil.

ſepultura & reſurre &c.

Pſ. 15. 10.

Pſal. 3. 6.

Iſa. 53. 7.

Sed quod ad rem noſtram pertinet: ille, qui erat leo, dicitur agnus; 323
quia circunſtant angeli: *habentem cornua ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram*: adeo iratum, fortemque, leniunt, precantur, obſecrant, vt omnem cogant dimittere furorem, & agni manſuetudinem oſtendere, ac miſericordiam. Propterea poſtquam Zaccharias viderat oculos iſtos, alibi, ſuper petram ſcilicet: *quia ecce lapis, quem dedi coram Ieſu: ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*: apparent poſthæc huiuſmodi oculi: vt lucernæ in candelabro: *& ſuſcitauit me quaſi vir, qui ſuſcitatur à ſomno ſuo, & dixit ad me: quid tu vides? & dixi: vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ eius ſuper illum &c.* explicatq. in conſequentibus lucernas haſce, oculos priores eſſe: *ſeptem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſam terram*. Verum quid vltra videtur

obijciun miſer.

Digitized by Google

detur, cum videntur oculi iſti, ideſt Angeli; *& duæ oliuæ ſuper illud, vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius:* hinc inde oliuæ; oliua quidem pacis, & miſericordiæ ſymbolum eſt, vt Baſilius, & Tertullianus: quare ergo non ſit agnus Chriſtus, cuius in capite oculi huiuſmodi ſunt? ad miſericordiam ſtatim flectitur: Et in ſcriptura illa toties allata, obſeruare poteris, quid cum Angelus eloquens apparuit, & ſtatim Deus, inquit, *inueni, in quo propitier:* quare prius non inuenit? nunquid iners diſquiſitio Dei eſt, vel aliquid Deum præterit, quo veluti dānatum reuocet? hoc pacto iſtud intelligo, ait textus: *miſerebitur eius:* apparet oliua, non adeſt Angelus, & ſequitur deinde iubens Angelo: *& dicet, libera eum, vt non deſcedat in corruptionem: inueni in quo propitier:* inuenit, ſcilicet, oliuam miſericordiæ, & propter hoc propitiatus eſt, hanc obijciet Angelus, & ideo: *miſereſerabitur eius.*

de abdic. rerum de bapt.

Iob 33. 21.

324 Poſſunt quoque, & ea, quæ de fauore Angelorum dicta ſunt, hoc modo vlterius probari. Adeo manſuetudinem, ac miſericordiam olea ſignificat, vt fuerint olim, qui Deorum ſimulacra, non, niſi ex olea fabricari debuiſſe contenderint; quaſi benignitatem illam referre videatur, qua, ſuperi, præditi ſunt. Pier. autem hoc ait: apud Herodotum Terpſiſicore, orta in Epydaurijs ſterilitate, conſultum ab ijs oraculum reſpondit: Damiæ, & Auxeſiæ ſimulacra ex olea erigenda. Non immeritò itaque ſacra oleæ ſtirps, apud Mileſios tunc ſpontè ſua conflagraſſe dicitur, cum illi inter ſe omne crudelitatis, & immanſuetudinis genus truculenter excreuiſſent. Aiunt verò oleo, contra furorem tātam ineſſe vim, vt effuſum in perturbatos veſanientis maris fluctus, tempeſtatem efficaciſſimè tranquillet. Atqui manſuetudinis, ac pietatis ergo ſymbolum eſt ſculptura illa Angelorum in oſtijs oliuarum: *& in greſſu oraculi fecit oſtiola de lignis oliuarum, poſteſq, angulorum quinque: Et duo oſtia de lignis oliuarum & ſculpſit in eis picturam Cherubim, & palmarum ſpecies:* & ſupra: *& fecit in oraculo, duos Cherubim, de lignis oliuarum:* vt quid ergo non placatur numen diuinum, cum Angeli, quaſi toti compacti ex pietate, & miſericordia ſint?

Pier. de olea §. quantum.

oliua quid ſignificat.

3 Reg. 6.

At verò operæpretium eſt inquirere, cur in oſtiolo depicti appareant Angeli, & ſecus Angelos, palmarum ſpecies, in templo autem, nulla palmarum mentio fiat? duos hic ſtatus Angelorum deſcribit ſcriptura, eorum ſcilicet, qui in cœleſti Ieruſalem manent; & eorum, qui nos hic in terris cuſtodiunt Cherubim in oraculo, primos ſignificat; in oſtiolo verò ſecundos. Palma victoriæ, bellum ſupponet; at nullum extitit Angelis in patria cęleſti bellum: pugnant autem, dum nos cuſtodiūt extra templum Dei. in oſtio; & ideo palmas videntur habere; ideoq. Iacob Angelos aſpicit aſcendentes, & deſcendentes profectò vſque ad cælum; nam Dominus innixus ſchalæ aditum vlterius aſcendi præcludebat; ergò ex ijs erant, qui pro nobis, in terris, pugnat; dicat ergò: *quam terribilis eſt locus iſte*; & deinde ibi eſſe portam; indicans, & hic contra tartareas poteſtates, ad noſtri tutelam, bellum gerere; & palmas tenere victoriæ, iuxtà cæli ianuam: In portis quoq. illius ciuitatis quæ monſtratur Ioanni in Apocal. Angeli ſtantes ſunt; quid ergo manet intētatum, cùm, & bellum continuò pro nobis ſuſcipiant, & ante Deum oliuæ miſericordiam præſeferant? Cæterum & ad hanc miſericordiam, & Cherubim, Dauid reſpexit, cum dixit: *ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſeculum ſæculi:* Quod dicit *in æternum* hoc illud reſpicit, quod, oliua, æternitatis extiterit hieroglyphicum; eius nāq. materia, æterna eſt, quam neque tempeſtas, nec caries, nec vetuſtas labefactat, vt Tullius [niſi quoq. Athenæ tuæ ſempiternam in arce oleam tenere potuerūt] quod conferentes ad Angelum, perpetuam, & nulla rerum varietate perturbandam, amicitiam, ſignificamus. Hoc habes

324

Duplex Angelorum ſtatus.

aſcendentes Angelos, & deſcēdētes.

Gen. 18. 14.

Apoc. 21. 18.

Pſal. 51. 12

Cic. de legibus.

habes in poſtibus, vbi Cherubim, & palma inſculpta, ſeu depicta: inquit enim *fecitq. in introitu templi, poſtes de lignis oliuarum quadrangulatos:* quadrangulum, notum eſt, firmitatem ſignificare; vnde, & Ieruſalem illa ciuitas, quia nulla, ſeu tentationum, ſeu perturbationum iniuria commouenda ſit, in forma quadrangulari deſcribitur,
Apoc. 21. & *Ciuitas in quadro poſita eſt:* ſic etiam quadrangulum limen templi, firmitatem
Ez. 41. 21. fidei denotat apud Ezech. & damnati lapidibus quadris operiuntur in inferno,
Tren. 3. 9. ſicuti in Trenis dicitur. Itaque in poſtibus quadratis oliuæ, diuturnitas exprimitur amicitiæ Angelorum. Auxilium verò, quod Angeli impendunt in neceſſitatibus, firmitatem huius indicat amicitiæ; vt enim ſupra diximus, amoris ardentiſſimi ſignum eſt, ingruente calamitatis procella, amicum non deſerere: hoc quidem pacto, quod dixi, ex ſententia Salomonis explicarem. Quicunque ſub æſtiuo ardore, longum iter emenſus eſt, infeſta ſiti vrgetur; quam quidẽ ſi expleret aliquis, frigido potu; ineſplicabile, gradienti, beneficium præſtaret; quod, & de ijs, qui ardentiſſima febri laborant, affirmari etiam poteſt. Homo, qui varijs terrenarum rerum cupiditatibus, per iter difficile ambitionis, & gloriæ, arenti graditur veſtigio; quoniam, mundus potius accendit deſiderium, ſiti immani vexatur; ſicut illa
Iob 18. 9. de qua Iob: *exardeſcet contra eum ſitis;* & in Ieremia oſtenditur Iſrael, in ſiti, per inuia, & deſerta incedere: vnde
Ier. 2. 25. hortatur Dominus: *probibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti;* ex eo quia foderit *ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas:* Igitur Angelus protectione ſua, reuelans quid ſit mundana opulentia, diuina ſemper animo obiectans, proponens ſempiterna, animum reficit, & ſitim arentem
Prou. 25. 19. extinguit mundi; vnde in Prouerb. *aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua:* Gloſſa, & Beda, nuntium hunc, Angelum intelligunt: *& Angeli*, inquit iſte, *quotidie de terra longinqua, hoc eſt, à ſuperna patria deſcendentes in mundum, vel inter tentationes, ſpe cæleſtium, roborant; vel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuæ retributionis inducunt:* Vides in Daniele, pueros, inter flammas fornacis calore appeti; at Angelus ſtatim accurrit de terra longinqua, ideſt de cælo, cum potu aquæ frigidæ, ideſt refrigerauit incendia; quod cecinit ſcriptura his verbis: *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit:* cùm repreſſit ignẽ, roris iucunditate, ac refrigeratione. Atque id completum videmus in Elia; cum enim per deſertum, moerens, incederet, triſtitia laſſus, & inedia; ſub arbore Iuniperi ſomnum cępit; at Nuntius de terra longinqua, non tantum aquam ſitienti præſtitit, ſed panem; vt omnimodæ refectioni aliquid non deeſſet: *proiecitq. ſe obdormiuit in vmbra iuniperi; & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi; ſurge, & comede: reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ; comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit:* In Geneſi verò hoc expreſſius deſcriptum: Puer enim Agar in ſolitudine pęnè ſiti conficiebatur: *vocauitque Angelus* Dei, *Agar de Cælo, dicens; quid agis Agar? noli timere exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt: ſurge, tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum; aperuitq. oculos eius Deus, quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditq. puero bibere:* Nuntius ergo de terra longinqua, puerum ſiti laborãtem, vitæ labanti reſtituit. Et quam magnum ſit hoc beneficium probant illa, quæ dicit Ieremias, exprobrans ingratitudinem populi Iſrael; quod potatus in terra ſitienti, nõ referret grates Deo: *& non dixerunt vbi eſt* Dominus, *qui aſcendere nos fecit de terra Aegypti? quì tradu-*

Marginal notes (left column): amicus perennis Angelus. — Simile.
Marginal notes (right column): Dan. 3. 50. — reficit nos Angelus. — 3. Reg. 19. — Gen. 21. 17. — Ier. 26.

traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram ſitis,& imaginem mortis.

326 Nuntij quoque alibi dicti ſunt Angeli, vt in Ezech. *in die illa egredientur* Ezec.30.9 *nuntij à facie mea in trieribus, ad conterendam Aegypti confidentiam*; Gloſſa [nuntij de quibus *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris:* hi ſunt meſſores, qui colligunt de regno Dei omnia ſcandala &c.] ſenſus litteræ hic eſt: minatur, Aetiopiam, Chaldæorum incurſione depopulandam,ſubuertendamq., & quia illuc acceſſere Chaldæi nauigijs, ideo dicit,in trieribus: verum de Angelis,vt hic Hieronym. mirum eſt quod ij de quibus dictum eſt in Pſal. *qui fa-* Pſ.103.4. *cis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos, ignem vrentem:* & qui alati deſcribuntur ab Iſaia, Iſa.6. nunc ad metum incutiendum Aegypto egeant trieribus; vt quid opus eſt aligero, vti triremibus, & per æquoreas vias,tardo, incertoque ſulco præterlabi? At vide, quæ ferant nuntij; metum, & flagella, moliuntur ergo quaſcumque moras poſſunt.Nauigatio admodum incerta ſolet eſſe, & plerumque, ventis obſiſtentibus, nauis aliò directa, aliò eijcitur, ſubiecta pelagi mutationibus, & fortunæ maris aduerſæ. Itaq. etſi nuntij cæleſtes habeant alas,attamen, vt videantur Angeli hoc, quodammodo inuitè, præſtare, celeri volatu minime per aera feruntur, ſed quaſi impedimenta requirant, vehuntur trieribus. Et nota quid facturi erãt: *ad conterendam Aetiopiæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegyptij*; (cur Angeli per mare veniunt ad nos.) vt nimiam Aetiopiæ confidentiam, annuntient eſſe vanam; & terreant exemplo Aegypti, Aetiopiam. Hoc quidem ita verum eſt, vt ipſe Deus cum populum aliquem affligit, cogitet (noſtro loquendi modo id dico)& quid dicturus ſit Angelis cuſtodibus,& quomodo illis ſuaſurus,hoc quidem iuſtè,ac piè factum eſſe, quod videlicet populus ille pęnas dederit: ſic in Iſaia: Iſa.14.31. *ab aquilone enim fumus veniet,& nõ eſt,qui effugiat agmen eius, & quid reſpondebitur nũtijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipſa ſperabunt pauperes populi eius:* 2.par.32. ſenſus litteræ exponi poteſt (quæ mihi præ cæteris accomodatior videtur expoſitio) de nuntijs Sennacherib,quæ magna de excidio ac ſtrage,nuntiabant; quid verò reſpondebitur nuntijs gentiũ? reſponſum fuit quod minimè ſeſe dederet Ezech. Regi Aſſyriorum,diuina dumtaxat protectione fultus; Dominus enim fũdauit Syon, & ideo populus in ipſo ſperabit. At verò, Gloſſa,nuntios hos,Angelos intelligit; Verũ ſi vt alij.ſ.*ab aquilone enim fumus venit:*fumus.ſ.ollæ ſuccenſæ;ignis Babylonici belli,Aſſyriorum;quid dicetur nuntijs gentium? (quid reſpondeat Angelis Dominus cum nos punit.) interrogantibus nuntijs, ideſt Angelis, cur hoc permiſſũ eſt,vt tot mala inde euenirent in ruinam Ieruſalem,& gentium? reſpondendum eſt,iterum reædificandam Ieruſalem, & glorioſè inſtaurandam; neque .n. fieri vllo pacto poteſt,qđ vrbs fundata à Domino,ita inconſultò deleatur; ſint ergo nuntij bono animo, res enim Deus vertet in melius. His conſideratis, vlterius nota etiam,quod non ſolum ipſe Angelus, pænè lamentatur,amanter,cum nos videt in mala deiectos; ſed vt minimè malum aliquod incurramus, nos ornat, ac decorare videtur (ne vnquam deformes præſentemur Deo)atq. præter nuntij munus, famulæ quoq. ſubit, heram adornantis: Cant.1.xj. vt ibi in Cant. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento:* hoc ab Angelis vult eſſe dictum Hieronym.& Pſell. (videtur ſubire manus Ancillæ.) [Angeli ſic animam alloquuntur, quando Rex in te venerit, ſine te à nobis inſtrui, atque exornari, reddiq; ſimilem trono Cherubico,& ardenti] ornant ergo nos Angeli cæleſtibus donis, vt pulchri ſiſtamur ante Deum. Curat quoque Angelus vt nos eius protectione tuti, ſolatium inde experiamur; nec enim magis poteſt infantulum ſuum mater fouere, quam nos, Angeli; cum enim nos portant in manibus,quaſi molli pluma nobis lectulum ſternunt: dicente Ezech. de manu illa ſub alis animalium viſa (quæ omnia Angelum portendere diximus, & mox

Digitized by Google

hoc etiam confirmabimus.) *& manus*
hominis ſub pennis eorum: manus quoq.
cuſtodiam ſignificat, vt ibi: *& ſunt ſub*
Num.4.1. *manu eius*: ideſt ſub cuſtodia; ideo nos
portat in manu,& ſub pennis,vt eam tu
telam,quam oſtendit auis,pullos fouẽs
ſub alas, habere demonſtret. Propterea
Pſ 90.9. Arnobius verba illa Pſalmi: *& ſub pen-*
nis eius ſperabis: ad noſtram ſententiam
explicat, pennas, inquiens, eſſe Ange-
los cuſtodes. Itaque ex hoc agnoſci-
mus, quare non hoc ſufficiat Angelo, vt
pueros ibi liberet, vimque flammarum
comprimat; niſi etiam fecerit: *medium*
Dan.3.50 *fornacis quaſi ventum roris flantem*: præ
ter cuſtodiam ab igne, inter immania
fornacis incendia, flabello quaſi penna-
rum blandas auras excutit ad ſolatium.
327 Alas quoq. dicuntur habere,vt ab om
ni citius nos infortunio liberent, & la-
queo venantium eripiant infernalium;
ſæpe enim perhibetur Dæmon in ſcrip-
turis venatoris ſpeciem habere,vt inquit
ſup.Ez.homil 6. in Cant hom.3 Gregor.Orig.& Pſal. *anima noſtra ſicut*
paſſer erepta eſt de laqueo venantium:
expandunt ergo venatores huiuſmodi,
Ez.19.8. rete ſuum, vt nos incautos comprehen-
dant; at verò quid obeſſe poteſt rete
expanſum nobis alis Angelorum eue-
ctis; ait enim ſcriptura. *fruſtra iacitur*
Rom.1.17 *rete ante oculos pennatorum*: obiter au-
tem hìc aduerte in bonam partem ve-
natores ſumi etiam poſſe: Angeli enim
ſemper in omnibus vijs videntur nos
quærere, vt offerant Deo, vt interpre-
tatur Origenes; atque etiam in morte
illorum, quos cuſtodiunt,dicente Iere-
in Ier homil.12. mia: *& poſt hæc mittam eis multos ven*
natores, & venabuntur eos, de omni
monte, & de omni colle, & de cauernis
petrarum, quia oculi mei ſuper omnes
vias eorum: oculos Domini, ſuperius
Angeli fortes in hora mortis. diximus, eſſe Angelos, qui ſunt ſuper
omnes vias, perquirentes quid ad ſalu-
tem pertineant, cum finis aderit vitæ;
ſicuti ibi dictum eſt de Angelo alter-
Zac 3.9. cante cum Dæmone pro Ieſu veſtito ve-
ſtibus ſordidis; & deinde monſtrante
ſeptem oculos, qui valerent ad ſubti-
lem inquiſitionem viarum ſacerdotis
illius: denique & hoc quoque puto di-
ctum in Pſalmo: *non det in commotio-* Pſ.120.3.
nem pedem tuum, neque dormitet, qui
cuſtodit te: ecce vigilem portantem
nos in manibus, ne vnquam offenda-
mus pedem ad lapidem: & ſequitur:
Dominus cuſtodit te ab omni malo, cu-
ſtodiat animam tuam Dominus: & inde,
Dominus cuſtodiat introitum tuum,
& exitum tuum, ex hoc, nunc, & vſque
in ſeculum: inde quoque nos, Domi-
nus, defenſos, ac cuſtoditos ab An-
gelo in exitu noſtro in ſolutione corpo
ris, cuſtodiet, ac ſeruabit: non patietur
Dominus pedes noſtros vltimam partẽ
corporis,ideſt finem vitæ noſtræ infeſta-
ri nimium à Dæmonibus; quin exitum
noſtrum iubebit cuſtodiri ab Angelis.
Verum, ſi de manu operta pennis, 328
qua nos fouet Angelus, ſermo eſt; iu-
re optimo opinor, rectè dictam eſſe
à Dionyſio; Angelos dici, Aquilas, Coel.hie.19.
non ob Regiam tantum dignitatem,mo-
tumque tendentem ad ſuprema, ob
celerem etiam volatum, & vigilantiam,
ac præterea vim illam ſingularem ſpe-
culandi, atque intendendi liberè, ac
directè, in nullam partem inclinando,
aciem luminum in radium illum vber- Angelus Aquila.
rimum lucidiſſimum deitatis, quam
ex ſe, inſtar Solis emittit; ſed etiam ob
eam cauſſam, quia fauſtum indicat:
Quamobrem, inquit Cedrenus, quod Pier.lib.19
cum Genſericus Vuandalorum Rex, vi-
cto Harpace, Græcorum Rege, capti-
uos recenſere vellet, ſupra caput Mar-
tini dormientis Aquilam expanſis alis,
& quaſi volantem vidit: eo, propte-
rea commotus, captiuos dimiſit. Dæ-
mon ergo captiuat nos, per peccatum;
Angeli verò tanquam Aquilæ Dæmo-
nem terrent, qui nos obligatos, cap-
tiuosq. dimittat; ſignificat quoque
celeritatem qua nos a malo eripit, vn-
de Dominus populo, hoc quoque
exprobrat,quod ille nihili fecerit bene- Celeritas.
ficium, ꝙ ſcilicet, illum exportauerit ab
Aegypto ſuper alas Aquilarum; *quomo-*
do portauerim vos ſuper alas Aquilarum. Ex.19.4.
Quando verò de Aquila mentionem 329
faci-

Digitized by Google

facimus, quarto myſtici currus animali, Bos etiam eiuſdem currus nos inuitat, vt aliqua conſideremus, & quidem non oportet aliunde aduocare probationem, Bouis ſpecie, Angelum ſignificari; quandoquidem, quod animal ſub bouina ſpecie viſum fuit primo capite ab Ezech. dicente: *ſimilitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor; facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor; & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor*; bos tertium animal, vbi eadem recenſentur animalia, ab eodem Propheta, non amplius bos, ſed Cherub apparet: *quatuor autem facies habebat vnum; facies vna; & facies Cherub, & facies ſecunda, facies hominis; & in tertio facies leonis; & in quarto facies aquilæ*; vides igitur non recenſeri hic bouem, ſed loco ipſius Cherubim. His conſideratis ſciendum eſt, bouem ſymbolum apud antiquos protectionis extitiſſe, atque defenſionis. Refert autem Lucianus, quod apud Scitas mos fuit, implorandæ opis, & auxilij gratia, mactato boue corium ſternere, ad quod accedebat qui præſtabat auxilium. itemque ſubdit Pier. quod tempore Vitellij, bos, diſcuſſo iugo, triclinium, in quo cœnabat Veſpaſianus, irrupit, & fugatis Miniſtris, quaſi repente defeſſus, ad ipſos accumbentis pedes, ceruicem ſubmiſit; quod nihil aliud portendiſſe creditur, niſi terrenum orbem amariſſimo Vitellianæ dominationis iugo preſſum, opem à gente Flauia depoſcere, quæ iam rem eſſet potitura. Inditium quoque defenſionis, obſeruamus, illum extitiſſe, qui flammeo gladio in manu, ante ianuam Paradiſi collocatus, deliciarum locum illum cuſtodiuit.

Ez. 1. 10.

quare dicatur bos.

Ez. 10. 14.

Luc. lib. 2. de amic.

Pier. lib. 3.

defenſio, & protectio.

Gen. 3.

330 Aiunt etiam Leonem, Angelum ſignificare; vnde ait quoque Dionyſius, quod Leonis facies in Angelis, eſt vis illa principalis, & robuſta, & indomabilis, per quam oculatiſsimi illi, & ineloquibili diuinitatis arcano, pro viribus ſimiles nituntur euadere, operti ſpiritualibus veſtigijs, & expedita illa, atque ineffabili celeritate itineris, ad diuini fulgoris ſecreta tendentis: Itaque benè hoc fauorem, protectionemque ſignat Angelicam; Leo enim terret hoſtes, nec aliquis ex tartarea turba, contra vires Leonis huius conſiſtere valet; ſic ait Pauſanias Agamemnonem in clypeo ſimulacrum leonis geſtaſſe ad terrendos hoſtes; continuo ergo ab Angelo, qui in clypeo protectionis adeſt, Dæmon fugatus, ac territus abſcedit. Quod ſi legis Leonem formidare ignem, vt abundè ſuperius; ſcias id quidem verum eſſe in Angelo; horret, & meminit quodammodo fugæ, cum ignem accendimus concupiſcentiæ.

Dionyſ. Cæl. hier. 15.

formidat ignem concupiſcentiæ.

331 Porrò hæc animalia dicta ſunt à Ioanne (vt eadem eſſe, alibi dictum) oculos habere ante, & retro; qua de re, omiſſis cæteris expoſitionibus, hæc dicerem; oculos anteriores ad vitæ tutelam referri, poſteriores ad mortem: cum enim ollam ſuccenſam, ideſt vas fictile, naturali calore accenſum, vitam ſcilicet humanam, pœnè à frigidiſſimis flatibus Aquilonis extinctam cernis: *quid tu vides, & dixi: ollam ſuccenſam ego video:* en fragile corpus, calore vitæ exiſtens; ſed *facies eius à facie Aquilonis*: en imminens mortis rigor, qui quidquid calidum eſt, ſeu vitale eſt conſumet; hoc conſpecto, quid prius videt Ieremias? *virgam vigilantem ego video*: Angelum diximus vigilantem, ne quod ipſe cuſtodit, tartareus hoſtis poſſideat; virgam diximus oculatam: inuigilat enim Angelus, neu quid ingruat aduerſum, ne damnum aliquod, ille qui ex hac vita ſoluitur, incurrat: *virgam vigilantem ego video:* atque etiam eloquentiam in illo certamine oſtendit, vt ſupra dictum eſt, petit à Deo, & ea omnia quærit obtinere, quæ ad incolumitatem pertinent morientis; ſicut ibi in Dan. obſeruas petitiones Angelorū, quas hoc pacto expreſſit ſcriptura:

Apoc. 4. 6.

cum adeſt olla ſuccenſa adeſt virga vigilans.

Digitized by Google

Dan.4.14. *& ſermo Sanctorum, & petitio:* procul dubio Angelorum, quid obtinuere petitione ſua hi Sancti? *ſicut in ſententia vigilum decretum eſt:* apud Romanos legem omnem, & decretum; rogatum, & poſtulatum præcedebat; ideo ergo ex his deducere debemus, petitionem illam extitiſſe, quæ obtenta, profutura eſſet Regi; cohabitationem ſcilicet cum feris, quoniam indutum ferinam ſpeciem, mens alta quærens, reliquit; & ſe animal agnouit; qui ſe, homo, credebat Deum; quod quidem obſeruantes, vigiles magnæ illi fore vtilitati, iteratis petitionibus per decretum obtinuerunt à Deo; hoc quoque gerunt cum ad extremum vitæ, ſeu ad aliquod diſcrimen ſuos vident Angeli laborare; Simile quoque licebit obſeruare colloquium in libro regnorum inter Deum, & Angelos, vbi deſcribitur Deus ſolio aſſidens, vallatus ſpiritibus Angelicis, reſpondentibus, ac poſtulantibus:

defendunt & aſſiſtūt iudici.

3.Reg.22. *vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei a dextris, & à ſiniſtris:* nihil autem ferè concluditur, cum Deus Angelos adhibet contra homines in conſilium, ſequitur, *& ait Dominus quis decipiet Achab Regem Iſrael, & dixit vnus verba huiuſmodi, & alius aliter:* atque in fauorem Achab; at acceſſit deinde Diabolus &c. *& ille ait, egrediar, ero ſpiritus mendax, in ore omnium Prophetarum:* ſed ad rem noſtram; id puto innuere voluiſſe tronos paratos, à Daniele viſos:

Dan.7.7. *aſpicieciebam donec throni poſiti ſunt:* vbi Hieronymus, thronos, non niſi Angelorum putat; qui aſſeſſores iudicio, noſtram interpellant ſalutem. Ad hoc reſpiciens Ioannes dixit: *& vidi thonum magnum*

Apoc.10. *candidum, & ſedentem ſuper eum &c. & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vita:* libri aperti ſunt, ideſt vitæ, & mortis, vti Hierooymus vult; ſed ex alijs, tria genera librorum diſtinguit Ioannes; Primò, Demonum accuſantium; Secundò, Angelorum defendentium; Tertium verò, noſtræ conſcientiæ, & eorum, quæ geſſimus; At quis nō erecto eſſet animo licet reus, tales habens in iudicio patronos, ac defenſores.?

Refert Theopompus, quod Getæ, cy- 332
tharas habentes, easq. pulſantes, legationem de conficienda pace peragunt. Itaque peccator contra omnipotentem roboratus, inimicus fit Deo, qui omnem creaturam ad vltionem armat inimicorum, & contra inſenſatos; quærit peccator in morte reconciliari Deo; quærit, inquam, pacem; ergo Angelus Nuntius, ſeu Legatus, vt quidquid petit dulci quadam vi obtineat, cytharam pulſat orationis; vnde canit Eccleſia: *Archangelus Michael tuba cecinit: ignoſce Domine Deus noſter, qui aperis librum, & ſoluis ſignacula eius:* modos omnes inquirit, quibus Deum placet; Mos quoque erat apud Germanos, anxios, ſtando, ſententiam expectare; mox lata ſententia, ſedere; ita quoque quam ſolliciti ſint pro nobis, dum in iudicio res noſtra diſcutitur, illorum ſtatus oſtendit, de quibus: *decies centena millia aſſiſtebant ei:* & ſequitur: *iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.*

lib 14. hiſtor.

aſſiſtunt Angeli Deo iudicanti.

Præterea ſicuti in curru illo Angeli, 333
victoriæ ſignum ignis erat: *& aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentis:* ita & hoc quoque, imploratæ, ac obtentæ opis, ignis exiſtit ſignum euidens; Referunt namque, inter alia ſigna militaria, Romanos, ignem habuiſſe; vnde cum noctu pugnaturi eſſent, cum Sabinis, viderunt militares haſtas ardere, idque victoriæ adſcripſerunt: ergo cum nobis ſit colluctatio, non aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus Principes, & poteſtates; vt inquit Paulus, ſi ſuper caput, ignis haſtæ protectionis aſpicitur Angelorum, victoria quoque in promptu erit, vnde dicitur, quod Rex Syriæ obſederat ciuitatem Ieruſalem, & cum apparuerunt igneo aſpectu Angeli, ſcilicet in curribus, & equis igneis, tunc fugato hoſte Iſrael triumphauit.

Ezech.1.

Angeli habent indicium victoriæ.

Adeo

Digitized by Google

334 Adeo verò (vt tandem finem huic expoſitioni faciam,) & Angelorum protectio inopinata, ac egregia, vt quando beneficium aliquod ipſius agnoſcimus, quaſi admirando, ſi inexpectatum eſt, & ingens auxilium illud vſurpemus, quod plerumque erepti à graui diſcrimine [non haurà potuto eſſer altro che l'Angelo;] ſic Petrus vinculis ſolutus, ferrea porta, vltro cedente, ac carcere aditus exponente, foras egreſſus, cum vidit quod penè credebat, dixit: *nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis:* [è ſtato l'Angelo] & quis me hoc modo vinculis ferreis exoluere, & ſeris portarum confractis, hùc potuiſſet exponere?, & hic Angelus eſt, qui quos cuſtodit, vel inter carceris ſqualloresa, & aſperrimos catenarum laqueos, ſeruat incolumes.

Act. Apoſt. 12. 11.

In diſcrimine cuſtodit inopinato.

Virga vigilans pro S. Ioſeph Sponſo Beatę Virginis Deiparæ.

335 ETſi nullus ordo in præcedentibus expoſitionibus fuerit ſeruatus, conſultò tamen præſentem de Sancto Ioſeph, vſquehuc diſtuli expoſitionem, vt qui, acturus de B. Virgine, non ſeparem narratione, quos iunxit ætas, & coniugium; cum etiam de vtriuſque virginitate, virgæ huius occaſione ſit diſſerendum, quos illibata virginitas copulauit, æquum eſt vt vicinior quoque de pudicitia iungat expoſitio: quod ſi ſermo eſt de Sancto Ioſeph, eius opinor caſtitatem, ac merita, apprimè, myſtico videlicet ſenſu; virgam Ieremiæ vigilantem oſtendiſſe, quæ vt florens, ac amygdalina dicitur à Pagnino, oculata verò ab alijs, vt ſuo loco oſtēſum eſt, & illibatam in coniugio caſtitatem, & Spiritus Sancti gratiam præfigurauit; Cuius rei peculiarem ſenſum, ex ijs quæ Patres, ac Authores non ſpernēdæ fidei, autumant de Sancto Ioſepho, cum ſponſus Mariæ manifeſtatus eſt, enucleatius deducam. Rem ſic iſti narrant: Cum in templo adhuc B. Virgo maneret, edictum fuit à Pontifice, vt Virgines, quæ iam plenis annis nubiles erant, quælibet, viro ex more gentis traderetur. Renuit hoc B. Virgo, excuſationem hanc adducens: quod virginitatem voto adſtrinxerat Deo; neque ob id virum vllum ad ſui coniugium admitteret. Res turbationem attulit Pontifici; omnino, & quid facti opus eſſet, ignaro; votum enim infringere nefas eſt (& quidem puellæ Mariæ fides adhibēda erat quāmaxima, ex omnibus probitatis argumētis quæ illam qualis extitit declarabant:) deinde fęcunditas laudata atq. toto antiquitatis vſu commendata, nouum aliquid admirandum in Virgine ex ſentētia Pontificis prætendebat. Statuit ergo, primores omnes in proxima Encæniorum feſtiuitate aduocare, vt, re cognita, quid expediret, decernerent. Quo facto, conſilium ſtatuunt aggredi, implorato prius Diuino Numinis auxilio. Cunctis ergo adſtantibus, de propitiatorij, atque oraculi loco vox facta eſt; inquirendum, cui Virgo illa commendari, & deſponſari deberet; Quamobrem, iubeat Pontifex, cunctos de familia, & domo Dauid nuptui habiles, & non coniugatos, virgas ſuas, ſuper altare perducere; fore vt ille aſſumeretur, cuius virga, deinde in flores erumperet; quo præſtito; Ioſeph virga inuenta eſt floruiſſe, & ſuper eam in columbæ ſpecie, manſiſſe Spiritus Sanctus; atque inde diuina inuentus proteſtatione, ac miraculo, dignus, Mariæ deſponſatus eſt; Itaque hoc eſt pictorum conſilium, dum B. Ioſeph baculo innixum florido pingunt.

Ioſeph, & Maria ſimul.

Cōiugium Ioſeph cū Maria, manifeſtatur diuinitus.

Floruit baculus Ioſeph.

Hiſtoriam narrant B. Ioannes Damaſcenus 336

lib. 4. c. 19.

ſcenus de fide Orthodoxa; Germanus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, in orat. de Oblatione Mariæ: Gregorius Niſſenus, oratione de ſancta Natiuitate Chriſti; Abulenſis ſuper Marcum, Surius quoque; Lodulphus de Saxonia Carmelita, in vita Chriſti; Gregorius Cedrenus in compendio hiſtoriæ; Metaphraſtes in orat. de dormitione Deiparæ; Morales, & D. Hier. in hiſtoria de ortu Mariæ. Ex his ergo vides, quid myſtice in hac virga indicetur de S. Ioſeph. & quomodo hic in miniſtrum eligitur, & cuſtodem Mariæ, & Chriſti, cuius baculus florens apparuit: ſeptuaginta enim reddunt *baculum nuceum*, & (& vti ſupra dixi) Pagninus *virgam ex amygdalo celeriter florentem ego video*. Ieremiæ verba hoc modo explica; *quid tu vides Ieremia? virgam ex amygdalo celeriter florentem ego video*: baculum video, floribus expanſis, repente mirum in modum ornatum: at *bene vidiſti*, & ſcias tu, qui incarnationem accelerari cupis, ꝙ *accelerabo ego verbum meum*: & hic baculus floridus erit tibi ſignum, quia ego ſtatuam illum, cuius eſt hic baculus, cuſtodem verbi mei, nutricium, & patrem putatiuum. At cum virgam vigilantem viderit Ioſeph, oportuerat ſubdi: vigilabit ſuper verbũ ſuum (bene vidiſti, quia ille vigilabit ſuper verbum ſuũ) probat hoc, quod in cuſtodem vere electus fuerit Ioſeph, neque vlla naturæ in Chriſtum iura obtinuerit: Sic legis in Matthæo ordinem, generationemq; Ioſeph, ex priſca auorum Patriarcharum ſerie deductam, & regum omnium ſplendore illuſtratam; omnium vero propagines, non tranſuerſales, neque collaterales ſunt, ſed patrum generationes, & filiorum: *Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.* & ſic vſque ad Ioſeph ordo poſteritatis ex quibuſque propriis trahitur parentibus; Verumenimuero, cum & hic Chriſti generationem narrauerit, cur ordo poſtponitur? cum enim ad Chriſtum deuentũ eſt, dicit Euangeliſta, *Nathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioſeph, virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*, deflectitur ſeries generationis, & Chriſtus non ex Ioſeph, ſed ex Maria genitus perhibetur, hoc eſt quod diximus; *vigilabo ego ſuper verbo meo*, tradam ego verbum, caro factum Ioſeph, qui credetur pater Chriſti, ſed vere cuſtos erit, ſponſus erit matris; tantum ad cuſtodiam, nõ ad carnale vinculum matrimonij. Sed coniugium hoc, integritate, ac virginitate ſeruata celebratum, nuptiarum quoque demonſtratione oſtenſum; quammaximè, virga hæc amygdalina ſeu nucea Ieremiæ figurat. Ait namque Pierius Valer. amygdalum, caſtioris eſſe hieroglyphicum temperantiæ, continentiæ, ac integritatis ſymbolum; eo quia inquit, nucem videmus, amariſſimum habere putaminis corticem, teſtaque lignea, eaque duriſſima cingi, amaritie corticis, difficultatem indicante, integumenti duritia, virtutem hanc fieri autem, vt cum putamina illa, & amara, & dura ſubmoueris, fructu fruare ſuaui admodum, & delicato: ſic virginitatis, & continentiæ, caſtigata, coercitaque cuſtodia, amara primum videtur, ac perdifficilis, & eſt omni delectatione remotiſſima, ſed ex qua fructus colligas ſuauiſſimos, dulciſſimosq. iuxtà ſententiam Heſiodi dicentis: virtutis radices amaras eſſe, fructus verò ſuauiſſimos. Affert verò Pier. vt hoc explicet, de continentia præſẽtem hunc Ieremiæ locum: *virgam vigilantem ego video*: quem ex Theodoſij verſione de virga amygdalina, ita pęnè, vt notauimus illuſtrat, Hieroglyficum quoque nux eſt, vt idem eſt author, nuptiarum: quod ex ſententia Plinij, ideo hoc eſſe arbitratur, quia nuces, cadendo tripudium, ſonumq. faciant; qua de cauſſa dictum illud: *ſparge marite nuces*: ſed veriſimilior cauſſa eſt, ob duplex integumentum, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis; quale propemodum operimento fœtus muniantur: quomodocumque ſit, habes in nuce, & amygdalo, & virginitatis, & nuptiarum hiero-

rogly-

Ab. c. 29. 3
Sur. tom. 6
Mor. in Matth.
Ioſeph qua ratione vigilat ſuper verbo Domini.
Matth. 1. a
quomodo ſponſus ſit Mariæ.
amygdali Hier. continentiæ.
Pier. lib. ſ amygdala
Heſiod.
Nux hier. nuptiarũ.
In virga hac caſtitas, & nuptiæ Ioſeph figurata.

Digitized by Google

glyphicum; & ob id ſatis ſcies, cur amygdalina hac virga præmonſtretur integritas Ioſeph, & coniugalis ſtatus.

337 Alibi quoq. videtur in ſcriptura ſub amygdalina virga Ioſeph oſtenſus. idem enim iuſſum eſt in libro Num. videlicet, quod omnes primores tribuum, virgam apponerent in tabernaculo teſtimonij, quia ille eligendus erat à Deo, cuius virga germinaſſet: *poneſq. eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio, vbi loquar ad te; quem ex his elegero, germinabit virga eius, &c. inuenta ergo eſt germinaſſe virga Aaron in domo Leui &c.*

Num.17.4

virga hæc oſtenſa in lib. Num.

338 Itaq. cum in tabernaculo reponitur virga Ioſeph, ex omnibus, vna floret, & turget in gemmas florum, in tabernaculo fœderis; vbi, dato fœdere matrimonij, coniugium inter ipſum, & Mariam, Domino hoc diuinitus oſtendente, contractum eſt. At quando hic ſumus, & caſtos hoſce Ioſeph flores, obijcit expoſitio, valdè congruè hoc mihi, quod antea dixi de puritate eiuſdem, & florido baculo, videtur Eccleſia exponere, & Oſee, his verbis: *iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante* Dominum: iuſtus inquit, & quid hic per iuſtum intelligitur, niſi Ioſeph? de quo alibi: *Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſtus &c.* quid ergo ait de iuſto? *germinabit ſicut lilium:* ſi rectè vim verbi huius conſiderabimus: inueniemus alienum eſſe à floribus germen; Germinare enim, vt notat Hieronymus Lauretus, eſt germen emittere: germen autem eſt, quod ex arborum oculis naſcitur; nempe ſurculus prægnans à germinando dictus, quod ſit generationis initium.

Oſe.c.14. 6.

Matth.1. 9.

Hier. Lau in verbo germ.

339 Quomodo ergo quod ramorum arborumq. eſt, tribuitur lilio, cuius eſt florere? &c. at florum meminit iuſti huius, ſcilicet Ioſeph, ſunt enim lilia, quia caſtitatis flores ſunt, & germina, quia ſunt in baculo, qui floruit in altari; germinat, quia *virgam vigilantem ego video* baculum florentem; & ſicut lilium, quia etſi inditia connubij, puritatis, & integritatis inſignia ſunt. Quod ſequitur magis dubium mouet: *& florebit in æternum ante* Dominum: Hoc quidē arbori, & inutile, & vitioſum eſt, nunquam fructus emittere, ſed in æternum, ideſt ſemper florere; vinea illa laudatur à ſponſa, quæ floret, cuius etiam flores fructus parturiunt: *mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica:* cur ergo inter maiores iuſti huius laudes, flos inſpicitur æternus? at noſſe oportet, flores hoſce ſymbolum eſſe caſtitatis, quam ſignauerant ſupradicta lilia; caſtitas verò pro fructu, flores habet, dicente ſcriptura: *flores mei fructus honoris, & honeſtatis:* quid ergo mirum ſi ſemper candentibus pudicitiæ floribus eniteat, nec flores virginitatis in iuſto hoc, poſt ſocietatem vxoris parturiere fructus vllos, ſed illibati permanſere? cuſtos enim virginalis, atque illibatæ puritatis, purus, atq. integer extitit.

Cant.7.12

flores Ioſeph ſunt fructus.

Eccl. 24. 23.

340 At quidem antequam ad reliqua deſcendamus, puto ego hoc iudicaſſe ſcripturam in Canticis, dum hæc videtur de Ioſeph dixiſſe: *oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſidebant iuxta fluenta pleniſſima:* oculos ſignificare cuſtodiam, ſæpe dictum eſt, affirmat quoq. hoc Pier. inde enim cuſtodes dicuntur, propter officium in totum corpus præſtitum, vnde dicitur oculos apertos habere, qui alium obſeruat, ac cuſtodit, & Pſalmus: *ecce non dormitabit, neq. dormiet qui cuſtodit Iſrael &c.* quid eſt ergo ſponſum Mariæ, oculos habere ſicut columbæ, quæ lacte ſunt lotæ, niſi in matrimonio, quod illi cuſtodia fuit Virginis, ſeruaſſe puritatem, ac virginitatem? hi verò oculi reſpiciunt fluenta pleniſſima, ſcilicet B. Virginem, in quam ſe Spiritus Sancti virtus infudit abundantiſſimè.

Can.5.12.

Pier. de oculo.

Pſ. 120. 4.

341 In Cantic. quoque idem his verbis: *lectulus noſter floridus &c.* lectulus coniugale conſortium denotat, vnde ſponſa alibi: per ſingulas noctes in lectulo quærit ſpōſum; paſſim inter prophanos,

Can.1.16.

ſic

Digitized by Google

ſic Ouidius, lectulum appellat iugalem:

Ouid. in Epiſt.

Lecto cumulaſſe iugali
Pœniteat

At verò lectulus hic, ſeu conſortium ſponſi, & ſponſæ, quod fœcundum eſſe ſolet, & germinans, tametſi ad liberorũ ſuſceptionem inſtitutum, quale dixerimus extitiſſe in Ioſepho, & Maria? innuit ipſa ſponſa *lectulus noſter floridus:* floribus aſperſus eſt integritatis, & honeſtatis: communis vitæ rationem lilia, floresq. virginitatis ornarũt; nec vnquã illis propagandæ ſobolis animus extitit, nec flores in fructus cõmutarũt, niſi fructus illos, qui honoris ſunt, & honeſtatis: obſerua quoque flores decidere cum ad iugalem vitam homo deſcendit; ſed tunc virga floruit Ioſeph, etſi antea ſemper floridus ipſe extitiſſet, cum factus eſt comes Virginis, communiſq. vitæ ſocietatem ſubijt: & hoc videtur innuere Iob dicens: *lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, & rami eius pullulant:* quaſi diceret, etſi à naturali ligno truncus hic virgæ, ſeu baculi præciſus ſit, attamen inuenietur pullulare, & flores emittere; ſed quæſo qua ratione? infra: *ad odorem aquæ germinabit:* pluribus in locis ex Patrum expoſitione dicitur aqua B. Virgo: *ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio:* modo aquæductus: *& ſicut aquæductus exiui de Paradiſo:* modo fluuius: *& quaſi fluuius Dorix &c.* ergo ad odorem huius aquæ germinauit truncus exciſus Ioſeph, virga iſta de qua mox ſermo. nullus ex aqua odor: quare ergo dicitur ad odorem aquæ? ad primum Virginis intuitum, priuſquam ſimul coniugalem ſtatum inirent; vulgò autem, odor eſſe ſolet rei ferè abſentis [in odorando la tal coſa] vel etiam dic, quod odor puritatem, mentiſq. deuotionem ſignificet ex Orig. Igitur germinauit hic baculus ad redundantiam puritatis B. Virginis; talem enim decebat ſponſum, qui mirabili quodam germine, quod virginitatem oſtenderet, laudaretur, quiue ſponſam, matrem totius puritatis haberet.

lectulus Ioſeph floridus.

Iob 14. 9.

Eccl. 24.

B. Virgo aquæ fluuius.

Origen. in Exod. homil. 3.

Atq. hoc quidem myſtico ſenſu electionem ſcilicet Ioſeph in ſponſum, ab Oſee arbitror prædictum: (quamuis ex littera mos nequam diuinationis innuatur) *populus*, inquit, *meus in ligno interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei:* hæſitabant Principes, maioreſque ex Iudæis; ignorantes quid ferret vox illa, quidue Mariæ conſilium, de virginitate, quidue ſponſalitium indicatum per virgas, portenderet; appoſitis ergo arborum truncis, in ligno interrogauerunt; at quid annuntiauit Dei in hoc hoc opere conſilium? *baculus eius annuntiauit ei:* baculus Ioſeph diſtinctus flore ei annuntiauit; quod ſponſus eſſet electus à Deo: *baculus eius annuntiauit ei.* 342

Oſee 4. 12.

Baculus annuntiauit ſponſalitium.

Neque etiam alienum puto, virgas illas Zacch. afferre, vt puritatem, & caſtum Ioſeph explicem matrimonium; binas ergo virgas aſſũpſit Propheta: *& aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram funiculum &c.* ſed virga Ioſeph, vtrumque nomen habere poteſt, & decoris, & funiculi; vocatur funiculus, quia ſignum fœderis matrimonij, Ioſeph, Mariæ, in communis vitæ ſocietate copulauit; inde enim Virgini, funiculo nuptiarum adſtrictus, & vinculo charitatis, vicinior, quam antea extitit puritate; at ne putet aliquis funiculum hunc, qui vtrumque copulauit, decus virginitatis exoluiſſe; ideo, eadem quoque virga appellatur decoris; decus ſæpe in ſcriptura pudicitiam reſpicit, vnde Ezech. *& polluent decorem tuum:* & integrum caput eiuſdem Prophetæ hoc loquendi genus cõtinet, cum de pudicitia violata Ieruſalem. ideo ergo nec minuit decorem funiculus coniugij; nec legem matrimonij, decus virginitatis infecit; in vno ergo Ioſeph, in hac virga ſignato, ſocietas iugalis ex lege, & puritas naturalis extitit ex voto. Ad quod probandum duo interim loca ponam, ex ſcriptura. 343

Zac. 11. 7.

In virga Ioſeph nuptiæ, & integritas.

Ez. 28. 7.

Pri-

344 Primum eſt, ex Pſalmis Dauid his verbis: *iuſtus vt palma florebit; ſicut cedrus Libani multiplicabitur:* dicit de Ioſeph iuſto, quod florebit ſicut palma, florum meminit in palma. Hæc autem nuptiarum hieroglyphicum eſt, vti vult Pierius; flores, integritatis: Palmarum verò alia, mas, alia fęmina, maritali quadam copula coniunguntur; vnde, & nuptiarum ſymbolum dedit, quod vtriuſque ſexus indicet ſocietatem; at palma hæc Ioſephi florida dicitur, quæ etſi alterius palmæ copulata conſortio, flores nunquam perdidit puritatis: Explicarem ego fœdus vtriuſque palmæ, Mariæ ſcilicet, & Ioſeph, hiſtoria illa, quam refert vir doctiſſimus Iouianus Pontanus. Duas ille celebrat palmas; marem vnam Brunduſij; fæminam alteram Hydrunti; quæ diu ſteriles permanſere, donec paulatim ſuccreſcentes, non dum altera, alteram contueri poterat; vbi verò tantum adoleuere, vt ſeſe inuicem conſpicere potuerint, longo quantumlibet multorum ſtudiorum tractu diſſidentes, fœtificare cæperūt; In hac re non modicam fidem addit Pontano, Pierius; qui verum hoc eſſe teſtatur, & tempore Pontani maximè conſpicuum, Poeta verò rem ita deſcribit:

Pſal. 92. 12. — Ioſeph vt palma. — Pier. ſit pal ma. — Iou. Pont. car.

Brunduſij latis longè viret ardua terris
Arbor, Idumæis vſque petita locis
Altera Hydruntinis in ſaltibus æmula palma,
Illa virum referens, hæc muliebre decus &c.
Permanſit ſine prole diu, ſine fructibus arbor
Vtraque, frondoſis, & ſine fruge comis
Ac poſtquam patulos ſuderunt brachia ramos
Capere, & cælo liberiore frui:
Frondoſique apices ſe conſpexere, virique
Illa ſui vultus, coniugis ille ſui &c.
Ornarunt ramos gemmis (mirabile dictu)
Impleuere ſuos melle liquente ſinus.

duæ palmæ ſolo aſpectu fœcundę.

Monſtrauit natura, quod gratia in Maria, & Ioſeph oſtendit, abſque enim vlla complexus copula, nec permixto corporis ſexu, à longè ambo flores emiſere, illa fæcundæ virginitatis, hic illos oſtendit in palma: de Maria enim dicitur: *cum eſſet deſponſata mater eius Maria, Ioſeph, antequam conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto:* & de Ioſeph, quod ad odorem, ſeu ad aſpectum, & Virginis famam germinauit, ideo *iuſtus, vt palma florebit:* vt palma illa, ſcilicet quæ nulla ſocietate carnali erumpit in germen, ſequitur: *& ſicut cedrus Libani multiplicabitur:* In duabus his arboribus, & ſterilis virginitas, & fructus exprimitur; ait enim Agellius hic [vtramque autem arborem coniunxit, vt ad felicitatem ſignificandam, ſatis eſſet. Vtraque arbor quidem diuturna eſt, vtraque floret, ſed palma fructifera eſt, cedrus infructifera] vides ergo, vel Mariæ in palma florenti, caſtam fœcunditatem; vel Ioſephi, in palma, & in cedro nuptias, & virginitatem; & meritò dicitur cedrus Libani, Libanus enim interpretatur *candidus*, candorem puritatis in virginea ſterilitate monſtrauit; videbatur enim, & fæcundus in nuptijs, & in virginitate ſterilis; ait autem ſicut cedrus multiplicabitur, quaſi hoc de Ioſepho dixiſſet, qui interpretatur accreſcens, ſeu augmētum, vt infra.

Math. 1. 18. — Agell. hic. — quid ferat palma, & cedrus in Ioſeph.

345 Alterum locum pono ex Eccleſiaſtico, hoc ipſum innuente, hoc modo: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris, & honeſtatis:* vitem hanc

Eccl. 24. 23.

Digitized by Google

dicimus, Beatam Virginem, quæ fructificauit botrum Cypri, dilectum ſuum, Chriſtum Dominum; & vmbra in vitæ apparuit, vt quidam obſeruat, dicente ſcriptura: *virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:* vitis verò, ligno, ramove applicata fructus producit, vnde Ouid.

Hier Lauretus in verb. vitis Luc. 1. 35.

Ouid. lib. 10.

Pampineæ vites, & amictæ vitibus vlmi:

& quoniam maritali trunco vitis aſſidet, & fœmina viro, ideo in Pſalmis hæc, benedicẽs, inquit Dauid: *vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ:* Itaq. vinculum matrimonij, quod ad fœtus extenditur, plena botris, vlmo, vel cuicumque trunco hærens vitis, explicat; hoc autem his verbis indicat, virgo de ſe dicens: *ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris:* innixa baculo, Ioſepho, viro meo, fructificaui, oſtendi fructus meos, botros vitæ; at ne quis putaret maritali conſortio id factum, & munus fœcũditatis, vitẽ, ex baculo hauſiſſe, & à viro Ioſeph, Mariam vxorem, addidit: *& flores mei fructus honoris, & honeſtatis:* nemo arbitretur hoc mihi contigiſſe, ſicut & cæteris, qui prolem habent beneficio viri, nec vtriuſque virginitas lapſa eſt; vigent flores mei, fructus honoris, & honeſtatis, hic flos, hic fructus Chriſtus, non minuit decorem pudicitiæ, nec vtriuſque vota virginitatis violauit: & ego, & Ioſeph illibato puritatis candore, permanſimus. Sic quoque cum amore ſponſæ ſuæ æſtuaret Ioſeph, diceretq. iam tempus maturaſſe, quo ad caſta, expectataque conſortia, perueniret, inditio florum vernantium, his verbis: *ſurge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni: iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit; flores apparuerunt in terra noſtra:* iam manifeſtatione ſuperna, in flores erumpente virga, mihi ſeruata es, reſpondit illa, vlterius: *dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ:* toto vitæ tuæ tempore additus mihi cuſtos, paſceris, delectaberis, inter lilia virginitatis, ſemper lectulum noſtrum ornabant lilia, cuſtodiet caſtitas &c. In conſequentibus quoque exiſtimo hoc quoque expreſſum, dum ſponſa ſponſi ſui quamlibet corporis partem depingeret: interrogata enim: *qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ò pulcherrima mulierum?* reſpondit; *dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus:* candidus, puritatem ſignat; rubicundus amorem: habeo ſponſum, qui licet ſit caſtus, & virgo, attamen, me ardentiſſimè diligit: *electus ex millibus:* quia ſola ipſius virga, ex millibus, qui cæleſti iuſſu illas appoſuerunt in altare, ſola, inquam, floruit, & diuino dignus inuentus eſt teſtimonio, qui me duceret in vxorem: deinde, *manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis:* hyacinthus, aerei coloris eſt, ſignatque amorem cæleſtium; quaſi diceret: amore ſolum, cæleſtium, laborantes, vt interlin. Gloſſ. & ordin. Pier. verò hyacinthum, inquit nobis eſſe monimento, cæleſtia meditanda, cæleſtia tractanda; cæleſtia diſcutienda; totáq. mentis cogitationẽ, circa ea, quæ cæli ſunt, exercendã. Rurſus in Hebr. pro *tornatiles aureæ, rotæ aureæ*, rotæ verò exſentẽtia Lyrani, anulum ſignificant, fidem vt Pierius; fidem quoque illam, quæ inter ſponſum intercedit, & ſponſam; vnde, & ſignat nuptias. Igitur rotæ aureæ ſunt in manu plena hyacinthis, cur autem anulos copulauit hyacintihs niſi vt indicaret nuptias haſce huius ſponſi Ioſeph, cæleſti cogitatione fuiſſe vnitas? mens ergo nulla interceſſit Ioſeph, quæ thalamos reſpiceret terrenos, ſed fides matrimonij, meditatione cæleſti ornata eſt, & candore virginitatis.

Pſ. 127. 3.

Maria vitis innixa Ioſeph.

quid reſpõderit Ioſeph Maria.

Cant. 2. 11.

Cant. 5. 1.

Pier. veſtimenta ſ. li chya.

Pier. de anulo fides Ioſeph candida.

346 Videntur autem, quæ ſupra dicta ſunt de pudicitia, ac virginitate Ioſeph, virgam hanc Ieremiæ portendiſse, alibi plenius demonſtrata eſſe: Eccleſiaſtes ergo hæc habet: *florebit amygdalus, impinguabitur locuſta; & diſſipabitur capparis:* apud Eucherium caneſcet homo, tumeſcent pedes, & concu-

Eccl. 12. 5.

concupiſcentia frigeſcet; variè alij; conſule Lorinum in Eccleſ. hoc loco. Locuſtam, ait Hilarius, deſignare Gentiles, idemq. aſſerit Ambroſius, & Gregorius: Capparim verò concupiſcentiam, atque libidinem, & Iudæam: explicat hoc Gregorius: cum floruit Chriſti virga impinguata eſt Gentilitas, & Iudæa ſterilis permanſit: ſed ad noſtrum ſenſum: dum virga hæc Ioſeph floruit, atq. inde ſignum expreſſit vocatæ Gentilitatis, dum nuptias Virginis indicauit, *diſſipabitur Capparis*, ideſt omnis carnalis ceſſit affectus, non quod antea extiterit, ſed qui nunquam fuit hoc modo explicatur: *diſſipabitur Capparis*: nulla in hoc matrimonio virginitatis intercedent detrimẽta. Fructus verò hic perfectam denotat virtutem, vt ait Philo, vt enim in nuce, idem eſt principium, & finis, perfectum denotat opus; deinde, inquit, *impinguabitur locuſta*, adueniente enim Chriſto, quem virga illa prænuntiauit, Gentilitas vocationi obediẽs impinguata eſt: Amygdala enim (vt in ſequenti expoſitione) annum feracem fructusq. abundantes pollicetur. Sed conſideremus quomodo, & diſſipationem Capparis, ideſt peccatum, vt Gregorius, & fructum oſtenderit: Poſtquam Ieremias virgam vidit vigilantem, ſtatim vidit ollam. *ollam ſuccenſam ego video*: S. Hilarius hoc, de peccati exterminatione intelligit his verbis: *& eſt olla, ſecundum Ieremiam, vrens peccata, atque tollens, ſicut & Dominus ipſe mittere ignem venit ſuper terram &c.* idem oſtenditur in Cantic. *flores apparuerunt in terra noſtra*: & inde: *tempus putationis aduenit*: tempus adeſt amputandi, ac delendi peccata, en appropinquat gratia, & rigores hiberni euaneſcunt, apparentibus floribus in virga hac amygdalina: At verò, cupis videre fructum? hoc indicabant flores illius virgæ, fructum videlicet ſalutiferum, virginalis vteri Mariæ, Chriſtum Dominum, ſicuti hic in Ieremia: *quid tu vides Ieremia? virgam vigilantem ego video: bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo*: ecce fructum: *ſuper verbo meo*: Verbum incarnatum, fructus eſt, atque fructus eſt, quem flores integritatis Mariæ parturiere: & obſerua (vt etiam hoc probem) virgam hanc non floruiſſe in terra, ſeu in arbore, ſed exciſam ex arbore, in altari; inde enim monſtratum eſt, florem illum minime naturali via, ſed diuinitus germinaturum; quod ſi ita eſt Chriſtum oſtendiſſe ſcimus, virgam illam, in ſummitate; qui flos eſt: *ego flos campi*: qui floridus etiam dicitur, Nazarenus. Atque hoc magnam indicat Ioſephi maieſtatem, in cuius ſummitate: baculi, inſignia Chriſti picta ſunt, eo quia Regum mos eſt, in ſummitate, rem aliquam ſculpere, quæ dominium oſtendat, vt lilia Gallus &c. at qui in ſummitate baculi effigiatus Chriſtus, in floribus ipſius, ſubiectionem oſtendebat, ac reuerentiam, quam erat exhibiturus Ioſeph, dicente Euangeliſta: *& erat ſubditus illis*; nempe Mariæ, & Ioſeph, erat ſubditus Ioſeph; ſubiectio quidem, quæ virtutem indicet, non naturam, humilitatem, non conditionem; oſtẽdat ergo vir ſanctus in ſummitate virgæ (quam idem eſſe cum ſceptro apud antiquos Pier. obſeruat) imperium ſuum, patris in filium, quæ pullulans in flores baculi, aduentum Chriſti præmonſtret: Quod cum ita ſit nunc facile intelligimus, cur moriens Iacob dictus ſit adorare Dominum: *adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput*; litteram hanc alibi expendimus, nunc autem id exponimus, quomodo Paulus ad Hebræos dicat: *fide Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius*: quid erat in faſtigio virgæ Ioſeph, vt poſſet adorari? in Geneſi, *adorauit Iſrael Dominum*: nec vlla de virga mentio; ergo in ſummitate virgæ adorauit Dominum: vides autem quomodo virga hæc, flores habens in ſummitate, in virga alterius Ioſeph ſit figurata, vt enim Chriſtum venturum in flore indi-

Hilar. in Matth. c. 2 Ambroſ. in Luc. 3. Greg. moral. 31. 20.

In matrimonio Ioſeph diſſipatus eſt omnis ſenſus cur.

Philo de vita Moyſis.

Hil. in Pſ. 69.

Cant. 2. 12

Chriſtus figuratus in floribus quid?

Cant. 2. 1.

Luc. 2. 51.

lib. 51 de quer. S. oſiris.

Gen. 47. 31

ad Heb. 11 21.

quid ſit in ſummitate huius virgæ.

Digitized by Google

indicabat,illam coluit hoc indicans in figura Iacob: *& odorauit faſtigium virgæ eius.*

347 Porrò cum ſupracitati authores dicant Spiritum Sanctum in columbę ſpecie ſuper huius virgæ flores deſcendiſſe, clarius hoc,alibi etiam in ſcriptura reperimus præſignatum, in Iſaia ſcilicet,qui hæc habet: *& egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: ſpiritus conſilij, & fortitudinis; ſpiritus ſcientiæ,& pietatis; & replebit eum ſpiritus timoris Domini:* virgam de radice Ieſſe quis neſciat Ioſeph eſſe, electū ad Mariæ conſortium de domo Dauid, in virgarum appoſitione in templo? flos autem Chriſtus eſt, in quo Spiritus Sanctus manſit &c. in virga quidem Ioſeph videtur hic flos præſignatus, in virga de qua nunc ſermo. Pulchrè autem interroga quid expedit iterum addere: *& flos de radice eius aſcendet:* ſufficit hoc pacto floris ortum explicare,& flos orietur, vel flos aſcendet ab hac virga. Ioſeph Chriſti pater fuit putatiuus, non ex ipſo carnem traxit Chriſtus, nec vllo modo ad Chriſti natiuitatem opus ipſius pertinuit; pater tantum dictus, quia virginalis cuſtos pudicitiæ, legali ſocius matrimonio, pater naturalis credebatur. Quamobrem deſcribens Ioſephum ſub nomine virgæ, illum oſtendit aſcendentem à radice Ieſſæa; at in hac virga videtur Chriſtus, ſed nemo putet, florem iſtum vitam ex virga traxiſſe; Chriſtum ex Ioſepho genitum; ſed iterum flos aſcendit ex eadem radice, quia B.Virgo ex eodem genere ducta, mater extitit Saluatoris. Itaque appareat in virgæ ſummitate Chriſtus, quia & filius fabri appellabatur: *nonne hic eſt fabri filius*?; ſcilicet Ioſeph: & B.Virgo ad eum: *ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te:* at non coaleſcat ex virgæ ſubſtantia; non aſcendat ex Ioſeph, ſed ex radice Ieſſe, ex eadem radice,ex Virgine deſcendente ortus: *& flos de radice eius aſcendet:* ideo ex ſerie illa regum (vt ſupra diximus) aſcendit virga Ioſeph; at verò flos qui videtur, ideſt Chriſtus; non ex Ioſepho dicitur aſcẽdiſſe,ſed ex Maria; quæ eadem prorſus radice parentum edebatur: *Eliud autem genuit Eleazar; Eleazar autem genuit Mathan; Mathan autem genuit Iacob; Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ:* en virgam de radice Ieſſe, ſequitur: *de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus:* en quoque florem ex eadem radice,nempe Ieſſe, non verò ex Ioſeph exortum, ſed ex Maria.

Iſa.xj.1.

Flos Chriſtus aſcendit de Maria,non de Ioſeph.

Matth. 13.

Luc.2.48.

Matth. 1. 18.

Hic quoque in Ieremia,virgam, quam 348 diximus floridam, oculatam alij dicunt, extitiſſe; vnde,& vigilans dicta eſt, (pluries hoc oſtenſum ſupra, & infra quoq. monſtrabitur)oculi verò in ſcriptura ſæpe Spiritus Sancti dona ſignificant, vt habet Hieronym. ſuper Iſa.& Zacchar. Quod ſi ita eſt rectè videmus in hac virga oculata, præſignatum hoc, quod Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie, (quæ alioquin columba, affinitatem habet cum oculo; ſæpe enim in Cant. cōparantur oculi,columbæ &c.) ſuper virgam florentem Ioſeph deſcenderit.

Hier.ſuper Iſa xj. & Zach.3.

Cant.5.12

Oculus præterea,cui baculus erat ad- 349 iectus, apud Aegyptios, hieroglyphicum erat poteſtatis, & dominij: ſceptrum autem huiuſmodi eſſe,in ſummitate ramis hinc inde complexis,oculum in medio præferentem, habet Pier. Hoc ſigno, inquit Plutarchus, Oſirim redditum, qui vt nonnulli arbitrantur,non Aegypti ſolum, verum, & Italiæ, & totius ferè terrarum orbis imperium obtinuit; quod in baculo Ioſeph cognitū, nempe quod ſceptrum ſit ex arborum trunco,folijs hoc monſtrantibus, & qđ oculum nempe Spiritus Sancti dona ibi requieuiſſe,commoſtret;māifeſto dominium ipſius, & latiſſimam poteſtatem inuenimus. Enimuerò ſi Dominus Rex Regum,erat illi ſubditus, quis negarit ſupra Reges poteſtatem, Ioſeph extendiſſe? & hic innuit Ieremias: *conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna &c.* iſti Ioſeph dictum eſſe videtur, quod alteri di-

Pier. de oculo. baculus Ioſeph indicat poteſtatem.

Digitized by Google

Pſ.104.41. dictum eſt: *conſtituit eum Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ*: domus regiæ Dominum conſtituit, & poſſeſſionis Dei Principē.conſtitutus ergo ſuper maximos reges, Chriſtum, & Mariam; nam de Chriſto dictum eſt: *& erat ſubditus illis*, de Maria verò, *caput autem mulieris, vir*:
Cor.11.3.
alterum data Patris poteſtate cuſtodiebat; alteram verò viri prærogatiua ſubditam habebat: *conſtituit* ergo *eum Dominum domus ſuæ*: cecinit hoc Habacuch: *Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo*:
Hab.3.11.
in domo ipſius conſtitit Sol, & Luna; Sol, Chriſtus; Luna Maria; quanta ergo luminis claritate præfulgebat, qui in habitaculo Solem habebat, & Lunam?

350 Atque etiam hoc figuratum prius extitit in Geneſi, in viſione Patriarchæ Ioſeph: *vidi*, inquit, *per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me*:
Gen.37.9.
quaſi, inquit, *adorare me*: obſequebundos innuit Solem Iuſtitiæ Chriſtum; & Lunam, Mariam, erga Ioſeph. Quod ſi ita eſt, & magnæ ducis illius, laudi vertitur; quod dum bellaret, & nox, temporis ordine ſeruato ſuccederet, ne dubius (Sole occidente) qui iam fauſtè credebatur euenire, certaminis euentus exiſteret; vocis imperio, ſolutos Solis curſus inclinati retraxit, temporumq. vices, diei tarditate turbauit; ſi hoc, inquam, ad magnam Ioſue laudem redundat, qui materialem Solem ſpectatorem iuſſerit eſſe victoriæ;
Ioſ.10.13.
qualis erit Ioſeph gloria, vel quali hoc præconio efferendum, quod Solem iuſtitiæ, Chriſtum, ſæpe ſuo rexerit imperio, & ad familiaria domus negotia conſtituerit?

351 At verò ſi hoc Ioſepho concedēdum eſt, & illud intellige, quod videlicet, cū ſæpe de Ioſeph, Maria, & Ieſu in Euangelio fit mentio, nullus ordo tenetur, ſed modo primus ordine Ioſeph ſcribitur, vt ibi *Ioſeph virum Mariæ, de quo natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*:
Matt.1.16. Matt.1.18.
aliquando Ieſus præfertur, vt *Ieſus, Maria, & Ioſeph*: alibi, Maria, *inuenerunt Mariam, Ioſeph, & Infantem*:
Luc.2.16.
cum enim plures ſunt Reges, cōfusè cuiuſlibet nomina recenſentur; & modo hunc, modo illum, ordo ſcripturæ præfert; cum ergo parem quodammodo viſi ſint Maria, Ioſeph, & Chriſtus dignitatem habere; illos Euangeliſta confusè recenſuit. Quem etiam ordinem ſeruaſſe Imperatores, Gratianum, Valentinum, & Theodoſium, in multis titulis, & legibus comperitur; vt Tiraquellum eſt obſeruare. (lib. 3. de off. c. 58. & lib. 3. de gloria, & honore filij Dei.) Præterea, vel ſaltim ex hoc dignitatem Ioſeph agnoſcas, quod filij Dei tutor dictus ſit; quamobrem hoc iurè quodammodo authoritatem quandam ſibi in Chriſtum vendicabat, aſſerit hoc Ruper. ſubiectionem verò hæredum, ſeruari tutoribus, Paulus explicat, his verbis, ſcribens ad Galatas: (Ioſeph tutor Chriſti. Gal. 4.) *quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dominus omnium; ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à patre*: tutoris ergo officium, educatoris munus, ac cuſtodis, dignitatem Ioſeph commēdabat, vt is talis fuerit, de quo ſit dictum, quod ſubditum haberet, ac dicto parentem Chriſtum: *& erat ſubditus illis*: cuſtos verò fuit Chriſti miniſtrando, non gubernando; inde enim gloriam ipſius magnam compertam habemus, quandoquidem hoc videtur de ipſomet Ioſeph ſcriptura teſtari: *qui eſt cuſtos Domini ſui glorificabitur*: (Prou.28. 18.) cuſtos quidem, vt prædiximus extitit, & cuſtos Domini ſui, ſubiectus ipſe naturali, proprioq. obſequio; Chriſto præpoſitus ex gratia, & iure nutricio, ac patris putatiui: Teſtimonium quoque perhibuit diuinitatis, & humanitatis Chriſti, quid enim ipſa cogitatio dimittendi Mariam innuit, & admonitio cæleſtis, niſi quod fuerit ēt quoque diuinitatis, ac humanitatis manifeſtatio? docente Euangeliſta: *hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt: pariet autem filium, & vocabitur nomen eius Ieſus*: (Matt.1.20.)

cccc

ecce diuinitatis,& humanitatis, vtriuſq. reuelatum Ioſepho teſtimonium ; in eo enim quod Angelus ait : *quod enim ex ea natum eſt,* indicat humanitatem : *de Spiritu Sancto eſt :* diuinam, humanamq. prolem in his, & præcedentibus verbis reſerauit. Itaque Ioſeph dubitanti, arcana diuinitatis, & humanitatis panduntur ab Angelo ; & ipſe vidit, quod Angelico monitu, nudatum eſt; vt eſſet relator; & vt erat incarnati Verbi nutricius, & cuſtos, eſſet quoque in eo teſtimonium, quod ſcriptura multo ante prædixit, dicens : *teſtimonium in Ioſeph poſuit illum.*

In Ioſepho teſtimonium Incarnationis.

Pſ.80.6.

352 Verum, vt ad baculi flores redeamus, hoc quidem prius conſiderandum eſt, quod inquit : *Ioſeph fili* Dauid, *noli timere accipere Mariam coniugem tuam:* obiter hic obſerua quid ſit, quod vocetur hic filius Dauid, quare non alibi? ſed ſi hic ab Angelo, quare non etiam Maria ? hoc modo : [accipere Mariam filiam Dauid coniugem tuam?] cum vtriuſque genus à Dauid, vt dictum eſt, traheretur Dauid idem eſt, ac *dilectus:* quaſi diceret : nunc verè, qui iactaris vndis afflictionum, verè dilectus es Deo; tunc enim nimiũ diligitur iuſtus à Deo, cum conſtans, tentationum, & calamitatum vento vrgetur ; tunc diligimur à Deo, & ipſum quoque, preſſi tribulatione, diligimus ; ſicut ibi obſeruat S. Hieronymus, & nos alibi etiam notauimus : *indica mihi, quem diligit anima mea :* ait ergo Hieronymus, voces eſſe effuſiſſimæ dilectionis, hanc verò dilectionem ideo oſtendiſſe hìc ſponſam, quia malis omnibus appetebatur, & inter amaritudines verſabatur; ſicuti ipſa denotabat his verbis, quæ ferè omnium ſententia, eius ſunt, quæ à miſeria cupiat liberari, & ideo ſponſum quærit: *indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum &c.* dilectus ergo dicitur Ioſeph, cogitationum fluctibus iactatus, quæ ſollicitudinem, atque animi languorem excitarent : ſed, *noli timere :* eſto firmus, ac ſtabilis ; tu Virgo virginem ſeruas, etſi fœcunda virginitas illius te mouet, inſolito ſcilicet Vrginem fœtu repleri ; ſcias Spiritus Sancti opere id factum ; non vlla virginitas corruptionis macula violata eſt : totum hoc ego reperio in ſcriptura, quod ſic explico nulli dubium eſt, quod templum Dei dicatur B. Virgo, vt eam Eccleſia, & Patres omnes appellant, porta verò templi huius, ſemper, & cuique clauſa extitit, vt in Ezech. *& conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa : & dixit Dominus ad me : porta hæc clauſa erit, non aperietur, vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus* Deus *Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq. clauſa Principi &c.* Igitur ſolum patet hæc porta Principi Deo, nemo ingreditur per eã; partus enim Virginis, nullum attulit virginitati detrimentum : atque hoc modo quod dictum eſt interpretatur, & Gloſſa interl. *Virgo, ait Maria, Virgo ante partum, Virgo in partu, & Virgo poſt partum &c.* ita Ambroſ. & Hier. ergo & Ioſeph quoq. prope ianuam manet, nec vllo modo ingreſſus habet per hanc portam Dei ad templum, quod in medio Deum habet. Igitur rectè dicitur extitiſſe columna in cuius ſummitate lilium aſpiciebatur : columnam verò hanc appellauit Salomon Booz, ideſt: *in fortitudine. erexit columnam ſecundam, & vocauit nomen eius Booz, & ſuper capita columnarum opus in modum lilij poſuit :* atque clauſa porta templi, & columna cum lilio manente in porticu, quid aliud indicatur, niſi quod Ioſeph, fortis, ac floridus virginitate, ad cõplexus carnales virginis nõ eſſet peruenturus ; ſed ſi ex hoc ſuſpitio aliqua de virginitate Mariæ naſceretur, ideo fortis deberet eſſe, & conſtans ; ſciretque quod ſi lilio ipſe coronatur integritatis, ſponſa quoque virginalem cuſtodit pudicitiam, atque hoc videtur monere Angelus : *noli timere :* eſto fortis, nec te res aliqua conturbet, ſolus enim per hanc portam ſemper clauſam Princeps

Deus diligit tribulatos.

Cant 1.7.

B. Virgo templum Dei.

Ez.44.1.

de inſt. vitæ 7. Hier.hic.

3.Reg 7.21.

Ioſeph columna cũ lilio ſecus porticus templi.

in

ingreditur, & egreſſurus eſt: Deus. Et Cant.73. quis neget, cum iam ſit dictum, immaculatum hoc templum, quaſi columna & liliis cuſtodiri;non etiam in hoc illud verificari poſſe quod dicit: *venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus, lilijs*, clauſtrum pudicum virginis, lilio Ioſeph, caſtitate quoque ſpõſi vallari,ac cuſtodiri.

353 In floribus vero ſupradictis, quibus integritas Ioſeph oſtenſa eſt, illud comperio,quod cum dictum ſit,ęqualitatem ſeruandam eſſe in matrimonio. & vetus illud,*nube pari*,iiſdem voluiſſe virginem ſignis oſtenſam eſſe puritatem Ioſeph, ac ſua ipſius in ſcriptura monſtrata eſt. Namque de Virgine quamplurimi illud Iſaiæ interpretantur. *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*;& Ioſeph ſponſus eodem florido baculo inter mille delectus eſt, & Ieremias [quod dicas de ſponſo Virginis vt ſupra] virgam florentem aſpexit. Iſa.19.

Quod attinet ad hoc,ulterius,ſemper equidem ſcimus, ſanctos Dei,vices conatos eſſe in beneficijs omnibus, quoad licet,rependere Deo; ſic paſſionem anguſta vita, ac etiam martyrio;mortẽ morte compenſant: Verum cũ de Deo dictum ſit, quod oculos habeat ſuper iuſtos,*oculi Domini ſuper iuſtos*,protectione ſua, ac dilectione continuò illos reſpicit. Ps.33.76. unus ergo inueniatur iuſtus. i. Ioſeph; Ioſeph dictus pater Chriſti. de quo, *Ioſeph autem,cum eſſet vir iuſtus*, de quo dici poſſit [oculi iuſti ſuper Dominum]non quidem regendo,ac cõſeruando,vt ſupra etiam cautum eſt,ſed cuſtodiendo;ea quidem cuſtodia, quæ miniſterium reſpicit,non Dominium: oculi ergo iuſti ſuper Dominum,ita illum cõtinuo cordis affectu intuebatur. & hic habes in figura apud Ieremiam, quod virga ſit vigilans, & quod vigilet ſuper verbo incarnato. Has ergo vices compenſat Virgini, dum eius baculus pariter erupit in flores,& Deo dum pro cuſtodia reddit cuſtodiam.Baculi huius, opinor, flores, optaſſe virginem,cum dicebat: *fulcite me floribus,ſtipate me malis,quo amore,lãgueo* flagrabat deſiderio incarnationis; at qui cum flores hi præ Cant. 2.5. Quos flores optab. ſponſa. nuntij incarnationis extiterint,ideo illos expetebat,languentemque flagitabat his floribus baculi refici,ac ſtipari:inde enim cum apparuit apud Ieremiam virga florens, virga ex amygdalo celeriterflorens,ſtatim ſubiunctum eſt: *vigilabo ego ſuper verbo meo:* alia verſio: *accelerabo verbum meum:* hi flores nuntij ſunt aduentus filij mei:cum autem (vti ſæpe dictum eſt)flos ſpei ſymbolum habeat, illud quidem cognoſcimus, quod vulgò, (la ſperanza ſtà in fine) vigebat ſpes citiſſimi aduentus Dei, hoc flore in baculo Ioſeph, indicante: At vero vt priuilegium maius notes in Ioſeph, nota quę ſequuntur,frequens eſt in ſcriptura ſanctos angelos vices geſſiſſe Dei, cum loquuti sũt ad nos; ac nunquam inuenies nomen Patris uſurpaſſe,quinimò cum filium alloquutus eſt Deus, dictum eſt:*vox patris intonuit*:at Ioſeph hoc qui dem conceſſum: dictus eſt enim pater Chriſti:*pater tuus,& ego,dolentes quærebamus te, & nonne hic eſt filius fabri?* Luc 2.48. quod ergo minime conceditur angelis, hocquidem ad talẽ dignitatem euectus, gaudet Ioſeph, vt pater Chriſti ſit dictus (licet putatiuus) & eſſet.quod vero in hoc conſiderandum, illud eſt, eodem pacto quodammodo Ioſeph patrem Chriſti manifeſtari, ac ipſe Deus ſe dixit patrem ipſius;teſtatur enimEuangeliſta, quòd cum paterna voce Chriſtus filius Dei manifeſtatus eſt, ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendens de cælo, ſuper eundem manſit:*Et ecce aperti ſunt cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe,& ecce vox de cælis dicens:hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* Ego huius pater ſum:in diuina hac generatione eſt infinitus,æternus,qui in humana mortalis eſt: hoc ergo teſtimonium reddidit Deus, ſe eſſe Chriſti patrem:at videamus, quomodo paternitas quoad humanitatem(non carnalis,ac naturalis; ſed legalis, ac putatiua tantum) fuerit in Ioſeph manifeſtata: ſupradictum eſt quod virgæ florenti, eam ſcilicet, quam iuſſu cæleſti poſitam in templo quõ Deus manifeſtauit Ioſeph patrem Chriſti. Matth. 16.

Digitized by Google

plo floribus ornatam vidit, inſedit in columbę ſpecie Sp.S.ut authores ſupracitati hoc memorant; ergo qualis eſt dignitas Ioſeph, qui ſpiritus ſancti teſtimonio pater putatiuus declaratur? [Creſcit ſecus Mariā] Flos autem Ioſeph, & ſpiritus ſancti dono ſeruatur, & Virginali Mariæ commercio habet incrementum. Ioſeph autem, vt nomen indicat, *augmentum* dicitur: at videamus, & quod habuerit augmentum, & vnde tūc virga & flos creſcit, & augetur, [Eccl.39.17] cum ſecus habet aquas; unde in Eccleſ. *quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarum fructificate:* Maria ergo, ut ſupradictum eſt, & fluuius, & fons eſt: *fons ſignatus:* quamobrem recte de Ioſeph noſtro [Can. 12.4.] dici poteſt, quod de altero: *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens:* Pagninus, *ramus creſcens Ioſeph iuxta fontem:* iuxta fontem virgineum creſcit hæc virga, [Gen 22. 49.] floreſque aperit coniugalis & virginalis [Ecc. 24.15] pudicitiæ. Et iterum: *quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas:* platanus late ſpargit ramos, ſterilis eſt: unde Virgil.

[lib.2.geor.] *Et ſteriles platani malos geſſere valentes*

Scribit autem Plinius, Antandri Platanū circumdolatis iam lateribus irreuiruiſſe, & vitæ fuiſſe redditam; ſicque virgam vides referre Ioſephi, iterum in altari vireſcentem: eſſe quoque arborem hanc inquit idem, quæ cito germinat; & hoc quoque virgam cito florentem indicat. [Plat. ſymbolum huius virgæ.] Verum quæcunque beneficia naturæ nouit illa, aquarum vicinarum munere agnoſcit: *quaſi platanus iuxta aquas;* virga iuxta fontem virginis; ſecus Mariam Ioſeph: *ad odorem aquæ germinabit.*

354 [Iſa.16.6.] Ex Iſaia conijcere poſſumus, quod germen, & flos portendat: inquit enim ipſe: *ante meſſem enim effloruit, & immatura perfectio germinabit:* in hoc capite vaticinatur Propheta, populum ab omni infortunio, ſoluendum eſſe; ſicuti paulo inferius: *in tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulſo, & dilacerato, à populo terribili &c.* quamobrem, vt ſoſpitatem, ac incolumitatem populi ſui oſtendat, hoc ſimili, cito florentis, ac germinantis arboris, utitur: *ante meſſem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit:* germen enim, & flos intempeſtiuus, lætitiæ ſententiam exiſtit, & ſalutis: ſane virga in flores erumpente, vſus quoque eſt Deus, virga ſcilicet hac Ioſeph, [Virga ſymbolum ſalutis & liberationis.] ut liberationem populi ſui oſtenderet: frondeſcat, & floreat in altari virga, futurum inde erat, vt Deus veniens ex alto liberaret compeditos, & à vinculo peccati ſolueret.

Sed videtur etiam ex hac ſcriptura 355
ſumi poſſe virgā illam, Chriſti incarnationem oſtendiſſe, ait enim *omnes habitantes orbis, moramini in terra, cum eleuatum fuerit ſignum in montibus videbitis, & clangorem buccinæ audietis: quid videbitis? quia hæc dicit Dominus, quieſcam, & conſiderabo ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis:* quomodo aſcendit ad nos Deus? Zacharias: [Luc.1.] *illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent; tanquam meridiana lux, & ſicut nubes roris:* [Iſ.45.8.] vnde Iſaias, *rorate cæli deſuper,* [Pſ.71.] Dauid quoque *deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillātia ſuper terram:* at quod huius rei ſignum eſt? quod prænuntiū? flores appareant intempeſtiui: ait ergo: *ante meſſem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit:* Ita quoque aduentus Chriſti, germinans virga, ſignum exiſtit in altari: Etiam in Iſaia alibi hoc inuenio his verbis: [Iſ.35.1.] *lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo & florebit quaſi lilium, germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: gloria libani data eſt ei, decor carmeli, & ſaron, ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem* Dei *noſtri* videtur hic Ioſeph prænuntiatus: *gloria libani data eſt ei:* Libanus interpretatur *albus* ſeu *candidus,* quod B.Virginem ſignare poteſt, de qua dictum eſt, quod ſit tota pulchra, nec ullam maculam habeat, ſed inſtar albæ columbæ candida; *gloria libani data eſt ei:* id eſt, cum habeat virgo gloriam matris, habet etiā Ioſeph gloriam patris; ſequitur idem repetens, & tandem: *ipſi*

vide-

Digitized by Google

videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri: ideſt Ioſeph, & Maria videbunt, & familiariter agent cum Chriſto, vel dicas: *gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli*: Carmelus ſonat *Agnus circumciſus*, vel *coccineus*, purpureus; manifeſto hic intelligitur Chriſtus, qui à ſponſa dicitur: *candidus, & rubicundus*: ſed quid hoc indicat, ſcilicet Incarnationem Verbi, ? flores repentè exorti: *lætabitur*, inquit, *deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, germinans germinabit, & exultabit letabunda, & laudans &c.* ſed pondera infra cur dicat: *gloria Libani data eſt ei decor Carmeli, & Saron*: Libanus mons eſt altiſſimus Phœnicis in Syria, & terminus aquilonaris terræ promiſſionis, habet nomen à ture, quod ibi plurimum eſt; Saron verò eſt planicies, regio quædam fertilis, inter Itubarium montem, & lacum Tiberiadis: & inter Cæſaream, & Ioppen. In Saron ergo humanitatem accipimus; in Libano, diuinitatem; vt altitudo montis, & tus teſtatur; ſic quoque inuenies in Ioſepho, & in quolibet iuſto binos montes, Libanum, & Saron; altitudinem, & planitatem; viciſſitudine namque rerum, modo ad altiora conſcendere inueniuntur, animi felicitate, alacres, ad ſuprema cælorum euolare; modo ita depreſſi, vt à monte cenſeas detrubatos, excipi à Saron, à planitie; ſic etiam meditare vitam Ioſeph, ſemper illum inuenies, modo inter vndas afflictionis fugam cogitare, ſed Angeli monitu quidquid in partu Virginis abſcondebatur, agnoſcẽs, ſpirituali lætitia ſupra montem conſolationis euectus eſt: mox iterum cogitur ad ima deſcendere, orto enim Saluatore iubetur puerum accipere, & fugere in Aegyptum; & ſic dum adoratur Chriſtus à Magis, dũ redit ex Aegypto mortuis hoſtibus, qui perdere quærebant puerum; continua (Deo hoc diſponente ad maiorẽ profectum) iactatione, modo ſupra elatus, modo ad inferiora, tribulatione impellente deſcendit.

Ioſeph, & Maria viderunt gloriam Domini. Cant. 5.

Tribulatio & proſperitas in Sãctis.

Ioſeph vita.

356 Vlterius (vt ad ſcripturam quam mox referebam, iterum redeam: *quieſcam, & conſiderabo in loco meo, ſicut meridiana lux, & ſicut nubes roris in die meſſis*: promittit Deus, iam quieti omnia daturum, iraſq. depoſiturum; at ſignum docet, aſpiciant; *ante meſſem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit* venturus autem in mundũ, Princeps pacis, Pater futuri ſeculi, germina virgæ in Ioſeph oſtendit, & florem erumpentem in baculo.

His prætermiſſis (vt expoſitionem cõcludamus) tantũ conſideremus, quid intelligat Moyſes in benedictione Ioſeph Patriarchæ his verbis, cum & illam referat ad Ioſeph ſponſum Mariæ: ait ergo *Ioſeph quoque ait: de benedictionibus Domini terra eius, & de pomis cæli, & rore, atque abyſſo ſubiacente, de pomis fructuum Solis, & Lunæ &c. benedictio illius qui apparuit in rubo veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazaræi inter fratres ſuos &c.* Primò, Solem, & Lunã (vti ſupra dictum eſt) intelligo Chriſtum, & B. Virginem, alluditq. ad ſõnium illud Moyſes, de quo etiam ſupra &c. Sol, & & Luna, non immediatè fructus producunt, metalla &c. ſed influunt in ſublunaria, & ſecreta quadam virtute producunt; ita Sol, & Luna, Chriſtus, & Maria; nõ ipſi nobis immediatè, plerumq. gratias impertiunt, & fructus, ſed quot Sanctos exoramus, quot mediatoris conſtituimus? at Sol, & Luna, Ioſepho, benignos virtutum, & meritorum influxus largiebãtur; quaſi ipſis gaudebat Ioſeph fructibus Solis, & Lunæ: Sol habet calorẽ, Luna verò frigida eſt, vti aiunt. Calidum, ac frigidum, tribulationes denotãt, & gratias, & dona. Igitur hæc magna beneficia Ioſeph, & hæc dona ingentia extitere, vt modo tribulatus, modo cæleſti lætitia redundans exiſteret. Luna nocturna eſt; Sol, diei pater; nox, calamitatis eſt; dies, felicitatis: & hoc in vita ſua expertus eſt Ioſeph. (quod ſupra tactum eſt) vt erigeret proſperis, premeretur aduerſis: *Ioſeph autem vir eius, cũ eſſet iuſtus, & nollet eã traducere, voluit occultè dimittere eam.* ecce Lunę fructus

357

Deut. 33. 17.

Immediatè vel celebrãtur fructus Solis, & Lunæ.

fructus Solis, & Lunæ, trib.

Digitized by Google

ideſt ex afflictione, ſequitur: *hac autem* Matt. 1. *eo cogitante: ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt:* & hic fructus Solis, conſolationis, & afflictionis; probari enim viri vita inter ambiguas, calamitatis, & incolumitatis partes, perſpicua eſt: *de fructibus Solis, & Luna*: Sol, in die lucet; Luna in nocte. Porrò cum frequens aliquid dicimus, & continuum, illum per hoc explicamus, [giorno, e notte] nunquã deſiſtit ab opere; quod ergo eſt habere fructus Solis, & Lunæ; niſi aperte pronunciare, Ioſephum, continuò munere diuino auctum, ſẽperq. cæleſti gratiæ fructu recreari? Quod autem dicit de fructibus Solis, & Lunæ; omnem denotat abundãtiam, & ſupra diximus, indeficientem. Alibi ſcriptura meminit alterius benedictionis, nẽpe eius, quæ data eſt Iacob, ab Iſaac Patre eius, his verbis: *ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, det tibi Deus, de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, & vini, & ſeruiant populi &c.* hic de rore benedicitur; ille de Sole, & Luna; quaſi omnes benedictiones de maioribus aſtris expenderet; quod ſi odor laudatur Iacob: *ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni*: & odor quoque genarum ſponſi, celebratur in Cantic. *genæ illius areolæ aromatum, conſitæ à pigmentarijs:* omnium odorum flagrantia redundat; ſane cum eſſet cuſtos Virginis, de qua etiam ſcriptum: *quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij*: & infra, vbi ſponſa vocatur hortus: *emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, cypri, cum nardo, nardus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani &c.* Diuino flagrans odore, conſors fructus illius, qui odores omnes ſeruabat. At verò, & aliud cogito, & maius ferè beneficium, in his Lunæ, ac Solis fructibus, & benedictionibus.

ſemper diuinos fructus habebat Ioſeph

Gen. 27. 28.

Cant. 5. 13

maior hęc omnibus benedictionibus.

Cant. 6. 9.

Cant. 4. 13

Solis, ac Lunæ arbores ſcribit Alexander, apud Indos inueniſſe, edentes oracula: adijſſe ſe quoque commentat reſponſa aucupaturum: & quem finem bella expectarent, rediretne ad ſorores, & matrem? Simulacra verò hoc modo deſcribit, in opaco luco conſitæ arbores; nemini illuc acceſſus, niſi religionis cauſa. ab omni locus ille pluuia, ſeu temporis iniuria immunis; nefas ibi, vel etiam ſacrificij cauſſa, hominem, aut animal occidere, malis omnibus naturæ abdicatis reſponſum dabat; arbor Solis, vt primum è cælo Solis iubar excipiebat; ſimiliter Lunæ cum ſpiculo nocturni luminis feriebatur: Sacerdos ſenex, arborum cuſtos, qui reſponſa petebat, & q̃d ad cultum, & cęrimonias opus erat, perſoluebat, huic ex familiaritate ſimulacrorum gratię ingentes conceſſæ, ac dona permulta: His viſis ex mendacio ſuperſtitionis rem huario ſpiritualẽ: cum arboris Solis, & Lunæ fructus percipiebat Ioſeph, quis negaret Chriſtum, & Mariæ non mentita, ſed vera oracula curaſſe, qui domi ſuæ vtrũq. ſeruauit? Igitur procul ab illa domo pluuia, & calamitates noxiæ omnes peccatorũ; procul & peccatum q̃ animam occidit; locus ſit vbi hic Sacerdos eſt, ab omni tormento, ab omni cæde inimici, atque etiam ab iniuria corruptæ naturæ vacuus; percipit enim ipſe, fructus, oraculorumq. reſponſa æternæ vitæ ſacerdos altiſſimus, & verior coram excipiet; propterea vt S. Bernardus ait, meritò dicere poterat incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi: arcana ſapientiæ æternæ, quæ quidem ſacrum oraculum minimè alijs manifeſtat, mihi manifeſtauit: Vide B. Hier. qui ſcribens ad Gratian. aſſerit pium eſſe aſſerere B. Ioſephũ in hac vita diuinã eſſentiam, vt melius diuinitatis, & humanitatis Chriſti teſtimonium potuiſſet perhibere, vidiſſe: & ex hoc conijcio, quanto perfundebatur ardore; dum Chriſtum geſtabat in vlnis, dum excipiebat ſinu, & omnia regentis paſſus regebat, ætate inæquales; quod ſi ignem cæli qui dicit: *ignem veni mittere in-* Luc. 12. 49

Epiſt. ad Alex.

ſimulacrũ Solis, & Lunæ.

Hieron. ad Gratian. lib. 5. co. 5.

ter-

Digitized by Google

terram &c. ſinu fouebat: admirati o-
Prou.6.27 nem illam oportet aſſerre: *nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant?*: non quidem veſtimenta comburuntur, ſed à diuino igne, penetralia cordis, incendia ſentiebant: manu quoq. geſtantem factorem mundi, oportet intelligere illum eſſe, de quo Dauid: *in manu eius*
Pſ.94.4. *ſunt omnes fines terræ*: quod intellige, quod terræ benedictæ fines, ideſt affectus omnes Mariæ portabat manu; amoris enim igniculos frequentes, mente directa, & deſiderium ad natum ſuũ dirigebat Virgo. vel quia perfectiones omnes orbis in Chriſto inueniebantur. vel etiam, quia omnes fines terræ complectebatur, qui Deum vbique præſentem, tenebat manu; vnde quaſi de eo dictum eſt: *manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua &c.* alibi quoque, *& ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius*: fertur quidam religioſus in mari, poenè demerſus, inuocatum Ioſephum vidiſſe, manu eius ab aquis ereptus. *ponam* ergo *in mari manum eius*: ſed *ponam in mari manum eius*: mare eſt B. Virgo Maria, vt etiam Patres omnes appellant; manus verò ſignificat protectionẽ, vti nos diximus ſupra pluries, & peculiariter in verſ. illo: *miſit Dominus manũ ſuam*: ponere ergo in mari manum, eſt cuſtodem, ſolatiũ, ac vitæ protectorem conſtituere, Ioſephũ, Mariæ: flumen autem ſanctos ſignificat, ex Arnobio, vt etiam ibi: *omnia flumina intrant in mare*: vide ergo quoniam manum ponit in mari, & dexteram ſupra flumina, quod Ioſeph dignitate omnes præiuit; vnde & dexteram ſymbolum dignitatis poſuit in fluminibus; manum verò cuſtodiæ ſignum, & protectionis quam vir habet in vxorem poſuit in mari; ſed ſi hæc de Chriſto intelligit, quod mare extiterit, & flumen, ideſt inter aduerſa, & proſpera conſtitutus; inter amara, & dulcia vitam exegit; rectè, quæ ſubſequũtur explicare poteris. videlicet: *ipſe inuocabit me, pater me[us] es tu*: quoties Chriſtus Ioſephum

Margin notes (left column): dextera ſua portabat Chriſtum. — Pſ.138.10. — Pſ.88.26. — Eccl.1.7.

pater appellitabat? *ipſe inuocabit me pater meus es tu*: idcirco ergo ponam in mari manum eius, quia Ioſeph manu frequenter ducebatur. Quamobrem Dauid, Dominum exorans, vt reſpiceret ſuper Ioſeph; eumq. tam alta dignitate præditum protegeret, ac exaltaret hoc modo rogauit: *fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ*: hic vir eſt deteræ tuæ, qui dextera ſua ducet te, fiat ergo manus tua [è bracciero di Chriſto] ad talem dignitatem euecto expedit cęleſtia dona omnia concedere, fiat ergo manus tua. ſed vlterius.

Margin notes: Eſt vir dextera Chriſti. — Pſ.79.18.

Ieremiæ hæſitanti num ſuſcipere deberet officium prædicationis: *miſit Dominus manum ſuam*, ita quoq. Ioſepho magna ſecum conuoluenti, de Virginis conceptu: *miſit Angelum ſuum*: vt quidquid geſturus eſſet ediceret. 358
At verò nemo putet hoc factum eſſe (ſcilicet quod anceps inuentus ſit, & dubius de Mariæ partu Ioſeph) ſuſpitione adulterij, ſed reuerentia, timore, & ſpiritu humilitatis, quod apertè docuit Bernar. ſuper illa verba: *voluit occultè dimittere eam*; *quare*, inquit, *voluit dimittere eam? accipe in hoc, non meam, ſed Patrum ſententiam*; *propter hoc Ioſeph voluit dimittere eam*; *propter quod & Petrus Dominum à ſe repellebat, dicens: exi à me Domine, quia homo peccator ſum*; *propter quod, & Centurio à domo ſua eum prohibebat cum diceret: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: Ita ergo, & Ioſeph indignum, & peccatorem ſe reputans, dicebat intra ſe, à tali, & à tanta, abſtinendum eſſe, in familiaritate, in conſortio, in alloquutione &c. nec vltra præſtare ſe debere contubernium, cuius expaueſcebat dignitatem. exhorruit nimirum Ioſeph huius tanti miraculi nouitatem, myſterij profunditatem, & ideo *occultè voluit dimittere eam*: & Angelus in ſomnis; dubietatem, metumq. omnem excuſſit.

Margin notes: Bern.hom. 2.ſup.miſſus eſt. — Luc.5. — Luc.7.

Quæret fortaſſe aliquis, cur ſæpe Angelus apparet Ioſeph, & quid gerendũ ſit, ipſi, non Mariæ nuntiatur; alibi enim 359

cum ad ſeuitiam Herodis euitandam, transmigrandum erat in Aegyptum, Ioſeph, non Mariæ, apparuit Angelus: *ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph: ſurge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum, qui conſurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum:* cur potius ad Ioſeph angelus acceſſit de fuga admoniturus, & non ad Mariam; ſcire oportet tribulationes ingruentes, ipſum appetere debuiſſe. Chriſtus enim erat vrbs munita: vrbis vero huius, murus erat Maria Virgo, ipſa enim ait: *ego murus, & vbera mea ſicut turris:* Ioſeph vero antemurale ad cuſtodiam conſtitutus, & protectionem, à Deo: cum autem vrbs, hoſtium vi oppugnatur, tormenta omnia, ac hoſtiles machinæ, non tranſeunt ſtatim ad murum vrbis, ſed dirigũtur ad antemurale oppoſitum; ideo erectum, ut primo ſubſtineat q̃dquid aduerſum dirigitur in vrbem, & murum; vides ergo cur primo aduerſa appetant Ioſeph, & nuncius tribulationis ad ipſum dirigitur; erat enim antemurale, uti ſupra dictum eſt: Vnde Iſaias ait: *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator ponetur in ea, murus, & antemurale* erit Saluator Ieſus, Maria & Ioſeph. Hoc vero, quod inquit angelus alibi ad Ioſeph, non ſtatim eſt prætereundum: *Ioſeph fili* Dauid, *noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. id eſt,* ne deſine illam cuſtodire, habet enim filium Dei in ventre, & quoniam virgo es, virginalis decet illam cuſtodia; ſupra hoc tactum, ſed alio ſenſu; affero ad hoc probandum ſcripturam illam: *venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs*: triticum vel in campo ſolet eſſe, vel in horreo, ibi ſub ariſtis, hic expurgatum, reconditumque, defendit ſemet in campo ab auibus, ariſtarum beneficio; vide quæ dicuntur de frumento. i. Chriſto, vt paſſim apud Patres Chriſtum pro frumento intelligentes: ait ergo *venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs*: non vallatur hoc triticum naturalibus ſpicarum armis, ſed vallatur lilijs. i. cuſtos huius frumenti lilium eſt; cuſtos huius partus, virginitas quoque eſt, virgo Ioſeph: ideo inquit angelus, cur cogitas dimittere Mariam coniugem tuam? neſcis te eſſe ad ipſius tutelam ordinatum, & ad cuſtodiam integritatis te ſponſum purum aſſignatum? in te vno ipſa quieſcet: vti Solanus (quieuit igitur Deus in Ioſeph corporaliter, quieuit ſpiritualiter per donum gratiæ gratum facientis, quieuit fiducia, deſponſans ei matrem; quieuit cura, vocans illum patrem; quieuit lætitia, laborib. eius viuens; & merito dicere poterat: *in pace in idipſum dormiã, & requieſcam*) quō vero quieuit B. Virgo nexa Ioſeph, ſimilitudine petita ex numo Augusti explicarem: Et hic numus ergo Virginem habebat puellam, quæ læua columnæ innitebatur, cum inſcriptione Imp. Cæſ. Val. Hoſ. Meſ. Q. Auguſtus: In tribulationibus, in paupertate, in anguſtijs innitebatur ſuper columnam hanc Ioſeph (quam cum lilijs, vt vtrumque in ipſo coniungas illam eſſe ſcias, q̃ ante fores templi in porticu erecta erat, & vocabatur Booz) in peregrinatione, in fuga, comitem, ſolatium Ioſeph virgo habuit, & auxilium, quamobrem totum hoc legis ibi, *quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* voces ſunt Angelorum cõtuentium ipſam aſcendẽtem de deſerto comite Ioſepho: *Exurgens Maria in diebus illis abijt in montana cũ feſtinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ & ſalutauit Eliſabet.* Mirabantur ergo Mariam tot donis affluentem plenam Deo: vel dicas tunc extitiſſe, cum fugit per horrida deſerti in Aegyptum: *Qui conſurgens accepit puerum, & matrẽ eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum:* innixa ergo dilecto ſuo p deſertũ procedebat Maria; quia tota illius protectione & ſeruitio fouebatur. Igitur cum primo dixerimus Ioſephum murum æneum, antemurale extitiſſe, merito dictum eſt eſſe columnam ferream, Virginem ſubſten-

Cur Ioſ. appareat angelus, non Mariæ

Mat. 2. 13.

Ioſeph antemurale

Iſ. 26. 1.

Matt. 1.

Can. 7.

Cuſtodia ex lilijs.

3 p. tr.

Pier. ſecuritas.

Can. 9. 5.

Cant. 9. 8.

Luc. 1. 39.

frumentũ electorum custodiuit.

ſtentantem; fuit etiam ciuitas munita: munimenta namq. ciuitatis ſunt ea, quæ ad victum pertinent, & ad vitam inſtituendam; at Ioſeph, inſtar alterius Ioſeph frumentum non qualecumque, ſed electorum reſeruauit, & vitam ipſam custodiuit. Sed ad reliquas benedictionis partes, quas ſupra propoſuimus deſcẽdamus. *Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazarei inter fratres ſuos*: cũ Deus hic exprimatur; cur hoc pacto illũ deſignat, quod videlicet apparuerit in rubo, & non alio modo? cum apparuerit etiam in Sina, in tabernaculo &c. ſed hoc ideo dictum eſt, vt oſtenderetur, qđ Ioſeph excellentia omnis, ex Verbi Incarnatione prodijt, ex eo quia ignis diuinitatis, in rubo apparuit humanitatis; rubus enim cum mortalitatem deſignet, vt habet Gloſſa interlinearis, dum in medio eius aſpicitur Deus, Incarnationis myſterium figurat; & cum gloria Ioſeph inde exurrexerit, quod extiterit teſtis Incarnati Verbi, & quod pater appellatus ſit; meritò inter eius benedictiones potior hæc videtur: *benedictio illius qui apparuit in rubo &c.* rubum autem eſſe, dicit, fruticem ſpinoſum, Philo, vel ſolo contactu vulnerantem, mora proferentem, cuius folia ſerpenti ſuperiniecta ipſum ſerpentem occidere feruntur; cum ergo rubus conditionem mortalem exprimat, ſerpentem, ideſt Chriſtum in ligno occidit: deinde, *benedictio illius qui apparuit in rubo &c.* rubus quoque Beatam Virginem ſignificat, quæ ſine virili ſemine peperit, vti ait Gregorius Niſſenus: canit autem Eccleſia [rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem:] hæc tibi Ioſeph benedictio veniat, vt licet videaris igne matrimonij comburi, ſemper tamen permaneas incombuſtus, virginali puritate nulla ſpinarum concupiſcentia aculeis fœdata, nec igne demigrata.

gloria Ioſeph ex Incarnatione.

de vita Moyſis.

Ser. de Natiu.

360 At verò, & hic poteris conſiderare, illa quoque Ioſepho verba dicta eſſe de conceptu Mariæ cogitanti, quæ Moyſi adhuc ambiguo, quid viſio ferret flammarum, & rubi. dictum ergo illi eſt: *ſolue calceamenta de pedibus tuis*: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt: Ioſeph autem, ſolue Ioſeph calceamentum de pedibus tuis. Supra dixi, ex ſententia Philonis, calceamenta, rationem denotare; deſine ergo arcana cæleſtia, ac diuini conſilij ſecretum, mente, ac ratione peruoluere; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt: *quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*: non agnoſcis coniugem tuam terram illam eſſe quæ germinatura eſt Saluatorem? de qua etiam: *benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob?* ne amplius rem in dubium verte: *quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*: Vel etiam illius, qui apparuit in rubo, benedictio extitit, quòd ſupra populum ſuum Deus Moyſem præfecit, ad ſalutem eorum, qui adhuc captiui detinebantur; vnde, & ipſe datus eſt in Deum Pharaonis; ſed Ioſeph conſtitutus eſt Dominus domus Dei, & Princeps omnis poſſeſſionis; ideo ergo: *benedictio illius, qui apparuit in rubo*.

Exod. 4.

de vita Moyſis.

Iubetur ſoluere calceamẽta.

Exo. 7. 1.

361 Vel etiam hoc ad tribulationes Ioſeph referri poteſt, quod ſi hoc modo inter ſpinas rubi, & incendium flammarum apparuit Dominus, vt populi afflictionem, & ſtatum denotaret; commodè poſſumus interpretari, tribulationes Ioſeph, illud quidem denotaſſe, vt ab illo benediceretur, qui ſtatum ipſius inter ſpinas, & ignem præferret; quaſi dictum fuit: hoc modo tali afflictus mœrore, anguſtia, ab illo benediceris, qui hanc vitam plenam angore, & tribulatione demonſtrat: & quidem cum de conceptu Virginis anxius, de Infantium nece trepidus, inter diſcrimina itineris, cum fugit in Aegyptum, & toto vitæ tempore, ijs aduerſitatibus, quibus familiares ſuos probat Deus excuſſus, viſus eſt inter aculeos ſpinarum, & ardorem ignis, ætatem duxiſſe iniucundam

ſtatus Ioſeph in benedictione deſcriptus

ſed

Digitized by Google

ſed in eo ipſo ab illo benedictionem habuiſſe, qui nec punctus ſpinis, nec igne cõſumptus in rubo apparuit. Et quidem nil prohibet & interpretari voces illas à ſponſa dictas eſſe: *pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio*: ne cogites me dimittere, & à me elongari: quia te peccatorem, atque indignum reputas, expaueſcens mirabilem dignitatẽ meam, nec vllo modo à meo conſortio te abſtineas, dubijs cogitationum vndis iactatus, quin ſcias amorem, id te poſſe facere, vt mecum moreris, & dignus ſis accipere partum meum in vlnas tuas, & appellari, pater: *pone ergo me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*: habe me, vt antea familiarem, quia *fortis eſt, vt mors dilectio:* quid non poteſt amor? impedimenta, q̃ cogitas, & te affligunt, conſumet vis amoris &c. cum hoc dixiſſet ſponſa, Ioſeph ad dicta fidem præbens, maiori cæpit flamma in Virginem, & conceptum, peruri; vnde hoc agnoſcens ſponſa exclamat: *lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*: ò vehementiſſimas amoris flammas, quibus affectus ipſius accenditur erga me, & filium meum; certè quidem *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem:* aquæ multæ turbationis, cogitationis, afflictionis, non potuerunt extinguere charitatem; tribulationes non poſſunt extinguere amoris, & charitatis incendia. ſicque verè illud comprobatur, quod benedictio illius extiterit ſupra caput Ioſeph, qui apparuit in rubo. In canticis quoque, quod ſuperius dixi, inuenio, nempe, funeſtas cogitationes Ioſeph à charitate effugatas, ac deuictas extitiſſe; ait enim ſponſa, decorem ſpõſi ſui deſcribens, quod comas haberet quaſi elatas palmarum ſpatulis peracutis prominentes, nigraſq., vti Coruus, habet pennas: *comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus:* comas autem manifeſtum eſt cogitationes ſignificare, vt paſſim omnes, & præcipue

Can.9 c. | impedimẽta combuſſit charitas | Cant.5.11 | Cant.7.

Ruper. quales ergo credis comas Ioſeph fuiſſe? nigras, quaſi coruus, iniucundas, funeſtas, triſtes: *cogitabat occultè dimittere eam*: obſcuro ſilentio cælabat omnia, & occultè cogitabat dimittere eam: *& ſicut elatæ palmarum:* cogitationes huiuſmodi pungebant animum; valdè Ioſeph angebant; ſed palma etiam victoriam ſignificat, quia reſiſtit ponderi, & minime cedit aduerſis; vnde Oratius:

Hier. Ez. hom. 40. | Ode 1.

Palmaq. nobilis,
Terrarum dominos euehit ad Deos
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ.

Virg. lib. 1

ſed quæſo cogitationes nigræ, & infeſtæ quomodo in victoriam conuerſæ ſunt? inde, à qua radice erant ortæ? à capite aureo: *caput eius aurum optimum*: ex charitate; hoc enim aurum, ſignificat ex Auguſtino: ceſſere dira nubila aduerſarum cogitationum, charitati Ioſeph; etſi autem humilitate hæc omnia ipſe cogitauerit (vti dictum eſt) attamen, charitate, deinde omnia ſoluta ſunt: *caput eius aurum optimum, comæ capitis eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus:* cogitationes fuſcæ: *cogitabat dimittere eam*: ortæ ex ſancta, & pura mẽte, & cogitationes etiam incendio amoris, quæcumque eſſent turbationes aboleri, & ideo legis in conſequentibus: *crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas*: charitate, factus immobilis ſponſus meus, atque crura videtur habere, ſicut columnæ marmoreæ; quare hoc? niſi quia fundamentum habet firmitas hæc, ſuper baſes aureas? ideſt ſuper charitatem; nil aliud retinuit ſponſum meũ à fuga, quam arripere decreuerat, fretus humilitate, ac reuerentia, quam amor, & charitas; & ideo videtur crura lapidea habere, grauia, vt poenè dimoueri non poſſet; crura autem illa fundata ſunt ſuper baſes aureas.

Pſal. 6.7. | Charitas retinuit Ioſeph.

Circa ſuperiorem ſcripturam, obſerua, quid ferebant cogitationes Ioſeph, & quomodo quoque hoc deſcriptum eſt: 362

eſt: *comæ*, inquit, *capitis eius ſicut elatæ palmarum, nigra quaſi coruus*: quod comæ ſint nigræ quaſi coruus; hoc quidem explicat fuſcas, nigraſq. cogitationes Ioſeph; at quid explicant elatæ palmarum? palma, vt ſupra dixi, ſpatulas habet ad modum gladij peracutas, eiuſdẽ quoq. figuræ; gladius autem diuiſionis inditiũ eſt, vti Chriſtus ait: *non veni pacem mittere, ſed gladiũ, veni enim ſeparare &c.* patet ergo, quod cogitationes habebat ſeparationis; Ioſeph, & fugæ, & hoc indicat Euangeliſta dicens: *voluit occultè dimittere eam*: ſed poſtea, vt dictum eſt, charitas victoriam obtinuit. Sequentia verba indicant vigilantiam Ioſeph: *Hæc autem eo cogitante: ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam &c.* obſerua quid dicat Euangeliſta: *hæc cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis*: ſi apparuit in ſomnis, quãdo cogitabat; proteſtatur apparuiſſe in ſomnis, dum cogitaret: & hoc ergo vigilantiam Ioſeph oſtendit, qui ſemper orationi, ac meditationi vacans myſteriũ Incarnationis animo peruolutabat ſuo; ſiue dormiebat, ſiue aliquid aliud perſoluebat, dum cogitaret, in ſomnis apparuit; vt idem in ipſo quoque intelligeretur, quod de ſponſa dictum eſt: *ego dormio, & cor meum vigilat*: hoc quoque conſiderato, facilè intelligimus, vigilantiam in virga hac oculata amygdalina; quæ virga vigilans dicta eſt; vigilantiam, quam impendit in cuſtodiam Virginis, & Verbi Incarnati; ſemper videbatur oculos apertos habere, & vigilare Præpoſitus domui, & familiæ Dei; vnde *bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo*: hoc ſupra oſtenſum eſt: probat etiam vigilantiam, ac ſolertiam ipſius ſcriptura, dum dicit: *ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*: & ſolertem, ingentemq. curam, ac ſtudium, in aliquos exponebant, veteres hoc Adagio, vt auth. eſt Suidas [non cœcam ſpeculationem adhibuit, ſeu nõ clauſis oculis excubias egit.] & hoc quidem verum eſt; nam de ijs, qui negligentes, & pigri ſunt, dictum inuenimus: *ſpeculatores eius cæci omnes, canes muti non valentes latrare; videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia*: conſtituti ſpeculatores oculos clauſos habent. At meritò Ioſeph in hac virga oculata, ac vigilante Prępoſitus domui Dei cernatur, qui ſedulo ſemper ſtudio inuigilauit; & & quidem hunc videtur deſcripſiſſe Chriſtus; vigilantiam quoque huius extitiſſe; qua ad talis peruenit faſtigium dignitatis, ait ergo: *quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore?* quis putas erit ille ſeruus, quem *conſtituit Dominum domus ſuæ*: & familiæ Oeconomum? *beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius inuenerit, ſic facientem*, ideſt vigilantem, ſupra enim egerat de vigilantia: *vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus eſt*: ille eſt Ioſeph, qui vigilauit ad aduentum Domini; & profert: *amen dico vobis, quia ſupra omnia bona ſua conſtituet eum*: Chriſtus omne bonum eſt: *venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*: dictum eſt de ſapientia: *& oſtendam tibi omne bonum*: conſtituit ſupra Chriſtum, Mariam, paterna quadam, & maritali dignitate; de Chriſto dictum eſt: *& erat ſubditus illis*: Mariæ, & Ioſeph ſubdebatur.

Matth. 10. 34.

cogitationes Ioſeph ſeparationis.

Matt. 1. 19

vigilantia Ioſeph.

Cant. 5. 2.

Luc. 2. 48.

Suid cent. 4.

Iſa. 66. 10.

Virga-

Virga vigilans, pro ſanctiſſima Maria Virgine.

Scriptura ſpeculum.

363 VIrga amygdalina, quæ plures myſticos ſenſus dedit in præcedentibus.B.quoq.Virginem figurat,etſi enim ſcripturæ vbertas(ſicuti ſpeculum,oculo tot reddit obiecta,quot reddenda proponis)diuerſa ferme, ut alibi probatum eſt,ex vno verbo refundit; adhuc tamen & hoc, amygdali eſſe Gregorius innuit,vt multiplicitas ſenſuum ſcripturæ, in virga amygdalina figurata eſſe intelligatur:hæc autem habet Gregorius:*virgas virides amygdalinas, atque ex platano ante oculos gregem ponere, eſt ſane ſcripturæ ſeries, antiquorum patrum vitas in exemplum populis præbere; quæ nimirum, quia iuxta rationis examen recta ſunt, virgæ nominantur; quibus ex parte corticem ſubtrahit, vt in his quæ explicantur intimus candor appareat,& ex parte corticem ſeruat,vt ſicut fuerant exterius in viriditate permaneant,variuſque virgæ color efficitur,dũ cortex ex parte ſubtrahitur, & ex parte retinetur: ante verò conſiderationis noſtræ oculos, præcedentium patrum ſententiæ, quaſi virgæ variæ ponuntur,in quibus plerumque dum intellectum literæ fugimus,quaſi corticem ſubtrahimus, & dum plerumque intellectum literæ ſequimur, quaſi corticem reſeruamus;dumq; ab his cortex litteræ ſubducitur, allegoriæ candor interior demonſtratur, & dum cortex relinquitur, exterioris intelligentiæ virentia exempla monſtrantur.* Quod ſi hactenus utcumque præſtitimus, remanet tamen,propoſita hac virga amygdalina ſupra fontem B.Virginis, ipſa enim dicitur fons in Canticis *fons ſignatus*, vt quem conceptum fœta iam mens, virgã intuens pariat,inſpiciamus.

Gregor.1. mor.

virga amygdali multiplicitate ſenſuum ſignificat

Cant 4.11

364 Et vero minime extraneũ eſt, B.Virg. virga amygdalina ſignari; ita Tertull. Chryſoſtomus, Bernardus, Ambroſius & Rupertus, ſanctam Mariam in virga Aaron repente in germen, & flores erumpente, præmonſtratam eſſe volunt: *ſequenti die* (inquit Scriptura) *regreſſus: inuenit germinaſſe virgam Aaron,& turgentibus gemmis eruperant flores,qui floribus dilatatis in amygdalas formati ſunt*: hoc dicunt expoſitores, vel quia flos Chriſtus in tabernaculo virginis floruit, dictuſque eſt Ieſus Nazarenos.i.*floridus*; vel quia virga ipſa,non quod arida prius virga extiterit, & deinde germinauit; ſed nullo hominum commercio fecundata, ſpiritus ſancti virtute opere diuino, in inſolita germina redundauit; B. Virginem figurat etiam virga Iſaiæ, & virgula canticorum: licet ex aromatibus conſtans; ut ſuo loco dicetur. Hæc autem Aaron, cum ex eadem ſubſtantia ſit cum noſtra Ieremiæ,quia in flore,& nomine conueniũt, arbitror à ſignificatione minime quidẽ eſſe remotas.Primum autem videndum eſt,quomodo virgo, virga florens extiterit; deinde quomodo vigilans, & oculata.

Ps.21. hom.2.r. miſſus eſt. Sup Luc.1 Sup. Can. 3. Num.17.8

Amygdalum ergo,teſte Plinio, bonæ ſpei nuntium eſt;ex eius enim prouentu totius anni copia deſumitur, ut multoties ſupra dictum eſt, indicat hoc præter cæteros,cum Pierio,Poeta, 365

Virg.Geo.

Contemplator item cum ſe nux plurima ſyluas
Induet in florem, & ramos curuabit olentes;
Si ſuperant fœtus,pariter frumenta ſequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Hoc indicauit amygdalum B.Virgins.i. ipſius flos abundantiam expreſſit;ipſa enim de ſe canit:*Magnificat anima mea Dominũ: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*: Exultauit ſpiritus meus: ex Hebræo *Galaz: refloruit* ſpiritus meus: en flores cito venientis amygdali,ſequatur ergo bonorum abundantia,ſubdit ipſa in conſequentibus: *eſurientes impleuit bonis*: & quod natus eſt ap-

flos virginis abundantiam indicauit.

Digitized by Google

apparuit fructus vitæ æternæ, & donorum omnium diſtributio: *ſuſcepit Iſrael* Luc. 1. *puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ*: nemo deinceps eſuriat, iam ceſſit inopia, appropinquauit æſtas fructuum diuinæ gratiæ ferax. Atq. etiam ex hiberno tempore veteris legis videntur in Maria flores gratiæ: dicente Angelo. *Aue gratia plena*: ſi videtur amygdalum floribus, & fructibus uteri virginalis ornatum inde ſequi oportebat: *verbum caro factum eſt & habitauit in nobis: &* Ioan. 1. *vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti plenum gratiæ & veritatis*: fructus enim Mariæ verbum caro factum Virga hęc vbertatem annuntiat. abundantiam attulit in mundum; nam ipſa quoque virgo aiebat: *tranſite ad me* Ecc. 24. 26 *omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini*: à fructu ventris mei adimplemini: Denique, ut totum hoc appareat, quod de amygdalo diximus, nempe vbertatẽ portendere, & ſpei ſymbolũ eſſe; inſpice inq̃ ed B. V. ſcripturam illam, ubi ſe dicit matrẽ ſpei: *ego mater pulchræ dilectionis, & timoris,* Ecc. 24. 24 *& magnitudinis, & ſanctæ ſpei*; & ſubdit *in me omnis ſpes vitæ, & virtutis &c.* & quicunque hanc virgam intuetur eam floribus videns redundantem, ſciat ſpẽ oſtendere felicitatis & abundantiæ.

366 Sed quod modo prætermiſimus, expendere licet, nempe quod inquit Ioannes, apparuiſſe poſt exortos virginis flo- Iſa. 35. 2. res, verbum incarnatum, & *quod vidimus gloriam eius &c.* hoc Iſaias etiam vaticinatus eſt his verbis: *ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri*: ſed quæſo, quid præceſſit? virga florens, quæ id futurum eſſe præſignauit, quam ob rem, ait prius: *germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans; gloria libani data eſt ei, decor Carmeli, &* Quid attulit Maria mundo. *Saron*: quaſi dicat, tunc cum unigenito Dei profuſæ cœleſtes gratiæ extiterunt in homines, tunc gloria verbi incarnati viſa eſt, cum B. Virgo germinauit ſicut lilium, cum apparuit virga flores turgidos erumpens; tunc autem exultauit lætabunda B. Virgo, cum dixit: *Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit ſpiritus meus in Deo &c.* uti mox dictũ eſt.

Quod dicit exultabit ſolitudo: gentilitatem intelligit, Lyran. & cæteri Expoſitores, quæ abſque lege ac Prophetis, quaſi ſolitudo deſerta, & inuia videbatur, & cum ad gentiles potiſſimum ubertas gratiarum Domini deſcenderit; Gentilitas impinguata quid. ideo dicit: *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo*: Sterilis gentilitas, & inops nullo fertilitatis germine diues, nunc ad exultationem virginis exultantis, exultabit, & lætabitur. Mariæ namque flos, fructum peperit, qui inopes, & eſurientes repleret, & ſatiaret. Sequitur ergo: *quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum*: Facit ad hoc Scriptura, quæ in præcedenti èxpoſitione Ecc. 12. 5 in hoc ferme ſenſu de Beato Ioſeph allata eſt, ait ergo Eccleſiaſt. *Florebit amygdalum impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis*: Hoc amygdalum illud intelligo, quod floruit hic in Ieremia, & in tabernaculo fœderis apud Aaron: *florebit amygdalum*: id eſt, Beata Virgo flores emittet virtutis, atque honeſtatis, & fructum edet Chriſtum Ieſum, qui ſignificatur per nucem, & amygdalum, ut habet Salonius, & Petrus Lombardus his verbis: (Amygdalus iſte, Chriſtus eſt, amyg- Chriſtus figuratur in nuce. dalus enim tria habet, corticem, teſtam, & nucleum, & Chriſtus in tribus ſubſtantiis conſiſtit; in eo quippe eſt cortex carnis, teſta animæ, nucleus diuini- Cant. 4. 11 tatis; cortex amaritudinem habet, teſta fortitudinem, nucleus dulcedinem, vide quæ infra in expoſitione Chriſti Domini; ad rem autem, dum floret Beata Maria, & oritur Chriſtus, quid ſequitur? *Impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis*: Capparim vero, & locuſtam Iudæam, & gentilitatem intelligit Gregorius: diſſipata eſt Iudæa incredula, & gentilitas obediens diuinis inſtitutinoibus imbuta, diuina etiam gratia impinguata eſt.

Itaq; cum petat Dñs à Ieremia: *quid tu vides?* reſpõdeatq. ipſe videre virgam ex amygdalo cito florentem. i. B. Virginem,

Digitized by Google

flore virtutum ornatam, ac gratiarum; recte ſubiungit ſe verbum accelerare,& bona omnia,quæ pariter cum verbo deſcenderũt: *accelerabo ego verbum meum &c.*bene vidiſti,quia iam vbertas gratiarum,aduentu filij mei,iam maturat;æſtas fauorum cæleſtium appropinquat: ſeu intellige, quod hoc ſit Mariæ dictum: bene vidiſti, quia accelerabo ego verbũ meum;poſſet hic locus,vt ſententiam illam referamus,quæ aſſerit Mariam,accelerationẽ meruiſſe incarnat de congruo ſed hoc paſſim apud authores; ait ergo, bene feciſti videndo.i.meditando,& cupiendo videre Deum in carne paſſibili, quia accelerabo verbũ meum;ꝙ aũt hoc ita ſit,nempe ꝙ Mariæ oratio ècœlo traxerit verbum, probant verba illaCant. *vulneraſti cor meũ ſoror mea:*(Mariam alloquitur)*in vno oculorũ tuorum*:Pagnin. [abſtuliſti nobis cor in vno oculorũ tuorum]cor autẽ SS.Trin.Verbum eſt,quia in medio quaſi cor eſt, quõ ergo traxit cor virgo in vno oculo? virga hæc dicitur oculata,& ſuppoſita oculo ,hoc mõ ergo hoc oſtendit in virga iſta,ꝙ videl. propter oculum illius virgæ accelerarit Deus incarnationem verbi; oculus autẽ eſt affectus,amor, meditatio ſic:*meditabor ut columba, attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum:*oculi vero Marię oculi ſunt columbarũ *oculi tui columbar.* hoc quod dixi,ſatis, ſuperq. paulo inferius expendã de acceleratione incarnationis,& de oculo Virginis, nunc obſerſeruandum eſt,ꝙ dicit:*abſtuliſti:*auferre latronum fere eſſe ſolet;ipſi.n.&auferũt, & diripiunt, & furantur,ac hoc ẽt in hac virga compertum eſt, ꝙ.n. vulgata legit virgam vigilantem: Hebræi(ꝙ memorat S.Th.Gloſſa,& Hieron.vertunt:*virgam latronum ego video* : ſed cum hęc inferius;interim flores huius amygdali videmus.

Maria meruit acceler. incar.

Oculo ſuo traxit Deũ Iſa.38.9

368 Amygdalum flores producit ſuaues: & ſuaues quoque flores ſunt,& fructus Beatæ Virginis, vt eos aliquando contemplans ſponſus dixerit: *quam pulchra es*, inquit, *amica mea,& ſuauis in delitijs.*

Protectio Mariæ.

Conſtans deinde arbor eſt, quia arbor,omnium poſtrema foliis ſpoliatur, 369
atque ad extremum virorem frondium conſeruat, vnde conſtantis amici ſymbolum fecit. At B.Virgo peccatoribus ſordium calore æſtuantibus,miſericordiæ virorem conſeruat; de ea enim accipi poſſunt verba illa Ezech. *habitabant ſub ea omnes volucres,& uniuerſum volatile, ſub umbra frondium illius nidificabant*:unde Bernardus:*ſi criminum immanitate barbatus: ſi conſcientiæ ſæditate confuſus, ſi baratro deſperationis abſorptus es,Mariam cogita, Mariam inuoca,non recedat à corde; non recedat ab ore, ipſam rogitans non erras,ipſam cogitans non deſperas, ipſa prolegente nõ metuis*:nulla calamitate elongatur,nulla aduerſitate deficit à protectione, & nunquam vmbrã ſuę protectionis negat,ſemper florida floret gratiarum exiſt: Pondera ſupra citatam ſcripturam:*exultauit Spiritus meus*:ex Hebræo: *refloruit ſpiritus meus:* ſic ex Græco:ἀνὰ τάλλ ιν unde 70. locũ Pſalmi verterũt:*refloruit caro mea*:& in Cantico Annæ: *Exultauit cor meum in Domino,refloruit cor meum in Domino*; hoc late nos proſequuti ſumus, cum de oratione ſupra: ſed quomodo refloruit Maria, fuit ne aliquando ſine flore, vel ſine fructu? ſenſus eſt, quod iterum floruit.i. ſupra fructus, & flores veteres,nouos produxit; unde nunquam arbor,vel iniuria tempeſtatis, vel aliquo aliquo accidenti ſine florib. ac fructu extiterit; vix enim germinabãt flores, & fructus, & de nouo alij renaſcebantur: ideo *refloruit*, unde ad dilectum dicit:*omnia poma ex hortis noſtris noua, & vetera dilecte me ſerua ui tibi:* rurſus quoque in Cant. *flores apparuerunt in terra noſtra tempus putationis aduenit:* Eſt tempus putationis,id eſt, meſſis; cum horrida ſæuiunt hibernæ tempeſtatis,& tamen flores in terra mea apparuerunt ; nunquam ſine flore arbor Mariæ inuenta eſt. Monſtrat hoc, quod ſubdit Homerus de fructibus Alcinoi.

Ez.17.23.

Semper florent.

Item od.7

Digitized by Google

Ex his fructus nunquam parit, neque deficit
Hieme aut Eſtate toto anno durans, ſed ſane ſemper:
Zephirus ſpirans, hæc quidem creſcere facit, alia autem matureſcere
Pyrus poſt pyrum ſeneſcit; malumque poſt malum
Porro poſt vuam vua; ficus autem poſt ficum.

Vbertus. Hic ventus eſt Sp.S. qui ſemper extitit in Maria: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi:* (Luc. 1.41) Zephirus hic lenis, ac ſuauis ſpiritus ſanctus floruit in Maria, unde poſtea dixit Euangeliſta Eliſabet quoque hoc flatu, ſpirituque colloquentem cum Maria perflatam eſſe: *Et factum eſt, ut audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabet, exultauit infans in vtero eius, & repleta eſt ſpiritu ſancto.* (Luc.1.41) Porro cum ſpiraret hæc Zephirus, quid ſequitur? tunc dixit Maria ſe reuixiſſe, ac refloruiſſe. Et ait Maria: *Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, & refloruit* (vt ſupra) *ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* (Ad Zeph. Sp. ſancti reflorenti.)

370 Meminit quoque Deus abundantiæ, & redundantiæ fructuum, & frugum alibi; cum enim explicaret ſcriptura fertilitatem, ac vbertatem hoc modo etiam loquendi uſa eſt: *apprehendet*, inquit, *tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem*, (Leu. 26.5.) & infra etiam, *comedetis vetutiſsima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis*: Promittitur hęc abundantia, vti Abulenſis, & Ezech. *non deficiet fructus eius per ſingulos menſes afferet primitiua.* (Ez 47.12.) Igitur ſemper fructus habet, & flores pietatis omni tempore B.Virgo nunquam non oſtendit ſpem floris, fontem protectionis, & miſericordiæ fructum, accedat quilibet, inueniet profecto argumenta pietatis in flore, & in fructu dulcedinem miſericordiæ. Sed quoque *refloruit*, inquit, *ſpiritus meus:* licet B.Virgo innumeros produxerit virtutum flores, non dum florem produxerat maternitatis Dei, ideo refloruit, cum Dei filium, qui flos campi dictus eſt, concepit in vtero.

Sed cum ſupra dixerimus, Mariam ad Zephirum auræ leuis ſpiritus ſancti refloruiſſe, voceſque illas edidiſſe: *Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*: alium effectum huius auræ noſcas; & primo, iam probatum habes, ex ipſo vocis ſono, ſpiritum ſanctum, ſpiritum eſſe, ac flatum; vnde in Euangelio dictum eſt: (Io.20.22) *& inſufflauit, & dixit, accipite Sp. ſanctum:* alibi quoque: *factus eſt repente de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis:* (Act.2.2) hoc cognito, dicendum eſt, B.Virg. organum extitiſſe Dei; (B.V. org.) ſonum autem addidit organo, non qualiſcunque ſpiritus, ſed vehemens; quali ergo credis, ſpiritus ſancti fauore repletam eſſe Mariam, quæ ad ingentes, vehementeſq. flatus diuinos, melos cecinit Deo? non ſolum autem ad hoc requiritur flatus, ſed manus etiam; manus autem Dei, vti ſupra dictum eſt, intelligitur eſſe Verbum: (Pſ. 143.7.) ideo vt *emitte manũ tuam de alto, eripe me, & libera me &c.* Sermo hic erat de verbi incarnatione, vt fuſius alibi. Ideo ergo præſente manu, nempe Verbo Dei; habito cum ſpiritu: *ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi:* (Luc.1.35) habita quoque conſonantia, rectaque organi diſpoſitione, obſeruas poſt Verbi incarnationem organum hoc Beatæ Mariæ ſonos ſuauiſſimos edidiſſe & ait Maria: *Magnificat anima mea Dominũ: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo:* (Luc.1.47) Sed conſideremus, quid indicet in Maria virga vigilans, poſtquam floridum conſpeximus: Quis dubitet, ipſam virgam extitiſſe vigilantem, ac vigilaſſe ſuper verbo incarnato? (D.D.3.p.q) hanc Ieremiæ virgam B. Virgini tribuit Bernardinus Senenſis. ait ipſe, cum dormiebat, in altiori fuiſſe contemplatione, quam quilibet alius, dum vigilaret. Totum hoc eleganter declarat Rupertus in illis verbis Cant. *Ego dormio, & cor meum vigilat:* (Cant. 5.2.) *Multorum*, inquit, *animarum fuit, & eſt, non ſolum reãm ſimilitudinem otio ſancto dormire, eodem modo, quo Iacob* 371

dormiuit, & ſecundum animam cæleſtia videre; *ſed te, ò cælum* Dei, *vnica ſedes* Domini, *in vtroq. vigilãdi modo cunctis mortalibus longè eminentior extitiſti*; *longè ſtudioſior ad contemplandum eum in quem deſiderãt Angeli proſpicere, atq. aptior fruiſti*: ipſa enim Virgo, quamuis ſomno viſibilia lumina tenerentur; attamen inuiſibilia recludebat Deo; ſomno vigilabat, quietis nocturnæ, ſemper excita vigilijs, vt inter ſoporem noctis immobilibus rapta cogitationibus, ſpiritu cogitata volueret, & ſopitis corporis officijs; diuina contemplatione impleretur: *ego*, inquit, *dormio, & cor meum vigilat*: ſpiritus vigilat, dum quieſcit corpus, vigilat orationi meditationi,

B.V. vigilabat dormiens.

Deo; quanta credimus inter ſomnia, mentis arcana, & ſecum interdiu collata à cœlo, nulli vnquam audita beneficia, poſtea, ſomnians, expergefacta Deo, quo etiam inter diuinas colloquutiones oblectamenta ſuſcepiſſe? quot gradus, in eo quod alios retardat aſcendiſſe? quot incrementa perfectionis, quot curſus in ſomno ſtabilis, ac detencta cucurriſſe? meritò inquit ipſa: *ego dormio, & cor meum vigilat*: Obſeruemus quæ dicta ſunt in ſcriptura, quomodo cohærent verba illa ſponſi, adhortantis filias Ieruſalem, vt dormientem ſponſam non excitarent: *adiuro vos filiæ Ieruſalem capreas, ceruosq. camporum, ne ſuſcitetis, neq. euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit*: cum verbis quæ ſtatim addit ſponſa; ſubdit enim ipſa: *vox dilecti mei eſt iſta*: ſi dormiebat, quomodo aduertere poteſt ſponſi vocem, vt aſſeueraret inter ſomnia, ſponſum, talem, ac talem vocem edidiſſe, quę ipſum oſtenderet? vox dilecti mei eſt iſta; nempe hoc eſt, quod dictum hucuſque eſt, B. Virginem vigili ſomno, cum neceſſe erat, preſſam eſſe, vigilantemq. ſe in ſomnis oſtendiſſe diuina meditans, cæleſtium rerum, etiam inter corporis quietem contemplatrix; vnde quid mirum ꝙ & dormiat, & operationes minime ſopore habens offuſas, ſponſi vocem agnoſcat: *vox dilecti mei eſt iſta*.

Cant. 2. 7.

B.V. ſomnium.

Quod ſi maius aliquod vis obſeruare, in hoc quoque ſcriptura probatum inueniri, Virginem inter ſomnia filij ſui vitam præmeditatam eſſe, ac animo conuoluiſſe ſeriem futurorum; nempè Incarnationem, expectationem, natiuitatem, circumciſionem, paſſionem, reſurrectionem, ac vberes eiuſdem fructus reſurrrctionis; Poſtquam ergo ſponſus filias Ieruſalem adhortatus eſt, vt ne ſponſam dormientem excitarent, has voces ab eadem ſponſa dormiẽte audiuit. Et primò, in meditatione de Præcurſore Chriſti, hæc illa dicebat: *vox dilecti mei eſt iſta*: aduerte ordinem, prius à Præcurſore incipit; deindè omnes vitæ Chriſti partes commendat:) qualem ergo vocem ſomnians audiret, niſi vocem clamantis in deſerto; Ioannes enim vox dictus eſt clamantis in deſerto; & Ambroſins: *vox conſobrini mei eſt iſta*: conſobrini prius vocem audiuit, ad officium ſuum Præcurſoris aduenientis: cōtemplebatur deinde filij Incarnationē, ſtatim namque ſequitur: *en iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles*: quomodo illum videret montes, ac colles tranſilientem, niſi ſomno preſſa teneretur, atque hæc mente ſua conuolueret, & poſtea exprimeret? Rupertus autem Incarnationem Verbi in hoc intelligit. Contẽplabatur expectationem, vt aiunt, quod videlicet Chriſtum in vtero eſſet habitura, ideo ſubdit: *en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*: Gregorius, Beda, Auguſtinus, & Bernardus, de Virginis expectatione, hoc exponunt: Meditabatur Natiuitatem, dum ſtatim adiunxit: *flores apparuerunt in terra noſtra*: quos quidem flores nouiter erumpentes, de Natiuitate Chriſti exponit quoque Origenes, Ambroſius, Niſſenus: Circunciſionem in illis verbis: *tempus putationis aduenit*: deinde, *vox turturis audita eſt in terra noſtra*: quod de Paſſione Chriſti Cyrillus intelligit. Vltimò tamen illa verba, quæ ſequitur *ficus protulit groſſus ſuos*: Gregorius vult de fructibus Reſurrectionis poſſe dici.

Audit vocem Ioannis.

Expectatio Virg.

Natiuitas Chriſti.

Circuncisio.

Digitized by Google

dici. Quomodo ergo dormit, quæ dormit, & filij myſterijs intenta detinetur? Itaq. dum ſomno correpta quieſcit, ad ſui dilecti eleuatur amplexus, quem etiã quodammodo in lumine quietis, ac tenebrarnm luce cognoſcit.

372 Enimuero meritò dixit Ambr. Virginem, res ſuas ſenſibus ſopitis, ſed animo vigili diſpoſuiſſe: *dormire igitur, non prius cupiditas, quam neceſſitas; & tamẽ frequenter dum quieſceret corpus, vigilaret animus; qui frequenter inſomnis, vel lecta repetit, vel ſomno interrupta continuat, vel diſpoſita gerit, vel gerenda prænuntiat:* legit, nec lecta vidit; mens compoſita operatur, non cogitat, & determinat &c. Maria igitur, virga vigilans eſt, Maria in hoc ſomno ſponſæ figurata.

373 Huius verò vigilantiæ plures colliguntur rationes, & illa quidem inter alias ex Auguſtino, de hominibus in ſtatu innocentiæ: *horum*, inquit, *tam felicia erant ſomnia dormientium, quam vita vigilantium:* ergo maiori ratione de B. V. hoc dicendum eſt, ſcilicet eo modo felicem fuiſſe dormiendo, ac vigilando; neque enim illi quid perfectionis erat in illo ſtatu, denegandum eſt: vide quæ Doctores circa hoc dicant in tertia parte.

Aug. contra Iul. c. 9

374 S. Ambroſius ait Ocam vigilantem eſſe, quia inter noctis ſilentia, dum cætera animalia, alto ſopore tenentur, ipſa tamen vigilare cognoſcitur, quia cantus quoſdam edit, quos non poſſet aliter, niſi vigilans; ergo vigilantiſſimam dixerimus Virginem, quia ſi de iuſtis ſcribitur: *& nocte canticum eius: & cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei:* quas credimus gratiarum actiones, laudis, ac benedictionis ſanctam ſanctorum cantum in noctibus effudiſſe.

Amb. in hom. 10.

Pſ. 41. 9. Iob 38. 7. Iob 35. 10

375 Scimus præterea dona diuinitus collata, ſanctos Dei, vt plurimum, vigilantia, accepiſſe; quando ſedatis mundi turbis, ſilentio noctis meditantem, nemo à cæleſtium contemplatione remouet; nemo eſt, qui turbet, nemo qui impediat; ipſe verò quaſi ſolus, cælo potiatur; cui cæleſtia cuncta ſibi ſoli vacẽt, maiori deſiderio, ac feruore ad cælũ rapitur: & bonis viciſſim ſpiritualibus cumulatur, adiutorium proinde caſus, & reparatorem in matutinis dixerat expertum ſe Deũ, qui dicebat: *in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus*: cum enim anima, nec ſomno indulget, nec quiete ſoporis detinetur; ſed intenta Deo, ad tacitos ſponſi cæleſtis ſacros amplexus, oratione, quaſi nullo teſte peruenit; ſtatim munere dicitur, perfruitur, & minime fruſtratur votis: reperimus hoc in ſcriptura: ſponſa etſi corpus diceret ſopore teneri, vigilabat tamen animo, quod in hunc ſenſum explico; dormio corpore, in nocte; immoto ſcilicet corpore, inſtar dormiẽtis; animo tamen vigilo, fruorq. nocturna contemplantium quiete. Dum ergo vigilat animo, & colloquio ſuperno fruitur; vt fauores attendas; ſcias, ſpõſum ad eam cum cæleſtium donorũ cumulo deſcendiſſe; ait ergo, *ego dormio & cor meum vigilat*: hæc meditatio nocturna eſt, & vigil nocturni temporis meditatio, quid ſequitur: *aperi mihi ſoror mea ſponſa*: hæc vox ſponſi eſt Chriſti, qui dum orat in nocte ſponſa, ſtatim trahitur ad orantem; & quaſi quæratur ſe foris expoſitum eſſe petit intromitti: *aperi mihi ſoror mea ſponſa*: vox enim animæ in vigilijs, & orationibus ſeſe exercentis, vt aiunt, quaſi in cantantis eſt, quæ abſentem ſecretis verborum colloquutionibus trahit, & regredi compellit.

Pſ. 62. 7.

cõtemplatio noct. laus.

Cant. 5. 2.

Noctem in qua orat ſponſa, ſtatum veteris teſtamenti intelligi poteſt, vt plures hic: dum ergo orat Virgo, cur iam ſponſus adeſt; atque ait: *aperi mihi ſoror mea ſponſa*, ideſt præſta conſenſum ſoror mea ſponſa, en iam ad fores adſum, ad te vocantem venio: tunc pulſauit ad ianuam Virginis ſponſus Mariæ cum cæleſtis Nuntius, quid ferret exponeret: *Aue gratia plena*, 376

Cant. 5. 2.

Do-

Digitized by Google

Luc. 1.28. *Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus &c. ne timeas Maria inueniſti gratiam apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium &c.* tunc illa præſtitit aſſenſum, cum dixit: *ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum:* & ſponſus ad thalamos Mariæ virgineos intrauit: *Verbum caro factum eſt:*

377 Hic de ſponſa vigilanti mentio eſt: at alibi videamus, quid inerti, ac dormienti euenerit: *in lectulo meo*, inquit, Cant. 3. 1. *per noctes, quæſiui, quem diligit anima mea; quæſiui illum, & non inueni:* lectulus corporis inſtrumentum iners, ac otioſum eſt: in quo correpta ſomno membra diſtenduntur; quærit ergo in lectulo ſponſum, & non inuenit; mirum in hoc eſt, quod ipſa ſupra dixerat, ſe indiuiduo ſponſi conſortio frui: *dilectus* Cant. 2. 16. *meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia:* quomodo ergo ſtatim ſeſe denegat ſponſæ, qui ſe totum antea dederat? at in lectulo quærit, cui propulſa vigilantia, corpora ſomno grauia committuntur? quid ergo mirum, ſi quærit illum, & non inuenit; qui ad vigilantes accurrit, ſequitur infra: *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, num quem diligit anima mea vidiſtis?* optimum ſponſæ conſilium, vt in vigilibus ſponſum quærat, quem per ſomnolentiam amiſerat; & vide, quomodo res ſeſe habuit, didicit ab eis, vbi ſponſus inueniretur: *paullulum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea:* occupatas namque ſomno inerti mentes, fugit ſponſus, & ab ijs cognoſcitur, qui vigilant, & ſeſe vel alios cuſtodiunt.

*non adeſt inter otia ſponſus.

378 Vigiles hoſce Religioſos viros, ac ſanctos, Patres interpretantur, qui nocturnis horis, quacumque cura terrena dimiſſa, oratione euehuntur ad Deum; & diebus oratione conſumptis, noctes etiam iungunt meditantes: ſed ad rem noſtram, cum vigilia ſancta dicatur trahere ſponſum; hoc ipſum de Maria Virgine in hac virga inuenimus; cum enim virgam vigilantem videret Propheta, ſubiunxit Deus: *bene vidiſti, quia accelerabo ego verbum meum:* quomodo non accurrat verbum meum ad Virginem, quæ vitam vigilia ducit, ac meditatione; ita vt virga vigilans videatur? ergo *accelerabo ego verbum meum.*

Greg. in mor. & ſ. Cant. 3. & B. in hic.

At verò ſi de nocturna vigilia ſermo eſt: propter ea, quæ ſupra dicta ſunt; opinor expetiuiſſe ſponſam, die inclinato, noctem ſuccedere; ſciebat enim vigilantiæ, quam mercedem rependat Deus, & quomodo preſens vigilibus adſit ſponſus; vt ergo in ſe totam colligens, meditatione; reuertentem ad ſe ſponſam intueretur optabat gratam noctem orantibus: *dilectus*, ait, *meus mihi, & ego illi, donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ:* & quod tunc erit: *reuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloq. ſuper montes Bethel:* rogat ſponſam reuerti, qui abierat, nam vmbræ inclinatæ ſunt, & iam dies aſpirauit: nox tacita ſucceſſit, in qua condictum eſt, vt ad euocatos cum anima amplexus, oratione poſtulante, deſcendat ſponſus, iam inclinantur vmbræ, occidit dies; tu non ſolitis regrede paſſibus, ſed ſicut hinnulus ceruorum, qui aſſuetus, ad prærupta montium ſalit, ſaltusq; edit ob concauitates montis Bethel, ita tu nempe moras omnes, non vſitatis ferare paſſibus; euola ſtatim. Explicarem ego iſtud, hoc ſimili. præteruolantem Accipitrem, & longè obeuntem, ſi quis reuocare cupit; cor obijcit auium (ipſe namque fertur comedere auiū corda). Igitur ſtatim, ac cor oſtenſum videt rediertitur; ita quoque ſponſus dum inter mundana negotia, corda diſtrahimus, quaſi accipiter auolat à nobis; noctu autem ferè cum ſoli intendimus Deo, & cor liberum, ac ab omni cura, & affectu mundi ſolutum; quaſi in manibus portamus (vt de re qualibet quam liberam, expeditamq. habemus dici ſolet: *anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus*) & vigilantia, obijcimus Deo; ſtatim ipſe, vti accipiter, accurrit. En ſponſam: *ego dormio:* inter nocturnas horas quietis, orans, hæc dicebat: 379

Can. 1. 16.

Aleſ. 6. de hiſt. animalium, & ſ. & 9.

Deus ad nos vt accipiter.

Pſal. 118. 109.

Digitized by Google

ego dormio: & vide quod oſtendat ab-
ſenti quodammodo Deo (ideſt per ali-
quas ſordes, quas die contraxerat non
Cant. 5. 2. ita præſenti) *& cor meum vigilat:* oſten
dit cor liberum expurgatum à terrena
fœce; reuertatur ergo accipiter, adſit
Deus, ſequitur ſtatim: *vox dilecti mei
eſt iſta:* & me ſponſam corde vigili in-
tentam vocat: *aperi mihi ſoror mea,
amica mea, columba mea, immaculata
mea &c.*

380 Quod ſi hic de ſponſa diximus, ma-
iori quadam ratione, de B. Virg. dicen-
da ſunt, cuius perpetuus ſomnus, vt ſu-
pra dictum eſt, erant vigiliæ; non opus
erat, vt abſentem vocaret ſponſum,
quem ſemper comitem habebat, ſed
inuenimus in ijs prorſus vigilijs, ipſam
ad cæleſtia aſcendiſſe; dum corpus
ſopitum cæperat obdormire; & hoc
erat quare denuo adiurabat ſpon-
ſus, neu quis ſponſæ quietem inter-
rumperet: *adiuro vos filiæ Ieruſalem*
Cant. 2. 7. *per capreas, ceruosq. camporum, ne ſuſci-
tetis, neq. euigilare faciatis dilectum, quo-
ipſa velit:* non excitatur à ſomno ſpōſa,
quouſq. ipſa velit, ò filiæ Ieruſalem? cur
tanta ſponſo cura eſt de ſponſæ ſomno,
cui mos eſt in lectulo poſitam carpen-
tem quietem deſerere? hoc de Virgi-
ne dictum eſt, & cauſa in ſequentibus
Cant. 3. 6. ponitur: *quæ eſt iſta,* inquit immedia-
te, *quæ aſcendit per deſertum, ſicut
virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,
& thuris, & vniuerſi pulueris pigmen-
tarij:* in deſerto videtur vt virgula fu-
mi aſcendens ad cælum; ipſa quidem
dū corripitur ſomno corpus, orat Deo,
taliq. flamma peruritur contemplatio-
nis, vt aſcendat animus virtutum om-
nium adore refectus, ad Deum: quare
ergo excitabitur à tam vigili, & proficuo
ſopore?

381 Sed quod, inquit de deſerto hoc ob-
ſeruandum eſt: & primo quidem du-
bium mouet, cur Ieruſalem deſertum
appellet; locus enim deſertus eſt, qui
nullo hominum pede calcatur, nec cre-
bra veſtigia proterunt, ſed arborum vm
bris horret, ac ſquallet, quod non
conſentaneum eſt de Ieruſalem aſſerere
vbi dormiebat ſponſa Virgo, & adiuua-
bat ſponſus ancillulas filias Ieruſalem,
ne illum excitarent à ſomno, quæ qui-
dem vrbs omnium fere tunc temporis
opulentiſſima, frequentiſſimo quoque
hominum concurſu colebatur; ſed quæ
eſt iſta, quæ aſcendit per deſertū, noctu
aſcendebat hæc Virgo: tunc autem via
cæli, vel quia nemo oratione vacabat,
& aſcendebat ad Deum; iuxta illud:
Deus de cælo reſpexit ſuper filios homi- Pſal. 13. 2.
*num, vt videat ſi eſt intelligens, aut re-
quirens Deum omnes declinauerunt ſimul
inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bo-
num, non eſt vſque ad vnum.* Vel quia
vbi oratio Mariæ aſcendebat, iuxta il-
lam, quæ alterius oratio poterat appa-
rere? ideo aſcendit per deſertum:
ideſt dum alto ſomno Ieroſolymitæ di-
ſtenduntur, ac deſertum via cæli appa- Perſeuerā tiā in oratione optat Deus.
ret, dum per eam, nemo per orationem
aſcendit; Virgo Maria ipſa aſcendit per-
fuſa virtutum omnium odore; ideo ob-
lectatus tali fragantia, & commercio,
nemo ipſam excitet à ſomno. Hoc
quoque dixeris de anima orante: cu-
pit enim quodammodo Deus tempus
orationis prolongari tali fragrantia affe-
ctus, & inter hæc ſilentia Verbum de-
ſcendit: *dum medium ſilentium tene-
rent omnia, & nox in ſuo curſu medium
iter peregerat omnipotens ſeruo tuus de
regalibus ſedibus venit.*

In ſignum vigilantiæ mos eſt, turres 382
quæ piratarum inſidias arcent inter no-
ctis vmbras, ignem excitare, quo inſpe- B. V. turris per flammam, ſecū oſtendens.
cto viator ſecurum cenſet iter, & ab
omni hoſtium dolo liberum; tenentur
ergo vigilantiam, hac ignis oſtenſione
patefacere, & tutam ab inſidijs viam
eſſe; quod ſi Beata Virgo turris dicitur:
ego murus, & vbera mea, ſicut turris Can. 8. 10.
*ex quo facta ſum coram eo. quaſi pacem
reperiens.* & ſupra de igne fit mentio:
lampades eius, lampades ignis, atque Ibid. 6.
flammarum: meritò ex hoc intelligi-
mus, quod vigil ipſa ſemper exiſtat, &
quod ipſam obſeruantes, ſecuram viam
parēt ab hoſtibus: continuo incēdio ſiue
nocte

noƈte,ſi ic die turris hæc videtur flammas erigere, vt & inter noƈtis tenebras viam monſtret, & ut aduertat tali flamma communitum, minime in dolos demonum offendere.(Protectionem Virginis inferius expendemus)interim aduerte, quod alibi collum dicitur habere,ut
Cant. 4.4 turris Dauid: *ſicut turris Dauid collum tuum,quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea,omnis ar-*
Orig. ſup. Pſ. 33. ho. 4. *matura fortium*:mille clypei inueniuntur in hac turri, ut omnem protectionem indicet; clypeus enim protectionem ſignificat,ut Origenes. & victoriam,ut ex illo Ioſue probatum habes, iubente
Ioſ. 8.18. Domino:*leua clypeum, qui in manu tua eſt contra Vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumque eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis inſidiæ, inſidiæ,quę latebant, ſurrexerunt confeſtim,& pergentes ad ciuitatem ceperunt, & ſuccenderunt eam:*Non unum clypeum oſtendit in turri, ſeu in Virgine,ſed mille ex aduerſo vrbis Hai,i. inferni, quis ergo dubitet de victoria; & quod Chriſtus inimicorum inſidias deiiciat, hoſteſque perdat?ſed ad ea,quæ mox dicta ſunt.

383 Adeo vero commendari debet hæc Mariæ vigilantia, ut quidquid gratiæ in in nobis eſt ,hic aduertamus ad nos deſcendiſſe, quod ſic explico vigilare in ſcripturis,ut alibi etiam præmiſi; idem eſt,ac iterum operi eſſe intentum, quod videbatur prætermiſſum, ita expoſitores, & præcipue Hieronymus, intelligunt locum illum: *vigilauit iugum ini-*
Thr.1.v.14 Bar.2.v.6. *quitatum mearum conuolutæ ſunt in manu eius,& impoſitæ collo meo*, & alibi:*vigilabit Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos:* quaſi diceret, iniquitates,& eorum pœnæ iam videbantur obdormire, & proinde cũ nullas hactenus dederimus pœnas videbatur etiam Dominus obdormire,nunc autem reuiuiſcente, pœna vigilaret; ſic etiam in miſſione verbi longa expectatione quodammodo Pater obdormiebat: ut ibi: *exurge,*
Pſ.43.v.23 *quare obdormis Domine*: dum ergo vigilat ſuper verbo, nemini dubium eſt, ꝙ executioni incumbit, & iam parat miſſionem verbi. At quis author,ut Veniat Verbum,ut vigilet Dominus? B.Virgo, vigilantia Mariæ. Ait ergo Ieremias: *virgam vigilantem ego video*: & Dominus:*bene vidiſti, quia ego vigilabo ſuper verbo meo*:ipſa ad me vigilat, ego ſuper verbo.i.ipſa vigili meditatione petit accelerari Verbi incarnationem;& ego quaſi diutina mora hac vigili ſupplicatione excitatus vigilo ſuper verbo.i. ut alia lectio;*accelerabo verbum meum.* Quod ſi in hac virga (ut quod ſupra dictum eſt, ulterius hoc perquirendum indagemus) oculum noueris,in ſummitate ut fuſius expoſuimus, videor poſſe illud interpretari ſponſi dictum ad ſponſam, ubi aſſerit oculis B. Virg. eum excitaſſe, ut è cælis deſcenderet:*auerte inquit, oculos tuos, quia ipſi me auolare fecerunt:* ne Cant.6.4.
amplius me aſpicias, nullo nunc oculorum intuitu opus eſt,iã ipſi me auolare ad te fecerunt, iam adſum,ideo auerte oculos tuos à me, efficacia namque ipſorum,cum me fecerit auolare, quid ultra me intueris voti compos? proprium eſt enim deſiderantium, & aliquid ab aliquo cupientium, oculos ad illum intentos habere, ut Dauid: *oculi mei ſemper* Pſ.24.v.15
ad Dominum,quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos: ſemper intentus ero Domino, quia ipſe euellet de laqueo pedes meos, donec euellat, reſpiciã ad ipſum: &*ſicut oculi ancillæ in manibus* Pſ. 122.v.2.
Dominæ ſuæ,ita oculi noſtri ad Dominum *Deum noſtrum, dones miſereatur noſtri*: ut ancilla intentos habet oculos ad manus Dominæ, ut imperata perficiat & committenda coniectet;nam uſque dum promiſſa compleat Dominus, in eum fixos oculos habebimus ,& ille expectans auxilium, & miſericordiam à Domino: *attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum,Domine vim patior, reſponde pro me*: Quod cum præſtaret B. Virgo cu- Eſ. 38. 14.
piens Verbum incarnatum aſpicere,atq. oculos intentos orationis,ac meditationis haberet ad Deum; & cum hoc obtineret,merito reſpõdet Verbum,ut quid amplius reſpicis?iam potes oculos auertere,quia ipſi me auolare fecerunt,tanta

fuit

fuit mentis tuæ puritas, tanta ſpiritualiumq́ iſtorum tuorum oculorum extitit vis,ut ipſi me quaſi à me euolare fecerint de ſinu patris in gremium ventris ſui; ne reſpicias amplius ad hoc, vt me attrahas; iam enim deſcendi,ne vigiles propter hoc.

384 Per oculos mētis puritatem intellige, ac virginalem pudicitiam,&c.& præſertim gratiam illam præſeruationis ab originali peccato: nunquam enim dormitauit,vel aliqua culpa, ſed ſemper apertos habuit gratia hoc præſtante oculos, ipſa enim merito oculata dicitur Virgo, & hac virga oculata figuratur,quia vt infra fuſius, quemadmodū hæc arbor videtur vigilare, ne cui ſecunda exiſtat in flore, & germine, & dum cæteræ arbores niue, & glaciei iniuria torpent, oculos aperit, ideſt,ita etiam Beata Virgo ſemper,dum alij clauſos culpa oculos tenebant, vigilans inuenta eſt, oculo videlicet per gratiam ſingularem aperto. Patet autem ex hoc, quia lux ſemper tenebris aduerſa eſt, omnes vero homines naſcuntur, & concipiuntur in tenebris peccati, vt ille dicebat: *& in peccatis concepit me mater mea*: naſcimur quoque ut cæci: *eramus natura filij iræ*: & ibi: *error & tenebræ concreata ſunt peccatoribus*. Peccatum inquam cæcitas eſt mentis, quod diſcipuli agnoſcentes ex cæcitate corporis cæcitatem mentis collegerunt dicentes, dum Chriſtum interrogabant: *quis peccauit hic, aut parentes eius,vt cæcus naſceretur?* hoc enim peccati proprium eſt, peccatorem videlicet excæcare, iuxta quod dictum eſt à Sophonia: *ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt:* Rurſum peccatum ignis eſt, cuius natura in hoc ſita eſt,vt omnia ligna,folia, flores, & his ſimilia comburat,& perdat,iuxta illud: *Ignis eſt vſque ad perditionē deuorās,& oīa eradicās genimina.* Ex his colligo Beatam Virginem in hac Ieremiæ, & in illa Iſaiæ virga figuratam, non ſolum natam, ſed & conceptam abſq.originali, nam virga Iſaiæ

Eccl.24.16. Ioh.9.2. Soph.1.17. Peccator cæcus. Iob 31.12. ... V. abſq. originali concipitur.

florens deſcribitur,hæc Ieremiæ florens & oculata; igitur in Virgine originale non fuit, quod lucis ſplendorem originalis iuſtitiæ,peccati originalis tenebris obſcuraret; aut originalis germen candoris ſuo calore exſiccaret, & combureret. Habetur hoc ex loquendi modo Iſaiæ, ait namq; *Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet:* quid enim eſt florem de radice aſcendere? de radice flos non pullulat,ſed in ſummitate ramorum pullulant germina florum;ſatis ergo erat dixiſſe:egredietur virga de radice Ieſſe, quæ in flores, & germina erumpet. Sed hoc communi lege verum eſt in germine cunctorum, diuerſum vero in Virgine; omnes enim poſtquam ex radice prodiere.i. concepti ſunt,flores ſanctificationis, vel iuſtitiæ emittunt, vnde prius in mundo ſunt quam germinant, etiamſi in vtero ſanctificentur: at de B.Virgine flos ſanctitatis, & oculus iuſtitiæ originalis,ex radice.i.ex ipſo conceptionis inſtanti, in quo noſtra prima origo & radix eſt, oritur,& naſcitur: vnde merito: *& flos de radice eius aſcendet*. Id ipſum in noſtra virga Ieremiæ reperimus: virga enim amygdalina eſt,vel nucea: amygdalum autem,& nux,vt ſupra diximus, fructus habent ſub cortice amaro, & duro nucleo,dulces: ſic B.Virgo exterius communi videbatur lege formata naturæ limites non excedens,vtpote quæ filia præuaricatoris Adæ parentis infirmitatem gereret,& communem maledictionem,& pœnam paternæ culpæ ſentiret: at etſi exterius cæteris videbatur ſimilis:intus tamen ſingulare priuilegium hoc immaculatæ conceptionis gerebat in anima. Hinc poſtquam exteriorem pulchritudinem, & ſpecioſitatem laudauerat ſponſus,dicens: *tota pulchra es amica mea*:oſtendens pulchritudinem, quam extrinſecus per virtutes omnes præmonſtrabat,addidit, quod ſuis tantum oculis notum erat: *abſque eo,quod intrinſecus latet*:& in Pſalm. *Omnis gloria eius ab intus*: quaſi dicat, etſi maxima ſit Virginis gloria, & decus; quod

Iſ.11.v.1. Cant. 4.7. Cant. 4.1. Pſ. 44.v.7

Digitized by Google

præcipua tamen ea eſt, quam intus ſeruat, dum ſine mortali culpa concepta eſt.

385 Confirmatur id quod dicimus ex illo ſcripturæ: Prou. 8. 22 *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquã faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, &c.* Duas Domini vias notas habemus, miſericordiam videlicet, & iuſtitiam: *vniuerſæ* ſiquidem *viæ Domini* Pſ. 14. 15. *miſericordia, & veritas*, quarum prima, nempe miſericordia, ad neminem in principio peruenit, ſed in fine plerumq. vt contigit latroni, quem miſericordia, dum animam iam iam inter cruciatus exhalaret, ſuſcepit; alios ſæpe in medio, ut ſcimus Petrum iuſſum eſſe retia dimittere; relinquere Matthæum opus periculoſum telonij, Paulum quoque contra fideles legationem; & iſti omnes à miſericordia in medio viæ vitæ inuẽti ſunt, & recepti à Deo. Aliquos vero miſericordia tenuit poſt ipſa principia, dum pergerent in via, hi fuere Ioannes, & Ieremias, qui priuſquam à materno vtero progrederentur, ſanctificati ſunt: *Priuſquam te formarem, in vtero noui te* Ier. 1. v. 5. Luc. 1. 15. dictum eſt de Ieremia, & de Ioanne: *Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ*: poſtquam viam ceperunt; ad eos miſericordia peruenit. At vero Beata virgo *Dominus* ait, *poſſedit me in initio viarum ſuarum antequam quidquã faceret, &c.* miſericordia præuenta ſum, antequam iter intenderem, iuſtitiæ originalis munera ſenſi: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*:

386 B. Virgo eſt ante omnem puram creaturam. Porro poſſidere eſt in ſe alquid dominio transferre, & poſſeſſione quidem rerum dominia acquiruntur. Dum ergo, ait Maria, ſe à principio, antequam quid faceret, poſſeſſam fuiſſe à Domino; mánifeſtum eſt, nulli alteri ſubiectã extitiſſe; ſicut per culpam originalem omnes ſunt. Sequentia hoc verba manifeſtius indicant: *antequam quidquam faceret à principio*: Dei inquit fui, ante omne opus eius ad extra in diuina, & altiſſima mente eius, ſeu obiectiue extiti ante omnem deſignationem cuiuſcunque puræ creaturæ, ſeu primus amor, primum decretum fuit de me. Duo ſunt quippe genera operum Dei permiſſionis ſcilicet, & voluntatis efficacis, primum genus omnia mala culpæ, complectitur; peccatum ſcilicet actuale, originale, & habituale. Secundum genus habet bona naturæ, & gratiæ, de quibus omnibus operibus Iſaias ait: *formans lucem, & creans malum*: ante Iſ. 45. 7. hæc omnia Dominus Virginem poſſedit: *poſſedit me ab initio viarum ſuarũ*: ergo ante originalis noxæ permiſſionẽ, primo Dei amore poſſidetur Virgo; nec poterat conceptam inuadere peccatũ, quæ ante omnem peccati permiſſionem poſſeſſa iam erat. Ad cuius probationem non debile illud afferam argumentum, quod legitur in Gen. Primos parentes ſerpens decepit, & maxime Gen. 3. per totum. gloriabatur à ſtatu innocentiæ ad actuale illos, poſteros vero ad originale reuolutos. Deus vero, vt ſuperbi dæmonis iactantiam frangeret: *inimicitias*, inquit, *ponam inter te, & mulierem, ipſa* Ibid. v. 15. *conteret caput tuum*: quorum hic ſenſus eſt, noli, inquit de victoria extolli, naſcetur mulier tecum pugnatura, ne originale incurrat. tu inſidiaberis ei, at te illa proteret, & contemnet. Et obſerua Elatũ diabolum victoria primor. parẽtum, protecit B. V. quomodo reſpondeat hæc ſcriptura ſupradictis: Poſſeſſio à pedum poſitione dicitur vt pluries nos, & paſſim Iuriſperiti: vnde nota, in quo inſidias ponebat dæmon: *tu inſidiaberis calcaneo eius*: ne iuſtitiam poſſideat, inſidiaberis pedi, at illa conteret caput tuum.

Porro in Canticis ad hunc ſenſum hæc ſcribuntur; 387 *ſub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*: Cant. 8. 5 P. Ghisler. hoc modo iſtud explicat, vt ex tunc Eua ipſa de admiſſo dolens peccato; fide, ac deſiderio Beat. Virg. conceperit, ac pepererit, & præallata acceperit Doñi verba ad ſerpentem, quaſi fide Virginem deſideraret, quæ ſolueret maledictionis ſententiam, Deum ipſum pariendo, & ſer-

ſerpentis audaciam confringeret; hæc Ghisler. ad noſtrum ſenſum; deſiderauit Eua Mariã in mundo vt inſolentem de victoria ſerpentem vinceret. Hoc vero (vt Eua optabat) in opprobrium fuit, & contumeliam diaboli; ex eo, quia inſidiantem Virgo ſerpentem & eluſit, & contriuit.

388 Huius rei figuram habemus in ſcriptura in virga Aaron. Murmurabat omnis multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen, & Aaron, dicens: *vos interfeciſtis populum Domini:* (Nu. 16. 41) cumque oblatione themiamatis plaga ceſsiſſet; iuſsi ſunt filij Iſrael, per tribus ſuas, ponere virgas amygdalinas in tabernaculo fœderis; quem inquit, *ex his elegero, germinabit virga eius, & cohibebo à me querimonias filiorum Iſrael, quibus contra vos murmurant.* (Num. 7. 6.) Aaron autem inuenit germinaſſe virgam, & in flores, & fructus amygdalinos erupiſſe: *dixitque Dominus ad Moyſen, refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael;* (Nu. 17. 10) murmuratio contra Moyſen, & Aaron primos duces, virgæ floridæ oſtenſione reijcitur. quæ murmuratio rebellium iſtorum eſt, niſi illa rebellium infernalium, gloriantium de præuaricatione primorum parentum, quod ſuæ ditioni ſubiecerit, & quod omnis humani generis propago, lethali vulnere, originali ſauciata eſſet? ſicut ergo murmurante Iſrael in tabernaculo Aaron, quem præcipua murmuratione petebant: virga florida ſtatim viſa eſt, ex omni multitudine duodecim tribuum, & hæc poſita eſt in ſignum iuſtitiæ Moyſis præ cæteris; ita ſtatim cum conuitijs in parentes noſtros ſerpens ageret, mulierem oſtendit ex omni humano genere; mulierem, inquam, quæ virga eſſet florens, & exciſa à trunco, ab arbore .i. vitiata natura, ſicco germine virere non poſſet, ipſa ex ariditatis maledictione minime tacta; erumperet in flores iuſtitiæ originalis, & murmuratorem, & illuſorem illuderet: Virga inſuper non in arbore, ſed ab ea exciſa in tabernaculo fœderis, aperit flores, vt intelligeremus in humana natura extitiſſe, quia Euæ, & Adæ filia extitit à corruptione exciſa, in tabernaculo fœderis floruiſſe, dum Deus diuinam, humanamque naturam decreuerit tanta Virgine fœderare. Exciſam quoque, vt putemus, nulla trunci vitiati contraxiſſe contagia, vt quidquid viriditatis haberet, illud in tabernaculo fœderis accepiſſe; vt etiam ſciremus, quoties dæmon fragilis naturæ caſum exprobraret, hanc virgam obijce Mariam ab omni labe, & ſententia maledictionis abſolutam.

Virga amygd. florens B. V. originalē oſtendit iuſtitiam.

Virga quoque hæc prænuntiata eſt, 389
non ſolum ludibrio futura dæmoni, ſed flagello; de hoc enim intelligi poteſt illud Iſaiæ: *pauebit Aſſur virga percuſſus.* (Iſa. 30. 41.) Aſſur diabolum ſignificat; pauebit ergo hac virga percuſſus. De ipſa enim dictum eſt: *Ipſa conteret caput tuum:* (Gen. 3. 15.) licet tu nitaris inſidias moliri ſub calcaneo eius, vt cum Eua matre decidat: ſed *Ipſa conteret caput tuum:* virga percuſſus; ſpem prædæ omnem perdes, & machinationes fruſtra compones, quamobrem recte ſupra notum eſt, Mariam florentem, vigilantem.

Maria dæmonis flagellum.

Quod (ſi vſque huc) virgam flore ornatam, pro Beatiſſima Virgine 390
accepimus; illud quod infra Chriſto tribuendum eſt, vel prohibet de ipſamet Beata Virgine intelligi verba illa Pſalmi: *ſuper ipſam autem efflorebit ſanctificatio mea:* id eſt, caput eius, ſertum Regum decebit. Hoc vero Regum inſigne, ſanctificatio appellabatur: inde enim manifeſtum erat Regem ſanctum, Deo ſacrum, à cæteris fuiſſe peccatoribus ſegregatum, vt in libr. Regnorum, vbi de Ioas Rege fit mentio, legimus hæc: *& poſuit eum diadema, & teſtimonium,* (Reg. 4. cap 11. 12.) cum in Hebræo, vt notat Agellius, ſit nezer, ut hoc quoque loco, quid etiam alij interpretes ibi verterunt, ſuper eũ: ἁγίασμα *ſanctificationes:* quidam: *ſeparationem:* propterea, cum hoc ſerto florido, ſepa-

B. V. à cõmuni lege originalis ſeparata.

 tio,

ratio,ſeu ſanctificatio habeatur, cumq. Mariæ virgam in ſummitate florentem, ad inſtar ſerti florentis coronatam reperiamus,eam dicimus à communi colluuione,& contagione cæterorum mortalium ſeparatam,& ſacram; ſeparatam inquam,à ſubiectione culpæ, & à communi maledictione,ſacram Deo;ſanctitatem hanc dico, non quidem gratia poſt lapſum reparatam, quia nulla ibi reparationis gratia, vbi nulla culpa præceſſit, quæ in ipſa conceptione adueniens, nulla originalis contagia ſordis admiſerit;omnes enim, quotquot naſcuntur,licet ſanctificentur, & gratia diuina à peccato mundentur,non tamen antequam communis culpæ legem ſubeãt: *nemo enim mundus à ſorde, nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram:* ad ſordem autem abſtergendam in veteri lege circumciſio inſtituta erat,quæ pœnali ſectione culpam præcidebat,atque hæc erat in maribus;in mulieribus vero ſacramentum ſupplebat,ꝙ vocant legis naturæ,æqualis ponderis,& valoris cum circumciſione.Omnes autem ſancti,etſi poſtea virtutibus refecti, adhuc tamen gladio cedente circumciſionis odorem ſanctimoniæ in priori teſtamento dedere à noxa liberati. Enimuero cum de Virgine ſermo eſt cum nulla culpa extiterit, nullo quoque remedio opus erat,nullo inquam,ſupplemento ſacramenti legis naturæ,æquiualenti circumciſioni:ideo de ſeipſa dixit: *& quaſi libanus non inciſus vaporaui habitationem meam:* Libanus candidus interpretatur: & alibi: *quaſi libanus odorem ſuauitatis habete:* hortatur, vt candoris, odoriſque ſuauitatem habeant;dum ergo dicit:*quaſi libanus non inciſus:* candorem demonſtrat ſanctitatis, nulla labe, vel originali, vel actuali fœdatam, vt ſectione, aut æquiualente opus eſſet.At vero cum extra ordinem naturæ ſit,vt lignum hoc vaporet odoris ſuauitatem non inciſum,cum præterea ligna omnia tunc redoleant, cum inciduntur; ita quoque admirandum profecto eſt, quod in Virgine inuenimus,odorem ſcilicet nulla ſectione, ſeu aliquo huic ſimili, profudiſſe iuſtitiæ; ſunt aliqui ſancti, qui ſanctificationis gratiam acquirunt;ſed inciſione, vt originali liberentur:inde enim dicunt: *bonus odor ſumus Deo in omni loco:*Virgini tamen nulla neceſsitas fuit remedij ad abſtergendam originalem maculam, quia nullam contraxit maculam, & non inciſus libanus, virtutum, & iuſtitiæ odorem euaporauit.

B. V. imunis à remedio culpæ orig.

Ecc. 14.21

Ecc. 39.17

2.Cor.2. 15.

Hoc totum ſequentia verba dilucidant: *& quaſi balſamum non mixtum odor meus:* odor, virtutes ſunt, iuxta quod aiebat Paulus, bonum odorem virtutum ſanctos ſpargere in omni loco,& alibi in figura dicitur: *ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni, cui benedixit Deus:*in Cant.quoque: *& odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Proinde ſciendum eſt, præter Chriſtum,& Mariam puras,virtutes neminem habuiſſe, ſemper enim, quod virtuoſum operantur mortales, imperfectionibus admixtum eſt; ſemper terrena mens aliquid pulueris admiſcet,& ſepties in die cadit.Sed vide quid dicat Beata Virgo: *quaſi balſamum non mixtum odor meus:* puritas, & decor virtutis in me reperitur, nec macula terrena fœdatur opus quod gero. Vinum quoque aqua mixtum,hoc ſignificat in ſcriptura: *vinum tuum mixtum eſt aqua:* ſemper opus,licet ad perfectionem tendat,& virtutum ſit, mixtum eſt imperfectione aliqua; quod,vt minime de Virgine cogites,expende verba illa,quę ſcribuntur in Cant. *introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem:* quare in cellam vinariam? & quæſo, ad quid ſponſa illa in loca concaua, obſcura, & iniucunda introducitur? cur potius non iubeat ſponſus opere famulorum vinum è cella vinaria, & dolio extrahi, & afferri ſponſæ extra locum illum. Sed differt vinum cellæ vinariæ à vino, quod alibi, aſſeruatur,& potu traditur. Illic purum eſt vinum,nec vllo pacto miſtum eſt,alibi enim miſcetur,vt ibi:*poſuit menſam,*

Ecc.24.21

Ge 27.27.

Can.4.11.

Mariæ amor,& virtutes puriſſimæ.

Iſa.1.22.

Can.2.4.

&

Digitized by Google

Pro.9.2.5 *& miſcuit vinum:*& infra,*bibite vinum quod miſcui vobis:*& alibi:*Et tu rex pone* Dan.14.x. *eſcas,& vinum miſce.* Nota hic obiter ſæculi huius, mundanique amoris miſeram conditionem;dum vinum, ſeu amorem ſuum, non purum,ſed miſtum tribuit, ita vt non ſit vere amor amicitiæ,ſed concupiſcentiæ ; quodue peius eſt, quamplurimi miſtum vinum Deo tribuūt,dum non ſincere amant,ſed ob ſolum timorem ſeruilem,vel ad ſua deſideria obtinenda, quod quam cœleſti ſponſo diſpliceat,inde collige, quod *in cellam vinariam*, ſeu *in domum amoris*,ut alij legunt,introduxerit ſponſam, vt inde amoris puriſſimum vinum ſugeret,vbi puriſſimum, nulli creatæ rei miſtum aſſeruatur. Sed ad Beatæ Virginis immaculatam ſanctitatem, & cōceptionem reuertamur. Cujus amor in Deum,& Dei in ipſam,ita purus fuit,vt nulla culpa, neque originali admiſtus vnquam fuerit; ideo enim in cellam vinariam introduxit, vt amore imbueret, & amores ipſius ſponſæ acciperet. Ex hoc conſtat,quid illud importet:*tanquā balſamum non miſtum odor meus:*& quō modō purum haberet odorem, virtuteſque omnes non miſtas imperfectionibus,neque ſanctitatem aliquando fœdatam,vel admiſtam peccato, quæ culpas præſeruationis gratia pertranſijt.

Mundanus amor concupiſcentiæ,non amicitiæ.

Facit ad hoc illud Cant. *Veni de li-*
354 *bano ſponſa,veni, coronaberis de capite Amana,de vertice Senir,& Hermon,de cubilibus leonum,de montibus pardorum:* Amana,Senir, & Hermon nomina montium ſunt excelſorum,excelſos quoque in Eccleſia ſignificant,vt S. Thomas, & Gregorius interpretantur; de quibus coronatur ſponſa, ideſt, Maria Virgo, dum venit de libano;Libanus autem,vt dixi dealbationem, & candorem ſignificat. ſenſus autem eſt, licet plures ſancti extiterint, qui ſanctitate videbantur celſiores,& ſanctificatione ſublimes;adhuc tamen B. V. de illis in ſanctitate & puritate triumphat,quia licet fuerit purus,& candidus ſanctificationis gratia donatus Ioannes,& Ieremias; ipſa tamē veniens de libano, de candore iuſtitiæ, ſuperat omnes.

Can.4.8.

Maria oēs ſanctos ſuperat imaculata concept.

Confirmari idem poteſt, quia Virgi- 355
ni non ſolum libanus, ſed & Cedrus congruit,cedrus autē incorruptionem denotat,& de Virgine dicitur *: quaſi cedrus exaltata ſum in libano:* ſed inſpiciamus, quomodō veniens de libano triumphet*: de cubilibus leonum,& de montibus pardorum:*Per leonem,& pardum, ſpiritus malignus intelligitur.Ita S.Thomas ; malignos autem ſpiritus, propter ſuperbiām,vocat leones ; pardos propter verſutiam, ſeu velocitatem,ſeu pro mille nocendi artibus;pardus.n.varium, atque velox animal eſt. Nunc autem, quis neget Mariam venientem de candore libani,cum originali iuſtitia triumphare,de leone,& pardo,ſcil. diabolo? Pardus etiam fuit dæmon, quando tot vultus induit, & circumuentiones compoſuit, vt Euam falleret. Leo ſuperbus etiam in hoc extjtit, quia quodammodo ſupra Deum ſe extulit,dicens: *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis &c.*diuini præcepti cauſam ſibi cupiens aſſignari, vt aſſignatam euerteret,vanamque eſſe oſtenderet.B. Virgo igitur non incurrens fœdæ vitia naturæ,veniens de dealbatione, concepta ſine peccato, calcans dæmonem,leonem,& pardum.i.verſutiam,& ſuperbiā,dicta eſt fregiſſe, ac de pardo,& leone coronata eſt.Dæmon dictus eſt leo inſidians: *tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret:*leo autem,vt Dauid ait,*inſidiatur in ſpelunca ſua &c.*ergo ille, qui inſidiabatur calcaneo Virginis:*tu inſidiaberis calcaneo eius:*leo erat verſutus, & inſidias tendens,vt ab originali macula Virgo non eſſet immunis, ſed ipſa contriuit dæmonis caput, & inſidias omnes eluſit.

Ecc.24.17

Diabolus quare leo, & pardus.

Gen. 3. 1.

de ipſo triumphat Maria.

1.Pet.5.8.

Pſ.30.29.

Gen.3.15.

Alibi quoque in Cant.*fons ſignatus,* 356
appellatur Beata Virgo, quod ſi explicabo, & quomodo contagia nō ſenſerit vniuerſalia,virgo, & quomodo deinde in hac victoria apparuerit,quam habuit ſupra monſtra infernalia, erit profecto monſtratum. Obſeruatur in re militari,

Can.4.12.

quod

Digitized by Google

quod cum labor omnis irritus eſt, atq. vrbs oppugnata munimenta corroborat hoc conſilio vtitur hoſtis. ut quos expugnare non poterat, ſuperet veneno. Aquas ergo veneno imbuit, ut in bello Iugnothino Saluſtius commemorat, & ſic potus mortali contagio infectus, pecora ferro reſiſtentia corrumpit; ſic etiam in mundi exordio ad eos ipſos, ad quos hoſtis teterrimus peruenire poterat, per primum peccatum mortem transmiſit; bonum ergo inuidiæ, ac liuoris virus euomuit? & non ſine cauſa ſub ſpecie ſerpentis apparuit Euæ) generis humani decurrendos latices corruptu-rum; omnis proinde enaſcendi multitudo generis in potu vitæ huius luem veneni ſentit. Vnde ea Thecuitis mortem cum aquis connexit, dicens: *omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram*: per aquas deſcendentis prolis Euæ venenum quoque deſcendit; ſicut autẽ nemo à lege moriendi abſoluitur; ita nemo à potu harum aquarum excipitur. At vero ſi in illa Ciuitate hoſtilia damna præuidens, fraudeſque inimicas ſuſpicatus quiſpiam, ſibi prius ex communi in ciſterna conſeruarit, ſuis tantum vſibus ſeruatam, & deinde, ne veneno interficeretur, puteum, fontemq. obſignaret, vt lethalis, quæ alio deflueret, hæc perfecte ab omni contagione libera, ſalubris inueniretur: Ergo ecce fontem, qui dum curſus humanæ conditionis peſtifera lue fœdatus deſcenderet ad poſteros, à communi malo ſeparatus extitit, ſcilicet Beata Virgo: *fons ſignatus*: præſeruatus à Deo, ne uniuerſalem conditionem ſubiret, & infortunium. Vocatur hæ aquæ deinde fontis, aquæ putei: *puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano*: puteus erectus aquas habet, & minime excurrentes, quomodo ergo poſſunt aquæ putei fluere de libano cũ impetu, quæ immobiles ſeruantur in vna parte? ſupra diximus libanum cedrorum ferocem candorem innuere, ac incorruptibilitatem. Deſcenderunt ergo aquæ de libano, vt etiam excurrentem aquam à com

Veg. de re mil.

Saluſt. de bel. iug.

quomodo corrupta natura.

2. Reg. 13. 14.

Fons B.V. ſeruatus à veneno.

Can. 4. 12.

Can. 4. 15.

muni natura Adam agnoſcas; ſed aquæ putei, vt præſeruationem intelligas, fluunt aquæ de libano, quia inde prodeũt ex gratia incorruptionis, ſc. præſeruationis defluentes, ſed in puteo lege peculiari videntur.

395 Nota quod dicit aquarum viuentiũ, cum enim mortuæ decernentur aquæ cæterarum, & fluuij vniuerſalis, quia per illas venena pomi erroris transfuſa ſunt; ſolæ aquæ venientes de libano, de candore iuſtitię originalis Mariæ, dicuntur viuentes, quia non mortem, ſed vitam habeant: *puteus aquarum viuentiũ*: originem habuerunt libanum candorem & puritatem, ac lucem. Porro vt hoc appareat magis locum illum oportet adducere ſcripturæ, vbi aquæ iſtæ, quomodo excurrerint deſcribatur, videlicet, *ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aqua ductus exiui de paradiſo*: Manifeſtum eſt, flumina omnia ex mari prodire, in terras iterum excurrere, atque dum ad mare reuertantur ſicut Salamon *ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant*: quæ quidem reuerſio dupliciter intelligitur, vno mõ, q̃a per vias ſubterraneas de mari fluunt aquæ ad loca remota, & motu naturali poſſunt tantum aſcendere, quantum eſt altitudo ſuperficiei maris, & adhuc plus; quia tranſeundo ſic per terram efficiuntur dulces per talem collationem, & per conſequens leuiores, quam aquæ maris ſalſæ; vnde erumpunt in fontes, & flumina; & ſic naturali motu iterum fluunt ad mare. Alio modo quia per influentiam ſolis, & ſtellarum eleuantur vapores humidi à mare, & condenſantur in nubes; ſoluti deinde in flumina &c. Vide expoſitors hic præcipue Lyranum: Quolibet ergo modo prodeant flumina ſemper amara, & tale per fuſa exeunt. Quod cum ita ſit, & cum genus humanum, tanquam flumen diximus, uti Thecuitis: *omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram*: quo modo de ſe di-cit, non a mari, ſed à paradiſo, fluuium proceſſiſſe? Naturæ amaritudinem, exeuntes de mari, reli-

Aquæ B.V. excurrunt & ſunt in puteo.

Ecc. 24. 41.

Ecc. 1. 2.

qui

Digitized by Google

qui homines ſanctificatione, baptiſmate amittunt; at B. Virginis fluuius non à corruptione prodijt; ſed à Paradiſo, quia numquam originalis culpæ ſenſit amaritudinem. At ſi flumina, quæ a mari procedunt, deinde dulceſcunt excurrentes per terram, nemo tamen dubitat quia iterum ad mare decurrant. Ad mare enim vti ſupra dictum eſt, flumina reuertuntur, ideſt licet tollatur peccatum originale, adhuc tamen euitari non poteſt, quin homo morte actus, ad amaritudinem corruptionis iterum redeat; corpus enim putreſcit, & ad mare ſepulturæ reuerſum corrumpitur. At ab hoc etiam alienus fuit fluuius B. Virg., corpus enim à mari corruptionis non erat exortum, nec ad mare corruptionis redijt.

Redimus omnes ad mare corrupt.

ab hoc immunis B. V.

396 Et quidem manifeſtũ eſt, quod aqua quò deſcendit in ima, eò aſcendit ad ſublimia; proinde cum flumen B. Virginis à Paradiſo dictum fuerit exiuiſſe: *Ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæductus exiui de Paradiſo:* æquum erat, vt ad Paradiſum reuerteretur: vnde ſuprema cęlorum, ab omni corruptione libera, & à cõmuni ſententia immunis aſcendit: Conuenientiam habes in Geneſ. ibi enim inducitur ſententia maledictionis propter admiſſam culpam, hoc modo: *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris:* cum ergo B. Virgo non extiterit Adam hæres in culpa, vt quid maledictionis ſententiam ſubiret, vt deſcenderet in terram, & corpus eius redigeretur in puluerem?

Gen. 3. 19.

nõ fuit heres in culpa Adæ.

397 Deinde pondera, quod infra in Eccl. ſequitur: *& ſicut aquæductus:* aquæductus B. Virgo, non flumen patens, ne inſidijs pateret inimicorum; hic vides excluſam omnem viam inficiẽdi flumen Mariæ; principium, & origo namque Paradiſus eſt; curſus autem opertus; nã ſicut aquæductus excurrit diuina gratia cuſtoditus, ac tectus, & inter vitæ huius ſemitas defluit. Habemus ergo Mariam, virus euaſiſſe ſerpentis, eiusq. flumen à Deo ſeruatum, vt nullo tartarei Dæmonis veneno imbui potuerit.

Maria a quæductus.

Hoc verò in Apocal. patet: Deſcripta eſt Virgo, cui inſidiabatur ſerpens fremens ira; cuius illa artes omnes, & aquas veneno infectas euaſit: *& ecce ſignum magnum*, inquit, *apparuit in cælo: mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius, corona ſtellarum duodecim &c.* vides ergo mulierem hanc exeuntem tanquam fluuius Dorix de Paradiſo; & ſtatim ſerpentem inſidiantem: *& ecce Draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem &c. & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum, & miſit eas in terram; & Draco ſtetit ante mulierem:* quis eſt iſte Draco, niſi ille de quo *tu inſidiaberis calcaneo eius: & ipſa conteret caput tuum?:* Cum eam Draco videret donis omnibus ornatam prodeuntem de cælo, voluit contagione originalis peccati fędare. 398

Apoc. 12. 1

Gen. 3. 5.

399 Et vide quomodo hoc deſcribatur, nempe per fluuium illum, qui veneno infectus eſt, noxa originalis; ait ergo: *& miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam, tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine, & adiuuit terra mulierem, & aperuit os ſuum, & abſorbuit flumen quod miſit draco de ore ſuo: & iratus eſt draco in mulierem &c.* conſortem facere cupiebat communis mali, quod ſicuti flumen ex fonte inobedientiæ Adam, & Euæ deſcendit. At illa ab hoc præſeruata eſt, vt damna comunia non ſentiret, & ad ipſam aqua ſerpentis venenatam non perueniret; ſic ergo habemus, quod Virgo, diuina gratia, detrimenta conditionis noſtræ minime ſubijt, & quod Eua trãſmiſit maledictionis in poſteros, declinauit. Quamobrem rectè nunc percipimus, quid illa verba præferant, quæ ſupra etiam adduximus: *ſub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua*, ideſt dum alij fluenta mortifera biberent, ego te ſuſcitaui; nunquam quæ illa admiſit, feci vt incurreres.

artes Dæmonis cõtra B.V.

Apoc. 9. 5.

Alia

400 Alia quoque ratione, exemplo petito ex ſcripturis cõceptionem Virginis explicarem, nempe: cum aquis vniuerſalis diluuijs mundus operiretur, vrbes omnes, colles, faſtigia montium effuſis imbribus tegebantur,& nemo cataractis

Gen.8.

cælorum toto impetu aquas recludentibus,ac orbem replentibus,mortem euaſit, præter eos,qui in arca claudebãtur,

peccatum originale diluuium.

Noè,& conſanguineos. Arca verò,quod ad rem ſpectat,quo magis excreſcebant aquæ diluuij, eo magis efferebatur, & ſubleuabatur in cælum. Igitur cumulus aquarum, & abundantia, quid obfuit arcæ, quæ potius exaltabatur vndis, imbribus eleuabatur? Cæteros itaque arca prætermiſſa æqua ſorte diluuium abſumpſit.

401 Amb.ſer.8

Arca, atque arca animata Virgo eſt (vti eam Patres appellant)quam diluuiũ vniuerſale,ideſt originalis culpa,minime ſuperauit; excreſcentibus namque Dæmonis artibus,vndis fœdatæ naturæ; magis,ac magis ad Deum eleuabatur in cęlum, idcirco ibi in Apoc. in figura Virginis eleuatur mulier illa, alis Aquilæ,

B.V.I diluuio arca

licet Draco diluuium lethale ex ore profundat.

402 Hoc quidem etiam ad Aſſumptionem B.Virginis referri poteſt, quo enim magis contendebat mors, arcam hanc ſuperare diluuio immiſſo; eò magis eleuabatur ſurſum, ad cælum; nam tunc aſſumpta eſt in cælum,cum morte intercedente mortalem vitam exuit; Quod ſi cupimus illam in cælo eſſe cognoſcere

Aſſumptio B. V.

morte eleuante, tamquam vndæ arcam,& ſeruari in Paradiſo: hoc quidem ſcriptura indicat Apoc. *& apertum eſt templum Dei in cælo, & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna:*

Apoc.19.

quod verò hæc arca B. Virgo ſit, ſequitur infra ſtatim apparuiſſe hoc pacto: *& ecce ſignum magnum apparuit in cælo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.*

403 In his fermè verbis puritatem ipſius agnoſco: hac quidem ratione, ecclypſis,tunc apparet quãdo obtegitur Sol, Luna: ergo quid eſt, quod in hac muliere Solem aduerſa Luna liberat ab ecclypſi, ſi Lunam ſub pedibus habet, & veſtitur mulier Sole? ex hoc conſtare deberet ecclypſis,at in ecclypſi intercedit terra, ipſa interponitur, vnde obductis radijs, Sol tegitur. Terra verò ſæpe affectus terrenos exprimit, qui cum procul a Virgine extiterint,cum ipſa ſemper eſſet intenta Deo, mentemq. haberet ad diuina eleuatam,numque ad terrena propenſam; meritò nec conſtat ecclypſis, nec ex oppoſitione talium aſtrorum ſuccedit obſcuritas. Hoc quoq. de peccato originali affirmare poteris, quod nulla labes noctem induxerit peccati, & ideo exclamat Ioannes: *ſignum magnum apparuit in cælo*: admirandum profert, quod ſe inuicem luminaria magna reſpiciant, nec tenebræ ex inde, velato Sole,aduentarent. Admirandum profecto quod nullum terræ impedimentu apparuit vnquam, quin tota aſtrorum ſcena rutilans appareret. Fauet huic expoſitioni, quod draco, cum hoc inſpexiſſet inſidias tetendit,cupiens mulierem iniectu fluminis abſorbere: *& miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam &c. tamquam flumen.*

Puritas B. V.

Apoc.12.

Præterquam quod aliud in hoc haberi poteſt,quod in B.Virgine continuã mentis ad Deum eleuationem indicet: Enimuerò quid eſt, vel quomodo hoc conſiſtere poteſt, ꝙ mulier pedes ſuper Lunam habeat, quæ inſtabilis eſt, caput verò coronatum ſtellis, quæ permanentes dicuntur, ac fixę? non enim Lunę velocitate ducti pedes, caput ſtellis cinctum (quodammodo vt dicuntur) immobilibus,patiuntur permanere. ſed ſciendum eſt, quod mirum in modum, Virginis hoc indicat ſedulitatem in opere externo, & internam ad Deum ſemper intentam mentem: etſi enim pes excurrit ad opus, pergit ad montana cum feſtinatione viſitare Eliſabeth; etſi triduo natum quærit: etſi properat ad Aegyptum; attamen ſemper mens fixa hęret Deo, numquam à Deo diſcedit; in- 404

Rup ſup. 1.Apoc.

B. V.ſemper intẽta Deo,licet proximo.

Digitized by Google

in capite vbi mens eſt, ſtellæ fixæ apparent, in pedibus vbi continuus ad charitatem motus, apparet Luna. Hoc cognito ſic quoque illud explica, nempe, quod minimè ex Lunæ, & Solis oppoſitione, conſtet ecclypſis: charitas enim proximi, terrena commoratio, minime charitatem erga Deum, & cæleſtium meditationem vnquam offendit; vel aliquo modo læſit, culpecula quadam interiecta: omnia ipſa conſona, perlucida; reiecta, non tantum peccati macula, ſed ſuſpitione offenſionis.

405 Ecclypſim hanc Paulus explicat, appellatione legum mentis, & corporis, quod ſcilicet ſemper indulgere corpori, ſit aduerſum indulgentiæ mentis ſupernæ, & e contrà: *inuenio* inquit, *legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis:* lex ſuperna aduerſatur infernæ, & cauſſam addit, quia malum adiacet; & lex peccati adeſt in membris; lex verò ſuperior eſt quodcunque ſpiritale eſt, & cęleſte: quodcunque verò terrenum, hoc, lex inferior eſt. Igitur adiacente peccato conſtabat ecclypſis ex Luna rerum terrenarum, & Sole cæleſtium. At quando nulla in Maria lex peccati eſt, nullum adiacens ſiue peccatum, ſiue peccati macula; apparent ſine luminis obumbratione, & Luna, & Sol; & his amicta mulier in cælo.

Rom. 7. 21

Non eſt ecclypſis in Maria.

406 Veruntamen ſi quod ſæpe de virga vigilante dictum eſt conſideremus, virgam nempe iſtam oculum habuiſſe in ſummitate; optimè quoque cuſtodiam, quam Deus exhibuit in Mariam intelligemus. Mos eſt (vt ſupra in præcedentibus expoſitionibus tactum) agricolarum, in prominenti loco, ſeu in trabe erecta, cum iam vuæ matureſcunt, & cæteri fructus, in cacumine cuſtodiam ſtatuere, ſpeculationemque exercere, vt habet Hieronymus Lauretus, vnde obſeruat Sanctus Hieronymus, ſpeculatores dici Prophetas, quia quaſi ex prominenti loco, procul futura intuentur. & Ieremias iubet reuertentem populum ſtatuere ſpeculam, ideſt in alto loco proſpiciat, à quali captiuitate liberetur, Iob quoque: *& ſicut cuſtos fecit vmbraculum:* quod tempore maturitionis fructuum erecta trabe, vel in rupe conficitur. & finito tempore vindemiæ deijcitur, vt Diuus Thomas, & Lyranus hìc. Itaque quomodo cuſtodierit vineam hanc Beatiſſimæ Virginis Deus, oſtendit hac virga, quæ in ſummitate oculum habet, quaſi monſtraret Ieremiæ ſe omni ſolertia, ſuper vineam hanc electam vigilare, more cuſtodum, qui ex alta parte proſpicientes, beſtiarum, & furum incurſus, arcent.

Cuſtos B. V. Deus.

Hier. ſup. Iſai. 21.

Ier. 31. 21.

Iob 27. 18

Verum, triplex vineæ ſtatus in hoc conſiderari poteſt. Primò, in putatione. Secundò, cum in flores erumpit. Tertiò, cum fructus offert maturos: cuſtos autem minimè erigit ſpeculam cum tempus adeſt putationis, neque cum flores producit, ſed tempore fructuum: ſic quoque in quolibet, hos quoque ſtatus eſt conſiderare; ſcilicet tempus illud in quo non dum flores apparent; tempus floridum conceptionis, & illud in quo quilibet adhuc materno in vtero moratur: & tandem cum fructus producit operum in hac vita. Omnes autem, nemine cuſtodiente in hyeme, antequam florerent, beſtiarum incurſibus infernalium germen vitiatum inuenere; nemo fuit ab hac lege exemptus: Aliqui verò, etſi prius cuſtodiæ cæleſtis expertes fuere, attamen poſtquam flores emiſere, Deum habuerunt ſpeculatorem, ac cuſtodem: hi fuere Ioannes, & Ieremias, de quibus dictum eſt: *antequam exires de vulua ſanctificaui te &c.* Qui cuſtodiuntur tempore fructuum omnes ſunt illi, qui per baptiſmum ſanctificantur, quiue opus gerunt meritorium. Verum cum de B. Virg. ſermo eſt, in qualibet ex iſtis temporis differentia, ſemper Deum ha- 407

Semper cuſtodita vinea B. V.

Ier. 1. 5.

Digitized by Google

buit qui cuſtodiam gereret impenſiſſimam, etiam in tempore putationis, vnde detrimenta omnia ab hac vinea dilecta repelleret. Quod nos diximus de baculo, & oculo, & ſpeculatione, hoc ita deſcribitur in Cantic. dum fit mentio de vigilantia Dei erga Virginem: *en ipſe* Cant.2.10 *ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*: quod nimis attente conſiderantis, intuentis, ac cuſtodientis eſt: ſed videamus in quo ſtatu vineæ vigilaret ſponſus: *flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit &c. ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum*: & in tempore putationis, & florum, & fructuum, cuſtodem ſe Deus exhibuit in Mariæ vinea vigilantiſſimum, ne beſtiolas originalis pateretur vineas demoliri, vnde ſequitur: *capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliūtur vineas, nam vinea noſtra floruit*: & præſeruauit ergo à malo, & conſeruauit ſemper.

tota cuſtodia impenſa à Deo Mariæ.

407 Vel etiam dic, aliquos in Eccleſia flores iuſtitiæ feſtinè emiſiſſe, & à Domino adiutos eſſe, ſicuti dicebat Dauid: Pſ.18.10. *quoniā tu es, qui extraxiſti me de vētre, ſpes mea ab vberibus matris meæ*: vſque ab vbere materno te adiutorem ſenſi. alios verò præmaturè ſatis in vtero materno, vt Ieremias, & Ioannes: floruerunt enim dum adhuc eſſent in vtero, vnde de Ioanne dicitur ab Angelo: Luc.1.15. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ*: & ad Ieremiam à Deo, *prius quam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te &c.* præpoperè igitur eruperunt in flores, & tempus, quodammodo, flore præuenerunt. Verum Beata Virgo non ſolum feſtine flores emiſit, ſed Citiſſimi flores B.V. quo tempore palmites vitium præciduntur, ideſt in media hyeme, flores aperuit; quamobrem ſponſus aiebat: *flores apparuerunt in terra noſtra tempus, putationis aduenit*: quando omnia ſub frigidiſſima tempeſtate, floribus, folijſque nudata ſunt, tunc flores apparuerunt Virginis, flores iuſtitiæ. Aduerte, quod dicit: *flores apparuerunt in terra noſtra*: non in alijs terris, ſed in terra noſtra benedicta, de qua dictum eſt: *benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob*: Pſ.84.2. dum terræ alienæ aratro diuiduntur, & ſarculo ſcinduntur, tunc Mariæ terra floruit, ideſt, dum error peccati, ſeu nix originalis, cæterorum operit conceptionem; in Maria, flores iuſtitiæ apparent, omnes enim natiuitates, & conceptiones, & donis anteiuit, & gratia.

Hoc nos in baculo ipſo, quem vidit Ieremias obſeruamus, ſeu in virga amygdalina, quæ, dum hyberna tempeſtas cunctas arbores ſterili tegit horrore, flore pingitur, & fronde veſtitur, vnde: *virgam*, vertit ille, *ex amygdalo celeriter florentem ego video*: feſtinam hoc denotat in florendo Virginem, culpamque ipſam gratia præuenientem, & Adæ germine, originalis culpa obducto, ipſam licet ex eodem, attamen cæleſti gratia floridam, ac ſeruatam. 408

feſtinantia floris oſtēſa in virga amygdalina.

Pag.

Septuag.

Sed, quod proprium eſt, verſio illa, quæ nuceum baculum oſtendit extitiſſe; conceptionem quoque Beatæ Virginis apprimè explicat. Nux enim pro primis floribus fructus emittit, non floreſcit, ſed fructificat, & ſibi ipſis fructus ſunt flores: ergo baculus nuceus, quid magis deſignet, quam Mariam, cuius primordia virtutum omnium, & gratiarum donis replebantur? quæ in ipſo conceptionis tempore, fructus dedit originalis iuſtitiæ? Neque enim aliquando expectauit, vt in fructus flores tranſirent, ſed adeo feſtina illud præſtitit, vt quod in alijs tempus expectatur, in primo vitæ flore habuerit ipſa: vnde in Eccleſiaſt. hoc dicit de ſemetipſa: *flores mei, fructus honoris, & honeſtatis*: Pulchrè hoc conceptionem indicat: Cum enim peccatum originale præſertim cōtra honorem exteterit, & honeſtatem; honorem in lapſu Adæ, & honeſtatem in conceptione: hoc enim indicant illa verba: *ibi corrupta eſt* 409

Eccl.24.23.

ma-

Digitized by Google

Cant.8.5. *mater tua: ibi violata eſt genitrix tua:* meritò cum Maria, nihil detrimenti ex his ſenſerit, & à principio fructus oſtenderit dicitur in flore fructus habere; illos ſi quidem, qui ſunt honoris, & honeſtatis. Explicare poteris illud, quod flores Mariæ ſunt fructus: Primò, vt quam facilè reperiretur in ipſa opus bonum monſtraretur; quilibet enim etſi bona operatur, attamen interna contradictione, impedimento quoque exteriore, ſenſu retrahente, quid ſit flores parere fructus. illud, etſi liberè, & voluntariè, attamen quod perficit, parere videtur, difficultate quadam emiſſum. vti arbor, quæ ſi ex flore fructus producit, illos iniuria temporis, & alieno impedimento decuſſa, parturit. Itaque hoc diſcrimen eſt inter Mariam, & reliquos Sanctos, illi namque, etſi florent, attamen hoc ſuo tempore præſtant, & modo quo diximus; Maria verò arbor eſt quæ fructus ſibi ſemper habet ſuccedentes, nullo tempore deficientes; nec re vlla aduerſa læſos, & quod ſcias difficultatem omnem fructificandi procul eſſe, *flores*, inquit, *mei fructus &c.* Hoc conſtat in Canticis, vbi ſponſa ſponſum alloquitur, & adhortatur his vocibus: Cant.7.11. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis; mane ſurgamus ad vineas, videamus; ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt*: vineas Semper habuit fructus B.V. iſtas quas videri cupit ſponſa, procul dubio Sanctos Eccleſiæ intelligit; *videamus*, inquit, *ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt*: vt flos coaleſcat in fructuum, ideſt in opus bonum, videtur intercedere opus partus, parit homo, quæ ſanctè gerit; at ego mi ſponſe: *in portis noſtris omnia poma noua, & vetera ſeruaui tibi*: vinea mea maturos ſemper habet fructus, nullus flos apparet, vbi omnia ſine aliqua difficultate matureſcunt; dum vetera poma bonorum operum conſtant in actu, ſuccedunt alia noua; & ſic terra iſta nunquam fructu fruſtratur.

410 Sed ad conceptionem; dum illi ex flore parturiunt fructus, ideſt dolore Circumciſionis &c. in vinea iſtius, iam matura poma inueniuntur. Nota quod dicit: *in portis noſtris*: per has ſiquidem binas portas intelligo vnam ad vitam hanc mortalem: alteram ad lucem hanc mundi; primam Conceptionis: ſecundam Natiuitatis. ideo ergo dicit in principio cum adhuc eſſem in portis, habebam (quod in alijs nunquam extitit) maturos fructus iuſtitiæ &c. In portis habet fructus.

Vulgata vigilantiam ipſius Virginis indicat (quod ſupra tactum quoque eſt) *virgam vigilantem ego video*: quia in nocte culpæ originalis, ſemper Diuina gratia, vigilauit, ne aliquando fur infernalis inſidias collocaret. Quin & ad hoc ſpectat illud, quod ſæpe de Virgine dicitur: *non extinguetur in nocte lucerna eius*: in nocte peccati, ne inter tenebras hoſtis offenderet, quod prædaretur; ipſa, lucernam ſemper accenſam ſeruauit: *non extinguetur in nocte*: (totum genus humanum caligine originalis obuoluente,) lucerna B.Virg. 411 Prou.31.18.

Verum ſi (quod ſæpe præſtitimus) virgam hanc vigilantem, vis intelligere cuſtodiam, ac protectionem, cum præſertim flores, & frondes (ex alia verſione) adhoc nos inuitent: quippe quod frondes (vt ſuo loco) protectionis extiterint hieroglyphicum, rectè quæ dicuntur in conſequentibus notare poteris: & Primo. 412 Protectio B.V.

Adeo excelſum, magnum, ac ingens hoc patrocinium eſt in peccatores, vt (ſi licet hoc aſſerere) cum videt à peccatoribus elongari Deum, quodammodo patiatur (ſi alio modo id fieri non poſſet) Deum diſcedere, vt ad peccatores reuertatur. Atque hoc eximiæ charitatis, & tutelæ vis eſt. & huius rei veſtigium etiam in Sanctis reperimus, dicente Paulo: *cupio anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*, vt proximus lucraretur Chriſtum, iacturam ego libenter facerem: paterer à me Deum abſentem, dummodo præſens ſit fratribus meis, quod ſi viſcera hæc 413 Rom.3.9.

 effu-

Digitized by Google

effuſiſſimæ charitatis inueniuntur in Paulo, quanto magis in Maria? Itaque & in Cantic. quod prædixi apparet. Venerat ad Virginem ſponſus, & ipſius illa aduentum oſtenderat his vocibus:
Cant. 2. 8. *vox dilecti mei: ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles: En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera amica mea, columba mea:* vides quomodo commoretur cum ſponſo, & qualia colloquia miſceat, ſuauiſſimo ſponſi detenta conſortio. At ubi agnouit ſponſum, ſodales paſcentes gregem ſuper montes Bather reliquiſſe; illoſque longe morantes, præſentia ſponſi deſtitui; ſollicita de ipſorum bono, atque ob inde propria ſolatia poſthabens, his verbis adhortatur ſponſum, vt reuertatur:
v. 17. *reuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes Bather:* reuertere ne credas proprium mihi commodum, quod ex tui præſentia ſurgit, obliuionem cæterorum inducere; quin malo accurras ad dimiſſos ſocios, quam tecum commorari.

414 Et obſerua, quod illa eadem vult velocitate ſponſum ad paſtores Batheritas regredi, qua venientem ad ſe vidit; quando dixit: *ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles: ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum:* hoc modo venit paſſus æquans hinnuli ceruorum, & capreæ: & quomodo hortatur, vt redeat? *reuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum &c.*

415 Illud quoque quod pertinet ad protectionem Virginis, in Canticis declaratur, his verbis: *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.*
Cant. 8. 10. Non facile eſt explicare, quid hæc verba ſonent: verum antequam ad ſenſum deueniamus, interim. Nota quod dicit: *Ego murus &c. ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens:* cum ego pacem reperi, (hoc enim valet illud *quaſi* non diminuit hic orationem, ſed integram conſtituit, vt mos eſt Scripturæ: *& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti:* Ioa. 1. 14.
non ergo minuit, Chriſtus enim vnigenitus eſt Patris &c.) cum elapſo iam timore hoſtili, & nullum bellum indicitur, ſed cũcta, pace compoſita mihi apud Deum quietem parant: *Ego murus, & vbera mea ſicut turris:* erexi murum, & turrim; itaque iure hoc in dubium verti poteſt, cur videlicet munimenta, præſidia, & arces deſignet; quæ ſubacto hoſte, pace fruitur? At hoc non inconſultum eſt; tunc enim maxime cuſtodia indigemus, cum credimus in hac vita, quæ continua militia eſt, pacem, cum hoſtibus reperiri: quamobrem cum mihi videbar eſſe in pace, attamen ſciens fortiores tunc impetus hoſtiles, & validiores; ſtatui mihi turrim, & compegi murum: vnde Chryſoſtomus in verba illa Pauli: *vt ſtetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei:* Col. 4. 12.
omnibus, inquit, *perfectis, ſtare:* Imperatis, & ſubactis vitijs, & paſſionibus, ne torpeas, ſed tunc ſtà, tunc maiori vigilantia indiges, perfectis omnibus deinde ſtà; poſtquam pacem repereris præpara te ad bellum: hoc obiter, nunc ad protectionem Deiparæ: *Ego murus, & vbera mea quaſi turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens:* ideſt ex illo principio, quando pacem, nullo originalis erroris bello perturbante, ſenſi coram Deo, media iuſtitia, ex primo inſtanti concept. ex tunc, in quam, ego fui, murus, & turris; protectionem peccatorum ſuſcepi, & defenſionem; opponens ita Diuinæ futuræ muneræ matris, vbera, quæ de virgineo lacte alere puerum debebant Redemptorem: vos ego à principio conceptionis, foui, & protexi omni malo aduerſa, & oppoſita.

Paret ſe ad bellum qui pace fruitur.

Ex primo inſtanti cõcept. ſue nos protexit B.V.

Eſt quoque aliud conſiderandum, videlicet ſponſus dixerat: *quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt? ſi murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis:* omitto expoſitiones in hoc loco, ſed pergo reſpon- 416

oſtiũ protectionis recluſum ſemper.

Digitized by Google

ſponſionem ſponſæ explicare, *ego murus,& vbera mea ſicut turris*:cum ſponſus; muri, & oſtij meminerit, quare relicto oſtio,dicit: *ego murus*: &c. non ego muro indigeo, ego murus;at cum de oſtio ſermo eſt, per quod peccatores ingrediuntur; nolo claudi fores,ne aliquando excludatur introeuntibus aditus;ideo placet mihi, quod de oſtio memoras.

417 Pondera tertio, quod ſponſus tantum mentionem facit de muro,& oſtio; & ipſa turrim addit:*ego murus, & vbera mea ſicut turris*:nō enimvotis noſtris æquare poſſumus, quod ipſa virgo præſtat effectu;ideo minus eſt, quod arbitraris de patrocinio ipſius, quam quod ipſa ad noſtram defenſionem gerit, nō tantum ſum oſtium,& murus;ſed adde, ſum etiam turris; *ex quo facta ſum corā eo,quaſi pacem reperiens:* Vel etiam dic, quod reperit pacem pro nobis intercedendo apud Deum; & ideo murus videtur eſſe, & habere vbera ſicut turris.

inuenit pacē noſtrā.

418 Pacem vero,& tranquillitatem,ſecuritatem frequens eſt oſtendi in vite,ut in libro Regum: *vnuſquiſque ſub vite ſua*:& in libro Machab. *ſedit vnuſquiſquiſque ſub vite ſua*: i. ſecuru,ſlonge a turbis,& tumultu quieſcit;ſignificat autem protectionem, & tranquillitatem vitis, quoniam blandis ſolijs vmbram quieſcenti parit iucundiſſimam: Porrò & hoc quoque de Beata Virgine licet aſſerere,quæ vt protectionem in nos oſtendat,alibi dicit:*ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris:* ſicut vitis vos ſub vmbra mea amplector. Nec mirum eſt,vmbram,tutelam portendere, & fauorem,nam in ſcriptura: *venite,& ſub vmbra mea requieſcite*: deinde vitis nimis frondoſa eſt ad ramos protegendos,merito ibi: *vitis frondoſa Iſrael*. At vero, vt agnoſcas hoc nomine propter patrocinium appellari, expende ſequentia verba:*tranſite ad me omnes,qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini*: protego vos,ſum vitis,ramos extendo vmbrifera fronde virentes;ergo venite ad me omnes, & requieſcite ſub vmbra mea, & quidquid gratiarum libet habeatis.

3.Reg.4. 26. vitis tranquillitatē ſignificat. Macab.14. 12. Ecc.24.23 Iud.9.15 Oſe.10. vitis B. V.

Fructificaui ſuauitatem odoris: & hic quærendum eſt, quomodo fœcunditas vitis huius,odor eſt;ſi fructificat,fructus profecto, non odor, & ſuauitas oſtendendi ſunt;quare ergo dicit, fructificaui ſuauitatem odoris?odorem nouimus allicere,attrahere,atque fragrantia quadam ad ſe vocare, iuxta illud *oleum effuſum nomen tuum ,ideo adoleſcentulæ dilexerunt te,trahe me poſt te,curremus in odorem vnguentorum tuorum*: ſpargit odorem,vt ad ſe pertrahat, omnem conatum, impendit ad alliciendum nos ad ſe,vt ſua nobis dona tribuat.Verum odor hic ſuauiſſimus,non qualiſcunque eſt,ſed fructus; in eo enim ipſo,quo anima ad protectionem Mariæ confugit, fructus dulciſſimos experitur; fructificaui ſuauitatem odoris. 419

Can.1.6. trahit ad ſe peccatores.

Tanti hoc fecit B.Virg. vt viſa fuerit quodammodo nihili cætera feciſſe. Ita vides in Apocalipſi, in prææallata viſione, mulierem habere lunam ſub pedib. amictam ſole: *mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim*: cum pulchritudo deſcripta eſt: *pulchra ut luna*:& cum prædeſtin. donum,id ſub nomine ſolis:*electa vt ſol*: at eligi à Deo,vt ſol eſt eligi ad ea munera, quæ perficit ſol, illuminat enim,repellit noctem,fœcundat, & mundū continuo regit influxu; oſtendit ergo Beata Virgo hoc ſibi carius; & ideo circumdatur ſole,& quod huic donum pulchritudinis non poſſit æquari, oſtendit etiam, lunam,quæ ſignificabat decorem calcans pedibus: *& luna ſub pedibus eius*: gratum eſt mihi ſolis munera præſtare in alios,quam lunæ pulchritudinem in me cognoſcere. 420

Apoc.12. Can 6.9 protectionem magnificit.

Obiter poteris hoc ad puritatem ipſius referre, cum luna noctem peccati denotet,ſol diem gratiæ, ſicuti Pſalmus ſolem in poteſtatem diei, lunam in poteſtatem noctis, inquit, dediſſe Deum;calcet ergo peccatum, & veſtiatur lumine; cum autem inſtabilitatem

quo-

Digitized by Google

quoque inueniatur luna ſignificare; iuxta illud *: nam ſtultus ſicut luna mutatur:* conformitatem ſemper oſtendit, cũ diuina voluntate ſe habuiſſe, proterens pede lunam.

Virga vigilans pro Chriſto Domino.

421 Scripturæ vberes ſenſus.

Non erit à propoſito alienum, iuxta myſticos ſenſus, ex ſententia patrum, vt infra probabimus in hac virga expoſitionem ad Chriſtum transferre. Porrò diuina ſcriptura ſub hiſtorico vultu: & mores informat, & inſtruit animam, & cœleſtia differit, & altiſſima Dei myſteria recondit, vnde & hortus appellatur, & ager, florum, arborumque varietate conſpicuus, &c. de ſacræ ſcripturæ interprete in eadem fere ſententia, ſed alia ſimilitudine, hoc dicit Gregorius *: ſacri enim tractator eloquij morem fluminis debet imitari: Fluuius quidem, dum per alueum defluit, ſi valles concauas ex latere contingit, in eas protinus ſui impetus curſum diuertit, cumque illas ſufficienter impleuerit, repente ſe in alueum refundit: ſic nimirum, ſic diuini verbi eſſe tractator debet, vt cum de qualibet re differit, ſi fortaſſe iuxta poſitam occaſionem congruæ ædificationis inuenerit, quaſi ad vicinam vallem linguæ vndas intorqueat, & cũ ſubiectæ inſtructionis campum ſufficienter infuderit ad ſermonis propoſiti alueum recurrat.*

Greg. ep. in mor. c. 3.

Scriptura fluuius.

422 Itaque expoſitionis curſum huc diuertimus, & quidem æqua ratione; viſiones namque Ieremiæ ambas in perſona Domini ſaluatoris connectit Rupertus Abbas hic, ſequentibus verbis: *hæc namque duo pro vno eodemque verbo rectè habentur, quia duntaxat vnum atque idem verbum, & pœnitentibus diſciplinam recipientibus vigilans, correctionis virga ſit; & impœnitentibus olla ſuccenſa.* i. æternę damnationis iudicium eſt, quamobrem recte poteſt præhabita ſententia explicari, *hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum:* in veritate ſuſcipientibus erit reſurrectio; non credentibus erit ruina: ſane vtramq; viſionem, idem, de primo quoque, & ſecundo aduentu explicat; *ſic enim uenit* (ait ipſe) *iſte ſanctus ſanctorum, ut primus aduentus eius, cunctis eũ recipientibus; & ob hoc filijs factis, paterna ſit virga correctionis: Secundus autem aduentus eius impijs iudicium damnationis.* Primus igitur aduentus pacis eſt, & clementiæ: *& in terra pax hominibus* dictum fuit, cum inter nos apparuit Chriſtus; & quod virga quoque hæc pacifica ſit, oſtenditur in Iſaia, dum virga, ſeu ſceptrum futuri Meſſiæ, dicitur eſſe ſceptrum pacis, puer enim, qui regnaturus erat, dictus eſt habere imperium ſuper humerum: *& factus eſt principatus ſuper humerum eius:* at quid habet in humero, quod indicet principatum? ſupra humerum eius virgam, & ſceptrum &c. & qualis erit iſte principatus? *& vocabitur admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis:* ergo concludendum eſt, virgam hanc, quæ inſigne demonſtrat Regis huius, in primo aduentu, eſſe pacificam. Secunda viſio, ſecundum quoque Domini aduentum oſtendit, ollam .n. ſuccenſam à facie aquilonis, ſententia iudicis implebit; ait enim: *ab aquilone pandetur omne malum ſuper habitatores terræ, quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, ait Dominus, & loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam:* parata igitur olla conſpicitur, quia in ſecundo aduẽtu iudicabit Dominus omnes habitatores terræ: qui, vt Hier. habet, impij ſunt, & terreni: *iudicium Domini cum habitantibus terræ: rectè qui habitant terram, & non incolæ ad iudicium prouocantur, quia à facie aquilonis exardeſcent mala, ſuper habitatores terræ, quapropter incola dicit. ille ego ſum in terra:* illi iudicabuntur à Do-

Duplex viſio dupliciter denotat Chriſti aduentũ.

Iſa. 9. 6. Virga pacis olla pœnæ.

Habitatores terræ ſunt terreni.

à Domino, qui in terra peregrinationis non peregrinantur, ſed admodum ſtulte figunt radicem in terra, & Rup.ſequitur:*inde eſt, quod ſanctus ſanctorum virgam vigilantibus nobis, credentibus vidit: ollam ſuccenſam à facie aquilonis impijs, & contemptoribus. vidit autem nobis virgam vigilantem, hoc eſt pænarum inferni, & futuri iudicij timorem vigilantem. i. accelerantem, & ad omne opus bonum excitantem.* Porro ollam ſuccenſam vidit, cum diceret, v.gr. per Ioannem de impænitentibus:*omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*: alibi quoque Ioannes hæc ait: *nam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt:* ad radicem inquit: quia ille, qui hæret terræ, radicemque figit mundo, ollæ ardores ſentiet. ad ea quæ diximus, reuocari poteſt ſententia Auguſtini: *vita & mors ponitur ante faciem noſtram, & vita quidem Chriſtus in ſacramento nucis; Mors autem diabolus in figura lebetis; ſi ergo peccaueris, portionem tuam pones in olla ſuccenſa; ſi iuſte egeris, efficietur portio tua in virga nucea.*

qui figunt radicem in terra ſuccidentur.

Luc 3. 9.

Auguſt. de pœn.

423 Ex virga vigilante, alij *regem venturum, &c.* alij *virgam ex amygdalo celeriter florentem ego video.* Hic Chriſti feſtina ad miſerendum apparet pietas; quid enim non feſtinum in operibus eius, cum vir iſte, qui vocabatur oriens: *ecce vir oriens nomen eius:* inter media nobis ſilentia exortus ſit? eius quoque feſtinatio deſcribitur à Dauid, *inclinauit cælos, & deſcendit:* velocior eſt deſcenſus, cœlorum inclinatione, quam ſi aliter deſcenderet, ut alibi etiam probatum eſt. Pſal. *aſcendit ſuper Cherubim, & volauit, volauit ſuper pennas ventorum:* en velocitatem (volauit ſuper pennas ventorum, addit S.Hie. quia ventus eſt velocior omnibus creaturis, & Dominus velocior eſt vẽto, quia penetrat uſque ad fines terræ, & omnia ſuauiter diſponit: *& poſuit tenebras, latibulum ſuum in circuitu eius, tabernaculum eius:* Chriſtus in Maria, quaſi ſponſus in thalamo, & corpus Mariæ quaſi tabernaculum) ſane agnoſcis, quamobrem tantam oſtenderit Dominus velocitatem: ut in tabernaculum ingrederetur Virginis, ad opus incarnationis feſtinus accurrit; & quidem *in ſole poſuit tabernaculum ſuum:* nempe in muliere amicta ſole; in Maria. Feſtinus quoque apparuit, dum eſſet in vtero: *Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda.* Feſtinus abijt in montana, ut viſeret amicum, quod ante à ſcriptura hoc modo euenturum, prædictum eſt; *diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum: ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ:* amicus ſponſi Chriſti dictus eſt, Ioannes, ideo feſtina ſuſcita amicum: & vere viſus eſt excitari Ioannes, cum ad eum properans in matris utero accurrit Ieſus; ait enim Elizabeth: *ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Denique probat Dauid, quomodo ad nos deſcenderit Dñs, & aſcenderit ad cælum, inquiens: *à ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſq. ad ſummũ eius; exultauit vt gigas ad currẽdam viam:* vt gigas viſus eſt, gigas in curſu, fortis, feſtinus, ac validus, nemo in hoc eum ſuperauit; gigas quoque, ut impedimentum omne dirimeret; quod teſtatur Hier. his verbis: *nemine impediente natus eſt, mortuus, & aſcendit:* ex hac occaſione. Nota quod ad currendum viam (nec dubium, quin mandatorũ Dei, calicis, & paſſionis: ſicuti Dauid: *cucurri in ſiti*, quod expoſitores intelligunt de paſſione, & ipſe; *baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?*) gigas videtur, ita hoc libenter exequitur. cum ſermo eſt de flagello, ac pæna, qua alios afficit, ambulat in hoc, non currit, cogitabundus, paſſus retrahit: ſicuti ibi apparet in Geneſi, cum increpaturus, & ſententiam mortis Adæ, poſteriſque prolaturus, ambulat cunctabundus: *cum audiſſet vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo ad auram:* & ibi: *cogitauit Dominus diſſipare murum:* alibi quoque

Vat. Pag.

Zac. 4. 12.

Pſal. 17. 2.

velocitas Chriſti, ad mundum.

Pſ. 18. 7.

Luc. 1. 39.

Prou. 6. 4.

Luc. 1. 44.

Pſ. 61. 5.

Luc. 12. 50.

velox ad miſer. tardus ad iram.

Gen. 8. 3.

que

Digitized by Google

Iſa.21.11. quęſcio, *inquit, quod cogitauerit Deus*
occidere te.
424 Ipſe igitur Chriſtus ita propere ve-
nit ad opus incarnationis, ut de nocte
eum venturum miraretur ille, qui dice-
bat:*cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de*
nocte? ita verſio illa,*virgā latronum ego*
quæ ſit virga latronū *video:* &ſi tanquam ab hiſtoriæ pro-
prietate, ac ſenſu reijcitur à Hieronym.
tñ myſtice Chriſti Saluatoris citiſſimum
oſtendit aduentum; latrones namq. ad-
modum vigilãtes ſunt, ut tenſis inſidijs
tacita nocte cæteros ſomno preſſos of-
fendentes,quidquid inhiant, furentur;
Chriſtus ergo, & hanc habuit vigilan-
tiam,& velocitatem (quod & fures ha-
bent,unde furtum dicitur, aliquod fa-
ctum, quod feſtine geſtum eſt; & dies
Domini repentinus dicitur aduenire
1.Th.5.4. ut fur) ſpoliaturus, ac prædaturus in-
fernum; ipſe enim rupta domo fortis,
Iſa.8.3. vaſa diripuit:quare Iſaias cecinit:*voca*
nomen eius accelera, ſpolia,detrahere fe-
ſtina: prædare; cucurrit enim ut præda
potiretur.
425 Hæc autem Chriſti acceleratio, opti-
me ipſa virga amygdalina explicatur,
quam dicunt baculum ſeptuaginta, de
vigilat Chriſtus ad ſalutem quo Cyrillus, & Procopius probant,
nuceum bacillum capite cubantis, dor-
mientiſque ſuppoſitum, à ſopore exci-
tare;ita etiam intelligit Auguſtinus, cu-
ius hæc ſunt verba: *vt exſuſcitet nos à*
ſomno vitiorum,ad omne quod lumen eſt:
ſurge qui dormis,& illuminabit te Chri-
*ſtus.*Ne igitur ei dicamus:*exurge,quare*
obdormis *Domine. Exurge Domine, ad-*
iuua nos,& redime nos: virgam cum vi-
Pſ.43.34. demus,hominem excutientem in manu
geſtare, ut properanter ad nos deſcen-
dat,ac ſaluet.Et inde ſcimus, ꝙ puer,i-
mo ab ipſo matris ubere,confregit ini-
micos,ita quod ſupra diximus,huc ſpe-
ctat:*voca nomen eius accelera, ſpolia de-*
trahere feſtina prædare: ecce accelera-
tionem;ſed ad quid? *quia antequam*
ſciat puer vocare patrem ſuum, & ma-
trem ſuam auferetur fortitudo Damaſci,
& ſpolia Samariæ, coram Rege Aſſyrio-
rum.

Nec ſolum citiſſime Regem obſer-
ues venientem, & currentem, ut gigas;
ſed opus eius feſtinanter etiam abſolu-
tum,ſcilicet redemptionis fructus, aſcẽ-
ſionis dona, Euangelij promulgationẽ,
propere nimis abſolutam; ita ſponſa in
ſcript. *Anima mea conturbauit me pro-* Cant.6.
pter quadrigas Aminadab. Vox eſt ſy-
nagogæ,inquit S.Thomas, quæ videns
tantam Eccleſiæ gratiam, dolet quod
non antea cognouerit fidem Chriſti,
conturbata eſt,inquit,anima mea, ſolli-
citudine,pro tam ſubita Euangelij præ-
dicatione;interpretatur: *Aminadab: po-* Chriſtus in quadrig venit ad nos.
pulus meus ſpontaneus:quia, cum eſſet
Deus ſponte factus eſt homo,& eſt ſen-
ſus: conturbata ſum propter Euangelij
prædicationem, quæ veluti velociſſimæ
quadrigæ totum ſubito mundum ſpo-
liauit, & bene prædicationem Euange-
li,non currum,ſed quadrigam appellat,
quia Euangelij prædicatio,quatuor Eu-
angeliſtarum authoritate conſiſtit; qua-
tuor quoque narratione concluditur,
vnde quatuor Euangelia, quaſi quadri-
ga ſunt noui teſtamenti, cui præſidet
auriga Chriſtus;ideo viſus eſt quodam-
modo curſus pernicitate, ac velocita-
te omnia ſuperaſſe.
Nec quadrigam dicit,ſed quadrigas, 426 Simile.
non vacat hoc;innuit enim magnum fe-
ſtinantiæ deſiderium. Cum enim quis
iter ſuſcipit,ſi ſtatim ad id,quo tendit,
dum cauſa urget peruenire cupit; qua-
drigam,qua vehitur, poſt aliquot ſtadia
equis iam laſſeſcentibus dimittit,atque
aliam ſuſcipit, quæ apta ſit curſui,poſt
hanc,aliam &c. vſque dum ad eum lo-
cum,quo tendit,perueniat. Arguit au-
tem hoc,negotium cunctationis omnis
impatiens, virumque ita quoque, ni- quare plures ſunt quadrigæ.
mis ſollicitum,ac feſtinantem.Qualis er
go Chriſti feſtinantia eſt egredientis à
cælo ad redemptionis opus? profecto
magna eſt,cum non in unica,ſed in plu-
ribus quadrigis oſtendatur,*propter qua*
drigas Aminadab: muta[caualli,]Italice
dictum.
Quin etiam adde, non in quadrigis 427
ſolum ſpōſi celeritatem explicari,ſed in
alijs;

Digitized by Google

addit alas, qua velocitate maior excogitari difficile poteſt, tardum illi videtur terreſtre, qualecunque iter; alis fertur, vti ocius ad nos perueniat, cum ad naturæ noſtræ reparationem deſcendit. Ita illud ex Cantic. intellige: *pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum; quia fortis eſt, vt mors, dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* id eſt, annulum deſponſationis in corde, & in manu; conſentit huic expoſitioni, quæ circa litteram notat erudite. P. Ghiſlerius ex more veterum, quem tu hic conſule: Igitur ſponſa poſt hæc videt venientem ſponſum adeo feſtinè, vt admirans hæc ſubdat: *lampades eius lampades ignis, atque flammarum* Septuagin. *alæ eius, alæ ignis, atque flammarum*: en alas ad iter celeriter conficiendum aſſumit, vnde, & cũ deſcendit, ita properat, vt videatur alas habere; alas vero ignis, qui quodlibet impedimentum abſumat, & è medio tollat: *alæ eius, alæ ignis, & flammarum*: quid impediet igne obſtacula omnia repellente? aut quæ mora alis aucto? Quod, inquit vulgata: *lampades eius lampades ignis*: hoc quoque pertinet ad ſponſalitium; hoc enim modo excipiebatur ſponſus, iuxta illud Euangelij: *prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, &* & infra, *ecce ſponſus venit &c. tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ; & ornauerunt lampades ſuas.*

Cant. 8. 6

Alas aſſumit.

Match. 25

428 Maior velocitas.

Tandem, vt omnem agnoſcas celeritatem, oportet aſſerere, non quadrigas tantum, non alas, & ignem ad ſui deſcenſum quodammodo aſſumpſiſſe Dominum; ſed omnia ſimul, ſcilicet quadrigæ, curſum, alas, ignem, & fulguris velocitatem, quo nil ocius, & ſi fortaſſis velociores ſunt, ventos ſumpſit. Hæc omnia in quadriga Ezechiel. inueniuntur, cuius in medio, ait Propheta, apparuiſſe ſpeciem electri: electrum mixtum auro, & argento eſt, & ſignificat Chriſtum ex Gregorio, in quo, & natura diuina eſt, & humana; in electro enim, dum aurum, cum argento miſcetur, argentum ad claritatem creſcit; aurum vero ex ſuo fulgore palleſcit; quia igitur in vnigenito Dei filio natura diuinitatis vnita eſt naturæ noſtræ, in qua adunatione, humanitas, ad maieſtatis gloriam excreuit; diuinitas vero à ſui fulgoris potentia humanis ſe oculis temperauit, quaſi electrum factum eſt. Et electrum in igne, eſt Deus factus homo, in perſequutione. Igitur in medio quadrigæ in electro figurabatur aduentus Chriſti, quod ſi hoc eſt, vide, qua celeritate feratur quadriga, ad eſt enim primo ventus eam impellens: *& vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone.* Secundo alæ, quatuor enim animalia deſcribuntur alata; *& quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.* Tertio lampades ignis, *& ſimilitudo animalium, & aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum*: celeritas vltima fulguris, *& animalia ibant, & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Hæc omnia citiſſimi curſus inſtrumenta in vnum conuocata, viſa ſunt Chriſtum ad nos ferre ad redemptionis opus. Porro poſt virgam vigilantem, viſam Prophetæ; virgam ſcilicet, ſeu ſceptrum oculatum, vt ſupra oſtenſum eſt; iure ſubdit Dominus: *vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud*: præallata verſio habet: *accelerabo verbum meum*: recte vidiſti virgam ex amygdalo celeriter florentem, ac cæteras arbores præuenientem florem, nam ego præter quod opinaris verbum meum accelerabo.

Greg. hic

Electrum ſignificat Chriſtum.

Ezech. 1. 4

omnia inſtrumenta celeritatis collegit.

Verbum accelerat Deus.

Ex his quæ diximus, facile mihi deduco, quare virga hæc Ieremiæ in manu Domini viſa ſit, vt ait Sanctus Thom. & pluries probatum eſt. Cum feſtinus veniat Dominus, eiuſque celeritas in virga amygdalina monſtretur, cur hæc celeritas oſtenditur in manu? ſignificat hoc, dona, quæ Chriſtus collaturus erat, & qua velocitate id præſtiturus. In manu enim 429

Digitized by Google

Domini regnum eſt,& imperium,vt canit Eccleſia: *ecce aduenit dominator Dominus,& regnum in manu eius, & poteſtas, & imperium:* alibi quoque dictum à Dauide: *aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione:* ergo dona feſtinanter ad nos dicta ſunt peruenire à manu alata, quæ, vt citiſſime monſtretur ad nos ea deducere,ſignum habet feſtinationis,virgam amygdalinam; virgam ſcilicet ex amygdalo celeriter florentem. Ita quoque in curru Ezech. quo vehebatur electrum, quod Chriſtum figurabat, nil aliud apparuit præter manum, eamque alatã: *& manus hominis ſub pẽnis eorum:* quã etiam Chriſtum portendiſſe, ac ſignificaſſe,Hieronym.aſſerit, & merito Chriſtus in manu alata oſtenditur,vt inde palam eſſet, eum manum eſſe,ſcilicet dona munera,ac beneficia, quæ in manu intelliguntur; & minime moras in hoc obtẽdere,ſed alas aſſumere,ut cito, quæ claudit,ad nos deferat: *manus igitur hominis ſub pennis eorum:* Manifeſtius ex Canticis deſiderium de verbi incarnatione;unde celeriter ad nos venit,mihi hoc videor poſſe deducere;vbi obſeruo, lente Deum ab anima diſcedere, properanter accedere.Bis ergo in Canticis ſponſi ſui formam deſcribit ſponſa,in capite ſecũdo,& quinto.in ſecundo,inquit, ſponsũ pedes habere capreæ, ac cerui: *ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum:* In quinto vero aſſerit, pedes, illum, crura, tibiaſque habere marmoreas: *crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas:* ſi ibi pedes velociſsimæ capreæ habere dicitur, cur hic è contra immobiles inſtar columnæ marmoreæ deſcribuntur? nihil magis aduerſum, atque diuerſum,quam pedibus velociſsime ferri, deinde pondere marmoreo inſtar columnæ grauari; hoc quidem in eadem re, & dedecet affirmare, & admirandum eſt.Sed obſeruandus eſt, ut dubium dirimi poſsit, vterque actus ſponſi; cum pedes videtur habere cerui,ac capreæ; tunc ad ſponſam venit: & profecto locum iſtum de celeritate incarnationis intelligit Rupertus Abbas, iuxta illud Iſaiæ: *ecce feſtinus velociter veniet:* quod ſi ita eſt, dum venit ad ſponſam, ad Virginis vterum,vt celeritatem omnem oſtendat,monſtret ſe, pede ceruinam velocitatem habente,ſignare veſtigia,non piger ſit paſſus,ſed amor molimina qualiacunque abſcindat; ideo *ecce venit ſaliens in montibus,tranſiliens colles: ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.* In quinto vero capite introducitur ſponſus procul à ſponſa, animam videlicet ob culpam dimittere; At hoc illi minime gratum eſt,imo diſplicet, delicias ſuas habẽti in habitatione cordis humani;q̃ue ſit iniucundum, oſtendente ipſo pedes quodammodo marmoreos, patet; *crura illius columnæ marmoreæ:* hæc de ſponſo dicta ſunt,cum ſponſa iners dormitans,illum petentem ad ſe admitti excluſit; quamobrem ait ſcriptura, quod ſponſus *declinauerat, atque tranſierat:* ſane declinauerat, vt quid.n. toties inſtaret inter nocturnas roris, & gelidæ noctis iniurias? ſed inuitus abſcedit, qui in hoc pedes non hinnuli ceruorũ celerrimos,ſed marmoreos ſcribitur habuiſſe,poſtquam abſceſsit. Qui crura pondere lapideo habet grauia,profecto raro,ac difficili paſſu fertur,& ꝙ iter tota die conficit? inde alibi diſcedentem à ſe ſponſa,illum eundem ſponſum quærens(ex eo, quia nimio ſomno lectulo otioſo cubans indulgeret) ſtatim reperit: *in lectulo meo per noctes quæſiui, quẽ diligit anima mea,quæſiui illum, & non inueni:* en quomodo diſcedit ab ea,quę in lectulo quærit &c. *ſurgam, & circuibo ciuitatem,per vicos, & plateas quærã quem diligit anima mea &c. paululum, cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea:* paululum, cum pertranſit inuenit,neq.n.longe abierat, qui grauitate pedum premebatur.

Poteſt quod dixi, ad Dñi aſcenſionẽ referri, vti illud retulimus ad incarnatio- 430

Ecc. 5.
P.144.16.
Ez.1.8. Hier. hic
Cur ſponſus hic pedes capr. & marm
Cant. 2. 8
Cap. 5.15.
Celeritas incarn.
Iſa. 5.26.
Inuite diſcedit ab anima.
Cant. 5.6.
Cant. 3. 1.

tio-

Digitized by Google

Chriſtus aſcendens viſus eſt habere pedes marm

tionem; pedes ergo à nobis diſcedens marmoreos viſus eſt habuiſſe Chriſtus: ipſum enim amor retrahebat,& ſiſtebat (intellige hoc accommodate ad noſtrum ſenſum, alioquin nobiſcum ſemper præſens erat, *ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi:*) igitur poſt paſſionem ſuam non ſtatim abijt in cœlum, ſed multa diſſerens, de regno cælorum,conuerſabatur cum diſcipulis, & vſque ad quadraginta dies longos ſermones habuit: & quidem potuiſſet breui illos admonere, ac docere;cum nec ſapientia, & ars magiſtri, nec ingenia,ac capacitas deeſſet Apoſtolorũ, ſed qui vult cum amico permanere,occaſionem quærit *per dies* 40. *apparens eis, & loquens de regno Dei:* Deinde, vt nótes, pedes illum,marmoreos graues habuiſſe:*crura eius columnæ marmoreæ:* in monte illo traditur veſtigia in lapide nunquam deleta reliquiſſe, & hoc indicat affectum,quo apud nos detinebatur. ꝙ ſi columba illa exploratura ſtatum mundi ſtatim auolauit ad arcam:*cum non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius:* animum dixerimus Chriſtum ſtabilem in nos habuiſſe, qui pedem ita ſiſtit in mundo,vt veſtigia imprimeret,tãquam ſi arte ſculpta forent. Tandem lente nimis eleuatur,tanquam inuite proficiſceretur, & penè ibi diutius permanſiſſet: niſi nubes lucida illum excipiens ab aſpectibus intuentium ſubmouiſſet;quomodo ergo cohæret,ꝙ de incarnatione dicitur:*inclinauit coelos,& deſcendit*:corã aqua,quam in aſcenſione profert? utrumq. operatur amor:ibi adigit ad ſalutem, hic à profectione retrahit. Expreſſum hoc in ſeqq.verbis:*quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas*: cum columnæ ſuper baſes fundatæ ſunt, apparet, ꝙ ſolidandæ ſint, ac ſtabiliendæ, nec inde dimouendæ;ita ad nos veniẽs Chriſtus inſtar columnæ oſtendit inſiſtere ſuper baſes;ꝙ ſi quæris,quid cauſę fuerit,ꝙ apud nos illum retinuerit?hoc charitas eſt,*ſuper baſes aureas*,inquit.aurũ autem,ut toties dictũ eſt,charitatẽ ſignificat.

Act. 1.3.

Veſtigia Chriſti impreſſa in monte qd Gen. 8.3.

Pſ.17.

Vel ẽt addas, ꝙ Deus antequam naturã generis humani aſſumeret;& nobiſcũ commercia iniret, pedes habebat hinnuli ceruorum velociſſimi,unde legis ẽt *reliqui domum meam,dimiſi hæreditatẽ meã*:facile erat,ſed poſtq̃ incarnatus eſt, pedes habuit ſtabiles, marmoreos. Beda namque, & Caſſiodorus in cruribus marmoreis incarnationem intelligunt. Ier. 12.7

Quod ſupra dictum eſt,nempe Chriſtum ad nos velociter accurrere; lente vero à nobis diſcedere,tunc habere pedes capreæ velociſſimæ; nũc vero columnæ grauis: hoc etiam modo poteris comprobare ex Euangelio,dicente Luca de Domino elongante ſe ab Apoſtolis;*& ipſe auulſus eſt ab eis,quantum iactus eſt lapidis:*exprimit, quã inuite abſceſſerit Dominus,& reliquerit diſcipulos,hoc verbo, *auulſus eſt ab eis:* quod indicat vim quãdam, ac dolorem in ſeparatione;ſed ad rem noſtram,*quantum iactus eſt lapidis*, quare ſeparatio hæc hac ſimilitudine expreſſa eſt, non aliter deſcripta? Pulchrè,quod vſq; huc inſinuanimus,explicat;in elongatione nãqueChriſti à nobis,non alia ſimilitudo, niſi lapidis intercedat:lapis enim ex ſui grauitate magno indiget impulſu,ut in diſtãs proijciatur;ergo cum habeat crura marmorea Chriſtus; & vix à nobis poſſit,pondere premente, diſcedere; merito cum elongatur, lapis videtur, qui ſua natura quietem optat,externa quodammodo vi proiectus. 431

Lu. 22. 41 Separatio Chriſti à nobis difficultatẽ indicat.

Cum autem virga ſignificet tribulationem,vt habet Hieronym. hoc quoq. Chriſti Domini paſſionem, non incongruè denotare poteſt, cum præterea virga,& baculus dicatur nucinus. Nux enim ait Philo, cum fructum dulcem, nucleum, inquam, ligneo cortice obtegat: Primum,ſacram ſcripturam indicare poteſt,cuius cortices nucis, litteram ſignificant,nucleus,ſpiritualem ſenſum, vt habet Origenes; Vel etiam Prophetarum lectionem: *quæ in tentationibus eſt amara*, vt Ambroſius ait, *in laboribus dura, in virtutibus interioribus fru-* 432

Pſ. 22.

Phil. 3 de vita Moyſis.

Sup num. hom 9.

Ambr. de Iſaac 4.

ſup. Can. 6

ſtuoſa: Vel etiam perfectos portant, qui habent theſaurum in vaſis fictilibus. Correctionem quoque, quæ intus eſt dulcis, foris amara, vt Gregor.: Idem Philo hoc ad ſignificationem perfectæ veritatis tradit, vt enim in nuce, idem, finis eſt, ac principium, in quantum enim ſemen, eſt principium; in quantum fructus finis; ſic in virtutibus vnaquæque eſt finis, & principium; extremum putamen eſt amarum; ligneus cortex interior, eſt auſterus, & ſolidus: ſic labor virtutis, durus, & difficilis, quo tamen ad veritatem peruenitur.

Sup. Cant. 6. Philo. ibid.

433 Sed his omnibus prætermiſſis, Nux egregie Chriſtum ſignificat (vti nos etiã alibi) & humanitatem, & paſſionem ipſius, & diuinitatem; putamen amarum, paſſionem innuit; cortex, humanitatem; nucleus, diuinitatem: atque hoc videtur aſſerere Auguſtinus: *Nux trinam habet in ſuo corpore ſubſtantia vnionem, corium, teſtam, & nucleum: in corio, caro; in teſta, oſſa; in nucleo interior anima comparatur; in corio nux, carnem ſignificat Saluatoris, qua habuit in ſe aſperitatem, & amaritudinem paſſionis; in nucleo interiorem declarat dulcedinem deitatis, qua tribuit paſtum, & luminis ſubminiſtrat officium; in teſta, lignum intercedens crucis, quod non diſcreuit id, quod foris, & intus fuit; ſed quæ cæleſtia & terrena fuerunt, mediatoris ligni inter poſitione ſociauit*. In nuce ergo ſignatur humanitas, paſſio, & deitas Chriſti. Hæc vero arbor cum folijs viridantibus denſatur, ſpiritum dicitur emittere, qui veternum, ac torporem inducit, vmbram parit, infauſtam, ac inauſpicatiſſimam; triſtitiam omnem excitat. Quod de Chriſto deſcendente ad hortum nuceum, ſcilicet paſſionem ſuam mente conuoluẽte, ac amaritudinem pœnarum meditante legimus; ait enim Euangeliſta, poſtquam deſcripſerat Iudam ſollicitum ad proditionem, ipſumque breui tradendum Iudęis, interim in horto orantem: *cæpit*, inquit, *pauere, tædere, & mæſtus eſſe*: inter vmbras nucum memoriam ſcilicet paſſionis, cępit, pauere, tædere, ac triſtitia affici: & in Canticis habemus hoc manifeſtius; videlicet, quomodo nux paſſionem Chriſti præferat, & quomodo horrorem inducat, & triſtitiam. ait enim ſponſa: *deſcendi in hortum nuceum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi germinaſſet vinea, & floruiſſent mala punica*: deſcendi, inquit Interlin. vt viderem ſi ad imitationem Dominicæ paſſionis deſideraret proprio cruore perfundi. Vel deſcendi, contemplatione, ad paſſionem ſponſi mei, vt humilitatem, & charitatem inſpicerem; quamobrem compertum eſt, quid teſta ſignificet nucis, & quam pariat nux vmbram, ſequitur enim: *anima mea conturbauit me &c.* ſtatim me tenuit anguſtia, & dolor, & turbatio &c.

Nux Chriſtũ ſignificat.

Serm. de tempore.

Clem. Alexand. 2. Pæda 87.

Nucis vmbra.

Marc. 14. 33.

Cant. 6.

Contemplatio paſſionis amaritudinem habet.

Virga igitur nucea, Chriſti paſſionem ſignificat, vnde, & Ieremias cum de Chriſto paſſuro loquitur, ipſum tãquam virgam, ſeu virgultum dicit aſcenſurum: *& aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti*: virgultum, inquit Hieronym. aſcendens de terra ſitienti, humanitas Chriſti eſt, ducta ex peccatoribus; ſeu quod Aquila vertit proximè de B. Virg. *de terra inuia*: nullius temerata veſtigio: virginitatis hic Mariæ oſtenditur priuilegium, ſeu Lyranus de terra non humectata, nec fœcundata humano ſemine. ſeu Interlin. de terra ſicca, atq. arida; quod dictum alibi inuenio; vbi enim Vulgata habet, de radice Ieſſe, vertunt alij: *de radice incendij*: terra igitur arida, terra incendij eſt. Quod incendium, diximus, paſſionis; ſtatim enim ſubdit, *& vidimus eum; & non erat aſpectus; & deſiderauimus eum, quaſi deſpectum, nouiſſimum virorum, virum dolorum*: obiter de radice incendij, vt ſcias fructus Chriſti amoris omnes eſſe; planta enim qualitatem illam habet, quam ex terra, & radice ſugit, at ſi virga hæc Chriſtus, talem habuit radicem, quæ flamma eſſet charitatis, merito, & fructus eius tales ſunt. Terram quoque inuiam, aridam, & ſitientem, explica de B. V. quæ ſi- 434

Ier. 53. 16.

B. V. terra inuia.

Digitized by Google

ſitiebat ad Deum, fontem viuum, & non fuit peruia ſerpenti, ut habet Rupertus & Hier. ſitiens non hæc bona temporalia, ſed arida, ex flamma amoris peruſta ſemper.

435 Sed de radice incendij, ut velocitas ignis in incendio, cum vigilantia, & feſtinatione Chriſti cohæreret. In igne diximus celeritatem denotari: *qui facis* Pſ. 103. 4. *Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos, ignem vrentem:* & alibi etiam: *& de* Ezech. 1. *igne fulgur egrediens:* ignis enim dum, flamma depopulante, ſyluam inuadit, celeriter omnia redigit in cineres. Natus ergo Chriſtus feſtinè omnia opera diaboli redegit ad nihilum, & gentilitatis Hil. pſ. 19. 31. ſuperſtitiones: ita enim Hilarius ſyluam interpretatur. ignis autem Domini in ara crucis omnia ad ſe conuertit: *& ego* dicente Domino: *ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* ſicuti etiam aſſerit de igne in columna Clemens Alexandrinus, de qua aduerte, quod hæc præcedebat per loca inuia, ad quæ non patebat aditus, ſicuti in Ierem. Ier. 2. 1. ait Dominus: *recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſequuta es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur:* infra: *per terram inhabitabilem & inuiam:* in terra ergo inuia apparuit Chriſtus velox, & amans. Dominus feſtinus, & amans, ſurrexit virga in terra inuia, baculus peregrinationis: Deſcriptus eſt in Cantic. vt modo oſtenſum eſt, pedes habuiſſe tanquã columnas ſuper baſes aureas, ideſt ſuper charitatem, & iure ſuper baſes au- Cant. 5. 15 reas apparet; baſis enim totam molem columnæ ſuſtinet, & quidquid in altum erigitur ab ipſa ſubſtẽtatur, propterea ex radice charitatis, quidquid in Ædificium Superioris ſurgat ex charitate. Superioribus reperimus exurgere debet: quid enim non ſolidum, quid non ſtabile, quod oritur, & exurgit ex charitate? ita illud Cant. plures explicant: Cant. 3. 9. *columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit:* nec propter feruorem charitatis, detrimentum dignitas patiatur, nec propter dignitatem, charitas. Et Chriſtus alibi apparuit pedes habens in camino ignis ardentis, vt verè virga dici poſſit in terra ſitienti, orta ex radice incendij. Atque vt virga vigilans dicatur, oculos viſus eſt habere igneos: *& oculi eius tanquam flamma* Apoc. 1. 15 *ignis:* hìc oculi vigilantes oſtenduntur, ſed ardentes, ignei, quid enim prodeſt vigilantia niſi cum charitate coniuncta ſit? qui igitur præeſt in ſollicitudine præſit, & amore, ideſt ſit ſollicitus, charitatis ab eo ſigna commonſtrentur.

In ore gladium habebat, ex vtraque 436 parte acutum, ideſt Superior ſententiam proferat ab omni inclinatione, ac dependentia alienam: vtraque parte acutus deſcribitur gladius, vt ſi opus ſit, non extraneos tantum, ſed & domeſticos feriat; quos habet à dextera amicos, notos, conſanguineos; & quos à ſiniſtra, ſcilicet, extraneos; nulli parcat, & pro iuſtitia (ſi dici poteſt) ſæuiat. Dexterã habeat ſtellis plenam, illa ſiquidem dextera, quæ ſtellas habet, iacentem excitet, erigat, munere eleuet; tantum abeſt quod ſecreta pro venali iuſtitia munera recipiat: Vocem habebat aquarum multarum. Per aquas plerumque, in ſcripturis, populos intelligimus, iuxta illud: *aquæ multæ, populi multi,* ideſt nihil puerile, vel iocoſum ſonet in ore; ſed vocem habeat, ideſt ſermones, & oris peritiam, ac prudentiam in loquendo, ac ſi ea ipſa vox, pari voto à populis multis conſtaret, ideſt ab eruditis conſiliarijs, ac ſapientibus, ideo vocem habebat aquarum multarum.

gladius ex vtraq. parte acutus in ore ſup.

vox aquarum multarũ, quid

Sed non video poſſe hæc conuenire, 437 ꝙ videlicet Solem habeat in vultu, vnde maieſtas pariter, & muneris dignitas fulgeat, cum ſtellis quas portabat manu; ſcimus enim Stellas ad Solis aſpectum non apparere, ſed ſtatim aurora emergente, latitare.

Ad hoc reſpondeo, Prælatos, cæte- 438 roſq. &c. noctem in manu, Solem in vultu circumferre oportere; in facie luceat dignitas, quomodo Sol imperij, & dignitatis hieroglyphicum eſſe ſolet, (vt pluries in antecedẽtibus) maieſtas ſplẽdeat

Iob 29. 24 deat, dicente de ſe Iobo: *& lux vultus mei non cadebat in terram:* nunquam ego patiebar vultum meum, ſole dignitatis, luce regali deſtitui, quin *lux vultus mei non cadebat in terram:* ſed in manu noctem habeat laboris, & operationis, labor enim, & opus ſub oſcurus eſt, ſeu in obſcuritate ſplendet, rectè ille: *cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini:* tremere videntur ſtellæ in cælo, ſaltim à nobis viſæ, ob potentiæ defectus; ergo vides quomodo opus tãquam tremulas ſtellas deſcripſit: *cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini:* Hinc in Chriſto legimus vtrumque connexum, & opus ergo adiuuabat dignitatem, & alterum, alterius beneficio lætabatur. Idem enim in ipſo principatus, ac lex eſt: *factus eſt*, inquit Iſaias, *principatus ſuper humerum eius:* Chald. pro principatu habet: *ſuſcepit legem ſupra ſe*, ſed ad quid? *vt ſeruaret eam:* principatus ergo lex eſt Principi ſeruanda: quid eſt, in ipſo principatum ſuper humeros eſſe, vbi labor exprimitur, niſi vt labor inſinuetur operationis? qui pariter cum principatu in humero eſſe debet. ſiue vt pondus explicet poteſtatis, quod humero portatur, vt quid graue.?

Dignitas, & operatio in Chriſto.

ad Philip. 2. 12.

Iſai. 9. 6.

439 Statuat ergo Superior legẽ, ſed opere, quod decernit, ipſe impleat, ita Dauid teſtatur his verbis: *etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, & in cuſtodiendis illis retributio multa:* Chald. *quia cuſtodiuit ea, factus eſt Princeps Iſraelitarum:* propter cuſtodiam legum factus eſt Princeps Iſraelitarum. Sed ad priora de lumine ſolis in vultu, & ſtellarum in manibus. Hoc videtur Apoſtolis indictum à Chriſto, dicente: *luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* At nemo putet permiſſum eſſe Superioribus opera patrare ad laudem captãdam, quæ opera bona, ex more vulgi, conſequitur; intentio .n. qua placere Deo cupimus maneat in ſecreto, licet opus in publico, vti ait hic B. Gregorius, & neu à longè probationem petas, expende viſionem iſtam.

quæ iubet Superior compleat.

Pſ. 18. 12.

Matt. 5. 16

Hic enim ſtellas habebat in manu, & ſolem in facie, ſtellæ profectò videbantur à Ioanne coram ſole, & tamen, vt videri potuiſſent, neceſſe erat, eas, ſecreta manu, tegi: ergo ſi abſconduntur à ſole, quomodo videntur? & ſi videntur quomodo tectæ à manu eſſe poſſunt? hoc ſupra dicebamus de operibus; appareant opera bona, vt qui ea conſpiciunt, glorificent Patrem qui in cælis eſt; ſed non in publica luce ad oſtentationem ita videantur, qui enim operatur, ea videatur nolle monſtrare, ſed potius manu humilitatis abſcondere. ſermonem verò vti diſpoſuimus, conuertamur ad Chriſtum, quem oculos habentem flam meos diximus apparuiſſe; & in hoc charitatem oſtendiſſe: omnes enim æqua charitate reſpiciebat, quod qui præeſt ſi negligit, munus ſuum malè exequitur. Cum enim in oculo cordis affectiones agnoſcamus, varius oculorum motus, ac ſtatus, variam quoque dicit in regimine propenſionem, & ſtatim cum charitas abeſt, culpatur oculus in ſcriptura, vnde arguitur ille, qui dicebat: *pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus:* nemini compatitur huiuſmodi, quærit tantum quæ ſua ſunt, non quæ Chriſti, & aliorum. Mat. 20. 12

opus bonum latẽs & apertũ.

Facies deinde iſtius deſcribitur, vt ſol, quod quidem ſupradicta probat; ſol enim æque lucet ſuper bonos, ac malos; pauperes, ac diuites; nobiles &c. dicente ſcriptura: *qui ſolem ſuum oriri facit, ſuper bonos, & malos, & pluuit ſuper iuſtos, & iniuſtos:* & de oculis Domini ad noſtram ſententiam dictum eſt ab Eccl. *oculi Domini multo lucidiores ſunt ſuper ſolem reſpicientes omnes vias hominum;* omnes profectò vias, non aliquas tantum, vt bonos exaltet, miſereatur impijs. Itaque deſcribuntur ibi oculi, vt ſol, & hic, vultus: *& facies eius, vt ſol lucet in virtute ſua:* vt occaſum omnem excludat: *vt ſol lucet in virtute ſua:* ſcilicet in meridie, ſemper viget Chriſtus in eo ad illuminandum, & illuſtrandum, hoc enim ſol in fa- 440

æquũ dominium Chriſti.

Matt. 5. 45

Eccl. 23. 28

Digitized by Google

facie ſignificat; miſerationis nempe opus, & pietatis exercere, vti Dauid:
Pſ. 30. 17. *illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua, Domine non confundar, quoniam inuocaui te*: dicitur autem ſol in virtute ſua, quia numquam occidit; licet impij; ad ſolem accedant, illuminantur. Noto hoc, charitatem Chriſti nullo impedimento ſuperari:ſicq. cum in facie ſolem haberet, & in oculis ignem; quid eſt quod excurrens nix de capite (nam caput eius & capilli quaſi nix erant) *caput autem eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix*: ardorem ignis non ſuperat? at charitatis ignis in Chriſto neſcit ſuperari, excurrant licet, fluenta peccatorum, & vndæ impietatũ accurrant, pietatem certè non poterunt oculorum eius, & charitatem extingueguere; & ideo ſponſa in Cantic. hoc
Cant. 8. 7. mirabatur dicens: *lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*: & hic ſponſus meus flagrat charitate, ignem accendit amoris: verum ne puta qualemcunque, ſed talis naturæ, vt reſiſtat aquis inundantium ſcelerum: *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam*: magno prolapſus impetu fluuius peccatorum charitatem tentet extinguere, nunquam profectò potuit, nec poterit: Sic dicas de eodem, dum aquæ inundantes intrarent vſque ad animam Chriſti, ideſt tormenta immiſſa à Iudæis, ipſe tamen ardens charitate, dicebat Domino: *Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciũt: aquæ* ergo *multæ non potuerunt extinguere charitatem.*

charitas Chriſti neſcit ſuperari a mole peccatorum.

441 Quin inſtar lampadis, hic amor eſt, ea enim inter noctis tenebras maius lumen oſtendit, & die quoque accenſa apparet, ideſt ſit nox peccati, & noxæ tenebra caliginem offundat; tunc pietas, & lampas lumen obiectat ſuum: *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.*

magis ardet charitas cũ nox peccati adueatat.

442 Verum obſeruandum quoque eſt, quod pedes habet in camino ignis: quotieſcumque enim aliquem vides præſidentem, oculos charitate accenſos habentem, ſtatim quoque vides, illum, pedes in igne habere; diſcrimina omnia ſubit, dummodo proximum erigat, & cõſoletur; currit ocyor igne; diſcurrit ad ſalutem ſuorum, & ea omnia, quæ ex charitate prodeunt beneficia præſtat: *& pedes eius ſimiles aurichalcho, ſicut in camino ardenti*: ex metallo videtur pedes habere; neſcit quietem; circumuagatur, cum oportet, ad officia charitatis abſoluenda; & nos hoc quidem vſurpamus, cum aliquem nimium curſitare, & vagari obſeruamus [hà piedi di ferro] metalli pedes nullo itinere, nullo labore ſuperabiles effecit charitas; *ſicut in camino ardenti*. Sed quod minime prætereundum eſt, (quod extitit in Chriſto, & in quolibet Prælato in regimine eſſe debet) hoc eſt, apparuiſſe, videlicet, Chriſtum, flammeis oculis, pedes habentem in camino. Cum ignem ſimus interpretati, miſericordiæ, & pietatis, quid eſt, quod gladium habet in ore: *& de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat?* miſericordia indicat, reſtrictam eſſe iuſtitiam; apparet in medio enſis, ſed ignis ſupra in oculo, & ſubter in pede; cum ad iuſtitiam conuerſus eſt Chriſtus, ſtatim iuſtitia ipſa miſericordia coercita eſt, vias omnes charitas occupauit.

qui bene vigilat charitatem habet.

conſtrictã miſericordia habet iuſtitiam.

443 Vel etiam dic, quod plures obſeruãt, incluſam in hac vita demonſtrare iuſtitiam, vti in Pſalm. *miſericors Dominus,*
Pſ. 114. 6. *& iuſtus, & Deus noſter miſeretur*: in medio miſericordiarum iuſtitia; at in
Deut. 32. 4 alia vita in iudicio: *ſi acuero, vt fulgur, gladium meum, arripuerit iudicium manus mea*: & nemo feret auxilia, vt liberet feriendum à vulnere: *& nemo eſt, qui de manu mea poſſit eruere*: ſed aliud quoque inuenies in hoc enſe, quem in ore habebat, ſi attentius aduertas: *& de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat*: vox quoque emiſſa ab ore, dicta eſt vox aquarum multarum: *vox illius, tanquam vox aquarum multarum*: non enim omnes æque ferire debet, ſed alios cædere gladio,

quo-

Digitized by Google

Obſeruari poteſt etiam hoc in Canticis, vbi ſponſus deſcribitur à ſponſa labia habere diſtillantia, myrrhã primam, id eſt, ſæuitiam omnem oſtendere in labijs, cum opus fuerat iraſci, manum autem ab omni munere alienam, ita, vt extet aurea & plena hyacinthis: *labia illius lilia diſtillantia myrrham primam. manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis:* in ore amaritudinem habet myrræ: id eſt, correptionem, ſed abſit, quod pauperiem in manu oſtendat; ſed potius eam habet auream plenam hyacinthis.

[Cant. 5. 13. L. oſtendit inopiam in manu.]

446 Sed vt ad vlteriora procedamus, vnum tantum in rebus, quæ hæc dicta ſunt adnotauero; quod videlicet oculi iſtius lampades ardentes, & flammæ ignis dicuntur: ſponſæ vero, aquæ ſtagnantis: *& oculi eius ſicut piſcinæ in Heſebon:* illius pedes dicuntur in camino ardenti, & ſpõſi, fundati ſuper baſes aureas; ſponſæ vero ſpecioſi: *quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis:* cauſa hæc eſſe poteſt: oculi ignei, uti fuſius probatum eſt, charitatem ſignificant, & vigilantiam, quod mulieris non eſt, vocatæ potius pro ſuis, & exterorum delictis ad lachrimas; hoc virorum officiũ eſt: *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon:* nam hoc interpretatur ei ineſſe, quæ fundit lachrimas pro peccatis, Rupertus Abbas; flendo pro delictis alterius; curam debet exercere, non vigilando, & mores inſtruendo, niſi id ei contingat ex officio ad curam aſſumptæ ſororum in monaſterio.

[Cant. 4. 4.] [1 Can. 6 qualis charitas mulierum eſſe debet.]

447 Inſuper, & oculi ſponſi dicuntur, ſicut columbæ; *oculi tui columbarum:* columba perſpicax, & in altum volans, contemplationi vacantes, in vitæ ſublimitate viuentes, & in conuentu vitam agentes deſignat, vt exponit Baſilius, Hieronym. & Rupertus. Hoc debet eſſe mulieris ſanctæ, nempe meditationi vacare in angulo domus, non diſcurrere, & circumcurſitare per domos, vt ægros inueniat, ut proſpiciat miſeriæ, vt diſſidentes conciliet; potius commiſeratio, charitas, & affectus in illa inueniatur, quam huc illuc permeans contendat. Vtrumque habemus in hac ſponſi laude de ſponſa ſua: *fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua:* fauus diſtillans ex ore ſponſæ, oratio eſt; dulcedinem, quam quis experitur orando, in fauo mellis expreſſit; contemplatio namque fauo precioſior, nulla labiorum motione, vicina orationi, in melle, & lacte ſub lingua habetur. Sponſa ergo hoc agere debet, ut orationi, ac meditationi inuigilet; ſed in quo loco? ſequitur: *hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus:* bis hortus concluſus; ſibi concluſus, & cæteris; geſtus, motus, eloquia, mores; ſint concluſi, ne vagentur virtutes: *hortus concluſus:* & cæteris. i. ſeptis materialib. vt fieri poteſt, concludatur, monaſterio, domo, ſilentio *fons ſignatus:* ſit fons aquarum, ſed non excurrentium, quin potius ſtagnantium; nemini attingantur fons aquarum abundantium, non diſcurrentium, ac cæteros irrigantium; nõ hoc ſuum eſt, ſed maneat domi, clauſaſque charitatis habeat undas; ſignetur fons ſignaculo Dei, illius inquam, qui expetiit: *pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuũ: ſuper cor:* id eſt, ſupra fontem vitæ, & virtutis: *ſicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei:* ſignat ergo Deus fontem, nec ſignacula decet mulierem tollere; hoc enim ad eum ipſum, qui ſignauit, pertinet. Quod autem obloquutionibus mulierum decepti ſunt, quas multa docentes, & garrientes venerati; tandem in mala, & vitia omnia prolapſas agnouere, & publice reprehendit Eccleſia? ſignum ergo habent probitatis ſignaculum Domini; ſolitudinis, & ſilentij: diſcere oportet non docere, vt inquit S. Paulus: *mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione, docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio* & alibi: *mulieres in Eccleſijs taceant, non permittatur eis loqui:* infra: *turpe eſt enim mulierem loqui in Eccleſia.* At ſi quando, dempto à Domino ipſo ſignaculo; oportet domo

[Cant. 4. 1. Baſ. de abdic. rer. Hier. 1. ſoph. 3. cap. 1. 5. Gen. 4.] [Can. 4. 19] [Mulieri vagari non oportet.] [Cant. 8. 6.] [Pro 21. 1.] [1 Tim 2. 9.] [1 Cor 14. 34]

Digitized by Google

mo egredi, vide q̃ oporteat perſoluere, ſequitur: *emiſſiones tuæ paradiſus*: nihil aliud ſint emiſſiones tuæ, niſi paradiſus, diſcurſus tuus ſit paradiſus; ſanctimoniam habeat paradiſi; omnes admirentur. Vel quod arridet magis: cum egrederis, faceas in paradiſum, contemplatione, affectu, deſiderio, hic egreſſus permittitur mulieribus ſanctis, à domo ad cælum. Ipſa aliquando cælos penetrantem admirati ſunt ſpiritus cæleſtes; aduerte tamen, quomodo, & vnde venerit: à deſerto: *quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum*? de deſerto ſolitudinis, & ſilentij: quomodo aſcendit? *ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij*: oratione, & virtutibus omnibus compoſita aſcendit ad paradiſum, ſed *innixa ſuper dilectum ſuum*, cum dilectus abſtulit ſignaculum, vt illuc aſcẽderet. Cæterum, nunquam emiſſiones oſtendat, niſi paradiſi. Quo enim magis ſenſus exteriores cohibentur, eò interiores eleuantur ad Deum: & ideo *fons ſignatus*; quo magis planta cuſtoditur, & obligatur; eo altiora petit; & ideo *hortus concluſus*: vt deinde *emiſſiones tuæ paradiſus*.

Egreſſus mulieris debet eſſe ad paradiſ.

Cant. 3. 9.

planta cuſtodita eleuatur.

448 Vt autem probes, quæ dicta ſunt; quærere poteris, quid cauſæ fuerit, quod ſponſam, (quam appellat columbam) inuitet ſponſus ad cauernam maceriæ, & non ad muri? maceria aceruus eſt lapidum fragilis, non ſolidus, nec firmus, ſemper autem minatur ruinam; lapides namque in unum compacti ſine cæmento, aut alio ferrumine vineas claudere ſolent, & dicitur maceria. Ideo ergo in cauerna maceriæ inhabitet, vt ſemper ſuſpecta ſit, vt omnem ad ſe acceſſum ſuſpectum habeat; vt ſolitariè viuat; neminem ad crebra commercia inducat; aues nidificantes crebrius in aere videntur permanere, quam in maceria; quolibet enim vento ingruente, trepidæ auolant. Ita ergo columba Chriſti, ſit potius mente incola cœli; in qualibet aduerſitate ad Deum aſſurgat, & pauida ſemper. Murus ipſa ſit, non alium quærat opportuniorem, quicunque ante ſe murum ſtatuit, is profectò murum præſentem habet ſemper; murus ergo ſit anima, dum mundo opponitur, cum obductos oculos habet, nec præter cœlum aliquid aliud cernat; aures, muro clauſas habet, vt nihil inutile, aut prophanum admittens, pacem cordis turbare poſſit; os, vt tantum cæleſtia loquatur, &c. ita ſibi murus eſſe debet. vnde coniunctis ſponſæ quærentibus, propugnacula, & oſtia ad eam cuſtodiendam, reſpondit ipſa, nullo modo, opus hæc eſſe ei, quæ murus ſibi ipſi eſt: *ego murus, & vbera mea ſicut turris*.

quare permaneat in maceria & non in muro.

Can. 8. 9.

Quod ſi de pedibus ſermo eſt, non pedes habeant ſicut hinnuli ceruorum; non in camino ardenti; non diſcurrant ſicut ſcintillæ in arũdineto, ad proximorum vtilitatem; ſed pedes ſponſæ ac greſſus pulchri dicuntur in calceamentis: *quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis*: in clauſura, in loco anguſto; in domo tua; nõ pmeas libere per plateas, & templa &c. ergo diſcalceati dicuntur Angeli, vt ait Sanct. Dionyſ. liberi, abſoluti, & expediti ſunt; quæ calceata eſt; nequaquam libera, nec abſoluta dicitur. 449

Can. 7. 1. de cœl. hier. 15.

Et hoc ita verum eſt, vt liceat ex hoc deducere, quod pietatis, & amors cauſa ſponſam dilectum quærentem, ac proindedomo egreſſam, & vagantem, cuſtodes murorum, verbere, & vulnere affecerint. 450

Et manifeſtius hoc conſidero ex eo, quia enumerans ſponſæ ſuæ virtutes ſub pulchritudine, & partibus ſpeciei, tandem orationem clauſit, his verbis: *hortus cõcluſus, emiſſiones tuæ paradiſus*; quaſi diceret, omnes hæ virtutes, ſponſam meam ornant, quia hortus concluſus, quia remota à ſeculari tumultu, ſecreta domus colit, quia clauſa, quaſi hortus, ſignata, vt fons appa ret; hanc vltimam ego formæ partem vltimo colloco prætioſiorem. Has quoque perfectiones, mutua laude ſponſa tribuit, id eſt, ſub partibus quoque venuſti corpo 451

cuſtodia virtutum laus eſt.

ris

Digitized by Google

ris virtutes eas, quæ virum Deo dicatum ornant, mira proprietate ornamenta viri depingit; tandem vltimo illum, non hortum appellat, ſed vix hæc, quæ dixerat, protulerat; cum ſodales, quibus hæc narrauerat, interrogant: *quo abijt dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum, quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* quaſi inſinuarent, hominem tali ſpecie prçditum, non decere domi ſemper manere, orationi intentum, & exercitijs contemplationis; ſed ad opera charitatis vagari; quare ſecuræ quod ad hoc, huc illuc diſcurreret, petunt, non, ſi abijt; ſed *quo abiit dilectus tuus?* cum charitas retinere non poteſt, quò ergo abijt. Cant. 5. 17

447 Alibi quoque obſeruo in Canticis, cum oporteret ſponſam dilectum ſuũ quærere) illi deſignatum eſſe, & quam viam tenere deberet, & quos ſodales, & circumſtantias omnes, præſcriptas egreſſus ſui: *indica mihi, quē diligit anima mea, vbi paſcas, ibi cubes, in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*; non prius egrediar, quam ſtatueris, & quem locum tenere debeã, ne fortaſſis videar vagari errans: *ſi ignòras te*, reſpondit ille, *o pulcherrima inter mulieres egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum:* tibi ego locum deſigno, egredere, & veni poſt veſtigia gregum, poſt greges abi, ipſi te ducant ad me, euita conſortia paſtorum. Cant. 1. 8.

448 Quod ſi de vigilantia ſermo eſt; vigilantia quidem inueniri debet in ſponſa; ea vero, quam in ſeipſam exerceat, raro illa, quam in alios; inuenta ſit, quomodo gerenda perficiat, male obiecta deflectat; quomodo dæmonis artes euitet, & quæ Deus imperat, abſoluat: non & quod ſit pertentandum, vt inter diſcordes lis componatur in foro, vt errabunda reuocet alios ad fidem; hoc enim viri ſponſi eſt, & actuoſæ vitæ deſiderio flagrantium. At vero vigilantia in alios, per oculum capitis exprimitur (vti ſupra fuſe dictum eſt.) Secunda vero in ſeipſam; in corde. cum enim cor ſedes ſit omnium corporis officiorum, profecto, qui corde vigilat, ſibi toti vigilat; vnde inquit ſponſa (vt hoc, non illud monſtret) *ego dormio, & cor meum vigilat*: Qui dormit, clauſos habet oculos; ait ergo, quod attinet vigilantiæ in alios, hoc quidem non meum eſt, ſed viri mei; quamobrem oculos in hoc clauſos habeo; ſed vigilat cor meum, ſollicita, ne cogitatiuncula quadam noxia lædat, neu virus lethale ſerpentis, & fraudes irrepant in animam; vigilo quoque in alios, amore, charitate. cor enim ſedes amoris eſt, commiſeratione, pietate, cæteros cuſtodio; oratione, non prçdicatione, non officijs, quæ viros decent. Qualis vigilantia ſponſę eſſe debet. Cant. 5. 2.

Referrè quoque hoc poteris ad modeſtiam ipſius; vt, etſi corde intenta eſſet, & vigilaret; adhuc tamen nunquam girouagos oculos haberet, nunquam curioſe nimis circumſpectaret; quod maximum mulierum ornamentum eſt: Vigilat quidem cor, oratione, meditatione ſcripturarum, altiſſima Dei contemplatione; ſed ita compoſitus eſt vultus, vt dormienti ſimilis videatur, manus ſunt cõpoſitæ, genæ demiſſæ, clauſi oculi, os minime ſubridens: *ego dormio:* Vnde & illud expendo, vt ſcias, non quidem ſomnum, qui membra ſopita teneret, ſed modeſtiæ & verecundiæ virtutem, quæ corpus componeret, extitiſſe. *adiuro*, inquit, *vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoaduſque ipſa velit: vox dilecti mei: ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles; ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum &c.* dubium quod petitur ex ſupradictis, hoc eſſe poteſt: ſi dormit ſponſa, quamobrem adiurat dilectus, ne vnquam, donec ipſa velit, à ſomno excitetur; quid eſt, quod ipſa ſponſi ad ſe venientis, & inſtar capreæ, & hinnuli montes tranſilientis, audit voces, vox dilecti mei? deinde primo dicit ſe vocem audiuiſſe, inde ipſum aſpexiſſe; *vox dilecti mei ecce iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſi-* 449 Modeſtia mulierum qualis. Cant. 2. 7.

Digitized by Google

quare videt,& audit ſponſa in ſomnis.

liens colles : prius ſponſi de longe venientis vox auditur,quam videtur aſpe-ctus;cum etiam non ignoremus,ſenſum viſus,volociorem, prioremque eſſe auditu. ocius enim ſpecies viſibilis obie-cti immittuntur in oculum, quam (etſi magnus clamor excitetur) auditus poſſit quod diſtans eſt,aduertere.oportuerat autem (ſi verum eſt, quod diximus) ordine conuerſo ſponſam, ſponſi præſentiam indicare. at in primo dubio, ꝙ ſupra expoſuimus ,agnoſces: dormit,& videt,& audit;quia ſomnus eſt virtutis: non quidem naturæ neceſſitatis;i.compoſitio,qualis mulieres decet,non quidem ſopita membra ſomni torpore ligantur; ita hoc explicatum duo diuerſa connectit, quod ſcilicet ſponſa, dormiens, corporis officijs minime deſtitueretur,videns & audiens.

450 non prius videat quã audiat,

Verum aduerte, quomodo intelligatur,quod ſupra dictum eſt, videlicet ſponſam oculos intentos ad ſponſum habuiſſe ; ideo prius ſe dicit vocem audiuiſſe,dinde aſpexiſſe:non curioſius aſpiciat,ſed voce inuitãte oculos modeſte erigat;interpellata reſpondeat, inuitata proſpiciat.audit primo, & reſpondet,deinde videt. reſponſio & vox non petatur ex viſu,ſed ex voce, & interpellatione viſus,non prius videt,quam audiat vocantem. Sed quid altius,eminentius, & profundius eſt in his vocibus obſeruandum,ordo nempe noſmet exhibendi Deo; prius in hoc erit auditus, quam viſus.ratio eſt,quia prius per gratiam vocamur,atque excitamur, deinde oculi aperiuntur ad videndum, & conſiderandum,iuxta quam ſententiam Iob illud explica : *auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te:* audiui te, quia tu prius per gratiam vocaſti me, nunc autem oculus meus videt te, quoniam deinde ego oculos ad tui amorem, & conſiderationem aperuì.

Vocatio Dei.

Iob 42. 5

551 Chriſtus vigitat inter noſtr. cogitat.

Iterũ vero explicans, id quod dicebam, obſeruo : ſponſum nunquam dormire inuentum,quin potius virgam vigilantem ſemper eſſe, cui patens oculus iniectus perpetem vigilantiã, cuſtodiam, ac protectionem denotat, ut ſatis ex ſupradictis conſtat; virgam autem amygdalinam inter hyemis pruinas vigilare, eſt, Chriſtum inter pericula, & tribulationis caliginem, oculum protectionis intentum habere: quandoquidem præſente diſcrimine, apertius auxilium Chriſti in ſuos oſtenſum eſt, & ne longe probatio petatur ex primo Apocal. hoc cognoſci poteſt, in ſcriptura illa, Ap. 1. 14. quam mox allatam ponderauimus : *& oculi eius tanquam flamma ignis:* Flamma ignis, quo magis aer obtenebreſcit, & nox obſcuritatem inducit, maiorem luminis ſplendorem oſtendit ,nocte, flãmæ magis quam die videntur. Ergo cũ per oculos probatum ſit, protectionem,cuſtodiamque intelligi ; quid eſt, quod flammeos hic habet oculos, qui figuram gerit Chriſti,niſi quod in nocte tentationis,ac tribulationis opem ſuam ardentius, ac patentius impendit? & dum hyems frigida cuncta operit horrore, conſtans ipſe oculum apertum habens virgam ſeſe monſtrat ad alterius auxilium vigilantem? ſed quando de Chriſti miſericordia, atque ope ſermo eſt,opere pretium duco(ſi oculus flammeus ad protectionem pertinet) quid capilli lanei oſtendant inquirere : *caput autem eius , & capilli erant candidi tanquam lana,& tanquam nix.* Lanam Lib. 48. tit. de laq. oſtendit Pier.tarditatem in motu apud veteres ſignificare, ſic Deus ipſorum, cum irretiti laneo vinculo videbantur, tarde accedere perhibebãt. Hoc poſito verum eſt, quod Chriſtus gladium habet in ore,*& de ore eius gladius utraque parte acutus exibat :* ad cædem,& vindictam contra malos,iuſtitiam oſtendit; at quando vtitur gladio, & quomodo? tarde nimis, quandoquidem lanam habet pro capillis:capilli vero,vt ſæpe dictum,vulgatũq. eſt, cogitationes ſignificant, & probant Gregorius & Ruper. quid autem eſt habere capillos ex lana, tarditatem indicante, niſi tarde Chriſtum ultum ire, gladiumque iuſtitiæ lente exercere?neſcit, cum gladium oſtendit,quodammodo decernere, de-

Chriſtus tardus ad iram.

Gre. 2. moral. 38. Rup. 1. Cãtic. 7.

beatne

beatne ferire, an à plaga abſtinere, tardè cogitationes ac ancipites in ultione sūt. Igitur, cum gladium tenet, cogitatione hæret, aliquando cum cogitat vlciſci, tarditas reperitur in effectu. ſic enim alibi deſcribitur: *comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus:* elatæ palmarum (quod ſupra in alio ſenſu tactum eſt) ſpatulas quaſdā efformant, ſpeciem ancipitis gladij habentes: *nigræ quaſi coruus:* cogitationes funereæ, ac vindices in colore corui, & acie gladij. ſed quid inde ſequitur: *oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ:* cum videt reum, miſeretur ſtatim, oculos habet columbæ, manſuetudinem, ac miſericordiam prætendentes, magna conuoluit, iuſtè iraſcitur, diſponit omnia gladio cædente conſumere, peccatoremque perimere? ac cum videt eum ſupplicem, tendentem manus, ſtatim miſeretur, & parcit: *oculi eius columbarum, quæ lacte ſunt lotæ:* lac puerorum eſt, qui ex mammilla matris ſugunt: pueri vero blanditijs, oſculo, & dulcedine verborum leniuntur ſtatim; idcirco, etſi ſtatuat hominem conterere; cum primum ad rem venitur (ſi fa veder fanciullo) oculos, quibus miſeretur, lacte lotos habet, pueri naturam induit, in miſericordia puer eſt, flectitur ſtatim prece, oſculo dilectionis &c. Sit exemplum miſeratio exhibita in Iudam proditorem, cum Iuda oſtendit ſe, Dominus, primum habere cogitationes funereas, elatas palmarum; vt dixit (culpa id exigente) *verumtamen veh homini illi, per quem tradetur:* & alibi: *veh autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille*: veh illi, qui tanta paſſurus eſt. Vides hic magna de perditione Iudæ, Chriſtum prænuntiantem, comas quoque elatas palmarum habentem; at videamus, ſi oculos lacte habeat aſperſos: id eſt, ſi ad miſericordiam flectatur, tanquam puer, quem, vel oſculo, vel donis, vel blandis verbis, quilibet ad ſuam ſententiam perducit: accedit (licet ſacrilegum facinus molitus eſſet) Iudas ad

Can.5.9.

Chriſtus puer eſt in cuſt.ſtatī flectitur.

Luc.22.22

Chriſtum, quem in horto reperiens oſculatus eſt: *& confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabi, & oſculatus eſt eum;* at poſt oſculum, & ſuauem ſalutationem increpat Chriſtus Iudam, durè reſpondit? minimè quidem, ſed oſculo tactus ſtatim ipſum viciſſim (ſed animo miti, ac æquo) reſpondit: *amice ad quid veniſti?* Rogo, quis amicus? forſan Iudas, qui indignū ſcelus auſus eſt, vt vitā illius, qui totius author, immanis proditor indigno pretio commutaret? ille amicus videbatur; nam oſcula figit Chriſto, ſimultate, cor purum, mentemq. deuotam, oſtendens: & quia Chriſtus in ira minimè ſcit permanere, ait: *amice ad quid veniſti?*

Cur Chriſtus Iudā appellet amicum. Mat.26.50

Deinde non omittendum eſt, quod, 452
etſi comas in Chriſto videas inſtar gladij, ſigna iuſtitiæ diuinæ, & vindictæ, nō tamen vides celeritatem, & feſtinātiam; cum enim ſponſa illum capillos huiuſmodi. i. cogitationes funereas, terrificas habere dicit, ſubdit etiam ipſum pedes marmoreos habere: *crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas:* ſi caput oſtendit pęnas infligendas meditans, erigitque iuſtitiæ ſignum; pedes tamen immobiles penè habet; & quod omne iter excludit, tanquam columnę fundatæ ſuper baſes aureas; ſi fundatæ ſunt, quomodo dimoueri poſſunt? licet aliquando vigeat intentio; exequutio tamen, totam tarditatem obiectat; ſeſe extollat iuſtitia, & ultionis modos omnes cogat, ipſa ſtatim miſericordia, impedimenta ea obijcit, quæ moras ad pœnas implicant, & flagella; mens acria ac funeſta cogitet? crura quidem, & pes effectum omnem grauitate tollent.

Quare pedes habet marmor.

Verum eſt, quod comæ inſtar acutæ 453
ſpatulæ, palmarum, & corui nigredinis, in Chriſto, indignationem oſtendant, at hoc ex radice ortum eſt charitatis; caput enim, ex quo prodeunt capilli huiuſmodi, inditia iuſtitiæ, aureum eſt, inquit ſponſa: *caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus:* oculi eius &c. ex zelo

Digitized by Google

Io quoq. domus Dei illud fuit, ꝙ facto flagello de funiculis, negociantes, & cæcidit, & abiecit de templo: *& cum feciſſet, quaſi flagellũ, de funiculis, omnes eiecit de tẽplo &c. recordati ſunt uero diſcipuli, quia ſcriptum eſt zelus domus tuæ comedit me:* quid eſt, quod hæc agit Chriſtus, qui ſemper pius, ac manſuetus viſus eſt? plura meditãtes, ac diſcurrẽtes; recordati ſunt diſcipuli, quod hoc ex zelo, ex charitate ortum eſt, & hoc indicat, quod ille in Apocalypſi, licet gladium haberet in ore, pedes tamen habebat in igne.

Ioan.3.15.

454 Quod ſi noſſe velis, quod ſupra dictum eſt, laneam comam tarditatem prætendentem habere, Chriſtum; quod videlicet cum videtur iratus, moras nectit, & exequutionem dubio differt; pondera quoque ibi, non tm̃ capillos illum laneos, ſed niueos habuiſſe, *caput eius, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix:* frequenter nos cum pendere, atque heſitare aliquẽ videmus in aliqua re abſoluenda, & modo ſeſe excitare, modo retrahere; hoc ſub nomine frigiditatis, & caloris exprimimus. Quid ergo in capillis, in cogitationibus, frigiditatem niuis, & caliditatem lanæ habere, aliud indicat; niſi eum habentem in ore gladium, modo (culpa id exigente) exardeſcere in iras, atque ob id parare poenas; modo (miſericodia poſtulante) animum puniendi dimittere?

Apo.1.14.

Dubius ad flagella.

455 Aliqui imaginem hanc, figuram extitiſſe dixere: S S. Sacramenti Euchariſtiæ. quod præcinctum ad mammillas viderit zona aurea, id puritatem indicat, ſeu charitatem; vt Rupertus hic; quod inter ignes fornacis pedes habuerit, hoc quidem paſſionem Chriſti denotare poteſt, tribulationes ipſius in cruce; quamobrem illud hoc verificatur, *recolitur memoria paſſionis eius*, & ut, quod ſequitur, etiam reperiri poſſit, ſcilicet: *& futuræ gloriæ nobis pignus datur*: ſtellas inuenitur (quæ profecto dona coeleſtia ſunt) in manu habere: *habebat in dextera, ſtellas ſeptem:* ad hoc probandũ ad de illud etiam Canticorum, quod huc uſque adductum eſt, videlicet, quod ſpóſus in dextera ſua hyacinthos habebat; *manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis:* hyacinthus enim habet colorem cæleſtem, & pretioſus admodum eſt lapis; vnde munus æternæ retributionis deſignat, dicente Gregorio: *quicunque illius opera pio corde imitantur, felicitatis muneribus in retributione ditantur:* dicitur autem Chriſtus in manibus habere hyacinthos, ex eodem, quia Chriſtus omnia, quæ fecit, ad gloriam patris retulit, & per opera, quæ fecit, noſtros ad cæleſtia quærenda ſenſus erigit. Occaſione huius ſententiæ aliqua breuiter ſunt ponderanda; & primo.

SS Eucha. Sacram.

Eccleſia.

Cap.1.14.

In manu habet diuitias coel.

Quid eſt, quod dilectum ſuum ſponſa mutua laude commendatum, inuitatũ, vt propius accederet: *veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum:* tãdem ad ſe ipsã venientem, excluſit: *aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium: expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* & hæc importuna petitio eſt, mulierem iacentem in lectulo, & excitare; ad & hoc, ꝙ petis; abſoluendum impellere? tibi aliò diuertendum, ſeu commigrandum eſt. Illorum primo hoc eſſe ſolet, qui toto mentis affectu anhelant ad vitæ ſpiritualis commoda, vt ſponſa quærit ſponſum, hoc tantũ meditantes quod ſuaue eſt, mundo relicto aſſurgere ad Deum. Quam felix vitam degit, cui tantum curæ eſt, quomodo placeat ſponſo Chriſto? qua dulcedine perfruitur, cum in lachrimas fuſa, vel inter amaritudines, conſolationum ſpiritualium dulcedine cæleſti perfruitur? & ego hoc arderem, atque exoptarem, vtinam &c. ſane in ipſis principiis commoda ſolum cogitantes, ſponſum optant Chriſtũ; at cum experitur, quæ ſubſtinere oporteat, fugientem à mundo, auerſum à voluptatibus, aduerſum dæmoni, carnis illecebras aſpernantem; profecto iterum

Incipiẽtes in via Dei non debẽt terreri.

Sponſa cur ſponſum excluſit.

Digitized by Google

ad ea, quæ dimiſerunt, conuertuntur. Quo cognito facile apparet, cur ita cum ſponſo egit ſponſa; illum enim inuitauerat ad ſe, vt comederet fructus pomorum ſuorum: *veniat*, inquit, *dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructus pomorum ſuorum*: vt blandiretur, vt delitias cœleſtes adferret, ut vnà ſecum fructus pomorum ſuorum conſolationis diuinæ guſtaret: ecce ſanctæ, ſed vitę ſuauis deſideria. Venit ſponſus in hortum, ſed non fructus comedit cum ſpõſa, non horti voluptates monſtrauit, ſed amaritudinem potius obiecit myrrhæ:

obijcit 1. myrrham Deus.

veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa: miſcui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: etſi delicioſum eſt vitam ſpiritualem inire: attamen myrrham exhibeo; quamobrem territa ſponſa ex myrrhæ amaritudine deſes, ut antea prioris vitæ ſtatum viã eſt reſpicere, ſponſum excludens, licet ipſum poſtea dimiſſum, & quæſierit, & retinuerit inuentum. obiter nota, quod in his verbis tres animæ ſtatus oſtendũtur, purgatiuus, illuminatiuus, & vnitiuus, de quibus S. Dionyſius & S. Bona. in myſtica Theologia. Myrrha enim pur

Iſa. 38. x 3 gradus vitæ ſp.

gatiuum habet, iuxta illud: *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*: in fauo, qui ex melle, & cera

Pſ. 72. 22

conſtat, ſtatus illuminati pandit. In vino & lacte, unio; omnes autem in Pſalmo colliguntur: *vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum*: hæc prima via eſt: *tenuiſti manum dexteram meã, & in voluntate tua deduxiſti me, & cũ gloria ſuſcepiſti me*. Hæc ſecunda: Tertia vero. *quid enim mihi eſt in cœlo, & a te, quod nolui ſuper terrã? defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum &c. mihi autem adhærere Deo, bonum eſt*:

455 Sed ſi in alium ſenſum hoc deducis, ſane intelliges, nil adeo animam moueri iacentẽ in mundano lectulo torporis, ad habitaculum animæ aperiendum Deo, quam obiecta paſſio, & quod in in cruce perpeſſus eſt ſponſus Chriſtus: indignum namque iudicat non excitari pœnis, tormentis ſponſi non expergefieri; maius enim animi ingrati monumentum nullum eſſe poteſt, quam quod ipſe pertulit pro nobis, vel paruipendere, vel à nobis alienum exiſtimare. Igitur clamauit prius ſponſus, & petijt intromitti? Sed minime illam voces vrgebant; *expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* itaque ex hoc minime ſuaſum ſponſæ eſt, quid inde ſequitur? *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius*. manus denotat operationem, hoc autem videtur exprobrare ſponſus: vide manum, quæ ego pro te egi, & adhuc pergis me hic excluſum non intromittere? hoc peracto, omnia, quæ prius difficultatem, & impedimenta in mediũ afferebant euanuere: *ſurrexi*, inquit, *vt aperirem dilecto meo: manus meæ diſtillauerunt myrrham*: Quæſo vbi tam cito myrrha, quæ manus, digitoſque ſponſæ exurgentis inficeret: *& digiti mei pleni myrrha probatiſſima*? Nempe hoc oſtendit ſponſus manu, cum illã immiſit per foramen, manum extendit plenam myrrha probatiſſima, oſtendit paſſionis dolores, atque amaritudinem, & quaſi argueret, hæc viſus eſt dixiſſe: potui ego in aperto cœlo crucifixus totius doloris myrrham guſtare, & non potes tu pedem inertem lectulo efferre, ut me noctu venientem opertum gelido rore, & nocuis guttis excipias?

paſſio Dñi nos ad ſe conuertit

Cant. 5. 5.

obijcit quæ paſſus eſt Chriſtus ingrato.

Secundo, ſi manum extenſam, non placet interpretari myrrham oſtendiſſe, 456
ſed manum eſſe ſponſi, qualem eam, ſponſa deſcribit inferius his verbis; *manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis*: pulchre aduertere poteris, quid conſolatio, & dona poſſint in anima; quandoquidem potius eam beneficia trahunt ad ſponſum, ſeu mouent, ut oſtium cordis reſeret, quam memoria iniucunda vel pœnæ, vel peccatorum, vel etiam paſſionis, vel cuiuslibet rei: ſpe quidem plerique inuitantur ad bonum, quos malum, & minæ haud poſſunt. Itaque oſtendit prius ſponſus, ſponſam accur-

aliquos retributio magis mouet.

Digitized by Google

Ezech.26. rum vocem in Niniue, volubilitatem eſſe generis humani, & ſane de mutatione felicitatis, licet illud interpretari
Pſal.82.14. Pſalmor. *Deus meus pone illos, vt rotam.* tam.i.facile felicem eorum ſtatum conuerte, quam volubiliter rota ipſa conuertitur. aſſentit huic expoſitioni Pier. Euthimius, Euch.& alij. His poſitis, quid eſt poni manus diuinas, orbiculatas, tornatiles, & rotas aureas? illud equidem, quod ſæpe experimur, nō pati diu opes in aliquo commorari, fortunaſque perſeuerare, quin alios diuina prouidentia diſponente fortunat, & deinceps à felicitate deiicit in miſeriam, & quemadmodum ille de fortuna dicebat

Philelph. *Humanas verſuta quidem ſurſum atque deorſum*
res rotat.

Ita ego, manu iuſta quidem, ſurſum.vt libet humanam felicitatem rotat, opeſq. quas mōſtrat dat, & eripit: *rotæ aureæ*: & quidem quis prohibet aſſerere ad hoc illum reſpexiſſe, cum dixit: *in manibus*
Ps.30.18 *tuis ſortes meæ* vitæ curriculum, proſpera, & aduerſa, varij euentus, & fortunæ meæ, tua prouidentia reguntur, ac gubernantur.i. meorum temporum euentus, & fortunæ; oſtendit in his nihil eſſe fortuitum, & hoc quoque Ariſtoteles 10. Phiſicorum, quare reiicit illam à cauſis phiſicis. Et in retractationibus pœnituit Auguſtinum, vſum vocabulo fortunæ, tanquam parum Chriſtiano. pulchre autem dicimus, fortunæ rotas eſſe in manu Dei, quia ipſe prouidentia ſua, cuncta diſponit, & rotas appellari, quia alios erigit à miſeria, deiicit alios à felicitate; vnde Balthaſar occiditur, & ſuccedit Darius: *eadem nocte occiſus eſt Bal*
Dan.5.30. *thaſar, rex Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnum; annos natus ſexaginta*
Da.4.23 *ta duos*: & hæc quoque reſpondit Daniel, Nabuchod. *donec ſcias, quod dominetur excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud &c. regnum tuum tibi manebit, poſtquam cognoueris poteſtatem eſſe altiſſimi*: & infra: *regnum tuum tranſibit à te*: Itaque vdies regnum eſſe in manu Domini modo conceſſum Nabuch. modo ab ipſo ſublatum. Dauid hoc quoque expreſſit in pſalmo: *dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate; auertente autem te faciem turbabuntur, auferes ſpiritum eorum &c.* Ps.103.28 i. donas, & aufers, muneras, & data tollis. Hoc quidem ad id, quod ſupra dictum eſt, reuocari etiam poteſt, cum quis in proſperis confitetur Deo, & incedit per viam bonitatis: *aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate*: videntur ſanctitatem pertingere, at auertente Domino faciem.i. oſtendente tribulationes, & labores, ſtatim turbantur, & ab incœpto deſiſtunt: *auertente autem te faciem turbabuntur,* vti ſponſa, quæ in commemoratione myrrhæ turbata eſt, & cū manum apertam donis plenam comperit, dolens, pœnituit excluſiſſe ſponſum, & quaſi præ nimio amore dilecti flagraret, per vrbem diſcurrens, ſe amantiſſimam oſtendit, ſtatuens nunquam deinceps talia commiſſuram. quare triſtem fecit memoria myrrhæ; lætam amantem, ſollicitam, dona hyacinthorum. turbata eſt auertente faciem ſponſo, impleta eſt bonitate, ea quidem, quæ ſolet eſſe in huiuſmodi, monſtrante hyacinthos. Labor tribulationum alliciens mium allicit.

Sed in manu huiuſmodi, ſi præclariſſimum officium conſideremus, profecto ſuauiter in hac expoſitione concluſum erit, & iucunde, beneficium, videlicet protectionis; quod quidem latè expenſum in hac, & proxima expoſitione eſt. eā protectionem intelligo, q̄ oſtēdit virginem ad noſtram tutelam deſignās, iuxta quæ dixit: *ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes &c. fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*: dedit virginem, quę ſuperbos, nobis inſidiantes conuerteret in fugam, & infringeret. quod explicari poteſt, hoc modo. Ciconia, Dei apud veteres fuit hieroglyphicum, vt tradit Pier. Deus autem per animal hoc ſignificabatur, Platani folium geſtans, ſiquidem auis hæc, huiuſmodi folio nidis impoſito, editis ouis, ea ob noctua-

Protectio B.V.

Luc. 1.48.

Lib.17 tit. Ciconia.

rum iniuria defendit; vbi enim Platani folium fuerit,noctua non accedit.In nidulo mundi huius, duos pullos poſuit Deus,Adamum,& Euam; ſtatim accurrit noctua infernalis,diabolus, eoſque perſuaſione infecit, & imbuit mortali veneno,& compulit ad mortem: *puluis es,& in puluerem reuerteris*: in totum ergo genus humanum transfuſum eſt virus peccati;at vero ſtatim meminit Platani Ciconia;comperiens Deus fraudes noctuæ;hæc dixit:*inimicitias ponam inter te,& mulierem*. Beatam Virginem intelligebat, *ipſa conteret caput tuum*:at B.Virgo Platanus eſt: *quaſi Platanus exaltata ſum iuxta aquas*: decepiſti pullos in nidulo, & ego non amplius hoc patiar,ponam platanum hanc,ipſa te eijciet,non accedes, vbi platanus hæc erit,quicunque ſub protectione mulieris huius erit, facile tuas euitabit inſidias: *inimicitias ponam inter te,& mulierem, ipſa conteret caput tuum*: & quomodo ad illam acceſſum habebis, quæ platanus eſt,qua viſa aufugies? *ſed ipſa conteret cuput tuum,dum tu inſidiaberis calcaneo eius*: felix ille nidulus, anima illa, in qua platani folia ponit Deus. Et ſi cupis agnoſcere, quomodo pullus noctuæ inſidijs appetitus, & peccati originalis veneno imbutus, platano fuerit liberatus,conſidera Ioannem, adhuc in vteri nidulo quieſcentem, conſidera etiam, Dñm,ramum Platani ad ipſum deferentem,cum Virgo plena Deo abiit in montana,cum feſtinatione, & ſalutauit Elizabeth, quid præſtitit virgo aduerſa lethali veneno culpæ; platanus ſecus nidulum Ioannis? ait ſcriptura: *vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis,exultauit in gaudio infans in vtero meo*: procul abſceſſit noxa Deo hoc præſtante, & ramum platani porrigente.

Gen.3.19 Gen.3.15 Eccl.14.19 ad aduentum V. liberatus Ioan. ab orig. Luc.1.44.

His conſideratis, quæ myſtice, ſeu
559 tropologicè hucuſque proſequuti ſumus, eſſet quidem verſiculus duodecimus explicandus,niſi pluries, occaſione prædictorum fuerit explicatus. Interim hæc iuxta literam adnotari poſſunt,quæ minime alibi dicta: *Et dixit Dominus ad me; bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud*. Hoc videlicet in loco ex Prophetæ verbis, vt expoſitores omnes autumant,Paranomaſiam captat Deus, vnde & dicit ex virga vigilante: *ſic vigilabo ſuper verbo meo*. Neceſſitate compulſus vertit interpres virgam vigilantem; nam ſi amygdalinam dixiſſet à *ſacad*, quæ vox alijs notata punctis ſignificat amygdalum, non recte reſpondiſſet per paranomaſiam, *vigilabo ego ſuper verbo meo*. Atq. huiuſmodi formæ loquendi plures inueniuntur in ſcriptura,vt in Amos: *quid tu vides Amos*? & dixit: *vncinum pomorum ego video: & dixit Dominus,recte vidiſti,quia venit finis* nulla inter vncinum,ſeu caniſtrum, (vtrumque enim ſignificat)rei familiaritas eſt,in voce tamen videtur eſſe propinquitas. poma enim, quæ in æſtate colliguntur, ſeu vncinus,ſeu caniſtrum hebraicè dicitur *Cayths*: finis vero dicitur *Keth*.Sic ille luſus apud Dan. *prini*, & *Schini*: *dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi*, qui ait ſub *Schino*; *dixit autem Daniel: recte mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus Dei accepta ſententia ab eo ſcindet te medium, &c*.Sic etiam in libro iudicum ex voce *Sechem*, paronomaſiam captauit,coniectator ex pane ad gladium.

Regula ſcripturæ. Amos 8.2. Da.13.55. Iud.7.

(8)

Ver-

Verſiculus XIII.

VVLGATA.

ET factum eſt verbum Domini ſecundo ad me dicens: quid tu vides? & dixi ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie aquilonis.

SEPTVAGINTA.

Et factum eſt verbum Domini ex ſecundo, &c.

CHALDAEA.

Et factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad me: ſecundo dicens, quid tu vides? & dixi, regem feruentem quaſi lebetem ego video, & vexillum exercitus eius, qui ducitur, & venit à facie Aquilonis.

VATABLVS.

Factus eſt autem ſermo Domini ad me ſecundo dicens; quid tu vides? ollam, inquam, ebullientem video, cuius facies eſt ab aquilone.

PAGNINVS.

Et fuit verbum Domini ad me ſecundo dicendo: quid tu vides? & dixi, ollam ebullientem video.

PARAPHRASIS.

Interrogans iterum me Dominus, ait: quid vides? & ego ignem ſubdidi, belliū portendentem, antecedentemque, vt moris eſt, exercitum Aſſyriorum, & Babylonicorum; ignem vero in prunariolo figuli, quod mihi indicio eſt: breui Ieruſalem ſuccendendam, & conterendam eſſe.

Expoſitio.

1 In virga rex Chal. in olla exprimitur ignis.

EXacta vrbis euertendæ in conſequentibus clauduntur oracula, ut Propheticis vaticiniis nihil vnquam deeſſe ſciamus. Enimuero, cum in viſione virgæ virgilantis, & vigiliam in malis, & feſtinantiam Regis Nabuchodonoſor oſtendiſſet; quo inſuper, ruinæ, ac excidij genere Ieruſalem erat ſubuerſura, in olla ſuccenſa demoſtrat. In virga ergo Rex hoſtis habetur: in olla, ignis, vt ignis incendiis, & flammis Babylonicis vrbem exciſam Nabuch. conſignaret. *Et factum eſt verbum Do. ſecundo ad me dicens: Quid tu vides?* Pluries ſupra dixerat: *Et factum eſt verbum Domini:* verum abſque primo, vel ſecundo; ſed numerum non adiecit, vt diceret. factum eſt primo, vel ſecundo. Cum vero poenalis flagelli viſio deſcribitur, ſtatim adijcitur numerus: *Et factum eſt verbum Domini ad me ſecundo*: Hic autem mos Dei eſt, vt diuina miſericordiæ munera, nobis collata, nullo numero deſignentur, nec enim diuinorum fauorum abundantia numero admonente comprimitur, nec quaſi durus exactor numerat impēſa, ſed largitor liberalis, vel numerum miſericordiam æquantem minime inuenit, vt beneficia computatione claudat, vel retributione maior omni, quæ vltro, ac liberaliter largitus eſt, nullo vult numero ſupputari, verum cum deſcribitur vltor, ac paterna correctione ſæuus, propoſita poena ne excedat,

aut indignatione protrahatur,ipſe prius ſibi numerum præſcribit flagellorum: *Et dixit Dominus ad me ſecundo*: primum ergo eſt beneficium,vtpote,quod factum ſit verbum Domini, vt Prophetam inſtituat, ſanctificationem recolat, verba diuina concedat, & ſupra reges regnum ſtabiliat: hæc vero primum miſericordiæ opera ſunt, nec ordine, nec numero prolata deſcribuntur,niſi,& factum eſt verbum Domini, abſque numero;at cum virga videtur, & olla,ſtatim primum,& ſecundum noſti: *Et factum eſt verbum Domini ad me ſecundo*: vbi enim poena proponitur, numerus,aut ordo non ſupprimatur. Hoc vtrumque reperitur in ſcriptura, in bene ficijs Iſrael collatis, & in plagis Aegypti. Beneficia namque Dauid potius admiratione quidem, quam numero præſcripto commemorat: *attendite* inquit, *populę meus,legem meam*; *inclinate aurem veſtram in verba oris mei*, *& cæt. quanta audiuimus, & cognouimus ea*, *&c.* ob multitudinem, ac varietatem magna,& infinita narraturus,artificio utique oratorio, attentionem captat, vt talia circumſcribat:*quanta* inquit, *audiuimus*: *& quanta mandauit*: quaſi diceret, generatio iuſſa eſt,ut narret, quia tanta mandauit, ut vnico claudi non poſſint eloquio: ſunt ergo opera miſericordiæ collata populo Iſrael, talia, ac tanta, vt numerus per admirationem inſinuetur;alibi quoque bonitatis; alibi quoque,bonitatis illius infinitus eſt theſaurus.

Pſ 77. 1 miſericordia Dei abſq numero.

2 Quod ſi de poenis agatur, illas, vt prædixi,habet enumeratas,quaſi in percuſſione doleat: ſeptem namque plagis Aegyptum afflixit, & ipſimet Moyſi dicit :*adhuc vna plaga tangam Pharaonem,& Aegyptum*:id enim nil aliud eſt, niſi plagas,priuſquam percuteret, enumerare, & dicere: vna tantũ ex recenſitis remanet plaga,& alibi : *ſuper tribus* inquit,*ſceleribus Damaſci,& ſuper quatuor,non conuertam eum*: Ex ſupputatione namque ſcelerum, plagarum,& numerus oritur, ſic explica illud Dan.

Ex. 11. 1. plagas Aegypti numeratas habet. Dominus.

Amos 1. 3

Dan. 6. 25

manè thecel fares: diuidere Dominum ſed enumerare prius, ac appendere in ſtatere,cum ſæuiter agit; appendit ergo Dominus in ſtatera iuſta, vt ſecundum pondus iniquitatum, & ſecundum id, in quo minus inuenit; deinde puniat, ſicut Iob dicebat:*appendat me Dominus in ſtatera iuſta*. Plerunque cum à ſupremo tribunali, alicui,cognitio alicuius cauſæ demandatur;ſi quid verbi gr. in ciuitate principis ſubiecta, ſit turbarum excitatum. In cognoſcendo cauſam,ille,ſi punit aliquem, ſi abſoluit,ſi in carcerem trudit, ſi ſubſtantias fiſco aſſignat,quæcunque tandem in ſuo mu nere efficit, non niſi teſtibus præſentib. & actuarijs &c. id præſtat,atque omnia literis mandat, quæ quidem ſcripturis commiſſa, principi diſquirenda offert. id.n. ita ordinatur, ne inſcio principe, liberum ſit miniſtris omnia vi, ac rapina commiſcere, ac etiam, ut damna illata cognita informatione: à ſupremo tribunali,ſeu principe reparentur.

Iob 31. 6

Deus deſtinat commiſſarios cum ponit

3 Hieruſalem miſſi erant ſex viri à Domini tribunali,vt ciuitatem, flagitijs, & abominationibus redundantem, ſecuncundum abominationes,quas ſupra toto capite deſcripſerat Ezechiel illata poena expurgarent. omnibus igitur à Domino eſt demandata poteſtas, & vnuſquiſque habebat vas interitus in manu ſua. Verum,ne excedant in poenis,vti fieri ſolet; comitem leguntur habuiſſe: *vir quoque vnus in medio eorum, veſtitus lineis*, *& atramentarium ſcriptoris ad renes eius*: hic formam habes actuarij,qui neque armatus,nec habitu curiali deſcribitur indutus: ſcribebat ergo, quæcunq. ab illis, quibus poteſtas puniendi data erat,gerebatur; nec vnquam ab illis diſcedebat; vnde & dicitur,quod in medio eorum erat: *& ecce vir vnus*, *veſtitus lineis*, *in medio eorum*, *& atramentarium ſcriptoris ad renes eius*: cæteris ergo ad vindictam, & flagella vigilantibus, & vas interitus habentibus;ipſe tantum deſcribitur,habere atramentum. Vlterius finita commiſſione, iſte ad Dominum rediit, vt quæ-

Digitized by Google

quæcunque ibi fuerant in legatione geſta, literis etiam conſignata traderet; *exigit ratione cum flagellat.* de hoc enim tantum mentionem facit ſcriptura ad Dominum rediiſſe, & de eo, quod factum eſt, admonuiſſe; *& ecce*, inquit *vir, qui erat veſtitus lineis, qui habebat atramētarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum dicens: feci, ſicut præcepiſti mihi*. & hoc pietati tribuitur Dei, ne quando ſeuere nimis, & abſque numero puniamur: *factum eſt igitur verbum Domini ad me ſecundo.*

4 *post virgā olla ſuccedit pœnalis.* Non ſolum autem virga puniendos eſſe, qui corrigi nolunt, ſed, quoniam paterna leuis flagelli punitione nolunt emendari, olla ſuccenſa demonſtrat, exurendos. Olla enim hæc, atq. huiuſmodi viſio ciuitatis denotat obſidionem, & incendium à Rege Babyloniorum; ideoq. in hanc ſententiam ſcribit Hier. *His quibuſdam gradibus, peccatorum tolerantur tormenta, vt paulatim veniant ad ſalutem, qui noluerint percutiente virga emendari: mittuntur in ollam æream, de qua loquitur Ezech. quæ à facie aquilonis accenditur, Babyloniorum Regem ſignificans, & vrbem Ieruſalem:* vide, quæ ſupra diximus ex authoritate Ambroſii. Hæc autem viſio completa eſt; venit igitur Nabuchodon. & exſtruxit in ciuitate Ieruſalem munitionem, vnde fame ſæuiente ciuitas tandem interrupta eſt: apprehenſi vero Regis, Nabuchodon. oculos effodit, eiuſdem natos occidit. At vero Nebuzardam anno decimonono cum exercitu Chal-
Reg. 4.25 dæorum vrbis munimenta deſtruxit, & domum Dñi igne combuſſit. Hæc narrantur in ſcriptura; meminit etiam
Pſ.73.8 c.25 & 52 huius rei Dauid: *incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui:* Quam etiam deſtructionem, & incendium alibi deſcribit ſcript. his verbis: *Domum Regis, & vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni, & muros ſubuerterunt.*

5 Itaque ollæ ebullitio anguſtiam ſignificat, à facie aquilonis accenditur, quia ab aquilonari plaga venturus erat Rex, qui ollam ſuccendere, & Ieruſalem anguſtijs comprimere debebat, quapropter Hier. pro olla Ieruſalem ſignificari, ait, quæ à facie aquilonis accenditur, Regem Babylon. ſignificans, eodem modo Theodor. Igitur manifeſtum eſt, expreſſiuam eſſe hanc ollam calamitatis, quæ ab aquilonari Chaldæa *ſucceſſio rabiem ſignificat.* contra Ieruſalem erat ventura, qua veluti in olla incolæ erant decoquendi; ſuccenſionē vero quidam, rabiem illarum gentium poſſe, ait, ſignificare. Huius rei alium affert Eucherius *Euch. ſer. 8.* ſenſum; putat enim, non tam Hieruſalem, ſed & poſteros hac ipſa calamitate fore puniendos, olla namque, cum receptaculum ſit condimentorum, pro ſobole in ſcriptura ſolet accipi; vnde & olla ſpei dicitur Moab, quia inde erat Ruth Moabitis, qua ratione ſpei dicetur eius proſapia, ex qua Chriſti progenies quantum ad humanitatem propagata eſt, quamobrem non ſolum Ieroſolimitas, ſed & poſteros exurendos, demonſtrat in hac olla. incendium vero aliquando pro bello crudeli ſumitur: *& tanti incendia belli.*

Chaldæa expoſitio ollam Regem 6 *Olla regē ſignificat aquilon.* vertit [regem, ait, feruentem ſicut lebetem ego video, & vexillum exercitus eius, qui ducitur, & venit ab aquilone,] quem etiam locum exponit R. Ionathas [regē, qui feruet ſicut ollam ego video, & faciem eius ab aquilone] i. tanquam veniat ab aquilone; nam Chald. ad plagam aquilonarem ſita eſt.

Sed ollam ſuccēſam: ſæpe ſolent 7 *Dan. 2.* ſcripturæ, vrbium, atque regum ſubuerſionem in lutea figuli teſta ſignificare, quamobrem teſta diuiſa, & comminuta deſtructionem regni plerumque oſtendit, ſic in Dan. ſtatua, quam ſomniauerat Rex, pedes habebat fictiles; de his vero ita prophetauit Daniel. porro quia vidiſti pedum, & digitorū, partem ferream, & partem teſteam figuli, regum diuiſum erit, & infra: ſecundum quod vidiſti ferrum mixtum teſtæ, & ſupr. & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte contritum. Probatur

Digitized by Google

tum igitur, figuli teſtam ob fragilem materiam in ſcripturis regni ſciſſuram portendere. Huiuſmodi argumentum eſt in Ezech.viſione, qui in latere vrbis munitiones, obſidioneſque deſcribere iubetur, his verb. *& tu fil. hominis, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes ciuitatem Hieruſ. & ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in giro:* quæ obſidio ea ipſa eſt, quam deſcribit in hoc ipſo capite Ieremias, & cuius meminit ipſe Ez. quando iubetur, diem confirmationis regis Babylon. aduerſum Ieruſalem adnotare; atque etiam de olla fit mentio, & Hier. ibi hæc habet; *varijs ſimilitudinib. quas Græci parabolas vocant, Ieruſ. profertur ſubuerſio, & quomodo ſup. in ſartagine, in qua carnes populi frigebantur, & in latere, in quo munimenta, & aggeres, & arietes, & machinæ figebantur, eiuſdem obſeſſio, fameſque deſcripta eſt:* & poſtea in hoc eod. lecturi ſumus: *in Ieremia quoque ſcriptum eſt, ollam, quæ à facie aquilonis accenditur, ſignificare vrbem Ieruſalem: ſic in hoc loco eadem Ieruſalem vineæ, & viti fructiferæ comparatur.* Hæc Hier. cum vero conſentiat lateris picturam, & ollæ ſuccenſionem hãc eandem ſignificare ſubuerſionẽ, & cum regni alicuius calamitas deſcribitur, per teſtam figuli explicetur, manifeſtum eſt ꝙ per ollam, Ieruſalem ruina figuretur. At vero, vt ciuitatis ex incendio interitum præmonſtret, non teſtam tantum, ſed ollam, vas figuli ſuccenſum oſtendit. cur autem non aliud vas, ſed ollam dicemus infra. interim hanc cauſam affert gloſſa, vt ſcilicet, oſtenderet ab aquilone venturum ignem, Ieruſalem vero combuſturũ, hanc ollæ ſimilitudinẽ. poſuit. Plerumque autem philoſophico experimento videmus, igne ſuppoſito in fundo lebetis, fundum non ita calefieri, ſed vim omnem ebullitionis, & caloris in os lebetis reuolui, quamobrem, vt ait Hieronym. *exardeſcent mala ab aquilone* & S.Th. *& fundum eius à facie aquilonis*, per fundi rigorem os ollæ exardeſcit; oppoſito namque aquilonis frigoribus, calor omnis in os refunditur, quia per Babylonicos idololatras cœleſtis iræ vltionem, ignis pœna, contra Ieruſalem Deus exercuit, vt pœnam quam ipſi erant idololatræ ſoluturi in Ieruſalem diuino iudicio diſponente reijcerent, huius ſunt gloſſæ verba [olla namque poſita ebullitiones incipiunt à parte ignis; inflectuntur autem ad partem oppoſitam, & ſignificat, ꝙ Chaldæi venirent incenſuri à facie aquilonis; ideo ponitur olla ebulliens,] non eſt imaginandum, quod imaginaria viſione viderit ollam, plenã igne ardenti, ſed ebullientem, vnde in Hebræo: ollam ebullientem.

Ez.4.

Ez.10.

Subuerſio deſcripta ab Ezech.

in latere figuli deſcripta obſeſſio.

Cur olla ebulliens.

8 excidium vrbis in olla.

Præterea in hac olla non modo vrbis ſed & ciuium præuidetur excidium, ciuitas namque aliquando appellatur lebes, & caro, populi: vt legit ex Chaldæa Rab.S.& Rab.Da. [ipſa reputata eſt nobis, quaſi lebes, & nos reputati ſumus quaſi caro quæ coquitur in medio lebetis;] ideo per ollã ſuccenſam vtriuſq. calamitas habetur. ipſa vero hæc erat vaſtatio, q̃ deſcribit Ezec.& vrbem ollam appellat, ciues autem carnem. *Hæc dicit Dominus Deus: pone ollam: pone, inquam, congere fruſta eius in eam, fæmur, & armum, & electa ex oſſibus.* Et vt de Ieruſalem id loqui oſtenderet, ſubdidit *Hæc dicit Dominus Deus, veh ciuitati ſanguinum, ollæ, cuius rubigo in ea eſt:* Theodor. etiam hanc ollam, & carnes; vrbem, & ciues intelligit: *quam quidem*, inquit, *Hier. & diu. Ezech. lebetem appellat: & incolas eius, carnes* & Diu. Hier. ſuper illa verba Ezech. *Fugite de terra aquilonis, Aſſyrij*, inquit, *& Babylonici, qui Dei populum vaſtauerunt, habitant in terra aquilonis: Deniq. in Ier. olla, quæ iuxta Ezech. plena eſt carnibus, intelligitur vrbs. Ier.* & alibi idem probans hæc habet: *præſentem autem captiuitatem, quãdo Ezech. in Babylone, iſta cernebat, & Hier. in principio poſuit voluminis ſui: quid tu vides Ieremia?*

Ez.24.

quæ ſit olla plena carnibus.

Hæc

Digitized by Google

9 Hæc ex parte vrbis diximus:verum,ſi
Zon.lib 8 pard. vt plures vſurpant,ollam ſuccenſam,ex-
Cir. lib 9. ercitum Babyloniorum accipimus ; val-
Car.lib.3. de congrua erit litteræ expoſitio ; ab a-
Proc li 2. bel.Perſ. quilone olla deſcribitur ; inde enim,vt
Tet.in ap. cib. toties diximus,exercitus erat venturus;
mos autem fuit Aſſyriorum , ac Baby-
lonicorum , cum ad bella procederent,
ignem pro vexillo ante omnem exerci-
tum præferre , quo, profecto, explora-
Ioel c.2.3 tum eſſet , omnia bellicis incendiis de-
populanda eſſe,ac conſumenda:Ioel de
hoc igne mentionem fecit,cum deChal
dæorum aduentu prophetaret *ante fa-
ciem eius,ignis vorans, & exurens flam
ma,quaſi aſpectus equorum,aſpectus eo-
rum;ſicut ſonitus quadrigarum ſuper ca-
pita montium,exiliet , ſicut ſonitus flam-
mæ ignis deuorantis ſtipulam , uelut po-
pulus fortis præparatus ad prælium* ,
& hac etiam ſimilitudine vtitur ollæ,
quomodo hic Ieremias ; ſtatim e-
nim ait *: omnes uultus redigentur in ol-
lam,omnes*,inquit *, uultus:* intellige hy-
pocritarum , quos non timere iubetur
Ierem. *ne timeas à facie eorum* , & ſta-
tim ac ollam inferius oſtendit*: ne for-
Ezec. 47. mides* ſubdidit,*uultus eorum:* & alibi E-
zech.*fili hominis pone faciem tuam, con-
tra viam auſtri , & ſtilla ad Africum,
& propheta ad ſaltum agri meridiani,
dicens : ecce ego ſuccendam in te i-
gnem , & comburam in te omne li-
gnum viride , & non extinguetur
flamma ſuccenſionis , & comburetur in
ea omnis facies ab auſtro,uſque ad aqui-
lonem*:litteraliter ciues intelligimus: ig-
nis autem videtur,quia antecedebat ex-
ercitum,ignis in prunariolo , hoc etiam
dixiſſe videtur Iſaias *: quis ex vobis po-
terit habitare cum igne deuorante?*

10 quare igne puniuntur. Et merito incendium in olla ſuccen-
ſa monſtratur, vt quæ culpa deſtructio-
nem euocauerat,& quare incendio de-
ſtructa fuerit,innoteſceret.Populus igi-
tur nimium ventri deditus erat , atque
luxurijs,quorum etiam maiores ſediſſe
memorantur ad ebrietatem,& poſtea
ad luxuriam , & idololatriam ſurrexiſſe;
propterea incendio,cocorum principi
Nabuzardan exercitus præfecto , tradi-
tur;vt ille, qui res culinarias , & conui-
uia regis curaret , nimium ventri,& lu- 4.Reg.vlt.
xui indulgentes ,ſuis ipſum flammis cõ-
cremaret , cuius aduentus habetur in
libr.Regum : *menſe quinto,ſeptima die
menſis,venit Nabuzardan ſeruus Regis
Babylonis in Ieruſalem , & ſuccendit eã
igni* : Hoc Gregorius ſpiritualiter intel- Cur.par. 3.admon.
ligit,addens , quod nos ſupra late pro-
bauimus , luxuriam gulæ deditos ſe-
qui, *quia*,inquit,*gulæ deditos luxuria
ſequitur,Propheta teſtãte,qui dum aper-
ta narrat,occulta denuntiat,dicens:prin-
ceps cocorum deſtruxit muros Hieruſa-
lem : Princeps namque cocorum venter* dd.lect.ib.
*eſt , cui magna cura obſequium à cocis
impenditur,vt ipſe cibis impleatur,muri
autem Hieruſalem virtutes ſunt animæ
ad deſiderium ſupernæ pacis eleuatæ : co-
corum igitur princeps muros Hieruſa-
lem deijcit , quia dum venter ingluuie
extenditur , virtutes animæ , per luxu-
riam deſtruuntur, &c.*cuius deſtructio-
nis à tali rege cauſa inferius aperitur,
dum inquit:*libauerunt diis alienis,& a-* Genus flagelli ſequitur
dorauerunt opus &c. libare proprium genus culpæ.
eſt potatione, ac libaminibus ſacrifican-
tium:genus igitur flagelli, culpæ genus
ſequitur, vt à cocorum principe idolo-
atra fidei diſertores, ebrietati vacantes
punirentur ; cæt.in hac materia vide in-
fra,cum interpretabimur verſ. illum *ab
aquilone pandetur omne malum.*

Nec tantum gulæ mala ad idolola- 11
triam impellentia hic Indicantur , ſed
etiam ſuperbiæ ſcelus, ſuperbum nam-
que populum , nec minis emendatum,
nec terrore percuſſum , nec continuis
prophetarũ admonitionb. conuerſum,
ſuperbia inflatum, merito rex ſuperbiſ-
ſimus perdidit,ac pene deleuit;quamob
rem recte illud etiam addi poteſt,quod
loquutus de hac olla dixit Auguſtinus
ad fratres in eremo. recte vid.Nabuc.
accendiſſe hanc ollam , *ut peccator* in-
quit *iuſto iudicio à peccato ſuo excidat:*
ollam ſiquidem ſuperbiam interpreta-
tur. Porro Nabuc.omnium ſuperbiſſi-
mus fuit, qui ſimulacrum ſuiipſius po-
pu-

Digitized by Google

pulos compulerit adorare, de quo etiã dicitur, *quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris! & corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes! qui dicebas in corde tuo, in cœlum aſcendam &c.* hoc igitur Deo complacitum eſt, vt ſuo quiſque ſcelere deleatur. Ollam vero ſuccenſam à facie aquilonis Hier. aſſerit venturam. i. vrbis incendium, pro eo, quod ex fide Hieroſolymitæ defecerant, atque ob id pœnas daturos: & Gl. *olla, de qua Salomon ait, aquilo, durus eſt ventus:* nunc autem dexter vocatur ab his, qui eius frigore, fidei calorem perdiderant; & idem Hier. *ventus duriſſimus eſt, quia duriſſima habitatorum ſuorum corda facit, à quo ſuccenduntur mala, ad quem iuxta Zach. proph. egrediuntur equi nigri, ut in ſua regione conſiſtant.*

Iſa. 14. 12. — quiſque à ſuo ſcelere punitur. — Ec. 43. 22

12 Iſidorus, *ollam* legit *ebullientem*, hoc etiam modo vertit gloſſa, *ollam* ſcilicet, *propter calorem in bullas reſolutam.* Diuinæ clementiæ, hic etiam nota magnitudinem; ollam vides, ſed in bullas reſolutam. Deus enim ita punit, ut punitione emendationem expectet, & temperet iram; ut olla, quam putaremus, omnia incendio decoquere; in ſpumas inanes correctionis conuertatur: in hoc etiam, quod ſæpe ſæpius minitatus eſt vrbium, & incolarum excidium, ſe continere non poteſt, quin miſericordiam oſtendat. cum enim monſtraſſet Ezech. in hac ollæ figura Hieruſalem interitum; atque dixiſſet ciuium carnes inter lebetem decoquendas; ad terrorem, hoc prius dixiſſe viſus eſt; ſtatim namque ſubdidit: *pone ollam, pone vacuam ſuper prunas, ut incaleſcat, & liqueſiat æs eius, & auferatur in medio eius, inquinamentum eius, & conſumetur rubigo eius;* q. d. nolo mortem, ſed emundationem, & emendationem, nolo perdere, quos condidi, deſtruatur ciuitas, ſed corripiantur ciues. Atque ita poſt durum exilium, & diuinam ſeruitutem, iterum ad Ieruſalem reuocauit, vt dicitur in Iſa. *Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura, qua ante ſeruiſti, ſumes parabolam hanc contra regem Babylonis; quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum:* alibi etiam illud idem, quod ſupra dicebamus, inſinuatur, vt Eze. *accipe tibi ſartaginem, & accipies iniquitates domus Iſrael, & conſumes, & tabeſcent.* Quod ollam Ieremias, hic ſartaginem appellat, in qua peccata tantum conſumere iubetur. etſi enim homines calamitate tabeſcunt, adhuc tamen pœna infligitur, vt conſumpta, ac reſoluta inter calamitates culpa, vegetiores, ac puriores homines euadant; & in hunc ſenſum illud etiam eiuſdem Prophetæ intelligas: *ſed ego magnum faciam titionem, & multiplicabo ligna, & ſuccendam ignem, vt liqueſiat caro, & minuatur ius:* quibus teſtimoniis ſignificatur, quod animæ perfidorum, admoto igne tribulationis, tabeſcant, vt craſſitudinis quemdam carnalis humorem deponãt. Mittantur igitur in ſartaginem, vt defluat quædam peccati caro, quæ animæ, & mentis rigorem obduxerat, & veluti iure quodam perfuderat animam illecebris.

Miſericordia Dei etiam in olla. — Ez. 24. — Eze. 24 b — Iſa. 14. 3. — ex Hiere. Ez 4. — Idem in Ez. tribulatio craſſitudinem peccati extenuat.

Vſitatiſſimum eſt autem (ut ea, quæ ſparſim dixi colligam, ſenſumque litteræ clarius explicem) ignem pro bellorum ſignificato poni; quamobrem olla hæc infert, omnia igne depopulanda, belliſque conſumenda. hoc etiam vtitur Cicero loquendi modo, nempe *Italiã ardere bello*, & ab aruſpice ignis in huiuſmodi portentum acceptus eſt, teſte Virgilio, qui bellum excitatum à Lauinia, igne præmonſtrante, ita interpretatus eſt carmine. 13

Ignis bellum inducit, & famam.

Præterea caſtis adolet, dum altaria flammis.
Et iuxta genitorem adſtat Lauinia virgo: Virg. 7. Aen.
Viſa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum, flamma crepitante, cremari,
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam

In-

Digitized by Google

Inſignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanũ ſpargere tectis:
Id vero horrendum, ac viſu mirabile ferri.
Namque fore illuſtrem, fama, ſatiſque canebat
Ipſam, ſed populo magnum portendere bellum.

Illuſtrem præmonſtrabat Lauiniã, ſed bellum ingens portendebat, ignis: hinc illud Deut. *leuabo ad cælum manum meam, & dicam: viuo ego in æternum*, ſed quare *ſi acuero, vt fulgur gladium meum.* Hecuba quoque, vt ille ait, faces enixa eſt iugales, propterea ſtatim auſpices intulere, futurum bellum; nempe Troiam capiendam, concremandamq. facem quoque ignis violentiam oſtendentem, dolores partus, ait, ſignificare Pier. vel lucem illam, quam naſcentes adipiſcimur. Porro, ſi hoc ita ſe habet quid aliud fax illa, quam mater Dominici prægnans viſa eſt continere in ore catuli, niſi lucem, qua Dominicus gloriam ſuam latè ſpargeret, & incenderet, & dæmones ſanctitate terreret? & merito quidem fratribus ſuis Prædicatorum nomen indidit, qui tanquam fax orbi præluxit; ait enim ſcriptura de Elia: *ſurrexit Elias Propheta, quaſi ignis, & verbum ipſius, quaſi facula ardebat: quaſi ignis Dom.* quia toti bellum ipſe, tartaro indixit; *Et verbum ipſius quaſi facula:* vt verbo prædicationis, & arcana peccati pandere videretur, & à vitijs, in tenebris iacentes, noua lux excitaret, & incendia, quib. mentita hæreticorum dogmata, quib. obſcura vitiorum machinamenta, quibuſque moles virium aduerſarum concremenda eſſet, oſtenderet: igne combuſſit errores; face, reduxit errantes. Quod non ipſe hoc ſolum præſtitit, ſed per ſui ordinis etiam poſteros, in dies egregiè, & magna cum laude fieri compertum eſt.

Deut. 32. 50.

Pier. de face lib 4.

Fax Dominici quid oſtendat.

Olla ſuccenſa pro regione infernali.

OLla ſuccenſa in ſecunda viſione Prophetæ monſtratur, vt eos denotet igne gehennæ cõburendos, quos flagellum virgæ non emendauit, veraq. ſit illata ſententia Ambroſij, *qui virga non corripitur, mittitur in ollam vt ardeat.* Quod vero æterna pœna hæc, poſſit in præſenti olla intelligi, præterquam, quod plerique patres id autumant, vti Rupert. Hier. Gregor. Hilarius, Ambroſius, Auguſtin. (quos etiam nos, data occaſione, vel ſupra citauimus, vel infra ſubiiciemus) ipſamet viſio attentè conſiderata veriſſimam regionis infernalis ſpeciem præbet, quod in hac expoſitione vtcumque præſtabimus, in ollæ incendijs, æterna damnatorum mala diſquirentes. 14

Olla hæc verã ſpeciẽ habet gehennæ.

15 Olla primo dicitur ſuccẽſa, nec humano nutrimento ſuccenditur: *ollam ſuccenſam ego video.* Porro nec ligna, nec aliquid aliud, quod calorem foueat, cernit Propheta; & hoc ignem illum obiicit, qui nec ſtudio humano ſeruatur, nec lignis nutritur, ſed datus & accenſus ſemel, durat inextinguibilis. Vnde S. Th. quærens vtrum ignis inferni eiuſdem ſit ſpeciei cum igne noſtro tandem hæc habet: *quod autem ignis inferni, quantum ad hoc habet, de natura ignis, ſit eiuſdem ſpeciei, cum igne, qui apud nos eſt, manifeſtum eſt: vtrum autem ille ignis ſit in propria materia exiſtens, aut in aliena, in qua materia ſit nobis ignotum eſt, & ſecundum hoc poteſt ab igne, qui apud nos eſt in ſpecie differre, materialiter conſideratus, quoſdam tantum proprietates differentes habet ab igne iſto, vt quod ſucceſſione non indigeat, & nec lignis nutriatur.* Igitur

3. p. q. 77 art. 6.

Ignis inf. non nutritur lignis.

Digitized by Google

infernalis ignis eſt in olla, quem gelu aquilonis frigidiſſimi,non extinguit, ex defectu pabuli flamma non deficit; ignis ergo eſt illius inferni, qui lignis non indiget, quibus nutriatur:non per violentiam in aliena materia introductus, ſed per naturam à principio intrinſeco.]

Et ſane nulla nutrimenta ignem ſuccendunt in inferno, vbi peccata ipſa nunquam dimittenda, pœnam nutriunt, & ignem excitant; & ſicuti olla non feruet, niſi ſuppoſitis in igne lignis;ita lignis,ideſt,peccatis, quæ ligna dicuntur:*lignum*,inquit, *aridum in ere-*
Eccl.6.3 *mo:* accenditur olla gehennæ: peccatum nutrit infernale incendium.
Quapropter, dum vidit Propheta ol-
peccata lam igne ſuccenſam, ſubdit ſtatim: *ab*
ſunt pabu. *aquilone pandetur omne malum &c. & loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum:* quaſi ſit ſenſus; ne putes mirum eſſe, quod olla ignem ſine pabulo ſeruet; id .n. peccata ſunt, & populi malitia ſcilicet idololatria.

16 Ramnum ferunt, talis eſſe naturæ, vt ignem aliquando emittat: ita Ioſeph, & alij; quod etiam locus ille
Lib.5.ant. c.9 Iudicum confirmat: *egrediatur ignis*
Iud.9.15 *de ramno:* eundemque ibi obſeruat Abulenſis, & Lyranus, à vento agitatum, flammas dare; arbuſcula vero hæc nō incongrue pro peccatis accipi poteſt, iuxta illud Pſalmi: *Priusquam*
Pſ.57.1. *cognoſcerent ſpinæ veſtræ ramnum. &c.* cuius loci diuerſæ ſunt expoſitiones, (vt ex ijs, quod intendimus habeatur) ramnus,inquit Gloſſa, herba eſt, prius mollis, ſed deinde in ſpinas vertitur; ſic peccatum delectat prius, deinde pungit. Lyranus quoque de paruulis filijs iniquorum interpretatur, calamitate abſumendis; priuſquam male agant, ſicut adulti, & adducit Hier.translationem; legit enim: *antequam creſcant ſpinæ veſtræ in retamoum &c.* Chald. *priuſquam impij teneri dureſcant ſicuti ſpinæ, dum adhuc ſunt,ſicut herba, tempeſtate, & turbine deſtrues eos:* verum ea,quæ ad hunc ſenſum pertinent, vlterius in ſecundo capite.Cū de morte Hieron.de ſeueritate,& indulgentia interpretatur; ramnus enim, & flores habet ſuaues,& ſpinas præacutas. Et quidem iuxta hanc ſententiam adderem; conditionem peccati recte explicatam in ramno. Seueritas & indul. in ramno.
Prius habet flores ramnus, & flores videtur habere peccatum, ſpeciem boni, delectationem, eaque omnia, quibus allicit culpa; deinde ſpinas habet ramnus præacutas; & ſpinas habet noxas,ſtimulante conſcientia,memoria facti; ille enim, antequam remitteret Dominus impietatem peccati ſui, con- Pſ.31.
uertebatur in ærumna, fixus ſpina peccati. Tertio, diximus, ignem emittit, ſiquidem infernalem ignem parit; vnde Iudas hæc omnia expertus, exem- Iudas tres cōdōnes habuit peccati.
plo eſſe poteſt: flores habuit primo, mercedem iniquitatis, delectationem ſubminiſtrāte auaritia, ſed cito euanuit, & ramnus obdurauit in ſpinam; pœnituit.n.facti,&aculeo conſcientiam pungente in deſperationem, & ruinam,nō in ſalutem dolorē vertit:*peccaui*,inquit, Matt.27.4
*tradens ſanguinem iuſtum:*at deinde laqueo ſuſpenſus crepuit medius,& abijt in locum ſuum, in ignem ſcil.æternum, atq.in ipſo,& flores, & ſpinas habes,& ignem. ,ita quoq.hoc manifeſtius inuenitur in Antiocho,& 1.fuere in ipſo flores ambitionis,inſolētia de victoria,bellicus honor, & Iudaica Gaza vi acquiſita:atq.ēt delectationes eæ, quæ turpem hominē comitantur;vnde ſcriptura hoc ſignat cap.9. Mach. fuere deinde ſpinæ 2 Mac.9.8
doloris, & pœnitentiæ; vnde ſtatuit,ſi conualeret, Iudæum ſe futurum,ſancta vaſa multiplicaturum &c. ignem quoque prius videbatur emittere: *ſuper hoc autem ſuperbia repletus:* inquit ſcriptura: *ignem ſpirans animo in Iudæos &c-* Sed ad ea, quæ dicere propoſuimus, aliam verſionem affert in hoc Pſalmo Genebrardus: *priuſquam intelligerent ollæ veſtræ ramnum,* Pſ.54.16.
perdes eos, inquit, ante ætatem tuam maturam, vt ſicut carnes extrahe-

herentur ex ollis, quaſi viuos eos, adhuc viuentes, & valentes, & vt inquiunt crudos. vnde illud, *deſcendant in infer-*
Pſ. 54. 16. *num viuentes*: ollæ igitur ramni ignem ſentiunt. i. peccati ſuccenſionem, quod peccatum ex ſe ignem profert, ſicut rãnus, ollam ſuccendit. i. damnatum. Itaque iniquitates æternis ignibus nutrimenta præbent, & ex ramno peccatorum, ignis egreditur. Equum vero eſt, vt ſuis quiſque arguatur, & crucietur operibus, & funibus peccatorum obligetur, quæue contra Deum machinatus eſt, experiatur in interitum.

71 Crudelis fuit Aenei tauri inuentor, vt ſcribit Valerius, quo incluſi longo, & abdito cruciatu, ſonos ferinos, ęre mugiente, edere cogebantur, ne eiulatus eorum ad humanę ſonum vocis expreſſus, tyranni miſericordiam implorare potuiſſet; ſed teterrimum inuentum author ipſe expertus eſt: vnde Ouidius

Ou. de ar. amand.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix, imbuit author opus.

damnati incluſi in tauro. Hanc cenſuit Perillus poenarum maximam, vt candenti reus incluſus boue, æneo ſepulchro incenderetur; itaque ipſe ſua peremptus arte, atque conſilio eſt. Hæc quidem apud inferos inuenitur; quandoquidem illa damnatos poena opprimit, quam ſceleri-
Sap. 2. 17. bus excogitauerũt, ſicut ſapientia: *per quæ peccat quis, per hæc & torquetur:* de ijs in concauo poenarum gremio incluſis, vt vani gemitus reddantur, & eiulatus inquit ſcriptura: *dicentes intra*
Sap. 5. 2. *ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes*: nota tauri flagellum: *intra ſe*, dicit; vt in gremio tauri infernalis damnatum conſideremus, intrà ſe loqui: *pœnitentiam agentes*: non quod eos vere poeniteat; dupliciter namque contingit, vt ait ſan-
3. parte ctus Thomas: poenitere de aliquo; vno modo per ſe, alio modo per accidens; per ſe quidem de peccato poenitet illum, qui peccatum, in eo, quod eſt peccatum, abominatur; per accidens vero, qui illud odit, ratione alicuius adiuncti, vtpote poenæ alicuius. Mali ergo non poenitebunt, per ſe loquendo, de peccatis; quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet; poenitebunt per accidens, afflicti de poena, quam pro peccato ſuſtinent, & hoc modo dicitur poenitentiam agentes. ſequitur: *& præ anguſtia ſpiritus gementes:* Iob. 18. 15. hæc anguſtia, & gemitus incluſorum in tauro nihil prodeſt eis, de quibus dicitur: *auxilium eorum veteraſcet in inferno:* non eſt, qui exaudiat. Legimus autem in Euangelio, diuitem quemdam in hoc boue igneo incluſum, nullo modo ſuperum potuiſſe commiſerationem obtinere; *mortuus eſt* (inquit) *Diues, & ſepultus eſt in* Lu. 14. 16. *inferno &c. crucior in hac flamma:* ecce tormentum ænei tauri, id eſt, infernus, in quo ſepultus, atque incluſus eſt: *& ipſe clamans dixit, pater Abraham, mitte Lazarum &c.* ecce eiulatus, clamorem, & preces: *& in his omibus inter vos, & nos magnum chaos firmatum eſt: vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, atq. inde loco tranſmeare*: clamat, & minime exauditur, quia chaos magnum acceſſum omnem, & vim vocis excludit; deinde, *recordare, quia recepiſti bona in vita tua: Lazarus ſimiliter mala*. ex quo, quid aliud intelligendum eſt, niſi quod ſupra propoſuimus proprijs ſcelerum flammis damnatum concremari? bona tua, quæ recepiſti, quibus in vita male vtebaris, hanc tibi pepererunt damnationem; Et nota, quod diues petit guttam aquæ; Abraham vero reſpondit, fili mi, recordare, quod recepiſti bona in vita tua; quaſi diceret; tu tibi ignem, quem petis extingui, ſuccendiſti bonis tuis: ramnus peccatorum tuorum, ignem tibi accendit; cur ergo quereris, & petis extingui? *recordare* igitur.

poe in ſe la-maato. ũ qualis.

Vides hic ollam ſuccenſam, epulonem addictum æternis flammis, & quid aliud

Digitized by Google

indicat olla ſuccenſa, quæ faciem habebat ad frigidiſsimas aquilonis plagas, niſi diuitem iſtum cibis repletum, calentem mero, adhuc tamen inter ſpectacula mendici Lazari offerentis, famem, inopiam, laceratas veſtes, plagas, & totas pauperiei& infirmitatis calamitates, quę excitata commiſeratione poterant flammas quaſcunque ęxtinguere, magis accenſum ad iras canes excitantem, & clamantem illinc auelli? Vel etiam, ſi quod ſæpe dictum, cum Gregorio aquilonē intelligis diabolum, raro vides hominem perditè nimis ventri indulgentem, nimiumque cibis repletum, laſciuia vſtum, faciem non ad aquilonem habere intentam; in aliquem intendere dicimus, illum, qui iuſſus expectat, & obſeruat, quid imperatum ſit, vt Pſalm. *ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ:* habere ergo, hominem, qui ſicut olla eſt, epulo, ebrius: faciem à facie aquilonis; eſt præcepta expectare diabolica, & quidquid libet, abſoluere; mutuus faciérum aſpectus, mutuam quoque viciſsitudinem indicat voluntatis. Erat olla Herodes; vt etiam ſuo loco, & faciem habuit intentam aquiloni, quodque iuſsit ille, in perſona Herodiadis, & accepit, & exoluit.

Epulo inter ollam ſuccenſ.

Pſ.121.

18 Sed iterum ad id, quod diſpoſitum eſt: in threnis Ieremias hoc videtur indicare: *aperuiſti*, inquit, *in furore*, quod ad damnatum occluſum inferno, quaſi in tauro ſpectare poteſt: *occidiſti, nec pepercisti:* hæc omnia dolores, & tormenta ſunt, quibus torquetur, quid ſequitur? *oppoſuiſti nubem, ne tranſeat oratio:* magnum chaos firmatum eſt inter me, & te, adſunt impedimenta, orationem retrahentia; ſi orationem clamores epulonis appellas.

Tren.3.43 excluſa orat. dãni.

19 Ab hoc ſe dixit ille liberatum, his verbis: *liberaſti me de manu quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circumdederunt me, & à preſſura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus; de altitudine ventris inferi:* nil æque taurinum tormentum explicat, vt & ignis, & incluſio, & preſſura, & venter inferi inueniantur; addit quoque tyrannum, & per ſequutores adſtantes, non adiuuantes, ſed potius irridentes: *circumdederunt me vndique, & non erat, qui adiuuaret.*

Eccl.51.6

Irridetur damnatus

20 Ieremias videtur tormentum quoque damnatorum huiuſmodi explicare, his verbis, *vitula elegans, atque formoſa Aegyptus:* videtur foris vitulus, bos, formoſus, ſed deinde: *vox eius, quaſi eris ſonabit:* quare vox ſonabit quaſi æris? numquid vel Aegyptus, vel bos æreas voces edit? quomodo æreas? ecce tormentum bouis ærei: vox incluſas ære percuſſo? ſonitus ęreos, raucos, mugitus edit: non eſt vox Aegypti amplius illic, quia vox non exauditur, vox damnati eſt, cuius clamores nihili ſunt, & ſpernuntur; *vox eius quaſi æris ſonabit &c.* tandem, *confuſa eſt filia Aegypti, & tradita in manus populi aquilonis:* quid eſt populus aquilonis; niſi ex omnium ſententia, populus infernalis? In hac vita exaudit Dominus in tormentis, & pati, & affligi modus eſt, quo diuinam miſericordiam ad nos flectimus; at in alia quid poteſt tribulatio; ſeu implorare opem à Deo, quid prodeſſe poterit? *in tenebroſis collocauit me:* Ieremias ait, verba referens damnatorum: *quaſi mortuos ſempiternos, circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum:* ſed quæſo valent preces apud Deum? ſequitur: *ſed & cum clamauero, & rogauero, excluſit orationem:* inutilis gemitus, & pœnitentia eſt, quæ regem nunquam mouent, & quod ſpes omnis mortua eſſet oſtenderet, ſequitur: *concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit:* nullus eſt regreſſus, vbi ſemita, per quam quis inceſsit, contrita, diruta, ac ſubuerſa eſt; ergo dempta via, ſempiterna, ibi commoratio, ꝙ vt cognoſcas, addidit: *lapidibus quadris*; ſtabilitatem enim diuinæ ſententiæ quadratura ſignificat, ait gloſſa, quia, quandocunque in inferna conijciuntur damnati, nunquam quadros diuinæ ſententiæ lapides amouere poſ-

Ier.45.20.

Nil prodeſt tribulatio in inferno.

T.ca.3.19

ſunt

ſunt': ſed clarius Iob tormentum bouis explicat:*luet, quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur: iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum; ſic & ſuſtinebit*:luet, quæ fecit in opere, quod inuenit, luet. Inexorabiles ſuperos, & nihili facientes deſideria damnatorum, & voces, alia ſimilitudine, demonſtremus; in inferno enim poſitos non exaudit Deus, nec ad miſericordiam aliquando adigitur, ſæpe vox alicuius clamore multorum occluditur; vnde in diſtinctione vocum, quid ferat, non aduertitur; ſi repetat proinde dicta, & eleuet vocem, non tamen ex eo faciet, vt audiatur; cónfuſio enim clamorum, ſenſum, ſonitumque vocis huius occupat, & dirimit. Hoc quidem in inferno eſt, & gemitus damnatorum, quo minus à Deo exaudiantur, multitudine clamorum, & vocum, & gemituum percipi non poſſunt, nec aduerti, (quod totum habe iuxta noſtrum modum intelligendi) neque enim per vocis manifeſtationem exaudit Deus, nec indiget externa verborum prolatione. Igitur non damnatorum voces ſunt, lamenta miſcentium, blaſphemantium, ac vociferantium, ſed monſtrorum etiam ululantium, & ſtrepentium, ſeu ſibilantium. Probat hoc Iſaias, his verbis loquens de inferno: *& erit* (inquit) *cubile draconum, & paſcua Struthionum, & occurrent dæmonia, onocentaurus, & piloſus, & clamabunt, alter ad alterum: ibi cubauit lamia & cæt.* quæ vſque ad finem capitis perducit. Hæc igitur animalia omnia, & damnati reliqui clamant alter ad alterum. Quid ergo mirum, ſi ſono tantum indiſtincto, damnatorum querelæ percipiantur? quamobrem nũquam ab incendijs abſoluuntur. In ſcriptura quoque, vt alibi ſatis dictum eſt, ars dæmonis oſtenditur, qui præcepit, vt ad ſonitum tympani, & cytharæ, & muſicæ, filios, & filias patres immolarẽt, ne vnquam natorum fletibus ad miſericordiam flecterentur, & à ſacrificijs abſtinerent. Permiſtus ergo ſonus fletui ſenſum omnem è medio tollebat, qui paternæ pietatis viſcera torqueret, vallis autem, in qua immolabatur hoc modo dæmoniis, vallis erat Tophet. Porro nec beſtijs infernalibus clamantibus, audiri poſſunt, voces damnatorum, nec ſuperum vnquam pietas apparebit pro eis. Hoc etiam, vt Interlinearis, & Lyranus; de inferno dictum eſt, ſecundum id, quod explicauimus; Iſaias enim hæc habet: *à voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus, & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis, & cytharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos; præparata eſt enim ab heri Tophet à rege præparata, & dilatata, nutrimenta eius, ignis, & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris, ſuccendens eam.* Tophet dicit præparatam, vt ſimili tormẽtorum genere damnatos puniat. i. ad ſonitum, clamorum, bellorum, & tympanorum infernalium clamabunt; dum enecabuntur, & punientur, & diſcerpentur, ſed ſtrepitus ille infernalis excludet vocem.

Iob 10.18
Luet pœnas in adinuentione ſua.
voces audiri non põnt dam. & quære.
Is. 34.14.
non exauditur vox damn. & quære.
Iſ. 30 31

21 Non erit abs re, vt deinde ad propoſitam materiam reuertamur, damnatorum pœnam tormento ſimili, illi, quod adduximus de tauro explicare, quo qualitas pœnarum, atque æternitas poſſit innoteſcere. Itaque Minoium labyrinthum ita ferunt aditibus incogitabilibus implexum, vt nulla ingreſſis daretur, copia reuertendi; aditus enim, & portæ, errorem potius, non iter oſtendebant erranti: hic minotaurus clauſus erat, vt fabulantur poetæ, immanis beſtia, quæ carnibus humanis veſcebatur, vt ille dixit:

Strepitus infernalis.

> *Theſeus Aegides procul ad Minoia regna*
> *Miſſus, vt informi fieret cœna impia tauro.*

Mart.

Minos interim coegit Athenienſes, qui Androgeum, filium ſuum interfecerant, vt quot annis 7. filios, & totidem filias in Cretam mitterent ad alendũ monſtrũ. Tertio autem anno à Theſeo fuit Minotaurus occiſus, qui ab Ariadne accepto fili glomere fuga tandem euaſit. His prænotatis, infernalis regio labyrin-

Damnati io labyr.

Digitized by Google

rinthus cenſenda eſt, quem non Minotaurus,ſed Leó fortiſſimus beſtiarum, dæmon,cuſtodit; infernus autem dicitur labyrinthus,quia omnis egreſſus nouo præcluditur errore; *Non* enim *eſt* Sap.21.
agnitus qui reuerſus ſit ab inferis: Et nouis pœnarum nexibus implicatur: in hoc labyrintho incluſus damnatus filũ nullum inueniet, vt poſſit egredi,vti in Purgatorio,ſed præciditur à Deo. ecce hæc omnia deſcripta à Ieremia in perſona damnati *Circumædificauit aduerſum me,vt non egrediar: concluſit vias meas lapidibus quadris,ſemitam meam ſubuertit: vrſus inſidians factus eſt mihi, Leo, in abſconditis: ſemitas meas ſubuertit, & confregit me*. Et vt tandem oſtenderet nulla ſpe fili poſſe euadere,ſubdidit *Dixi perijt finis meus,& ſpes mea à Domino:* Subuertere ſemitã,& circum ædificare aduerſum damnatum, quid aliud eſt,niſi labyrinthi damna oſtendere? Fallaces in hoc aditus monſtrat,qui magis ad penetralia demum conijciant incluſum,quam ad libertatem.denique Vrſum,& Leonem monſtra, pro Tauro ibi poſuit, vt filum ſpei præciſum. Iob quoquè alibi *qui immutat cor principũ populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium,palpabunt quaſi in tenebris,& non in lucem* Vat.*adimitq; cor primatibus populi terræ, eoſque facit errare per ſolitudinem inuiam,vt palpent in tenebris, & luce careant* errant in inferno damnati, tanquam in ſolitudine; quia ſicuti peregrinus ſi in diſcrimen incurrit adiuuantem non habet in ſolitudine; ita in inferno, etſi innumeri ſint ſocij pœnæ, nemo tamen,proprio cruciatu preſſus, alterius dolorem, vel lenit, vel lenire poteſt:adimitur autẽ cor damnatis,quia in eo pœnitentia deſcribitur,& contritio,*tactus dolore cordis intrinſecus*, & *cor mundũ crea in me Deus* at cum contritio nulla vera, nulla poenitentia (vt ſupra diximus) eſſe poſſit in inferno,excordati dicuntur: *adimitque cor principibus*. Alibi quoque Iob iſtud expreſſit hoc modo *ſemitam meam circumſepſit,& tranſire non poſſum, & in*

Filũ ſpei adeſt in Purgat.

Gen.3.

Iob.12.25

Nemo feret auxilium damnato.

Gen. 6. 6.
Pſ.50. 12.

calle meo ſemitas poſuit circũſepſit vias aditus implicuit, efformauit labirynthũ, & quod magis eſt ſemitas tenebris cinxit: *Deſtruxit me vndique & pereo* in perſona damnatorũ hęc dicta ſunt:quid eſt *deſtruxit me vndiq;& pereo*? in hac vita non vndique deſtruit Dominus aliquem;ſi deſtruit pulchritudinem, non ſalutem; ſi ſalutem,non ſubſtantias; ſi vero ſubſtantias ſaluum relinquit animũ, & confidentem; Iob videbatur vndique deſtructus,demptis filijs,opibus,amicis in odium conuerſa vxore; at vere non vndique,ait enim deſtructori Dominus *ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt, tantum in eum ne extendas manũ tuam*,& cum deinde addidiſſet Sathan oportere, ſi vellet de conſtantia illius periculum facere, manus in illum inijci; annuit Dominus:ſed ne vndique deſtrueretur hæc dixit, *ecce in manu tua eſt,verum tamen animam illius ſerua* deſtrue facultatem, ſalutem, filios &c. animam tamen illius ſerua: At in inferno deſtruxit me vndique,ſalus,ſpes, incolumitas,auxilium, præciſa deſtructa omnia: ſequitur quaſi *euulſæ arbori abſtulit ſpem meam* arbor ſi purgatur, ſi præciditur non areſcit, licet aliquando ex parte, at ſi conuulſa fuerit nullis niſi flammæ vſibus prodeſt: præciſæ igitur arboris ſimilitudine ſpem emortuam damnatorum explicat.

Iob 11.20

Iob.1.12.

Iob.2.5.

Vndiq; deſtructus damnatus

23
Supra optime explicauit, differẽtiam præſentium calamitatum,& æternorum *Deuoret*,inquit,*pulchritudinem cutis illius; conſumat brachia illius primogenita mors: auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi Rex interitus*.binæ hic mortes deſcribũtur, prima dicitur primogenita, ſecunda interitus: primogenita,illa eſt,quæ vitam temporalem abſcindit in mundo, interitus vero, vt habet hic Hier. Diabolus eſt.At quod diſcrimẽ eſt inter primam, & ſecundam mortem? Prima tantum deuorat pulchritudinem, & bracchia conſumit,ornamenta vitæ, & operationem,at deinde: *Calcat ſuper eum quaſi rex interitus* nõ habet poteſtatẽ mors, niſi

Iob.18.13.

Quid ſit mors primogenita & interitus.

Orig.Pſ. 38.hom.3.

Digitized by Google

niſi ſuper pulchritudinē & bracchia; attamen Diabolus hic Rex eſt,poteſt omnia,calcat ſuper eum, quod omnimodæ
Deut.33. 19. poteſtatis eſt,vt ibi *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*,& alibi
verſ 29. *negabunt te inimici tui,& tu eorum colla calcabis*.indignationem quoque Do-
Mich.7 3. mini deſcribit Micheas hoc pacto*: quia ecce Dominus egredietur de loco ſuo , & deſcēdet,& calcabit ſuper excelſa terræ* , ſequitur*, & conſumentur montes ſubtus eum,& valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis,ſicut aqua quæ decurrūt in præceps*: Rurſus qui valeat nō aduertit oculum ne lædat, os, pectus &c. ſed cunta premit æquo pede . Mors in hac vita , etſi corpus in puluerem redigit,non tamen omnia conſumit , at in alia , interitus , Diabolus , non aduertit quid premat , omnia indifferenter calcat .

23 Vtraque poena in vtraq; viſione ſer. In his autem binis Ieremiæ viſionibus habemus vtramqua poenam, & tēporariam,& æternam; primam in virga; ſecundam in olla ſuccenſa. Atque adeo diſtat ſecunda à prima, vt ignis tormentum à percuſſione virgæ; Hoc ſuo loco cum de tribulatione ſupra fusè explicatum.verum nota Deum oſtendiſſe hic qnod frequenter obſeruamus fieri in curia ſeculari,cum clericus reus puniendus eſt*:* huius ſuperior Eccleſiaſticus cauſſam diſquirit,diſquiſitam iudicat,ſi leuia ſunt quæ commiſit , poena quoq; leuis. At verò ſi dignus morte inuenitur,ſententiam ipſe profert mortis,exequutionem vero committit iudici ſeculari,quē acceptum ſecularis vltimo ſupplicio perimit . Ita cum leuis error eſt, cum minus grauia peccator committit,manu Dei affligitur, & ideo virgam legis in manu Dei, *virgam vigilantem ego video,*& addunt ij quod ſæpe diximus,*in manu Dei paratam ad percutiendum*. vlciſcitur ipſe de minoribus noxis ; verum cum grauia pecccata conſtant , cum cognita cauſſa,inuenitur peccator in grauia, & maiora prolapſus ſententiam proferat eccleſiaſticus iudex, cōdemnet Deus,ſed tradat tortoribus , vt damnatum à Deo,torqueant: ideo legis ollam non penes Deum(vt virga) extitiſſe,*ſed ab aquilone pādetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ* . Ratio eſt,quia grauiter peccauerunt*: qui dereliquerunt me , & libauerunt dijs alienis,& adorauerunt opera manuum ſuarum* : ne credas ipſos ſub manu mea eſſe, ſed ſub aquilone : ipſi .n. commiſſi ſunt Diabolo , vt continuo vrente ollæ infernalis flamma crementur

Committur Diaboli poena damni.

S.Th. hic

Ier.1.

Quæ vero conuenientia in poenis infernalibus cum olla,manifeſtum erit ex ſequentibus : Olla feruens, atq; ebulliens vt erat huiuſmodi , ſicuti Pagninus,Vatab.& Iſidorus,vndas agit in girum,& quas habet in fundo , iterum in os remittit; ſicque continuo rotatu aquas cōuoluit . Ita damnati cum videntur eſſe in fundo malorum , cum in extremitate poenarnm , cum in fine tempore , ſtatim recrudeſcente poena , in os reuertuntur inferni , ideſt in principium tormentorum ; denuo ad initia dolorum , ac ſi tunc inciperent conuoluuntur ; videntur quaſi in extremam partem calamitatum aduenisſe , ſed vnda ſtatim ad ollæ os redit , malum , malum aduocat , finis initium , & tempus , æternitatem. ita Iob . *Ferueſcere faciet quaſi ollam profundum mare*. infernum mare appellat propter abundantiam poenarum. Vatabl. *ac profundum eruit , vt bulliat ſicut lebes ipſumque mare commiſcet , velut mortarium*. lebes cum bullit , bullas in ſummitate oſtendit , ait ergo : Eruit profundum lebetis inferni vſque ad ſummitatem , quod erat in profundo in extremo iterum reducit , vt incipiat . mille anni tranſeunt ? videatur in fundo poena diutina , at iterum redeunt cruciatus . elapſis ſeculis completi apparent ? at ſeculum incipit denuo . *Et ponet quaſi cum vnguenta bulliunt*. vnguenta ex ſuccis radicium , & herbarum liquore fiunt, commiſcentur autem ſimul , & decoquuntur in aheno,ſeu in olla;oſtendit etiam hic acerbitatem poena-

Incipiunt tormenta cum vidētur in fine.

Iob 41 22.

Poena dāni veluti vnguentū.

Digitized by Google

narum infernalium; vna pœna ex omnibus conſtat, nec qualecunque tormẽtum eſt, ſed medulla (vt ita loquar) tormenti, eſſentia, & intimus ſuccus; hæc vnguenta in hac olla bulliunt: plures pœnæ in vnum redactæ inueniuntur. ibi in Pſalm. *ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum*: omnes pœ-
Pſ.x.6. næ ſunt pars calicis [quinta eſſenza di varie pene]: 70. vertunt: *reputauit mare quaſi ſpongeam*: ſpongea ita aquas ebibit, vt nihil hauſiſſe, atque exuxiſſe videatur, aquæ non videntur in ſpongea, tantum ipſa grauis cernitur liquoribus; ſed eo modo, quo eas bibit, & ſorbet, eo prorſus modo reddit vndas; reddit preſſa, & deinde ipſa ſitiens, aridaque remanet. Ita dæmon mare hoc infernale pœnarum ponit quaſi ſpongeam, attrahere videtur omnia tormẽta, & explicitis vndis tormentorum, nihil vltra ſupereſſe; ſed iterum ſpongea premitur. i. damna,
pœnæ quaſi ſpongea. & tormenta redeunt, & eadem, quæ per longa ſæcula illum afflixerant, & operuerant, illa redeunt: *reputabit ergo mare quaſi ſpongeam:* cum viderit iterũ latentes pœnas defluere: iterum ſæuire dæmonia, furere monſtra; repeti plagas; vana emori deſideria; ignes vorare, rigere niues, & tumentes in olla æternitatis, pœnarum vndas ebullire. nemo autem putet, purum ignis incendium torquere damnatos, fluctibus maris obrui; ſed tormentorum varia genera miſcentur: vnde *commiſcet ſicut*
Eſſentia & ſuccus pœnarum. *mortarium*: ollæ ebullitiones, & vnguẽta mortarij. i. ignis adeſt, & quemadmodum (vt ſupra dictũ) in mortario pharmacopolæo plures ingredientes commiſceantur, ita pœnæ variæ ac diuerſæ, &c.

24 Sed conſidero, quid ſit, quod maris meminit, & iuxta hoc æternitatem cruciatuum alia ſimilitudine explico. Mari quoque S. Hier. gehennæ ſempiterna tormenta æquiparat, fluctus etenim maris ex alto, longa cicumuolutione reijciuntur ad littora, cumque oporteret quieſcere tacto fine, iterum refluxu redeuntes agitantur, & immenſa ſpatia perſoluentes, denuo redeunt ad oram, ventorum ſpiritibus, acti. Hoc tantum eis requies, quod nunquam curſum abſoluunt. Ita in damnatis noueris hoc, cum, verbi gratia, pœna videtur vſque ad extremum producta, iterum recurrit; deſiderat ille mortem, & cum mortẽ ſubit, & explicita iam pœna videtur, & fluctus iuſtitiæ, littus tetigiſſe, viuit adhuc, recurrit ad vitam, vt iterum moriatur; tactò annorum fine (ſi dici poteſt in æternitate) regreditur vnda tormentorum, & venit ad littus per medios cruciatus, ſed iterum, quando nullo tempore, æternitas expleri poteſt, tempus in pœnis incipit, pertranſire; *impij*, inquit Iſaias: *quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundat fluctus eius in conculcationẽ, & lutum*: & ſicuti nun- Iſ.57.10
q̃ culpa, quæ turbat, ſic neq. hoc mare quieſcet. Cain, & Iudas, & multitudo damn. licet inter anguſtias infernales ad finẽ ſæculorum pertrahuntur, & littus i. mundi finem, quãdo ſoluetur ſæculum per ignem, tangent, attamen regreſſu continuo, flante ſcelerum ſpiritu in immenſum oceanum tormentorum, reſilit vnda, vt viuentes iterum moriantur; ſpes omnis amittitur finis, & amputatur (vt dicebam) nec ſalus vnquam redit, quæ amiſſa eſt; fruſtra ſemper cupiunt, quæ nunquam obtinebunt: egregie dixit Iob ſub hac ſpei in ligno, & maris ſimilitudine loquẽs de damnatis: *lignum*, ait, hẽt *ſpem, ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant, ſi* Iob.14.7.
ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus eius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cum primum plantatum eſt: homo vero cum mortuus fuerit, & conſumptus, atque nudatus, vbi quæſo eſt? deſcribit hic illos, qui in purgatorio ſunt, qui, etſi pœnarum falce præciduntur, & licet in regione illa pœnali, diutino tempore, videantur conſenuiſſe, attamen ita reuiuiſcunt tranſlati ad gloriam: *homo vero* mortuus per culpam: *vbi quæſo eſt?* quaſi diceret illi erant tantum præciſi, hi conſumpti: ſequitur *quomodo ſi recedant*

Digitized by Google

dant aquæ de mari, & fluuius areſactus areſcet; quaſi diceret: lignum habet ſpē, licet præcidatur, at ſpes omnis damnatorum mortuorum, qui nudati ſunt gratia Dei, & conſumpti à ſupplicijs, omnino vana, atque arida eſt; & ſtatim ad metaphoram: ita ſpes eſt, quemadmodum ſpes vndarum reuertentium, quæ adepto littore quieſcere putant, ſed iterum reuertuntur, ſiue *quomodo, ſi recedant aquæ de mari*, & iterum ad mare reuertuntur, & areſactus fluuius iterum aquis impletur. Gregorius in hunc ſenſum hæc habet: *horrendo modo fit miſeris, mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſino defectu; quia, & mors ſemper viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit: mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, ſed nullatenus pauorem fugat; flamma comburit, ſed nequaquam tenebras excutit.* Pulchre autem alludens Gregorius ad propoſitam ſimilitudinem fluctuum dicit: *infernus ergo, & terra nominatur: quia ſuſceptos ſtabiliter tenet, & lacus, quia hos, quos ſemel ceperit, ſemper fluctuantes, & trepidos, tormentis circumfluentibus abſorbet.* conſona ſunt, quæ habet Iudas Apoſtolus: *Fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternū*: procella tenebrarum, ſeu omnium tormentorum inſtar procellæ, & fluctuum euntium, & redeuntium, ſine fine, & termino: ideo addidit: *in æternum*. Porro, & hoc cecinit Dauid his verbis: *non dabit Deo placationem ſuam & pretium redemptionis animæ ſuæ, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* i. etiamſi laborabit in æternum, nunquam irato Deo reddere poteſt, fruſtra contendens, placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ: *laborabit in æternum*: pœnis afflictus inutilibus, ſed nunquam erit ſatisfactum Deo; placatur pœnitentia, ſed ille placationem dabit nunquam, quia inutilis eſt pœnitentia; inſuper debitores ſumus omnes Deo, pro ſanguine, quem fudit ad redemptionem noſtram, ſed in inferno, quomodo ſoluet pretiū redemptionis animæ ſuæ? ideo in carcere detineatur debitor pretij ſanguinis Chriſti, quem pro anima reparanda fudit: ſeq. *laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* Interl. explicat hoc modo, *viuet adhuc ĩ finem*: quia in hac vita breui viuēs, mortem videbit, cito moriturus eſt, ſed etſi vita breuis, labor erit æternus. At ad ſimilitudinem propoſitam, inſtar maris, vndas laboris, reuoluet, quaſi vſque ad littus, quod, finis quodam̄odo videtur, ſed in finem viuet adhuc, recurſitabit vnda vitæ, quæ videbatur horam mortis tetigiſſe, vt iterum in mari laborum damnatum affligat: cum finis videtur, viuet adhuc, nullo fine labores abſcindente. Et quidem manifeſtum eſt damnatos, etſi ipſi ſe in hoc mundo ab ærumnis abſoluerint; non tñ immunes eſſe, ſed in futurum, quod præterierunt in hac vita, incident in alia, dicente Iob: *luet quæ fecit omnia, nec tantum conſūmetur iuxta multitudinem adinuentionum ſuarū, ſic & ſuſtinebit*: Heb. *reddet, reſtituet, laborem, aut dolorem*: redditur, quod debetur, debemus omnes in regione vmbræ noctis, in vita, quæ militia eſt, laborare, ac media tribulatione æternitatem gaudiorum parare; at impij tenent hic tympanum, & citharam gaudiorum: ergo cum in puncto ad inferna deſcēdūt reddunt laborem, & dolorem: luet ergo. i. quæ in hac vita non ſoluit, luet in futuro, & dolorem, ac laborem, quem hic ſubire contempſit, in inferno ſubibit vanis cruciatibus, & inani ſolutione.

25 Inſuper damnatorū poenā æternā nullam morte deletam, nulla indulgentia remittendam in hac ipſa ſcript. ex Hebr. colligimus: ait. n. *non deglutiet*, aut *non deuorabit*: cuicunq. cibus hęret faucibus, plerumq. obſeruamus nullā facultatem eſſe, vel foras ore extrahēdi, vel intus in ventrem immittendi; q̄obrem ſæpius euenit, illum præcluſo gutture officia reſpirationis impediente ſuffocari, poenæ ergo dānatorū ill os hoc modo puniēt; quas q̄dē, nec mors abſoluet, nec cle-

Greg. in mor.

Greg. in mor.

Iud. v. 13.

Pſ. 48. 2.

peccator debitor truditur in carcerem.

Iob. 20. 1

reddet dolorem in inferno.

Nunquam digerit pœnas dāni.

Digitized by Google

clementia iudicis eliminabit,non deglu tient cibum.i.non extinguent dolores, miſeratione diuina, temporis interceſſione,nec extrahent,ac proijcient,mortis beneficio : & *non conſumetur,& non deglutiet*: ſemper vigebit ad maius damnatorum exitium. vnde expetijt Epulo,aquis,oris ignem reſtingui:*mitte Lazarum,vt intingat extremum digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.*

26 At vero ex gutta negata Epuloni,puritas poenarum colligenda eſt; vt enim nec lingua maneret immunis à tormento, aquæ ſtilla diuiti petenti negata eſt. Quid enim vacat à cruciatu, vbi omnimoda poena damnatos abſumet? vnde Iob. *pluet ſuper illũ bellum ſuum,fugiet arma ferrea, & incidet in arcum æreũ:* (Iob.20.13) I.ad poenarum abundantiam.II.ſpectat ad æternitatem:quicunq.in aperto coelo manet,ſi pluit,totus erit imbri ſubiectus;non manus,non pedes,non vultus ab aquis abſconditur; pluere autem bellum,ꝙ eſt niſi miſeriam,iram, ſæuitiam omnem vndequaq. cogi,& damnatum impetere? ꝙ dicit *bellum*, militaria damna,& hoſtiles vires,&bellicas ruinas intelligit;ꝙ vero *pluit* partẽ nullam,ſenſũ nullum,nec mentem, nec aliquid aliud excludit, ꝙ à ſuperueniente calamitate eripi poſſit.expreſſius alibi Dauid,*ſuper me cõfirmatus eſt furor tuus,et oẽs fluctus tuos induxiſti ſuper me*: i. ſubieciſti me omnibus malis; merſiſti me,& proieciſti ſubter omnes poenarũ vndas. Pulchre inquit,*confirmatus eſt furor tuus*:hoc.n. ſignificat præualere,vincere, ſuperemineutẽ,atq.altiorem eſſe,uti habet Agel. hoc verbo vtitur ſcrip.in Gen.*aquæ præ ualuerunt nimis ſuper terram*:h.e. operuerunt terram, & ꝙ importet, hoc, ſequentia declarant,& 15. *cubitis confirmata eſt aqua ſuper montes,quos operuerat*:ſic.n.eſt in Heb.B.Hier.ſenſum recte expreſſit: *altior fuit* 70.ὑψώθη inde in Pſ. *quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius*:q.d. ſepulti ſumus inundante miſericordia,quoquo me verto,miſericordiam Dñi inuenio; nunc ad

poena damnat. totos affligit

Pſ.87.8

Ge.15.19

ſepeliẽtur inter torm

Pſ.106.

ea,quæ dicta ſunt de damnatis:*ſuper me confirmatus eſt furor tuus,& omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me*:ſepulti ſunt in medio furoris Dñi, & diluuium illos poenarum ſepeliuit.Qui vero in medio aquarum reperitur, vndique aquas inuenit,ſubter,ſupra,dextrouerſum,& ſiniſtrouerſum, in ore potus aquæ,aqua in auribus,in naribus, & oculis. hoc.n. indicat de dãnatis,iacent.n.inter aquas furoris Dñi,aquas infernales tormentorum;ergo,quid non aqua tangitur? tota poena conficiuntur : vnde alibi Iob ait, alludens ad eos, qui conduntur aquis, Iob.21.7. quamobrẽ coguntur, inuite aquas epotare:*ſuperueniet eis inundatio,& dolores diuidet furoris ſui &c.& de furore omnipotentis bibent*.Aduertendum eſt,quod furor Dñi, qui eſt in hac vita,eo modo differt ab illo,quem videmus contra damnatos, ac differt à diluuio pluuia leuis;ab inundatione,ſtilla ;non.n.omnes calamitates hominem in hac vita impetunt,nec ſemper, deducit. n. Dominus ad inferos.i. ad maximam miſeriam,ſed reducit: pauperem facit,& ditat,& ſpõſus:*manus meæ diſtillauerunt myrrham*: ſtillat tribulationem, & ibi in Ez.iubetur Propheta afflictiones nunciaturus, ſtillare ad Aphricum, alibi quoq.Dan. *ſtillauit*, inquit,*ſuper nos maledictionẽ:* ſed manifeſtius de furore Dñi. Rex Iſrael conterritus propter ea, quæ audierat, recitante Helcia ſacerdote, quæ in libro legis, quem inuenerat comminationes ſcribebantur,magnam irã,ait,eſſe Dñi,& breui magnum quoq. flagellum imminere;rogarent proinde Dñm. Igitur hæc habet ipſe: *ite,& orate Dominum pro me, & pro reliquijs Iſrael, & Iuda,ſuper vniuerſis ſermonibus libri iſtius,qui repertus eſt,magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper nos*, & infra prophetides Oldan vxor Sellum,hæc retulit dicta à Domino, *quia dereliquerunt me,& ſacrificauerunt dijs alienis,vt me ad iracundiũ prouocarent,in cunctis operibus manuum ſuarum, idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius*:aduerte quid dicat:*ma-*

calamitas damn inſe dario.

Can 5.3.

Ez.20.46.

Dan.9.

2.Par.34 21.

Calamitas huius vitę ſtilla.

gnus

Digitized by Google

gnus furor Domini, & oſtenditur, quæ ſit magnitudo furoris, videlicet, ſtilla furoris hæc eſt in hac vita, at cum ſermo eſt de damnatis *ſuperueniet*, inquit, *eis inundatio, & dolores diuidet furores ſui:* Gloſſa: æternam tribulationem, per hác tribulationem intelligit, vtitur autem hac metaphora, vt omne malum explicet; nihil enim ſeruatur ab aquis inundantibus, cum omnia diluuio patent, arua, hortus, ſepe, vel muro cuſtoditus, templa, palatia, animalia, quodlibet pretioſum; quodlibet vile, fluctu prætereũte pertrahitur; vana obſtacula, impedimenta nil proſunt; nil obuium, aquarum furori non cedit; optime pœnas hoc exprimit infernales; vanum eſt, lachrymas ſpargere, voces, fluctus iræ intellectum obruent, voluntatem, ſenſus omnes; nihil reſiſtet inundationi tormentorum; At ſatius eſt, & opportunius orare Dominum in tempore ſuo, dum hic in hoc mundo conſiſtimus; cæterum in tormẽtis quis erit remiſſioni locus? quis medelæ? quis miſericordiæ? *pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno; veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt* iacentes ſub aquis miſericordiam non inueniẽt, nec leuamẽ à Dño; Iob ẽt optime, ꝙ ſupra dixi, his verbis: *cũ vix paruã ſtillam ſermonis eius adiuerimus, quis poteſt tonitrum magnitudinis illius intueri?* mirum eſt hoc, quod enim auriũ eſt, dat oculis; nempe tonitru: & quod oculorum, dat auribus? at vtraſque tribulationes explicat, ſtilla eſt in hoc mũdo tribulatio ita exigua, ut per famam potius audiri quam videri poſſit, at tonitru tribulationis æternæ ita ſæuum atque horrendum eſt, ut illud videantur, oculis cernere damnati; quod nos vſurpamus aliquando rem magni terroris explicantes (vedo la morte con gli occhi) et Iob *videbunt oculi eius interfectionem ſuam, &c.*

Omnia appreſſa à pœnis.

Pſ. 16. 14

Cur ſtilla auditui, & tonitru videtur.

27 Porro, quod præſentes tribulationes leues ſint, & momentaneæ; futuræ vero ad modum diluuij, & æternæ .i. mala omnia præſeferant; Ex bina hac Ieremiæ viſione (vt alibi etiam ad alium ſenſum adnotauimus) probari poteſt. Prima namque virgæ eſt, ollæ ſecunda; in prima ſubdit: *vigilabo ego ſuper verbo meo:* in ſecunda, *ab aquilone pandetur omne malum:* in illa poſt leue flagellum virgæ, Dei protectionem agnoſcis, in hac vero omne malum, in duplici poena contentum, damni, ac ſenſus: omne malum, quia nihil vacat à malo, vbi malorum fluctus ex diluuio damnationis, ſeu potius iræ Dei, operit damnatos.

Alio quoque modo vtramque tribulationem ſic explico, nulli dubium eſt, quod inundatio, quæcunque obuiam habet, conuoluit, euellit, & ad mare proiicit; verum, cum præuidetur, ei aggere compoſito: muro &c. occurritur aliquando. flagella, quæ Deus immittit in hac vita, quaſi inundantes aquæ ſunt, dicente ſcriptura: *effunde ſuper eos iram tuã.* Verum prẹuidentur à longe ventura; nã inquit Paulus, ꝙ è coelo reuelabitur ira Dei in peccatores; è coelo, inquit, nimis remotè: & ideo is, qui puniendus eſt facili negotio coeleſtem iram auertere poteſt, muro interceſſionis, v. g. B. V. quæ inquit, *ego murus* &c. aggere poenitentiæ, vt Dauid, qui admonitus iram Dei breui adfuturam, ſtatim prece, poenitentia, ieiunio, lachrimis obſtitit aduerſus: ecce nuntius iræ Dei, Nathan: *non recedet gladius de domo tua, vſque in ſempiternum, &c. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua &c.* ſed ecce munimenta, & obſtacula *peccaui Dño* opponitur obuius iræ effuſæ, aqs flagellorũ decurrentib. q̃obrem obſtacula reperiens, fluctus aliò diuertit, vnde ſequit: *dixitq. Nathan ad Dauid, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris.* Flumen calamitatum, te opponente poenitentiam, cõuerſum aliunde eſt. hic mos eſt tribulationum à longe apparentium. at vero infernales præſentes ſunt, repentina mala, atq. ob id impetum eorumdem euitare nemo illic poteſt; de his loquebatur Ezech. his verbis: *nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te:* & in libr. prouerb. *ego*

28

Pſ. 68. 15

Rom. 1. 18.

2. Reg. 12. 11.

Ez. 7. 8

Digitized by Google

minor iræ plena;arguit impios,poenamque conſtituit, menſuram minorẽ,plenam ira,duas menſuras nouimus,altera maior eſt damnatorum, quæ quidem
Zach. 5.5 plena eſt impietate, quam vidit Zachar. *& dixit hæc impietas,& proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius& leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum,& habebant alas quaſi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram,& cœlum,&c.quo iſtæ deferunt amphoram?& dixit,vt ædificetur ei domus in terra Senaar.* Gloſſa dicit,amphoram quoddam genus eſſe menſuræ: mulieres duæ, quæ habebant alas milui, qui pullorum rapinæ ſemper ſtudet, diabolum ſignificant
3.pęd.9. raptorem,vt Clemens Alexan. Augusti-
9.in Eu 30 18.mor.18 nus,& Gregorius: detulerunt hæ mulieres amphoram in terram Senaar: Senaar vallis eſt latiſſima, quæ per confuſionem mentis, & linguarum Babylon dicta eſt,infernum ſignificat:*vbi vmbra*
Iob.x.22. *mortis,& nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*ſequitur, *& ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam*,In-
Iob17.13 terl [vt ibi æterna ſtatione quieſcat]ædificatur domus in terra confuſionis damnato, quia manet ibi ſemper: *infernus domus mea eſt*: ponitur amphora ſuper baſem ſuam: Rupertus hic,per baſim hanc,inquit, ſignificari perſeuerantiam poenarum infernalium;in æternum amphora ſtabilitur tanquam ſi columna immobilis ſuper baſim in perpetuum duratura firmetur.

31 Nota vlterius,quod in os amphoræ, ne mulier poſſit egredi,ponitur maſſa
Thr. 3.53. plumbea;hic eſt lapis, quo clauditur lacus infernalis: *poſuerunt lapidem ſuper me*:dicitur in threnis:*ſuper baſim*,inquit, *ſuam*, deſtinatam impietati:in loco ſuo ſtat damnatus;ita de Iuda:*vt abiret in lo-*
iuxta mẽſ. peccator. plagæ. *cum ſuum*: ſed quid aliud eſt in medio amphoræ, niſi impietas? peccatum ſecundum litteram idololatriæ: hi namq. auerſi à Deo, lapides,& ligna colunt,& damnati relicto creatore, creaturas coluere. Dicitur autem menſura hæc vas infernale;ex co n. indicatur,quod diuina iuſtitia eam infert punitionem,quã Deut 25.2
menſura exigit peccatorum; iuxta illud Deut. *pro menſura peccati,erit, & plagarum modus*,& in Apocalyp. *quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit,tantum* Apo. 18.7
date illi tormentum,& luctum &c. Valde autem explicat præſentium calamitatum, & infernalium differentiam,dubitationis illius reſolutio, cur videlicet tribulationes huius vitæ, ſignificentur menſura ſtateræ, vt ibi: *appendat me* Iob 31.6
Dominus in ſtatera iuſta: & in Dan.*appenſus es in ſtatera*, atque etiam in lib. prou.*pondus,& ſtatera iudicia Domini* Pro. 16.9
ſunt: in ſtatera ponderat tribulationes præſẽtes;futuras vero inferni in amphora,in vaſe duntaxat menſurat poenas,apto recipiendo legumine,ſeu liquore quocunque, ſeu quolibet &c. hoc eſt diſcrimen in ſtatera,& menſura amphoræ,in prima namque, dum aliquid põderas,oportet in altera parte aliud pondus apponere; amphora non indiget pondere, ſed magnitudine ſua quantitatem rei menſurabilis oſtendit. In hac vita afflictiones ad nos patitur venire Deus, ſed in ſtatera menſuratas, quæ quidem ſemper æquant aliud pondus conſolationis;adimit fortunas,dat optimos filios; turbat externam pacem,dat cum patientia internam; lis male cedit, diff. tribu.
proſpere euenit famæ; ex altera quidẽ præ.entiũ à futur.
parte deorſum tendit,ſed ex altera eleuatur. At in inferno damnatus omnimode cruciatur, nulla viciſſitudo conſolationum eſt à dolore euocatarum; quid longe erat à tormentis in epulone, cum ſatis eſſe ad felicitatem exiſtimaret,ſtillam aquæ linguam refrigerantem? At etſi ſtatera calamitatum Iobi nimis ex altera parte inclinata,pondere anguſtiarum videretur; attamen ex alia eleuata eſt: reddidit namque Iob duplicia:*& addidit Dominus omnia, quæ-* Iob.42.10.
cunque fuerãt Iob duplicia &c.Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis, quam principio eius &c. Explico quod ſupra dixi, exemplo ligni in foco,& in clibano; clibanus enim forniculatus, flam-

flammas natura ſua ſurſum tendentes impedit; quamobrem illæ celeri rotatu per clibanum circumagũtur,& incendia feruentiora reddunt, atque exaugent; lignum autem totum comburitur, nec aliquid ſupereſt abincendio,deuorante flamma,quid appoſitum ibi, atque obuium eſt; in foco vero ex ligno torris remanet,vnde illud: *facti eſtis ſicut torris raptus ab incendio,& non rediſtis ad me,dicit Dominus:* partim igne conſumitur,partim ſeruatur ab igne: *nonne hic eſt torris erutus ab igne*? Itaque tribulatio hic vrit, ſed tanquam in foco, altera pars ſeruatur intacta, non perdit animam,ſi corpus;non honorem, ſi ſubſtantiam;non valetudinem, ſi litem &c. cremata altera ligni parte remanet altera. at in clibano infernali totus damnatus,toti addicitur poenæ, nil immune, nil vacuum à tormento;ſpes abſcinditur,ſenſus affliguntur;ignis comburit: & ideo Propheta inquit: *pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui,Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis*: deuorabit,inquit,eos, vt omnino hauſti intelligantur à malis, qui coquuntur in clibano:ſed fortaſſe melius: *pones eos vt clibanum ignis*:clibanus à medio igne inflammatur, caloremque omnẽ rotantis ignis recipit,quod quidem non eſt in foco, qui ea parte tantum ubi ignis eſt,calorem habet. In hac vita peccator ſcelere ſuo torquetur vbi iniquitas eſt, ut ,ſi auaritia,laborat mens;ſi luxuria,cor &c.vel calamitas alteram tantum partem afficit,vt ſupra dictum eſt. In inferno autem,quia peccator clibanus eſt; agens autem in medio reperitur, ideo vndique laborat:*pones eos vt clibanum ignis*,& quoniam peccatum *ignis eſt*;ſicuti Iob: *vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina*;(quod in hac vita non eſt)ibi peccatum in medio peccatoris erit , vt inſtar ignis totum exurat clibanum,proinde ait Propheta:*abominationes tuæ in medio tui erunt*, in medio tui erunt,vt æque totum cruciẽt, atque ideo(quod hucuſque viſum eſt) ſatis apparet, quid ſit, quod damnatum affligit in inferno,nempe peccatum ; ipſum enim accendit ignem æternum, ideoque olla flammis abſque pabulo nutritis,exuſta apparet , & ibi in Zach. amphora illa , menſura illa infernalis,nullo videtur igne feruere, niſi quod tantum in medio contineret iniquitatem : *& ecce mulier vna , ſedens in medio amphoræ, & dixit:hæc impietas*;peccatum;hæc atrocior pœna,atque propter hoc quidẽ peccatum impietatis tranſlata eſt amphora,& firmata in terra Senaar.i. confuſionis infernalis. Enimuero vulgatum ſane eſt,quod maioris ſit flagelli peccatum,quam ira Dei , afflictio ignis,calamitas quæcunque &c. ait enim Dauid: *non eſt ſanitas in carne mea,à facie iræ tuæ* ; *non eſt pax oſſibus meis , à facie peccatorum meorum* ; ira Dei me in infirmitatem conijcit, & morbum;at vero peccati vis vſque ad oſſis penetrat interiora;Dominus enim, cum iraſcitur,flectitur ſtatim,dicente ſcriptura: *cum iratus fueris,miſericordiæ recordaberis,Deus ab auſtro veniet :* cum auſter calidus tribulationem, tunc veniet;cum videtur iratus,abſcondere faciem , caloremque auſtri efflare inter flagellũ,tunc præſens eſt animæ;hoc dixerim ,vt oſtendam, quam atrox bellum infert peccatum, quod non ira Dei;ideo vero hocDauid recenſet , quia cum ex poena ei fuerit data optio eligendi , vel peſtilentiam, vel famem,vel bellum;elegit, non adeo infirmitatem,ſed peſtem dicens: *melius eſt ,vt incidam in manus Domini ;multæ miſericordiæ eius ſunt , quam in manus hominum* , at vide , quæ pax poteſt eſſe damnatis, ſuper quos pluit bellum in inferno ,vt dictum eſt ? Exteriora igitur turbantur , at à peccato colliduntur interiora,oſſa franguntur , & dolor, quo nil acerbior oſſium eſt. Vnde illud eiuſdem Prophetæ , & *peccatum meum contra me eſt ſemper :* i. ſemper obiicitur menti flagitium poenitentia delendum, ſed ad ſenſum noſtrum *iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper*:ſcio, quod animæ de-

Marginalia: damn. in clibano. — Amos 4.9. — totus vritur damn. — Ps.20.x. — Iob.31.12 — Ez.4.9. — Ps.37.4. — Hab.3.2. — 2 Re.24.6 — Ps.50.x.

detrimentum afferat peccatum, ſemper enim(niſi tu illud remittes,me abluente,poenitentia,)contra me erit, pugnabit contra me:illud enim in inferno cruciat damnatos, ideo *dele iniquitatem meam*, ne continuo à bello lethali appetar; à peccato: Et quidem vt obiter omnia hæc ponderemus, quamobrem, ecquod malum maximopere angat in inferno ſepultos ſit etiam notum: *peccatum meum contra me,& ſemper*: erit mihi ſpeculum obijciens perpetuo noxas meas,ſeu arguet me ſemper, vt habetur in Ieremia *arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te* continuo obijciens, & quod bonum amiſiſti,\& in quod malum coniectus es. In libro Sapientiæ, quod dixi probatur etiam *venient* inquit *in cogitatione peccatorum ſuorum timidi,& traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum* Græc.& Iſid. *& arguent illos ex aduerſo iniquitates eorũ*: contra illos erunt iniquitates, & arguẽt damnatos,accuſabunt illos Vat. *prodibunt pauidi peccatorum ſuorum reputatione,ſuiſque ſceleribus coram conuincentur* non ſolũ arguẽt ſed ſcelera conuincent,quid enim reſpondere poteſt peccator vſtus igne infernali, cum habeat coram iniquitates proprias, ſceleris ſuis perennes teſtes? victus obmuteſcet, vt ille qui iuſſus eſt in ignem conijci *at ille obmutuit* conuincentur ergo, coram, à ſceleribus. Nihil tam graue deuictis, quam victores ſuos ex palma inſolentes ſemper coram habere,quo dedecus augetur magis.Glo.inter. *venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi,conſc. malorum, & traducent illos ad ignem æternum accuſantes ex aduerſo iniquitates ipſorum* hoc ad iudicium referri poteſt in quo culpa accuſat,& ipſa ad æternum ignem traducit: Lyranus. *venient* &c. *dicitur de Antiocho Epiphane, &c. & traducent illos ex aduerſo à felicitate temporali ad miſeriam ſempiternam*: cogita hoc in Epulone quomodo culpa illum ex aduerſo ex felicitate expulerit ad miſeriam, *epulabatur quotidie ſplendide*, deinde guttam aquæ petijt nec exauditus eſt: biſſo indutus, & purpura, deinde amictus igne. quid tam aduerſum quam conuiuia & vinorum pocula; ſiti & fami? & quid aduerſum magis,quam purpureæ veſti, flammæ. Sed duo interim noto, primũ *traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum*: optat erui à carcere, extingui pœnales flammas, tormentis finem imponi; at quid eſt quod aduerſatur? iniquitas, *traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum* ſemper erit contraria noxa, peccatori; optat diues guttam aquæ: ſed ecce iniquitas *Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua & Lazarus ſimiliter mala* quomodo hoc concedi poteſt ſi iniquitas obſtat? recordare iniquitatis tuæ: obſerua (vt ſupra) quod non reſpondet ad petita,ſed addit,fili recordare,quia recepiſti bona in vita tua, quaſi dicat:vis ſcire impoſſibile eſſe quod petis? recordare peccatorum tuorum, illa enim tibi aduerſa ſunt.

Ier. 2. 19.

Sap. 4. vlt.

Fœditas peccati.

Contra nos ſemper peccatum.

Peccatum po és eſt en. care intuentes

32 Secundum quod noto eſt illud, *venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi*: hoc quidem fiet vt in cognitionem veniant peccatorum,ſciantq; quid mali afferat peccatum, & vide horrorẽ quem peccatum inducit,ait enim *in cogitatione peccatorum ſuorum timidi*, ex turpitudine peccatorum quæ nota erit, timor oritur. Enimuero quando de fœditate peccati ſermo eſt, optime explicat Origenes quid cauſſæ fuerit, cur Ananias, & Zaphira ſubito interierint: agnouere culpas ſuas, alioquin adeo ſæuum,atque immitẽ Petrum dixerimus, vt verbo coniuges enecarit? hæc ergo ſententia Origenis eſt, quod dumtaxat obſtetricante Petro .i.præſtante hoc,vt peccatum illud fœditatem omnem, & turpitudinem oculis obijceret amborũ, quam antea occultabat, deterrerentur; ſtatim ergo, ac deformitatem agnouerunt,metu,at tremore perculſi,animã efflaunt. itaq; recte ibi gloſſa *venient in cogitatione conſcientia malorum, & traducent illos in ignem æternum: accuſantes ex aduerſo iniquitates ipſorum*. impij,conſcientia offerente fœditatem cul-

Act. 5. 3.

culpæ,breui conſumpti ab eadem,ad ignem æternum deducentur: recte quoque, quod ſupra in alium ſenſum dictũ eſt,nempe *non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum*: adeo turpis, ac horridus eſt aſpectus,facies meorum peccatorum, vt me vſque ad intimum dolorem adigat;dolorem, inquam, immanem oſſium: Hic horror eſt ex facie peccatorum;nunc vero quid facies Chriſti terroris inducat in peccatorem ſubnectamus.

Ps.37.4.

33 In hac vita, pater,cum filium verbere iubet affligi, miſericordia motus plerumque auertit aliò vultum, tactus pietate,horret;ſed conſtanti, & ſaniori beneuolentia adducitur, vt contra filium vltum eat; hoc tantum habens in mente,& quem effectum verbera parturiāt. Ita Deus in hac vita,cum iraſcitur; vnde per Moyſen :*abſcondam faciem meam ab eis*(nō mi dà il core di mirar gli afflitti)ideo abſcondam faciē,interim mente conuoluens nouiſſima eorum, ſcilicet ſalutem,quam afflictio parit; ſed in alia vita faciem non abſcondit, & vt timeat inde magis peccator, vultu inſtantis iudicis,& vt,quod amiſerit,ſemper videat (abſtractiue dũtaxat, non intuitiue)vt ſemper moerore crucietur,& in arctiorem cedat dolorem, & anguſtiam;ideo in Apocal. *cruciabitur igne, & ſulphure ante conſpectum agni*: in conſpectu,inquit,non abſcondet vultum;atque in conſpectu agni,vt ſemper ſubeat animo damnatorum, ab eo excidiſſe propter peccata,qui tanquam agnus eſt, miſericors, & quam facile ſibi agni erat perfrui aſpectu; ſeu in conſpectu agni, quia à miſericordia hic timor eſt, vt quam neglexerunt, timeant; ideo dictũ quoque eſt:*quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum, quia ſolus pius es*? hoc in vultu Dominico,horrebunt,ac verebuntur,pietatem ſcilicet,& miſericordiam. ſane damnatis miſericordia Dei præ omnibus erit tormento; ea quidem quæ ad ſalutem eſſe potuerat:contempta, peccatore hoc recogitante,vertetur in anguſtiam. colligo hoc ex Dauide,dicente: *Deus Deorum Dominus loquutus eſt*: loquitur in hoc Pſalmo de infernali tempeſtate. In Hebræo tria ſunt nomina Dei,ideſt, *el.* quod interpretatur *potens, & fortis: Elohim*, ideſt,*Deus iudex,& vltor*,& *Adonai tetagrammaton*.i. *Dominus miſericors,ſiue beneficus*: cum ergo loquuturus eſt contra impios,vt fortis loquetur, vel vt iudex?minime quidem, ſed *adonai tetagrammaton*,vt miſericors:Ergo quis euadit à Deo,qui fortis eſt,& potēs?quis iniuſte affligetur, cum ſit rectus?& quis non obtinet,quæ meretur,cum ſit miſericors? hæc omnia in Deo iudicante cōmemorantur: & nota,quomodo loquitur,vt miſericors: *audi popule meus,& loquar,Iſrael,& teſtificabor tibi*:& ad epulonem Abraham, fili, recordare &c. memoria miſericordiæ damnatum cruciat, quam ipſe renuit, & contempſit.

Deu.31.17

Deus non auertit faciem, vt cruciet.

Ap. 14.x.

Apoc.15.4

Ps.49.1.

Miſericordia Dei affliget damnatos.

Vultus quoque Dominicus pulchritudinem diuinam oſtendens, minime illos lætificabit,ſed conturbabit,cauſa pœnarum,& tormentorum; ergo,quo magis decorem oſtendet, magis erit origo terroris: quod expreſſit Dauid in eodem Pſalmo: *Ex Sion*, inquit, *ſpecies decoris eius*: Ex Hebræo, vt Maſoretæ volunt: *ex Syon conſummatio pulchritudinis;Deus manifeſte ſplenduit*: ſplendorem oſtendet pulchritudinis ſuæ, ſpecioſus apparebit: at ex hoc, quæ tunc erit damnato lætitia? *ignis in conſpectu eius exardeſcet*: ſi ſpecioſus forma, præ filijs hominum, nunquid pulchritudo eius igne formata eſt,conſumente? non cohæret ignis ardens, qui conſumit omnia, & ſpecies, qualis illa deſcripta à ſponſa: *oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima;genæ illius ſicut areolæ aromatum, conſitæ à pigmentariis*. At optime, cum agitur de damnatis deterrendis,in pulchritudine videtur ignis, apparebit ſpecies Dominica,ſed eadem damnato,ignis erit,ideſt, cruciabitur ex hoc aſpectu ſpeciei, quia formoſum vul-

34

Aſpectus pulcher Dñi vret damnat.

Specie Dei cum igne.

Can.5.?

Digitized by Google

vultum oſtendet;quia forma illa inflammabit peccatores, & magis erit ad terrorem,& dolorem,quam ad iucunditatem ,& gaudium: *ignis in conſpectu eius exardeſcet*: ita hoc interpretatur Vgo Cardin.nempe quod eadem facies Dei damnatos comburet; oſtenditur hoc in Dan.vbi,vt iudex deſcribitur Deus conſediſſe in throno igneo , omnia vero,q̃ circumſtant miſericordiam oſtendiſſe, capillos laneos habuiſſe,& veſtimenta alba, faciem promanantem fluuium igneum,rapidumq; vt inter ipſa miſericordiæ inſignia,rei,damnatiq. tabeſceret animus,ſciretque,quam fœde excidiſſet, qui iudicem miſericordem aſpernatus eſt;ignis quoque ſcaturit inſtar fluminis à vultu, vt inter maieſtatem ſpecioſam, terror appareat. Dauid autē tunc dicit, accingi gladio Dominum,cum pulchritudinem,q̃maximam oſtendit, & gratiæ ſplēdorem;*accingere* inquit, *gladio tuo, ſuper fœmur tuum potentiſſime:* tunc potentiſſimus eſt Dñs , tunc gladio accingitur,cum punit,cum vlciſcitur;ſed cum vlciſcitur,quid indicet?*ſpecie tua,& pulchritudine tua:*& ſupra : *diffuſa eſt gratia in labiis tuis:*iam tempus eſt, te ſæuitum ire , & ſumere vindictā de inimicis; ſed quid tremendum magis erit in hoc? nihil quidē,niſi pulchritudo & ſpēs;hac magis,q̃ enſe inimici tui cruciabūt;enſis erit ſpecies tua, & pulchritudo tua &c.

inter maieſtatem terror.

35 Nec pulchritudo tantum,quæ ſplendet in vultu diuino,erit maximæ pœnæ damnatis,ſed viſio illorum, quos cœleſtis manſio recipit,& ſeruat;paradiſi gloriam intuentes,& eos, quis tali gloria fruuntur in coelo,ex eo, quia ab illa irreparabiliter eiecti ſunt,nimium ſeuere cruciabuntur,vnde Pſalmus: *quoniam pones eos dorſum:in reliquiis tuis præparabis vultum eorum:*variæ circumferuntur expoſitiones circa primam particulam,*quoniam pones eos dorſum:*de his alibi;nunc vero, quod ad rem attinet:iuxta Bellarm.vt nil ſint niſi dorſum, pars videlicet flagellis expoſita , ſic nimirum totos flagellabis : vt toti ſint dorſum. Vel etiam in hac vita peccatores ſeruū

Pſ.21.22.

Deū conſtituerunt;queritur ipſe in ſcriptur.dicens:*ſeruire me feciſti in peccatis tuis*,& inde :*ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores:*peccator namque iugum excutiens , auertens ſe à Deo crebris offenſionibus diuinam videtur, in ſeruitutem , quantum in ſe eſt,ſubijcere maieſtatem:at ſecus erit in alia vita, inſolentes enim , & eleuatos impios, & deijcit, & tanq̃ vilia mancipia:*pones eos dorſum:* explicat illud Agellius his verbis [ſignificat eos ſubactum iri,& ad ignominiā ſeruirutis deputatos oneribus ferendis ſeruili miniſterio mancipanpos.]Igitur,vt ad rem:totos flagellabis, maximæ poenæ erunt addicti, ſed quando? tunc ſane , cum in reliquijs tuis præparabis vultum eorum ; cum eos cernere permittes (eo modo quo ſupra) reliquias tuas; quid enim damnato atrocius,ac intolerabilius, quam beatorum felicitatem videre ? ad litteram hic de damnatis , atque ex Chald. interpr. hic ſenſus colligitur, aduerſus vultum eorum, coram illis , in facie ipſorum præparabis, ac firmiter figes tabernaculum tuum , & in reliquijs , ac funibus tuis,quod illis moleſtiſsimum ſit,& dolorem inducat ; quam hoc difficile erit ſuperatu damnatis , nempe diſpari fortuna , quos pares habuere in conuictu, & vitæ conſortio,nunc receptos in cœleſtibus, oſtendere magnificentiam gloriæ,& decoris , areſcente in paupere,ac immiti domo poenarum,damnato , atque dicente : *hi ſunt,quos aliquando habuimus in derſum , & in ſimilitudinem improperij;nos inſenſati vitam illorum exiſtimabamus inſaniam , & vitam illorum ſine honore : ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt :* figes tabernaculum tuum,vt peccator videat,& iraſcatur,& in hoc *pones eos dorſum.* modus quoque loquendi ſcripturæ : exprimit enim dolorem inuidi illius , qui diuitias alterius,& gloriam intuetur , & hoc quoque expreſſum alibi in Geneſ. *ante faciem fratrum ſuorum figet tentoria*; q. d.illis inuitis , ac inuidentibus , ipſe

Iſa.43.13. Pſ.128.3. damnat. mancipia in inferno

Pœna damnat. Gloria Beat.

Sap. 5.3.

figet tentoria ſua, deſpiciet illos, & aſpernabitur, & ſui magnificentiam oſtendet, dum præ omnibus fratribus ſuis, inuidus illis, tabernacula ſua glorioſe figet.

36 Vox Hebraica *thechonam*: *diriges* ſonat, *vultum eorum in reliquiis*. i. ad conſiderandos electos tuos, quos tibi reliquiſti; de quibus ſcriptum eſt: *reliquiæ ſaluæ fiant*, præſtabis hoc, vt ipſi electos tuos in tabernaculo tuo videant. inde enim intenſioris poenæ maior ſurget occaſio. Verſio Chald. *quoniam poſuiſti populo tuo humerum vnum in finibus tabernaculi tui, ordinabis legem tuam coram eis*. Legem ſuam Deus ante oculos ponet, damnatorum; vt eloquia dulcia Dei ſuper mel, & fauum, illis in venenum ſint; vt quidquid perpetrarint in ipſa conſpiciant; vt quam facile eſſet illam implere, & inde præmia ingentia æternitatis acquirere ſæpe memoria repetatur: quamobrem doloris, & iræ, & cruciatus amplior occaſio enaſcatur. R. quoque Kimhi, & Sal. legunt: *pones eos ad partem, ad angulum vnum, vt non ſit vis illis ad retardandum, & impediendum te*, vt non poſſint reſiſtere. Probat Exech. quos cruciatus afferat damnatis illa gloria priuari, quam oſtendit Dominus; non enim magnitudine delectat, ſed priuatione affligit: his verbis, *& detraxero te cum his, qui deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum, & collocauero te in terra nouiſſima, ſicut ſolitudines veteres cum his, qui deducuntur in locum, vt non habiteris*: ad litteram hoc Hier. Lyranus, & Interlinearis de poenis damnatorum; dixerat enim immediate ſupra: *cum dedero te vrbem deſolatam, ſicut ciuitates, quæ non habitantur, & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ*. Sed quando hæ poenæ appetent impium, in inferno? ſequitur: *Porro cum dedero gloriam in terra viuentium*: cum datam gloriam in tabernaculo ſempiterno illis oſtendero, tunc cruciabuntur durius. vel etiam hoc ita interpretare, monſtrare ſcilicet gloriam ſuam in vltione

Rom. 1.

Legem objjciet ad maiorem poenam.

Ez 63. 13.

Oſtenſio gloriæ poena damnatorum.

Deum, impiorum, & potentiam, ita eos ſeuere it vltum.

Iram vero damnatorum, doloremq. & angores ita oſtendo: canes aiunt hoc 37
modo, in rabiē verti ſolere, ſi catena detenti fame ſæuiente cibos videant, inde n. fit, vt continuo ſaltu, ac latratu, eripi cupientes à vinculis, fame mox, at ſiti agitati, nec obtinentes quidquid inhiant, continuo in rabiem conuertantur. tanq̃ canis eſt damnatus in inferno, qui à lōge videns cibum, & agnoſcens impoſſibile prorſus eſſe, illum obtinere, fame confectus, crebro cruciatu, lethali, ac per uicaci rabie poſſidetur; cibus gloria cœli culorum eſt, q̃ videt dam. (mō, quo etiā ſupra) nec proinde vnquā obtinens, immiti rabie vrgetur. ꝙ damnatus vinculis ſit in inferno cōpeditus, dubiū hoc ſoluens oſtendit Chryſol. nempe, cur petit ad ſe mitti Laz: epulo? non eſt officioſi ſupplicantis, aliquem ad ſe vocare, videlicet, *mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti &c.* hoc dubium mox expē do; deinde quare, inquit, mitte, vt intingat, nunquid vndæ ſunt infernales? ꝙ ſi hoc eſt, tu tibi, in inferno epota; poti' ergo: fac intingat, & mitte. Sed reſpondet ipſe: vinculis, epulo tenetur in inferno, vt minime poſſit hoc præſtare. At vide, quomō canis ligatus, in lingua gliſcēs infrenem oſtendat rabiem, *& refrigeret linguam meā quia crucior in hac flāma*; ſed cur malum hoc virulentū epulo mōſtrat? nēpe quia à longè inter lætum Abrahæ ſinum Lazarum videt quiete optatiſſima frui, ſeq. agnoſcit catenis diuinæ ſententiæ onuſtum, latrat igitur, petitq; , nec obtinet, petit ſecundo, & excluditur: poſt hæc infrendens indomita rabie vritur nunquā eius compos, ꝙ videt, & quo indiget: deſcripſit hoc optime Dauid, hoc pacto: *gloria, & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſæculū ſæculi; cornu eius exaltabitur in gloria*: in Lazaro gloria, & diuitiæ ſunt in æternū, ſecurus de felicitate gaudebit, hoc de Lazaro: at quid tunc canis epulo obligatus in inferno, vinculo damnationis? ſequit, *peccator videbit, & iraſcet*

(vide

tanquam canis verſus in rabiem.

damnatus in eſt vinculis.

Pſ. 111. 8.

Digitized by Google

(vide quomodo manifeſtè indomitam rabiem deſcribat), *dentibus ſuis fremet, & tabeſcet.* at obtinebit quod cupit & inhiat? *deſiderium peccatorum peribit:* peribit, ſpe mortua, peribit effera inuidia. Vnde alterum dubium quod hunc in locum ſeruaui illud erat, videlicet cur petiturus auxilium ab Abraham diues nequam iacens in tormentis, efflagitet Lazarum ad ſe mitti: *mitte Lazarum*, & non potius ſe ad ſuprema euocari à tormentis immunem, pater Abraham erue me ab iſto carcere ſæuo, tantulum permitte extrahi ab ærumnis, quid eſt mitte Lazarum? omnes id inuidiæ tribuunt damnatorum at peculiariter hoc modo iſtud explico alio exemplo. Scribæ, & Phariſæi capto Domino, ac ducto ante iudices, falſos teſtes cogebant, q. dolis compoſitis Chriſtum accuſarent. Itaque multa dictitabant, nec proinde aliquid, quod innocentem damnaſſet inuentum eſt; quin proteſtatur Euangeliſta, quod *conuenientia teſtimonia non erant* merà deliramenta deblaterabant, alius quidem quod Chriſtus blaſphemaſſet, alius quod ſubuertiſſet plurimos, quidā vero, quod falſa docuiſſet, ſed prorſus inanes criminationes & futilia teſtimonia. ſatius ergo erat hoc pertentare, nempe facinus illud audax Petri in medium afferre, quod Malci auriculam amputaſſet; graue namque eſt contra ſatellites arma conuertere, & crimen patrare læſæ poteſtatis, quæ ergo maioris valoris accuſatio eſſe poterat, quam proferre, Chriſtum diſcipulos habuiſſe, qui contra ſatellitium vires, gladiumq; exercuiſſent? At conſultò hoc prætermiſſum inuidiæ liuore; ſi hoc .n. produxiſſent futurum erat, vt delictum, Iudex iure diſquerens, inueniſſet etiam Chriſti virtutem, quæ Malco auriculam amputatam perfectiſſime reſtituit, vnde ne hoc appareret, illud quod commodum ipſis maximè eſſe poterat etiam ſiluerunt; igitur inuidia ſibi nocet, vt alteri obſit, nec propria damna æſtimat, dummodo damno craſſetur alterius. Sane agnoſcis qualis iſta erat Epulonis inuidia, qui non petierat extrahi à tormentis, dummodo Lazarum conſortem haberet in poenis, nihili facio ærumnas meas, atq; etiam ſi poſſem auelli, hoc re cuſarem dum tamen Lazarum mecum hic comburatur, ideo *mitte Lazarum*. Obiter obſerua quid ſuperum beatitudo, ac virtus poſſit: *vt intigat* inquit *extremum digiti ſui in aqua:* ibi .n. non defluebat aqua, ſed potius in inferno ſunt aquæ, dicente ſcriptura *ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium*, ergo ſi aqua infernalis poenam potius excitat, quam refrigerat, quare petit mitti Lazarum, vt intingat his aquis digitum? Atqui ſciebat infernales aquas ſolo, Lazari beati, tactu, vim poenalē amittere, reddique ſalubres, ideoque *mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam:* Vel etiam (quod ad commiſerationem ſpectat) hæc mens erat diuitis: adeo vrentes ſunt hæ aquæ infernales, quæ igneo hauſtu damnatos, cruciant potius, quā refrigerent, vt ſi aliquando illas tangēs Lazarus hoc nouerit, credo equidem miſericordia motum clementer mecum acturum, & me ab ijs erepturum; ideo pater Abraham, fac experiatur tantum extrema parte digiti, quid poenæ ſit hoc potu exuri, ferme ſcio miſericordia tactū miſericorditer ſua erga me auxilia impenſurum.

Cur Lazarus non petijt extrahi à poenis.

Marc. 14. 56.

Inuidia eſtuabant iudæi contra Chriſtum.

Ioa. 18. x.

Iob. 24. 19

Inuidia Epulonis

At ſi regionis illius delitiæ nempe cibus, & potus ærumnoſæ ſunt, quid de contrarijs rebus dicendum erit, atq; moleſtis? Iſaias ergo infernum deſcribens ait terram eſſe ſulphuream, riuos, & fluuios picis; ventum inſufflantem, igneum. Igitur flores, herbæ, ac deliciæ omnes, quæ ex terra iſta producuntur igneas qualitates exugentes, ignis erūt. *& conuertentur* inquit *torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur, flatus Domini ſuccēdens eam*; quamobrem recte dicat propheta cibum damnatorū huiuſmodi eſſe; *quamobrem cibabo populum iſtum abſinthio, & poculū dabo eis, aquam fellis.* vinum hoc addit Ioa. *bibet de vino iræ Dei, quod mixtum eſt mero,* 38

Deliciæ inferni poenales ſūt.

Iſa. 34

Iere. 9. 15.

Apoc. 14. 10.

qualis ergo amaritudo regionis illius erit,quę, pro vino, habet abſinthium, & fel, pro aqua? Similes illis ſunt damnati,qui inter delicatiora ac dulcia fercula,venenum comedunt abſcóditum. hi nimirum dulcedine cibi delectantur, neç abditum virus, ac læthale ſentiunt, at poſtea veneno ſerpente per venas, ac præcordia,intereunt. iniquitates, im pijs nihil aliud conſiderantibus, dulces videntur,quibus intenti,ſuauem cenſent vitam ducere,ac iucundam; quaſi ſi cibis repleatur, quæ ſub dulcedine contegant mortē: quibus ergo vna cū vita hauſtis,fel,& venenum ſentitur in infer no,& ita de damnato Iob: *panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus:* Agellius quoque ſuper verba illa Pſalmi:*quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit*,hæc habet:(repleri animam, aduertimus,de cibo dici ſolere,vt in Pſalmo: *quia ſatiauit animam inanem*, & in Iſa. *& animam afflictam*, hoc eſt ieiunam *repleueris*: tranſlate igitur loquutus eſt, & dolores animi,& corporis quaſi amaros cibos intellexit, quibus animam eſſe vſque ad ſatietatem repletam queritur,iuxta illud Ieremiæ in lamentationibus,*repleuit me amaritudine, inebriauit me abſynthio*) cibus erit à morte *mors depaſcet eos* potus vero aqua ebulliens,quæ ſuppoſitis ollæ feruet incendijs.

Venenum habēt interius damnati.

Iob 20. 14

Pſ. 87. 3.

Pſ. 106.

Iſa. 58.

39 Sed ſi ad ollam infernali flamma peruſtam ſermonem conuertimus, rectè dictū eſt: nullo nutrimento ſuccēsā, niſi flatibus aquilonaribus,ſeu igne peccatorum, tanta enim vis peccati eſt, vt æternùm ollam comburat,ceterū quod hoc ſit,probatur inde,quia iuſtum ignis huiuſmodi non comburit; noxa ergo ignis materiam, vel ſubminiſtrat vel ipſa, ignis eſt; quod eleganter explicauit Firmianus (quos autem plena iuſtitia,& maturitas virtutis incoxerit, illum ignem non ſentiunt; habent enim aliquod in ſe Dei, quod vim flammæ repellant,ac reijciant: tanta enim eſt virtus innocētię,vt ignis à ſe refugiat innoxios, qui accepit à Deo hanc poteſtatē, vt impios vrat,iuſtis optēperet.) concipit itaque peccator flagitio poenam ſuam, & ſuo quoq; perimitur inuento: ſic vipera mox nota in matrem inſurgit,quæ eoſdem habet matricidas quas in vtero geſtauit; & peccator dum concipit peccatum, ignem concipit:dicente Iob quod *ignis eſt vſque ad conſummationem deuorans* cum.n.de peccatoribus Iob dixiſſet: *& ignis deuorabit tabernacula eorum* infra rationē reddidit: *concepit dolorem,& peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos*: rectè habemus foetum peccatorum, peccatum eſſe,ergo hic probatur quod nunquam defecit origo doloris, ſi ſemper vterus præparat dolos; concipit, parit, foetificat,ſed iniquitas mox emiſſa,reuocat do lorem; quid ergo mirum ſi ignis perenni incendio concremabit tabernacula iſtorum, ſi nutrimenta ab iniquitate recipit? perpetuitatem flammæ iſtius figu ra circulari deſcripſit Ieremias, quam Mathematici dicunt infinitam eſſe: ait ergo *ſuccendit in Iacob quaſi ignem flāma deuorantis in gyro*: Porro circulari figuræ,finis ipſe,initium eſt,per illud explicit,per quod incipit: æternas hoc inferni flammas innuit, nullo fine extinguibiles;in gyro quoque rotat flamma, cum pars ſuperior occupata eſt,& inde flamma non poteſt in ſublime eleuari, vnde agitur,& conuertitur acta in gyrū; huiuſmodi ignem diximus eſſe infernalem,nempe ignē fornacis,& clibani,ſupremo namquam fornice impediente continuo rotat,vnde *pones eos vt clibanum ignis*: & alibi *pellis noſtra,quaſi clibanus exuſta eſt* .i.perpetuo clibani in cendio. ſed ad ſuperiora.quod diximus de conceptu,& iniquitate,& igne, oſtēdit Iſaias his verbis:*concipietis ardorem, parietis ſtipulam, & ſpiritus veſter vorabit vos*: proprio ſpiritu vorantur,ideſt proprijs peccatis cruciantur,& *facies* inquit *eius à facie aquilonis* à quo pandetur omne malum; ſed adhuc obſeruandum eſt,quod dicit *cōcipietis ardorem, parietis ſtipulam*,hanc dixit Iob iniquitatem:

Refugit innoxios ignis inferni.

Iob 15 35

Thr. 13.

Aeternitas poenæ

Pſ. 20. 8.

Thr. 5. 1.

Iſ 33. 9.

tatem: ſtipula aptiſſimum ignis pabulũ eſt: ſi igitur pariunt ſtipulam, ideſt iniquitatem, quæ numquam extinguetur, quid mirum ſi ſemper ardebunt damnati ſuis criminibus combuſti? Sane ex hoc videtur ineſtinguibilis poena damnati, quia ignis parit ſtipulam; ſtipula vero ignem; vires, alter, alteri ſubminiſtrat; *concipietis ardorem* ecce ignis, ſed *parietis ſtipulam* ecce eſca ignis; mutuo ſe fouent, vt ex his perpetuum ſentiat impius incendium: nam ſequitur, *& ſpiritus veſter vorabit vos*. obiter obſerua nos etiam ardori ſtipulam parere; inijcit ſæpe diabolus in mentem concupiſcentiæ flammas, ſeu furti, ſeu odij &c. ecce ardorem conceptũ; hunc conceptum abolere poteſt, qui occaſiones euitat, fugit, & mente damnat, & diaboli tentamenta cognoſcens ab occaſione ſe proripit: vanus enim conceptus eſt, quem non ſequitur partus conſenſus, & erroris; verum ſi aſſentiris, ſi occaſionem quæris, ſi vagaris oculo, ſi mentẽ obiecto prophano polluis, ſi ruis ad culpam, quis conceptum exclusit, & peperit, & miniſtrauit ardori ſtipulam? non dæmõ profecto, ſed tu, nemo cauſſetur tentatoris argutias, cum ipſe fuga euadere poſſit, auerſione, deludere. Profecto ignem obijcit dæmon, tũ nutris: ne mireris ſi combureris, ſi ſpiritus tuus deuorabit te. Hoc ideo dictum eſt vti ſciamus occaſiones omnino remouendas eſſe, minime nutriendas delectatione, & conſenſu; extingue ardorem, ne foue ſtipula, ne intereas vſtus; dixit hoc Iacobus in hanc ſententiam: *vnuſquiſq; tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum*, ecce conceptus ardoris, & ſtipulæ: quid ergo niſi incendia ſequantur & mors? *Peccatum vero cum cõſummatum fuerit generat mortẽ:* nunc ad propoſita.

Eſca in inferno parit ignem & ignis eſcam.

Nos alimus tentat. cũ nõ fugimus occaſ.

Iacob. 1. 15.

40 Cum ſibi ſtipulam pariant peccatores, indeficienti igne, monſtrat, exurendos; viget enim ſemper ignis peccati, & cum ſemel pariunt, iterum concipiunt, vt damnum ſit indelebile, perenne ſupplicium, & iterum renaſcantur ad mortem: quod optime Iob dum ait *conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, reuertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ:* quomodo reuertetur, ſi conſumpta eſt à ſupplitijs? carnes enim conſumptæ à ſupplicijs, ſpiritu diſcedente, tabeſcunt, & in pulverem ſuum reuertuntur; quomodo hic dicit conſumptam carnem reuerti ad dies adoleſcentiæ? dubium hoc illud petit, cur damnati in æternum puniantur, cum temporaliter peccauerint, & quare ex diuina iuſtitia poena æterna inferatur peccatori. S. Thomas, ait in poenis damnatos iuueneſcere, ac pro temporali delicto in æternum puniri, verum hoc eſt, non n. poteſt eſſe infinita poena, per intenſionem, quia creatura non eſt capax alicuius qualitatis infinitæ, requiritur quod ſit ſaltem duratione infinita. Præterea ſemper poena culpã ſequitur, quæ cum remitti non poſſit, abſq; gratia; æternis ſupplicijs nec etiam delebitur. Cum vero quantitas poenæ, quantitati culpæ reſpondeat ſecundum intenſionem acerbitatis, quoniam vero grauius peccauit, grauior ei poena infligitur; & hoc modo illud Apoc. intelligitur: *quantum ſe glorificauit, & in delitijs fuit, tantum date ei tormẽtum, & luctum* non autem reſpondet duratio poenæ, durationi culpæ. Vnde Auguſtinus, hæc habet: *Factus eſt malo dignus æterno, quia in ſe peremit bonum, quod eſſe poſſet æternum*, & Gregorius citatus à D. Th. *ad iuſtitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant ſupplicio, qui numquam voluerunt carere peccato:* quod ſi obijciatur quoſdam peccantes, vitam, proponere, in melius commutare, & ita ſecundum hoc, non eſſe dignos æterno ſupplicio, dicendum eſt, Gregorium loqui de voluntate, quæ per opus manifeſtatur, qui enim peccat voluntate ſua, ponit ſe in ſtatu, à quo, niſi diuinitus, erui non poteſt, vnde ex hoc, quod vult peccare, vult in inferno manere in æternum; homo namque eſt *ſpiritus vadens* per peccatum *non rediens* per ſeipſum, ſicuti ſi aliquis ſe proijceret in foueam,

Iob. 33. 25

Cur æterna poena inferni. S. Th. 3. p.

Lib. 21. de Ciu. Dei.

ueam,vnde exire non poſsit, niſi adiutus; poteſt dici quod in æternum ibi manere voluit, quantumcumq; aliud cogitaret. Verum ad Iob authoritatem: *conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs*, ſed nullus erit ſupplicio finis, & ideo *reuertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ* vt in perpetuum ſupplicijs afficiatur.

41 Vulgare illud eſt quod de rota, & trocho paſſim aſſertur; damnatos ſcilicet inſtar trochi circumagi in inferno, plagis affectos dæmonũ,nã indeficientibus plagis non deficiet poena damnati; Pſ.82.14. vertuntq; illud authores *Deus meus pone illos vt rotam: iacta illos*, (inquiunt *ad modum trochi: quomodo ſolet iactari à pueris,iacta illos ſuper terram* vide Genebr.& Lorinum, ſupra dictum pſ. Virg. 7. deſcribit hoc Virg.his carminibus.

Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent, ille actus habena
Curuatis fertur ſpatijs; ſtupet inſcia turba
Dam.agitur vt trochus. *Impubeſq; manus,mirata volubile buxum:*
Dant animos plagæ:

Cum videtur tormentis actus in gyrum mortem expectare; repetitis poenarum plagis,conuoluitur iterum ad æternitatem,& ad dies adoleſcentiæ: ibi enim finis perit, & ſemper reuertitur principium malorum; & merito olla ſuccenſa monſtratur,atq; ebulliens; vt ſicuti ferventes vndas agit in gyrum,& quas habet in fundo in os remittit,iterumq; reuertuntur in fundum, ita damnati poſt ſæcula dum optant morte laſſeſcente gyro tormentorũ,euadere; recrudeſcẽtibus plagis,reuoluuntur ad initium. Laſt. de phoenice. Eos quidem phoenices infelices auderem appellare,illã,aiunt, quinto iam vitæ ſeculo tranſacto, ſe ipſa grauẽ vitam morte quærere; aromaticis ergo functa incendijs,haurit ex ſepulcro, ex morte vitam,ex gelido ſenectutis cinere iuuẽtutem (conuertimus neceſſitate coacti Damnati phoenices ſymbolum,& expreſſiuum foelicitatis, hoc animal, ad damnatos) nempe mirũ omnino eſt quod in inferno,in poenis deambulantes,ad inſtar phoenicis,mortem habeant,quæ vitam alat, & protrahat, producatq; poenas; ſtatim enim ac morte mulctantur,renaſcuntur,& morte,ad iuuentutem progenerantur, & ideo inquit *conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs; reuertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ: conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs* ecce mortem ex ſupplicijs aduenientẽ: *reuertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ* ecce Mors accipiter. quomodo ex morte conſtẽt,& quomodo ex cinere ad noua ſupplicia perferenda reſurgant. non verè mortua eſt caro in ſupplicijs,ſed conſumpta, & adhuc reuertitur, vt conſummatur. quam libenter mortem exciperent,ſi poſſent! ſed illam expectantes,deluduntur. Simile quid qui aucupio delectatur experitur; cum enim accipitrem, vel id genus animal ſoluit,& excitat ad prædã, Sequentur mortẽ ſed fugiet. ſæpe ille conterritus, vel indignabundus aſſuetas venatoris refugit manus; nec voce, nec ſignis, nec ſibilo reuertitur; ſiſtit aliquando in arbore,quod vbi aduertit Dominus appropinquat, ſperans facile illum comprehendere, nec nota ſigna præterit, quibus vocatur accipiter at vero cum extenſa manu ferè vincula apprehendit, irritam auis manũ volans deſerit,& inſequentem illudit, nec propterea venator animum deſerit inſequendi, ſed expectantem anhelãs ſequitur, ac prope accedens, denuo fuga illius,omnem operam ludit, quem amplius recuperare poſſe deſperans,relicto accipitre,domũ, ſpe omni vacuus, moeſtus reuertitur.

Optaret damnatus poſt tantam laborum molem obrui morte, & ſiſtentem in ſuo conceptu v.g.in tali tempore, mortem in ſequitur; ſed æuis præteritis,fugit mors, & ille reuertitur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.contemplatur illam in eſu vermium, in feritate dæmonium expectantẽ, in ebulliente aheno,in rotarũ furore, ac tandem in niue: expertum ergo tot mala (cum decedendum eſt) mors fugit, & ſemet ille infelix fallit. Apoc 9.6 Sic Ioannes in Apoc. in noſtrum ſenſum: 42

Ap 9.6. ſum: *in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis*: hoc eſt, quod diximus, ſequentur deſiderio, ac
Iob 40.18 ſpe mortem, ſed cum videbuntur illam habere, *mors fugiet ab eis*: de hac quo-
Iob 27.23 que ſpe Iob: *ſpes eius fruſtrabitur eum*: & alibi iuxta expoſitionem Gloſſæ loquens de damnatis, in ſimilitudine accipitris, hæc habet: *de manu eius fugiẽs fugiet, ſtringet ſuper eum manus ſuas.* ſed ſi fugiens fugiet accipiter, quid erit: *ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius*? quod ſupra diximus, videlicet videri damnatos, mortem fugientem aſſequi poſſe, & vtitur modo loquendi venatorum, *ſibilabit ſuper eum, intuens locum eius*: Pulchre poteris ad hoc illud Sap. quod de morte eſt damn. *impij manibus, & verbis accerſiuerunt illam*: vnde diſtans apparet.

43 Sed dic etiam hic, quod ſupra, cum de tribulatione in virga vigilante, ſcilicet afflictos in inferno eſſe inſtar auiculæ, quæ vnguibus apprehenſa, tenetur accipitris; contendit ipſa fuga euadere, ſed eo magis accipiter ſtringit vngue: *loquitur*, inquit Lyran. *de diabolo in modum accipitris, qui tenens auiculam captam, & ſentiens quod velit euadere, magis ſtringit eam vnguibus ſuis*: igitur *dum fugiens fugiet, ſtringet ſuper eum manus ſuas &c.*

44 Hoc vere ſub ſpecie falſi expreſſerũt Poetæ, effigentes, quaſdam tormentis æternis addictas, lethæam aquam vano labore in dolium pertuſum ingerere: vnde Ouidius

Ouid. in ib. *In caua lethæas, dolia portat aquas.*
& Iuuenal.
Iuuen. ſat. 4. *Semper aquam portes rimoſa ad dolia.*

Extrahant licet ex mari, vel lethæo flumine tormentorum, quas aquas poſſunt angoris, & pœnæ per totam æternitatem damnati; nunquam inſatiabilem
Extrahere non põnt mare tribul. Hab. 2.5. inferni ſitim explebunt: *dilatauit infernus animam ſuam*; nam mare, nam flumen; etſi videatur abſtractum, etſi exſiccatum; iterum venis exſcaturientibus impletur, effluit iterum. irritus ergo labor damnatorum eſt, mare pœnarum extrahentium, & cauum dolium replentium. Quærit de damnato Iob in ſupra- Iob 14. x
allata ſcriptura; *homo vero, cum mortuus fuerit, nudatus, atque conſumptus, vbi quæſo eſt?* Reſpondet: *quomodo ſi rece-* Iob 14.9
dant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat: quomodo poſſunt recedere aquæ de mari, quod excurrentibus iterum fluminibus non impleatur? aut areſcere flumen, ſi fonte ſcaturiente iterum excurret? itaque, ſi tantum ibi detineatur in carcere, & tormenta recedant; ſi exhauſtę pœnarum vndæ, at pœna, & damna non implebit mare ærumnarum, & fluuium dolorum? Semper plenũ mare pœn.

Damnatorum hanc immortalẽ mortem, & æternitate productas pœnas, & 45
vitam quotidie infernalium tribulat. acerbitate cadentem, egregie Iſaias explicat, dum loquitur de gehenna: *&* Iſa.34.9.
conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur, & nocte, & die non extinguetur in ſempiternum. Aſcendet fumus eius à generatione in generationem, deſolabitur in æternum, id eſt, ſemper morientur, ideoque deſolabitur; ſed finis non erit deſolationi, ſed in ſempiternum morientur damnati, id eſt, viuent ſemper, vt ſemper moriantur: clarius infra ſtatim, *Onocrotalus, & Ericius, & Coruus, & Ibis habitabunt in ea, vt extendatur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem*: ponitur perpendiculum, vt deſoletur. Perpendiculum eſt inſtrumentum fabri materiarij, ſeu cementarij, quo, plumbo, à filo, & gnomone pendente, rectitudo, ſeu obliquitas muri perpenditur, ſeu examinatur, cum murus exſtruitur; quod ſi perpendiculum fabricæ eſt, quomodo ponitur in inferno ad deſolationem? ſane præpoſterum eſt in euertenda domo, perpendiculum ponere, quod ædificij inſtrumentum eſſe ſolet, & menſura, quare ponitur, ſi redigitur ruina ædificans, & mors inſtaurans in inferno
ad nihilum? nullius enim vtimur ædificij inſtrumentis, cum domus, ſeu quid-

quidquid aliud, ſolo æquandum eſt, & ad nihilum redigendum, non poterat melius explicari deſtructio, quæ ædificet, & ruina, quæ inſtauret: damnati enim vita moriuntur, & inſtaurati vita mortem oppetunt; ideſt, dum morte delentur, fabricantur; & dum ad extremum caſum perducuntur, exurgunt, vt viuant ſemper in tormentis, qui vixere ſaltem voluntate in delictis. Itaque ponitur perpendiculum, quia non eſt ruina, ſed ędificatio in tormentis, ſed ad deſolationem, quia mortem ſubeunt in poenis.

46 Hoc præclare Dauid: *ſicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos* (celebris eſt hæc ſcriptura, & diues expoſitionibus, nos autem ijs, quæ circumferuntur miſſis, hoc modo ponderamus) ad noſtram ſententiam S. Bernardus: *mors depaſcet eos, quia*, inquit, *in inferno ſemper moriuntur ad vitam*, *& ſemper viuent ad mortem.* Hoc idem Athanaſius, qui per mortem intelligit infernum, qui depaſcet damnatorum animas, igne æterno, fletu, ſtridore dentium, tenebris, frigoribus, foetore &c. non recedit ab hac expoſitione Auguſtinus, inquiens de damnatis *quorum cibus eſt cruciatus.*

Pſ. 48 15.

Aug. to. 1. ſer. 39.

47 *Mors depaſcet eos*, id eſt, mors paſcere faciet eos, ſeu ad paſcua minabit eos, ſeu vt alij, mors, paſtor eorum eſt: qualia tormenta, erunt incolarum inferni, ſi quod carum eſſe ſolet, poenale eſt, & terrificum? ſane, quid carius ouibus, paſtore, cuius beneficio inueniunt paſcua, luporum euadunt inſidias, potantur, curantur? quod oſtendit Dominus, ſignificans, impenſiſſimam curam, quam adhibet ad protectionem ſuorum, his verbis: *Ego ſum paſtor bonus &c.* Iſaias: *ſicut paſtor gregem ſuum paſcit, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit: fœtas ipſe portabit*: deſcribit paſtoralem tutelam paſtoris in gregem, blanditias, & ſolertiam. ergo ex hac Prophetæ ſententia argumentari oportet, & quæ anguſtiæ, quæ poenæ crucient damnatos, quomodo morte affligentur, ſi atrocitas, & ſæuitia in blando paſtoris officio etiam inuenitur: quis ouium carus paſtor? mors profecto: *mors depaſcet eos.* Puto autem ego in primo hemyſtichio anguſtiam loci, in quo arctabuntur damnati, manifeſtari, ſumptamque eſſe ſimilitudinem ab ouibus, quæ, etſi gregatim ambulent, nihilominus inter ipſas caulas, ita altera alteram impellit, adhærens, vt penè coaceruentur; ergo ſicut oues in inferno poſiti ſunt. i. conſtriguntur, & arctātur, & quaſi fabricantur in inferno; & ſicuti in ſepulchro aceruus cadauerum inuenitur, ita vnum alteri adhæret, vt eiuſdem oſſa videantur; mille corpora recipit mortuorum in anguſto loco, quæ mixta ſimul breue ſpacium occupant, ita in inferno exiguum illos ſpatium commiſcebit: appoſite poſt ouium ſimilitudinem mortem paſtorem poſuit: *mors paſtor eſt eis*: vt & ita conſtringi in gehenna deſcribantur, qualiter in ſepulchro morte præſidente, cadauera.

Io 15. 14

Iſa. 4. 15

res caræ ſunt atroces in inf.

Sicut in ſepulcro ſtipantur.

Dauid quoque anguſtiam, in qua alligantur dānati optime inſinuat, his verbis: *inueniatur manus tua oībus inimicis tuis.* (ad literam in hoc Pſalmo de inferno agitur, vti ſupra probatum eſt) Symmachus, & Agellius: *comprehendat, & conſtringat manus tua omnes inimicos tuos*: conſtringat, inquit, tanquam ſi eos capere non poſſet infernus, ideo conſtringentur; vel etiam tanquam ſi hoc indictum eſſet, eos ligari, & conſtringi, vt ab illo carcere non euadant. æternitatem hoc indicat poenarum, vel maius tormentum; ſolatium nempe amittant, quod haberi ſolet, dum quis peruritur, febri, igne, & volutatur locum quærens ab ardore vacuum, ideo conſtringat, nam ſequitur: *& deuorabit eos ignis*: cum deuorantur ab igne, ſint funibus, ac vinculis conſtricti ad maius ſupplicium. Sic etiam addictus tenebris exterioribus, & igni: iubetur in ijci ligatus manus, & pedes: it enim præſes nuptiarum: *ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi enim erit fletus,* 48

Pſ. 20. 8.

ligantur ne ulla ſit quies in ardore.

Mat. 22. 13

&

& ſtridor dentium. Alibi quoque cum
Dominus propoſuiſſet parabolam dam
natorum,& prædeſtinatorum,conditio-
nem, ac ſtatum ediſſerens ſub nomine
Matth. 13. 18. tritici, ac zizaniorum, data ſententia,
hæc protulit: *colligitè primum zizania,*
alligate ea in faſciculos ad comburen-
dum, triticum autem congregate in hor-
reum meum, iubet efformari de zizania
faſciculos, & in ignem mitti,ad combu-
rendum, ſeruari in ampla horrea æter-
nitatis triticum; adeo magna multitudo
damnatorum, adeo magna acerbitas
poenarum, vt in inferno proiecti,ſimul
congregentur,copulentur,ac conſtipen
tur. *conſtringat, & comprehendat ma-*
*nus tua: cõprehendat,*Euſ.*tanquã fugiẽtes:*
pugnauerunt in hac vita cõtra Deũ? cõ-
prehẽdentur captiui. nã ſeq. *Dñs in ira*
ſua conturbabit eos,et deuorabit eos ignis
Cõprehendentur fugientes. Heb. *abſorbebit* 70. *trepidos ĩ fugã vertet*
addit Agell. *hac illac fugere coget ordinib.*
turbatis: ſed qa nullus erit euadendi lo-
cus, *deuorabit eos ignis* tradet rex hoſtis,
impios enerues,fugiẽtes,igni cõburẽdos
in perpetuũ; *quoniam pones eos dorſum*
Symm. *cõſtitues eos auerſos:* exercitũ im
piorum conſtitues auerſos, diues victo-
ria, Euſeb. *auerſos feciſti; & in fugã ver-*
tiſti,vt terga darent ſed comprehẽdes
poſtea,& ipſos,& tabernacula compre-
hendes, temerè tecum bellũ inſtituen-
Iob 15. 24 tium, & aduerſantium tibi. Iob optime:
terrebit eum tribulatio, & anguſtia
vallebit eũ: Sicut regẽ qui præparatur ad
Contendit cum Deo peccator. *prælium: ſicut rex* inquit Gloſſa, *paratus*
ad prælium,vallatus militibus,ſic iſte angu
ſtijs,& terroribus: ſed quare? ſequit. *te-*
tendit.n. aduerſus Deũ manũ ſuã, & con
tra omnipotẽtẽ roboratus eſt: cucurrit ad-
uerſus eũ erecto collo,& pingui ceruice ar
matus eſt: ideo quia pugnauit cũ Deo,tã
dem vallabitur tribulatione,& anguſtia
iacens in lectulo;& deinde cõprehendet
manus tua illos *conturbabis eos,& deuo*
Pſ. 139. 11. *rabit eos ignis* &c. manifeſtius in pſ. *vi-*
rum iniuſtum mala capient in interitu:
quæret euadere,ſed,vel,vt Aug. mala ca
piẽt in interitũ.i. ad differentiã iuſtorũ,
quos nõ ad mortẽ,ſed ad coronã capiũt
mala in hac vita;vel dũ premitur morte,
tunc mala,non amplius fugientẽ appre-
hendent,& ita cõprehendat manus tua:
alia verſio *mala venabuntur*, & ſignifi-
cat mala venari impios,& dum in hac vi-
ta apprehendere non valuerunt,fugien-
tẽ,aberrantẽq; in interitu,in ipſo latibu-
lo eſſe apprehenſura: *cõprehendat* ergo, Mala venabuntur in interitu.
& conſtringat oẽs inimicos tuos in ſecu-
lo iacentes,circũſtantia mala,dolores,dæ
monũ vultus,angor &c.tanquam rapidi
canes venatici venabuntur,ſicq; *mala ve*
nabuntur in interitu.

At quid eſt,ꝙ inquit vulgata, *inuenia* 49
tur manus tua oĩbus inimicis tuis? vbi
q̃ſo Dñi manus eſt,q̃ rogat Dauid inue
niri,vt capiat,cõſtringatq; inimicos? pro
ſciẽdũ ẽ hic deſcripta magnificẽtia Chri
ſti in eius exaltatione,eiuſdẽ deſcribi po
tẽtiã,& gloriã in impiorũ humiliatione,
& poenis inimicorũ;vt aduertit Caſsio.
vtraq; vero manus Dei.i. operatiua vir-
tus,aliquãdo accipitur in bono,vt ẽt no
tat Lyranus,tunc aũt manus eius dexte-
ra reſpicit bona ęterna, & ſiniſtra eius
bona tẽporalia;iuxtà quæ in prou. *lõgitu* Pro. 3.
do dierũ in dextera eius, & in ſiniſtra il
lius diuitiæ & gloria. Aliquando reſpi-
cit malũ poenæ,ꝙ iuſte infligitur à Deo,
vt Paul. *horrẽdum eſt incidere in manus* Heb. 10.
Dei viuentis: tũc aũt ꝑ ſiniſtrã,minor pu
nitio,ꝑ dexterã,maior: pñtẽ per ſiniſtrã
intelligimus,æternã calamitatẽ,ꝑ dexte
rã: & ſm hoc dr: *inueniatur manus tua*
oĩbus inimicis tuis,dextera tua inueniat
oẽs qui te oderũt. At quare dũ agitur de
dextera Dei puniẽte,de æterna calami-
tate, dr *inueniatur manus tua oĩbus ini-*
micis tuis,dextera tua inueniat oẽs ꝙ te
oderunt? hoc ideo dicit,quia in hac vita,
dextera Dei abſcõdita eſt à miſericordia,
abſcõdita aũt,vel ſub pennis longanimi-
tatis,vt ibi *& manus hoĩs ſub pẽnis eorũ*
(ꝙ de manu Dei intelligi poſſe ſup. oſtẽ Oze. 1. 18
ſũ eſt)vel in ſinu penè otioſo pietatis &
amoris;& ideo *vt quid auertis manũ tuã*
de medio ſinu tuo in finẽ? .i. vt alij,educ
Dñe abſconditam in ſinu miſericordiæ, Dextera Dei non videtur in hac vita.
manũ;q̃ quodamodo oblita videtur iu-
ſtitiæ, *in finẽ*.i. vt ꝑdat in finẽ cũ minime

tempus erit miſerendi; ſeu *in finem*: in æternum, cum opera iuſtitiæ ex hac dextera minime cognoſcatur in hac vita, idcirco deperdita videtur, celante eam, pietate, ea parte qua ſecus ſedem habet cor, fons amoris: ſed, vt in æternum plectat inueniatur tandem inimicis tuis, & ideo educ eam *de medio ſinu tuo in finē* tunc autem inuenietur, & apparebit, cū æterna ſupplicia infligenda ſunt. Hæc dextera comprehendet, & conſtringet inimicos, vt ſupra dictum eſt .i. damnatos in faſciculos ad comburēdum igni. Pier. li. 88. tit. laqueus. Porro Saturnus alligatus cum apud veteres ſignificabat, qui in tartara cōiectus eſt, propter loci in quo verſatur profunditatem, quaſi quibuſdam vinculis Pſ. 12. 37. detineri idcirco Dauid *anima noſtra erepta eſt de laqueo venātium*: à laqueo infernali uenantium, quos ſupra enumerauimus. Præterea Saturnus tardi motus eſt, & pedibus ligatus, quando ergo arbitraris poſſe illum, magnum chaos tranſmeare, dicēte Abrahamo *Chaos magnum inter nos, & vos*? Catenæ præterea quibus manus, & pedes obligantur coniugalis eſſe vitæ inditia, ait Pierius quæ coniugatos cohibent, & liberum progreſſum impediunt; vxorem ergo ducit damnatus, infernum. Siquidem ipſe, ligatus, manus, pedeſque deſcribitur, inter tenebras exteriores iniectus, Infernus vxor damnati. vbi fletus eſt, & ſtridor dentium; & ſanè ſicut matrimonium non niſi morte dirimitur, quomodo diſſociabitur à coniugio poenarum, quem ſemper mors fugiet, dicente ſcriptura Apoc. 9. 6. *quærent homines mortem, & fugiet mors ab eis*? habet autem coniugem, poenas, in tartaro, ſicuti dicebat Iob, ſe vermes, ac putredinem habiturū eſſe in ſep. patrē ſororē, ac matrem *putredini dixi pater meus es tu, mater mea, & ſoror mea vermibus*. quare non coniux? quia tormentis coniugio copulantur damnati inſeparabilibus; de Matth. 14 9. coniuge namq; dicitur *quos Deus coniunxit homo non ſeparet* facilius quis poteſt à ſorore, & parentibus, quam à coniuge (niſi data cauſſa repudij) ſeparari, quod quidem ab impijs illic excludatur. Ligātur autem manus, quia minime operari poterunt; & pedes, quia numquam illinc extrahentur. in figura dicitur hoc in Apocal. *apprehendit draconem ſerpentem antiquum, & ligauit eum*: Apo. 20. 2 inde ligatis manibus, & pedibus ferreis catenis ad durationem: omnes oſtendit (vt omnino ligatus monſtraretur, nec caſu vllo ſoluendus) Horatius: omnibus quibuſcumq; vinculis compeditum illum de quo

Hora. car. 3.

amatorem trecentæ
Pirythoum cohibent catenæ

determinatus, pro indeterminato, omnes catenæ: bene ergo dictum eſt *comprehendat, & conſtringat manus tua omnes inimicos tuos: & ſicut oues in inferno poſiti ſunt*. verum ad ceteras verſiculi huius expoſitiones tranſeamus. Mors damnatis, cibos offert, poenas, ſane cibo, vt vitam ducant, homines, indigent: ſine quo areſactis corporis officijs, ac conſumptis, fame ſæuiente, mors ſuccederet; cibus vero conuertitur in ſubſtantiam aliti, & partes per omnes diffunditur; ergo tormentis paſcens illos mors, nutrit vitam: paſcua quæ damnati ſumunt poenas nutriunt; inquantū *mors* intereunt, & lethali poena conficiūtur; inquantum *paſcet* vitæ innuit ſubſtentaculum; vnde viuunt, morientes, non potuit pulchrius dicere: *mors depaſcet eos* nutritos, & in vita ſeruatos, à Aluntur vt moriantur morte. cibus vero hic per omnes illius partes diffunditur, in imaginatiua diffuſæ poenæ, in intellectu; in ſenſibus, in voluntate; in toto denique corpore: quod egregie Gregorius interpretatus eſt. ſuper verb. pſ. *pones eos vt clibanum ignis: clibanus ait intrinſecus ardet, is vero, qui* Gregor in 10. mor. c. 17. *ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari; vt ergo ſacra eloquia ardere interius, & exterius reprobos demonſtrarent, eos & ab igne deuorari, & ſicut clibanum poni teſtantur: vt per ignē crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente &c.*

Paſcet eos mors. cibus autem non ad nutrimentum adhibetur tantum, ſed ad augmentationem, quod idem cernimus

Digitized by Google

mus in cibo damnatorum; quorum poe
na eſſentialiter non creſcit,cum ad men
ſuram vniuſcuiuſq.noxæ,puniat Deus ĩ
altera vita, vt ſupra ſatis oſtenſum eſt ex
Augmentatio in dãnatis qua-
Gregorij authoritate; nam quemadmo-
dum ſe habet meritum ad gloriam,ita
ſe habet ad poenam demeritum.Beato-
rum vero,numquam eſſentialiter creſcit
gloria,nec ergo damnatorum poena;
vtrorumlibet autem accidentaria creſce
re poteſt,vel poena,vel gloria. Horum
tamen accidentalis,anguſtia,diuturna,
& perpetua cohabitatio eſt.itaque *mors
depaſcet eos* nutriuntur,& accidẽtali poe
na augmentantur; maior autem eſt in
inferno dæmonibus,accidentalis, quam
alibi,& ideo poſtulabant illi apud Lucã
Mar. 5.12
mitti in porcos: *mitte nos in porcos* ete-
nim ex amoenitate loci minuebatur ac-
cidentaria poena. At vero quid horrẽ-
dum,atque infeſtum magis eſſe poteſt,
quam perpetuo exilio addictos,carceri-
Tædium in carcere
bus infernalibus incluſos, ſemper in ijſ-
dem tormentis volutari? quod ſi qua
viciſſitudo aliquando, vel nouitas eſt,
ea eſt tormentorum. Sic quidam fertur
catenis vinctum,in carcerem coniectum,
eiuſdem rogaſſe ianitorem,vt ijs compe
dibus, & catenis ſublatis, alijs vinciret,
licet arctioribus: petijt cuſtos, quid hoc
rei eſſet, ſi ſpes nulla libertatis emerge-
ret? at reſpondit,ſi non abſoluor,ſaltim
noua cerno, etſi poenalia:hoc illi ſola-
tium erat.

51 Inſuper cibos habent poenas:qualis
autem cibus ita eſt temperies, compleſ-
ſio(quod aiunt)ſeu natura eſſe ſolet &
ſæpius obſeruatum eſt,infantulos vna
cum lacte ab impijs matribus, mores ſu-
xiſſe. Beati vero in ſuprema patria qui
mãducant panem Angelorum, & aquas
Beati deiformes dãnat. pleni blaſphem.
bibunt fontis vitæ, & de torrente volu
ptatis Domini potantur,ſemper in iucũ
ditate morantur,& exultatione,inceſſa-
bili voce benedicentes Deum, & vt in-
quit S.Th.deiformes dicuntur, mores
nacti quodammodo Dei.damnati vero,
quos mors depaſcit,quid eructent, niſi
id quo repleti ſunt, mortifero eiulatu,
luride planctu,furorem,indignationem
& blaſphemias? mors namque depa-
ſcet eos.

Vel etiam,ad noua tormenta deduci 52
etiam hoc commode poteſt, & denuo
exurgentia,non.n. ouis radicitus herbã
extirpat,ſed ſummitatem depaſcitur tã-
tum,illa vero mox renaſcitur,germinat,
& repullulat; ſic quidem damnatorum
poena,etſi tota hauſta videtur,comple-
ta tormenta omnia,at radix manet,æter-
nitas conſumi,ac deleri minime poteſt;
quare nouas iterum emittit poenas ra-
dix non extirpata peccati.Seu quod val
de mortis in hoc munus explicat, *mors
7o.paſtor eſt eorum.* Paſtor itaque gregẽ
Mors paſtor infernorum
de prato in prato traducit:paſcuis.n.hic
conſũptis transfert illuc oues,vbi viren-
tia ac læta paſcua cibum ſaniorem red-
dunt;oues, mox ibi conſumptis herbis
denuo deducit huc &c.in inferno mors
damnatum inter paſcua tormentorum
ignis,collocabit: transfert deinde ab i-
gne ad niuem, *à calore nimio tranſeat ad
aquas niuium*,à gladio ad arcũ *fugiet ar-* Iob.24.11
ma ferrea,& incidet in arcũ æreũ &c. &
bene mors paſtor hoc præſtat, ſiquidẽ
impij ſemper paſcua noua inuenere de-
litiarum,& nouo inuento ſcelera perpe
trarunt; nouo tranſitu inter voluptates
depaſti ſunt: dicente ſcriptura: *nullum
pratum ſit,quod non pertranſeat luxuria* Sap. 2.8.
noſtra non libidinis,non gulę, non aua-
ritiæ; quare ergo ſimili rõne in inferno
non pertranſeant de prato ad pratum,
duce,ac paſtore morte,vt depaſcãtur in
poenis?

Primum eſt ergo,ſicut oues poni,de- 52
ductaq; eſt metaphora vt Genebr. ab o-
uibus,quæ ducuntur ad cæden, & ex lit
tera indicatur quod minime reſponde-
re poſſunt,obmuteſcent. Sũ vero in
inferno, puniuntur in infimo loco,ac te
terrimo.Tertium vero *mors depaſcet eos*
.i.vt exponit D.Bernar. miſeri in infer-
no à morte corrodentur,& Agellius de
paſcetur mors, abſumet,vorabit: reſpon
dent hæc quæ diximus tribus peccatorũ
ſceleribus, quia videlicet damnati con-
fiſi ſunt(vt in eodem pſ.) in virtute ſua,
ſecũdo,quia gloriam mundanã mercati

 ſunt

Digitized by Google

confirmatis vero tormentis in carcere obliuionis, nulla iudicem ſubit cura de damnato. alibi quoque: *ſicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt*: memoriale, & ſupplicationes, ſi quæ poſſent eſſe, proijceres de manu tua. Iudicis auerſionem ab hac terra obliuionis, explicat his verbis Chryſoſtomus (hic accedere quidem ad principes, atque rogare pro damnatis poſſumus; ibi autem non amplius licet, ſed perſeuerabunt in tanto dolore, atque moleſtia, quanta nec dicere homini poſſibile eſt) & carcerem deſcribens infernalem, hæc contemplatur (non enim inquit vincula illa ex ferro, ſed ex igne ſunt, nunquam extinguibili, neque, qui præſunt nobis, eiuſdem dignitatis ſunt, vt mulcere illos poſsis, ſed Angeli, in quos, neque reſpicere licet, valde iracundi, propterea, quod Dominum tanta contumelia affecerunt.)

Pſ.87.6.

Carcer obliuionis in inferno.

56 Etſi temporalibus poenis in hac vita ferimur à Domino; nulla tamen, eſt plaga, licet admodum ſæua ſit, quæ ab ipſo ſanari non poſsit: *ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus eius ſanabunt*: & Iſaias alibi. Enimuero, quas ſibi ipſis plagas ſcelerum ferro aperuerunt damnati, nulla medicina curare ars poteſt. plagæ enim infernalium habitatorum inſanabiles ſunt: *hæc dicit Dominus, inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua; non eſt, qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum vtilitas non eſt tibi: omnes amatores tui obliti ſunt tui, teque non quærunt; plaga enim inimici percuſsi te, caſtigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta ſunt peccata tua, quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi &c.* expende verba illa: *curationum vtilitas non eſt tibi, omnes amatores tui obliti ſunt tui*: ne quærat amatores auxilium impendentes, fruſtra quærit, non parentes, non vxorem &c. *dura facta ſunt peccata tua*: ita vt toto poenarum impetu, & flammarum ardore per totam æternitatem non poſſint emolliri; eſt in prouerbium, quemlibet durum lapidem, ꝙ poſſit vel ſtilla continuo cadens perforare, *gutta cauat lapidem*; at non per diutinum tempus, ſed per æternitatem, non ſtilla poenarum, ſed omnes poenæ, peccatum minime poſſunt emollire; vt deinde ſurgat ſpes, euaneſcente peccato, & deleto, libertatis: Iob egregie: *lapides exacuant aquæ & alluuione paulatim terra conſumitur, & homines ergo ſimiliter perdes*: alia verſio: *aquæ cauant lapides, tuque ſubmergis alluuionibus tellurem, & ſpem homini calamitoſo adimis*: verum omnino eſt, quod aqua cauat lapides, ſed quia peccatum nimis durum eſt damnatorum, minime perforari, tenuari, ac emolliri poteſt; eo quidem perſeuerante, nunquam damnatus abſoluetur; at quia non cedit aquis tormentorum, ſpes omnis adempta, atque conſumpta libertatis; impio, ſeu calamitoſo, & in tormentis ſepulto eſt, ſpē adimis; contra in hac vita emollitur peccatum lachrimis, prece &c. poſtquam fleuit Magdalena, audiuit: *remittuntur tibi peccata tua*: ſed plagam damnatorum incurabilem. Ex ijs, quæ diximus, inter purgatorium, & infernum hoc diſcrimen colligi poteſt. ac inter nauſocomiū febricitantium, & alterum inſanabilium. In vrbibus namq. celeberrimis, hoſpitale ſolet eſſe, quod [de gli, incurabili] vulgo dicitur, in quo ægroti nulla medicina à languoribus leuari poſſunt, & ibi vſque ad mortem, lectulis iacent: eos itaque recipit, qui nulla ſpe ſalutis priſtinæ tenentur, quorum vulnera, ac morbi incurabilia ſunt, quales ſunt, leproſi, paralyſi vexati, amentes, tabidi, membraque putrida habentes. qua de re tale nomen inditum hoſpitali eſt.

Iob. 1. 18.

Iſa.30.26.

Ier.30.12.

Iob.14.19.

durū peccatum in inferno.

Luc.7.49.

Reliqua vero hoſpitalia, ſanos ab hinc paucos dies dimittūt, ægrotos &c. talis eſt locus purgationi ſcelerum deſtinatus, in quo curantur, non ſepeliuntur ægroti; adhibita ſane purgatione, vt fit à medicis, cauſa curandæ valetudi- 57

nis;

nis;purgant ergo inter poenas, prӕteritas culpas, quo deinde ſalutem adepti dimittuntur,vt abeant. At in nauſocomio infernali, quid opus purgatione eſt inter ſӕuientia, & inſanabilia vulnera, quӕ dolorem pariunt ӕternum? plaga incurabilis eſt,vulnus inſanabile: Iſa. loquēs de morbis inſanabilibus hoſpitalis huius, hӕc dixit: *dies Domini veniet crudelis, & indignatione plenus* 70 *inſanabilis*: Chryſoſtomus: *Dies Domini,incurabilis,furore,& ira plenus,nullus erit, qui iuuare poſſit*, cum aderit ille dies, impij incident in morbum incurabilem, dies incurabilis.i.detegens plagas incurabiles: de his plagis loquebatur Eccl. *attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis, in mortem.* His breuiter de ebullitione ollӕ, iterum ad eam ſtilum conuertamur.

Inter. hoſ. incurabil.

Iſa.13.9. hom.44 in c.12. Mat.

Eccli. 28. 30.

58 Ollam diximus ex multorum opinione, in bullas reſolutam, ſeu feruentem, ſeu ebullientem.continuis ſuppoſitis incendijs, continuo feruet olla, & quidquid apponitur, abſorbet,& vi raptum conſumit,feruentem ſicut ollam, infernum, voraces flammӕ efficiunt; hinc eſt,quod nunquam dicit ſufficit,& mortem comitatur auidus ruinӕ,& exitij.vt bene iſtud intelligi poſſit,obſeruo, quod dicitur in Apocal. *& ece equus pallidus,& qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors,& infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terrӕ,interficere gladio,fame,& morte*: infernum vidit, & mortem; ſemper ſocietas inferni cum morte eſt (de morte loquor illa,de qua: *mors peccatorum peſſima*:) infernus enim, vt auidam famem nullo cibo explendam, ſatiet,morti comes eſt. Conſpexit autem ſuper equum mortem; infernum vero ſequentem nullo equo vectum, ſed peditem: *& infernus ſequebatur eum.* Porro mortem inſidētem ſuper equum pallidum, non alia ratione inſequebatur infernus, niſi vt pigram, tardamque,ad velocem motum,ſtimulo agitaret. Tardus enim aliquando, & claudicans equus mortis eſt,ſed plerumque dӕmone agitante, properat,& currit: ſecundum ordinem naturӕ,ſeptuaginta v.g.debebat quis explere vitӕ ſuӕ annos, ecce nunc mortē laſſeſcente equo,formicidino (vt inquiunt) gradu incedentem; ät peruerſus, vndique inimicitias ſibi parat,quamobrem repentino interitu occumbit:ecce infernum,ſeu diabolum,mortis equum ſtimulantem: *infernus ſequebatur eum.* Itaque diabolus ſeu peccatum reddidit ſollicitam mortem; diabolus autem ſtimulus appellatur: *ſtimulus carnis meӕ, angelus ſathanӕ,qui me colaphizet*: quod vero acceleret:Pſalm. *minoraſti dies temporis eius*: ſed quare? ſupra: *tu vero repuliſti, & deſpexiſti*: repuliſti monita mea,deſpexiſti Deum: ideo *minoraſti tempus eius.* Probat vero alibi Paulus; quod peccatum, ſiue diabolus agitet: quӕrit ergo, *vbi eſt mors ſtimulus tuus?* quaſi diceret, & quodammodo exprobraret: O mors,ſic equitas, ſic equo inſidēs:viā carpis? vbi eſt ſtimulus tuus, quo pigreſcentem, ac debilem,ac pallidum equum ad curſum excites? quando ſine ſtimulo ad prӕfixum terminum peruenies? Reſpondet: *ſtimulus mortis peccatum eſt*: Angelus ſatanӕ ſtimulus eſt,infernus,id eſt, diabolus, qui ſequitur,ſtimulo pungit equum,vt currat, & ad peccatorem cito perueniat; quem tandem occidat,& rapiat, detrudatque in gehennam:ſic quoque habes in Eccl. *memor eſto,quod mors non tardat,& teſtamentum inferorum, quod nuntiatum eſt tibi*: vides mortem ſollicitam; quia mentio infra de inferno;ſed quod teſtamentum hoc eſt? Gloſſ.lex illa: *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori*: ſed quare dicitur teſtamentum inferorum, & cui nunciatum eſt? nunciatum eſt Adamo: *donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es:quia puluis es, & in puluerem reuerteris*: tunc autem nunciatum hoc eſt,cum intraret mors in mundum, & impelleret eā diabolus: *inuidia.n.diaboli mors intrauit in mundum*: quamobrem recte teſtamentum mortis, vel lex

Ap.c.16.

Mors & diabolus.

Infernus, comes mortis.

2.Cor.12. 7.

Pſal.101. 46

1.Cor.15. 55.

Mors ſtimulus est peccati.

Gen.3.19.

lex mortis, teſtamentum dicitur infero-
rum, inferno, ſeu diabolo, hanc inducente, ac introducente in genus humanum, Ideo inquit, ſcias, quod ſicuti ô homo, cum tibi, & parenti tuo nunciatum eſt teſtamentum mortis, ipſa intromiſſa fuit opera diaboli; ita nunc breui quoque adfuturam noſcas, eodem ipſam diabolo excitante, ac impellente.

59 Obſeruamus præterea equitantes, vel maxime per incognitas regiones, mulionem ſecum deferre, qui curam equi gerat, viamque aperiat, dum iter calcandum eſt: mortis autem comes, quo monſtrante, vias huius vitæ mors
Author peccati diabolus. peregrina edocetur, diabolus eſt: aduena ſiquidem comitem, ducemque elegit, quo vitæ huius ſemitas deinde nouit: Ignotas ergo mundi regiones, diabolus morti patefecit, primis namque parentibus mortis viam oſtendit, dum ad vetita carpenda perſuaſit, viamque fecit nullo mortis adhuc veſtigio temeratam, vti dixi: *inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum*: & alibi: *p peccatum mors*: clarius in Pſalm.
Ps. 77. 50 enumerat Dauid ſtrages, & occiſiones per mortem factas in Aegypto: *non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit, & percuſſit omne primogenitum in terra Aegypti.* hæc ſunt mortis opera, quæ ipſa inſidens equo pallido perfecit, ſed quo modo tanta, mors peregrina auſa eſt? idem Propheta docet; *immiſsiones per angelos malos, viam fecit ſemitæ iræ ſuæ*; id eſt, ad litteram: comitantibus, & viam oſtendentibus, ac minantibus, & ducentibus angelis malis, iumenta, homines, & primogenitum quodcunque, ad terram mors deiecit, merito dicat Ioann. *qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum*, tanquam mulio, equitantem, & viam ignorantem; in
Ps. 77.37. Pſalmo quoque: *defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione*: quare cum feſtinatione? nunquid impijs citius occidit ſol, & ocior, illis ſpatia curſus tranſigit ſui?: non ita quidem, ſed mortem diabolus, & peccatum, accelerat, vt illud: *& ambulauerunt* Iere. 2.5
poſt vanitatem, & vani facti ſunt: &, quod hoc ſic: infra *quomodo dicis, non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui*? ergo anni defecerunt propter peccata, peccatū, vti diximus, accelerat mortem: ſic etiam dictum ſupra eſt, Deum diſtans tempus captiuitatis propter peccata attraxiſſe, & ideo: *virgam amygdalinam ego video*: præmature nimis ingruet indignatio Domini, nec tempus expectat, ſicut tempus minime expectat amygdalum, quin erumpat in flores. & in Amos abbreuiatio captiuitatis exemplo vncini explicatur: *quid tu vides Amos? & dixi: vncinum pomorum: & dixit ad me: venit finis*: [ſicut vncino rami arborum deuehuntur ad poma carpenda, ait Hier. ita ego proximum captiuitatis tempus attraxi.] fructus, qui diſtantes in ramo ſunt, immaturi, qui arboris excuſſione, nec decidunt; vncino, ramis attractis, colliguntur. Sic etiam non dum maturo fructu vitæ alicuius, ramo diſtanti, creditur vita diuturna; at mors, inferno pungente, & ſtimulante, peccato hoc expoſcente, vncino, ſeu falce, diſtantem alioqui vitæ ramum attrahit, & fructus immaturos colligit; at quid hoc eſt? peccatum ſollicitans, & mors immature veniens: In Deuteron. loquitur de nouiſſima vltione, his verbis: *mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum: iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora: iudicabit Dominus populū ſuum*: mea eſt vltio: cū aliquid in ſcriptura, Dei, dicitur, id quidē magnum eſt, ut *mons Dei*. i. altiſſimus: *Cedros Dei*: ideſt proceriſſimas; mea eſt vltio, terrifica erit vltio, qualis non erit, mea erit, nunquam extitit talis, quæ habebit aliquid infiniti. *retribuam*, inquit, *in tempore*. retribuet in poena, quod tu ſceleris tribuiſti, ex te erit origo poenæ: retributio dicitur vindicta, ſed in tempore, matura iam culpa, tunc reddam; tempus tunc dicitur fructuum, cum vix maturi poſſunt amplius in arbore conſiſtere; ita etiam, vt hoc probes, vncinum pomorum, quem diximus

Amos 8

velut vncino attrahit vitam peccatum.

Deut. 32. 35.

mus tempus ſignificare, quo poma deuehuntur,vncino attractis ramis,alij vertunt,*caniſtrum plenum fructibus æſtiuis*, ſeù *vas plenum nouiſsimis æſtatis fructibus*. Ergo Deus tunc ſuam iram exercet contra peccatores,cum iam maturi culpis,nequaquam merentur diuinam amplius longanimitatem: fructus autem maturi è ramo colliguntur, & apparent in caniſtro;ſic vita hominis exciditur,&c.ſequitur, *iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora*: ſi iuxtà eſt, cur adeſſe feſtinant tempora? ſollicitudo mortis in impios exprimitur, qua maior excogitari non poſſit: [viene per le poſte] nõ vſitato,ſed citiſſimo fertur gradu vicina calamitas mortis: cucurrit namque ad interitum tota celeritate,peccator, & ibi in Ieremia de

Ier.2.23.

impio dicitur, *curſor leuis explicãs vias ſuas curſor* prius, & vt qualis ſit curſor oſtenderet, addidit *leuis*, & deinde *explicans vias ſuas*. Ex hac verò ſcriptura facile mihi coniectare licet, quam pronus ad interitum,quamq. ad perditionem, improbus; etſi enim propter gloriam conditus ſit, ſuum tamen,peccati perpetratione,ſtatuit centrum,Infernum, ad quem videtur quodammodo naturali motu, quamfeſtine properare; motus namq. naturalis in fine velocior eſt; itaq. rectè ibi dicitur de Iuda proditore: *de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum*: in centrum ſuum,paratum immani facinore; & hìc etiam, hoc habetur, *mea*,inquit, *eſt vltio,& ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum,iuxtà eſt dies perditionis,& adeſſe feſtinant tempora*: labatur pes eorum; ad centrum inferni demergentur:in fine motus velocior eſt:*iuxtà eſt dies perditionis, & adeſſè feſtinant tempora*: demergendi ſunt in tartara, qui pondere peccatorum ſuorum illùc deducentur citiſſimè. Præterea ſcimus cum pes labitur, maius iter menſurare; ex lapſu.n.paſſus fit productior: peccatum verò lapſus dicitur in pleriſq. ſcripturæ locis, vt cum labitur pes, labitur lingua, &c. in Eccleſiaſtico etiam ſanguinis lapſus dicitur: *ſanguine tuo labaris in perditionem*, & ibi etiam: *ne forte labaris in lingua*: atq. etiam: *eſt qui labitur in lingua ſua*. Porrò ſi peccator quotidie labitur in labem, quotidie tẽpus, & iter vitæ protrahit,& quo magis peccat eo magis offendit, & contrahit coeptum iter vitæ,ſic in ſcriptura,*vt labatur pes eorum*:labetur pes offenſionibus, & peccatis: quid ergo ſequitur? *iuxtà eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora*: breui ergo adueniet finis, qui erit principium perditionis ſuę; & ideo *adeſſe feſtinant tempora*: ſed ad ſupradictam ſcripturam. In vrbibus, in quibus bonarum artium ſtudia vigent, ſcholaſtici, qui medicinæ dant operam,vt medicam artem,quam theoricè didicerunt, practicè,atq. experimẽto addiſcant etiam;medicum præceptorem equitantem ſequuntur,& in ægrotis curę illius demandatis obſeruant acceſſiones febrium,æqualitatem pulſus, & cæt. ſintomata, quibus ſtuduerunt, poſt medici obſeruantiam indagant, q ſi grauè laborat morbo infirmus, eſtq. in valetudine imminens periculum, ne accidente aliquo nocte corripiatur, neuè domeſtici, in cura, & præceptis medicamentis errent, practicum ſuum (vt aiunt) medicus relinquit,qui per totam noctem ægroto, & rei gerendæ inuigilat. Quis non aſſerat, quaſi medicum, mortem, qui ad artem praxi comprobandam, apud ſe practicum ducat, peditem,equitare? *& infernus ſequebatur eum*: relinquitur diabolus ad curam noxiam impij, quæ ille medicamenta exhibet! amorem objicit filiorum, vt Dei eliminet;præteritas noxas obiectat, vt deſperatio exurgat: ſuggerit ingrati animi eſſe vxorem beneuolam,amantẽ, bene meritam expoliare, & ſubſtantijs ſuis Eccleſias ditari,pauperes veſtire, male parta redere;debita ſoluere;reuocat ad mentem, ne quid deinde turbarum concitetur, prius inuigilandum eſſe ad rei familiaris diſpoſitiouem, quã ad animæ neceſſitates,& cæt. ita impius practicus omnia ea ſuadet, quæ omnino

Curſor leuis vita peccatoris

Act.1.25.

Eccle.9.13 ib.28.30. ib.19.16.

Diabolus aſſiſtit morienti, vt practicus.

Apoc. 8.6

no nocua ſunt & peſtifera hæc, & alia pharmaca ægrotum occidunt; ideo homines iſtiuſmodi nequiſſimos præmonebat ille in Apoc. vt omnino cauerẽt, ne ad ipſos ægrotos, iam lethali peccatorũ morbo, accederet diabolus: *veh, inquit, terræ, & mari, quia deſcendit diabolus ad vos habens irã magnã, ſciens, quod modicũ tẽpus habet:* iã modicũ tẽpus vitæ eſt, artis oĩs officia, & venenata pharmaca effunduntur à dæmone; et in eodem capite ſecus mulierẽ partus dolore laborantẽ, ſtetiſſe dæmonẽ habes, vt partũ arriperet, *& draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cũ peperiſſet filiũ eius, deuoraret.* Nõ aũt nouũ eſt in ſcriptura, moribundos, parturientes appellari, dũ incluſum pectore, totoq. corpore, ſpũm pariunt, luci, vel tenebris. Iſa. *vlulate, quia prope eſt dies Dñi, quaſi vaſtitas à Dño veniet, ꝓpter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis tabeſcet, & contereturr; torſiones, & dolores detinebunt, quaſi parturiens dolebũt, vnuſquiſq. ad proximũ ſuum:* alibi quoque: *vocẽ quaſi parturientis audiui, anguſtia, vt puerperæ, vox filiæ Syon inter morientes, expandenteſq. manus ſuas:* Stetit ergo, vt practicus ante mulierem diabolus; ſed minime res illi accidit ex voto. Multis legimus dæmonem aſtitiſſe, ſanctis ẽt viris, in morte; Martinus præterea, medicũ infernalẽ, ad inferna detrubauit, ſancto .n. nulla venena, nulla officinæ infernalis pharmaca nocuere, ideoq. clamabat: *quid hic adſtas cruenta beſtia? nihil in me funeſte reperies.* Et Andræas nr̃ Auellinus, eodẽ prorſus die annis reuolutis, quo Martinus ſtrenuã de diaboli fraudibus, victoriã, iãiam aĩam agens, reuexit, inſidiãtem diſcedẽti, & ad cœlũ demigranti dæmonẽ, Angelico fauore proſtrauit. Cũ .n. morbo prænuncio ad ſuperna euocaretur Andræas, iamq. deſiderio totus in patria, aĩa quoq. ab hoc mundo diſcederet, infernalis poteſtas lectulo iacentem, patribus circumſtantibus inuadit; ſtatim verò vnus ex ſupremis ſpiritibus, catena, qua canes abſtringi ſolent, collo religatum

Apo.12.12 — Mortis dolores, & partus. — Iſa.13.8. — Ier.4.31. — B. Andræas ſuperat diabolum:

dæmonem corripuit, & gemino ductu diſtenctum proiecit in atrium: Infernalis nimirum practicus, nec operis arduitate, ac timore, ſanctos deſerit, nec labore peruerſos. infernus igitur ſequebatẽ eũ.

Alio quoq. ſimili, ſcriptura explicari põt. Cum quis in aliqua domo moritur præter eccleſiaſticos, & eos, qui funus curant; ſtatim aduentare vides, qui ſepulcrum, qui foueam effodiunt, funus comitantes vſq. ad cœmiterium: ligone ſubito effoſſa terra locum ſepulturæ ſtatuunt; cum autem videris huiuſmodi, qui vulgo appellantur (becca morti) ibi, corpus aliquod ſcito ſepeliendum; quapropter recte de ijs dici poteſt, ſequi mortem hoc genus hominum. Nihil remouet nos dum tale munus ſtatuimus diabolo, qñ infernum .i. diabolum videmus ſequi mortem. Sequitur autem mortem, vt cum quis morte cedente ceciderit, vita functus, adſit ſtatim (loquor de morte impiorum; quorum funus à dæmone curatur, & ſepulcrum; nam iuſtos ſepelit Deus, vt cum Moyſes Dño iubẽte in mõte ſepultus eſt in oſculo ipſius efflans animam, cuius etiã corpus ab Angelis cuſtoditum, non patuit inſidijs dæmonis, vt ſcribit Iudas Apoſtolus in ſua canonica,) ſuamque operam non abſq. lucro impendat, ſæuus carnifex; manifeſtum hoc in ſepultura cuiuſdam impij, & iuſti: ait Lucas: *accidit autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ:* mors hic vtriuſq; accidit; moritur iuſtus, & ab angelis funus honorem recipit, ductus eſt interea ab ijſdẽ in ſinũ Abraham: *mortuus eſt diues:* & nunquid in ſinum Abrahæ Angeli officio conditur? minime quidem, ſed: *mortuus eſt autem diues, & ſepultus eſt in inferno:* rapuit diuitẽ diab. poſtq̃ mortuus eſt, & ſepeliuit in fouea infernali profunda: vti dicit Iſaias: *præparata eſt .n. ab heri Tophet, præparata, profunda, & dilatata: nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccedens eam:* ipſa etiam fouea eſt, quæ paratur peccatori de qua Iob: *ſepelien-*

6 — Simile. — Diabolus fodit ſepulcrum damn. — Luc.16.22 — Iſa.30.33. — Iob.27.15

Pſ.93.13. *tur in interitu:* & pſ. *donec fodiatur peccatori fouea.*

61 Iterum: *infernus ſequebatur eum.* Venator à longe auem contemplatur, & tacitis inſidijs appropinquat, cum ſecuram conſpicit ramo inſidentem; ignem applicat tormentario pulueri, qui plumbum ore exploſum magno conatu vſq. ad volucrem in incendium ſoluens, illã occidit: venator autem ne aliquando ſemijcta inter latebras, & dumeta ſeſe auis abſcondat, canes quoſdã venaticos ducit, qui prædam extemplo ore arreptam deferunt ad dominum, ſicq. canibus diſquirentibus nullus illi datur locus euadendi. Iuſti q̃n moriuntur, non à canibus, ſed à Deo ipſo excipiuntur; quando mortis ictu feriuntur: *iuſtus cũ ceciderit, non collidetur quia Dñs ſupponit manum ſuam:* (cadere autem in ſcripturis mortem oppetere ſignificat ſępiſſime) non cecidit, nec rapitur à canibus: *erue*, precabatur ille, *à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam*, & ibi, *ne tradas beſtijs animas confitentes tibi*: per canem, non incongrue diabolus ſumi poteſt, vt Orig. Adde quod aliquando ſemiuiua præda hæc oſtenditur tradita dæmoni, eſtque Diui Gregorij probantis hoc, exemplo prius Criſorij monachi, & cuiuſdam etiam monachi ex monaſterio Thógolaton: qui moriens hæc dixit: *& ecce nunc ad deuorandum draconi traditus ſum, qui cauda ſua, mea genua, pedeſque, caput vero ſuum intra os meum mittens, ſpiritum meum ebibens extrabit:* additq. Gregor. *quibus dictis ſtatim defunctus eſt atq. vt pænitudo ſe liberare potuiſſet à dracone, quem viderat expectatus non eſt. Quod nimirum conſtat, quia ad ſolã audientium vtilitatem viderit, qui eum hoſtem cui traditus fuerat, & innotuit, & non euaſit:* Agonizans ergo aliq̃n peccator videtur diabolo tradi; pulchrè in pſal. *priuſquã intelligerent ſpinæ veſtræ Rhamnum: ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos:* Genebr. [ſic in ira abſorbet eos quaſi viuentes, quaſi viuos, adhuc virentes, & valentes, quaſi crudos, &c.

Marginalia (left): Mors & inſer. venantur malos. — pſ.36.24. — 2.Rég.1.19 — pſ.21.19. — pſ.13.19. — Matt.15. — Lib.4.dial c.38. — Videtur diabolus animas repr ante mortem poſſidere. — pſ.73.10.

eſtq. illud Apoc. *& apprehẽſa eſt beſtia & cum ea Pſeudopropheta, &c. viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis, & ſulphuris:* põdera, quæ ſequuntur ibidẽ: ait.n. *& cæteri occiſi ſunt in gladio ſedẽtis ſuper equum, & omnes oues ſaturatæ ſunt carnibus eorum:* dæmon auis carniuora [vccello di rapina] ſequitur venatorem: *infernus ſequebatur eum.* Iuxta propoſitã canis venatici ſimilitudinẽ, quadrat ẽt exemplũ Andreæ noſtri, mox.n. vt accurrit diabolus ad ſenem animam agentẽ, exiſtimãs præda poſſe potiri, eo catenæ genere, quo canes huiuſmodi alligari ſolent, vinctus eſt. Nota in hoc illud Euãgelij aĩam ſuã, quis hortabat, vt comederet, & epularetur ſplendide: hic ergo ſecurus, & nulla mala formidans, inani, ſuperbaq. cogitatione diſtẽdebatur; ſed ecce mors venatrix, & canis ſequens: *ſtulte hac nocte animã tuã repetunt à te, quæ autẽ paraſti cuius erũt?* hæc mortis ſententia inopinata eſt; *ſed repetẽt à te aĩam tuã.* i. percuſſus, poſtq̃ cecideris mortuus, repetent animã tuã canes .i. excipient, auferent, abſument, vel iure petent, ſeu iterũ petent: appetitus morte, repetieris à canibus: *repetent à te animam tuam.* Et quidem in morte peccatorũ venationis forma eſt: propterea, ꝙ venator, ſecreto aggreditur prædã, & inopinato; ſilent omnes, pes lente paſſus format, &c. donec incautã appetat, deinde ſibilo canes cõuocat, & oĩa ſtridore, & clamore replet: nhil ergo minus cogitat peccator, q̃ venatricis mortis aduentũ, & dãna; ideo ſecurus manet, ac tandẽ, eo oppreſſo, ac interẽpto ſibilo vocantur canes infernales ad pdã; ꝙ egregiè Iſai. *& ſibilabit ad eũ de finib⁹ terræ, & ecce feſtinus velociter veniet, &c. & frendet, & tenebit prædã, & amplexabitur, & non erit qui eruat:* vel dic ẽt, mortẽ, meſſoris officiũ agere; ipſa.n. falce deſcribitur, ſicut meſſores, armata, eſtq. cõparatio, quia ſicuti meſſor, totã falce reſecat meſsẽ, ſpicas adultas, inanes, lappam, zizania, &c. ita mors nemini parcit, nec dignitati, nec improbitati, nec potentiæ, vnde Horat.

Marginalia (right): Apoc.19.20 — Diabolus eliditur ab Andrea animam agente. — Luc.12.19 — Iſa.5.26.

Digitized by Google

Hor lib 2.

—— omnium
Verſatur vrna, ſerius, ocius,
Sors exitura, & nos in æternum
Exitium impoſitura cymbe.

Alibi quoque ẽt in noſtram ſententiam

lib.2. *Nec parcit imbellis iuuentæ*
Poplitibus, timidoque tergo.

Mors tam quam meſſor. Vna omnes falce demetit; cum verò meſſis tempus appetit, meſſoresq. operi intendunt, permittuntur, qui volunt, Ruth 2. ſpicas à faſciculo meſſorum prætermiſſas colligere, vti Ruth. metentem verò falce mortem diabolus ſequitur, vt quas ſpicas abiecerit meſſor, & in terra proſtratas viderit, in faſciculos ſuos ſtringat: huiuſcemodi ſpicæ, animæ ſunt dānatorum; nam electorum: Sap 3.1. *in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis*: tanget mors, ſed non tormentum mortis.i.diabolus: itaq. manu Domini protegente ſeruantur, non ſic autem impij, de quibus dicitur: *ſicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum nō es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt*: has repulſas ſpicas, colligit dæmon, & ponit in inferno: nam ſequitur: Pſ 87.6. *poſuerunt me in lacu inferiori in tenebroſis, & in vmbra mortis*: hoc idem dicas, habita ſimilitudine etiam ad eum, qui vindemiat, & qui vindemiantem ſequitur, vt botrulos vuæ latentes carpat. Vtrumq. ſimul connexuit in morte, & in inferno Ioannes in Apoc. Ap.14.15. *mitte*, inquiens, *falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniā aruit meſſis terræ, & miſit, qui ſedebat ſuper nubē, falcem ſuam in terram, & demeſſa eſt terra*: vnde Matth. Matth. 13. 39. *bonum ſemen, hi ſunt filij regni, zizania autem ſūt filij nequā; meſſis autem conſummatio ſæculi, meſſores autem angeli ſicut; ergo colliguntur zizania, & igne comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi, mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittet eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & ſtridor dentiū.* clarius etiā in Apoc. *mitte falcem tuam acutā, & vindemia botros vineæ terræ; quoniā maturæ ſunt vuæ eius, & vindemiauit vineā terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum*: pars igitur in torculari p̄mitur, partem verò alterā aues de cœlo deuorant. Nō ſolum aūt ex vinea fideliū vuæ in vinū electorū premendę colligunt̄, ſed ẽt vulpes.i.diabolus, ſuas colligit furtim: vulpes aūt dicit̄ diabolus in ſcript. p̄p̄ caliditatē: de diabolo ſub hac forma potes illud intelligere: *capite nobis vulpes paruulas, q̄ demoliūt̄ vineas*: Dæmon vulpes. Cant.2.15. & apertius de interitu dānatorū, qui in dæmonū ſorte poſt vindemiā, ſeu meſſē ceciderūt: *ipſi verò in uanū quæſierūt aīm meā tradent̄ in manus gladij partes uulpiū erunt* Pſ. 62. 11. .i. iſti, qui quærūt aīm meā gladio ſæuiente occumbent, & erunt illæ partes, quas colligit dæmon; gladio interficiet̄, deinde cadent vulpibus in eſcā; ſic Saul, & eius ſectatores gladio Paleſtinorum ceciderunt, & eorum cadauera vulpibus, ac feris lanianda relicta ſunt: ita etiam Geneb. 1.Reg. vltimo.

62 Tandem in hac viſione, mors, videtur quaſi cōmiſſarij munus exercere, diabolus verò ſatelles mortē ſequitur, & eius perficit imperata. Interim nota duo, primū, q̄ morte, qua nihil vilius, & deterius eſt, diabolus vilior inuenitur: Vilior morte diabol. illa namq; equo, etſi pallido, & laſſo, inſidet: diabolus, pedes, ſequitur miſerior, & mendicior. Secundo Mors equo vehitur, tanquam ea, quæ inter incedendum fatigatur; diabolus verò, etſi luſtret omnia, nunquam laſſeſcit: Iob. 2. 2. *circuiui*, inquit, *terram, & perambulaui eam*: non æſtimat, quid ſit, & rabie ad malum pertentandum fertur; deinde: Heb. 3 6. *ſtetit, & menſus eſt terram*: nunc temporis momento, erexit ſe, & menſus eſt terram; fulguris obſeruas velocitatem (noſtro modo intelligendi) quod obſcuri aeris tenebras repente ſcindit, & illuminat; ad quod credo reſpexiſſe Iob dum diceret, Iob 41.25. *poſt eum lucebit ſemita*: poſt eum: tanta .n. fulguris huius eſt velocitas, vt nihil ante, ſed omnia poſt illud videantur: Dæmon fulgur. poſt dæmonem lucebit ſemita; quia cum tētat tenebras offundit; poſt tentationem lux eſt conſcientiæ delicti: ſed dæmonis artem, velocitatem, ac ſæuitiam

Digitized by Google

prætereamus, regreſſi ad conſiderationem poenarum infernalium, quarum parẽs, generatioq. nil aliud in poena.ſ. damni, præter ignem videtur eſſe, qui cætera tormenta, nunquã ipſe deficiẽs, præſefert: ſicuti in olla ebullitionis oĩs, & ſuccenſionis, ignis cauſa eſt, qui eam perpetuo facit ardere, & impoſitas carnes continuò feruere incendio: *ollam*, dixit: *ſuccenſam:* & deinde, *ab aquilone pandetur omne malum*, vt aduertas nil refrigerij, ac ſolatij inueniri poſſe vbi eos ignis flamma conſumit.

63 Ignem dixerim infernalem furere in inferno, prædæ cupidum, ac pabuli, inſtar feræ: fera immanis, & ſæua non tãtum homines diſcerpit vngue; ſed omnino contritis, ac comminutis oſſibus conſumit, ac deuorat, quales ſcimus Principes aliquos in foueis incluſas alere. ſimili modo conſumptos illos legimus, qui accuſauerunt Danielem, *& nõ peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerent:* & alibi, *porrò illos qui perditionis eius cauſſa fuerant, immiſit in lacum, & deuorati ſunt in momento coram eo.* ab igne ergo, damnati, tamquam à crudeli fera conſummentur: *Dominus*, inquit, *in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis:* huius uis eſt verbi, omnia conſumere, deglutire; & apte infernalis ignis, qui omnia abſumet, & perdet, nihil vacuum à tormentis relinquet, deuorare dicitur: adhibetur namq. à Deo, vt & corpora torqueat, & animas; omnia tandem ignito cruciatu deuorantur. Sanè infernum ignem inſtar feræ, deſcripſit Chryſoſtomus, dicens: *ignis in abyſſo illa tenebroſa feræ inſtar immaniſſimæ tranſcurrit, vindictæ, & prædæ cupidus:* fera hæc damnatos capiet inbelles, qui dicuntur ab Iſaia damulæ: *mouebitur terra de loco ſuo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius, & erit quaſi damula fugiens, & quaſi ouis:* quas damulas cõprehendent mala infernalia, vt: *virum iniuſtum mala capiẽt in interitu*, vel vt

Dæmon fera ſæuiſſima in inferno.

Dan. 6. 24.

14. 40.

Pſ. 20. 10.

Hom. 44. in Matth.

Iſa. 13. 14.

pſ. 139. 12.

ſupra, *venabuntur*. Et quoq. diabolus lupus in ſcripturis appellari ſolet, vt Cyrillus ibi: *mercenarius autem, & qui nõ eſt paſtor, videt lupum venientem, &c.* nunc autem, quæ pax eſſe poteſt inter damnatos, poſitos, vt oues, & dæmones, lupos?

Cyr. 7. in Matth. 5.

64 Ignis præterea æternæ damnationis inſtrumentum eſt, & apud prophanos, damnationem ſignificat, vt author eſt Alex. ab Alex. carbones nempe ſuccenſi damnationis ſigna ſunt; vti calculi remiſſionis; id teſtatus quoque eſt Horatius.

lib. 3. c. 1.

Quorſum habent ſani? an creta, an carbone notandi.

lib. 2. ſer. ſat. 3.

Et Perſ. in Sat.

Sat. 5.

Quæque ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

De calculo manifeſtum eſt in Apocal. *vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum*, & de carbone, *cadent ſuper eos carbones, in ignem deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent.*

Apoc. 2. 17

Pſ. 136. 11

65 Nec putandum eſt aliquod ſolatium ex hoc igne procedere poſſe, nempe luminis, quod earum mortalibus eſſe ſolet; tenebras enim præter ardorem habet pro luce; inde, *vox Domini intercidentis flammam ignis:* & Baſilius, *ſeparat vſtionem à luce, illamq. tantum relinquit damnatis:* idem hoc, Gregorius: & quidem vulgatum eſt: *ſicuti.n. ignis Dei non conſumit, & illuminat*, inquit, *vt rubus, quem vidit Moyſes incombuſtum, inter flammas, ita infernalis ignis cruciat, non conſumens, non illuminans:* & Seneca ait:

Pſ. 28. 6.

Ignis non illuminat.

Sen. Th.

Nec hoc leuamen deniq. ęrumnis datum eſt,
Videre ſaltem & noſſe, quo pereant malo:
Premunt tenebræ lumina, & diræ Stygis
Infrena nox eſt.

Vnde Iob ait: *palpabũt quaſi in tenebris.*

Iob 12. 25

At

Digitized by Google

66 At vero accidentaliter creſcunt damnatorum poenæ, vt Beatorum gloria: iſti namque habentes exaltationes Dei in gutture, dicuntur exultare: *exultabunt* Pſ.149.7 *ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in gutture eorum* &c. & illi cum crebris maledictionibus diuina inſectentur, validioribus volutantur in poenis. Porro quod attinet ad maledictiones incolarum infernalium, hoc ex ipſo inferni nomine patet: hæbraicè namq; dicitur: *Duma*, vel ab exciſione, quia ibi exciditur ſepulchrum, vel quod ibi laus Dei ſileat vti in Pſal- Pſ.103. mo: *non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum* Pſ.30.19. & alibi: *erubeſcant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa, quæ* Silet ibi laus Deus *loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſuperbia, & in abuſione*: qualis erit cruciatus, blaſphemantes, frementeſque audire, & qualis illis erit doloris, & poenæ occaſio? laus enim Dei lætificat hominem, & conſolationem habet, quammaximam: *exultabunt* inquit Dauid *labia* pſ.70.2 *mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemiſti*: tanta eſt dulcedo, vt viciſſim ex labijs refundatur ad animã, & è contra interius, & exterius ſuauitate perfundat: ſic, qui diem ad diui- pſ.62.1. nas laudes præuenire ſolitus erat vt explicat Lyran. *Deus Deus meus ad te luce vigilo* vehementiſſimo amore Dei tenebatur exinde, *ſitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea*! ergo maledicta damnatis erunt in moerorẽ, & poenas, laudes beatis in dulcedinem; ibi autem ſequitur è contra cum iram damnaque ipſorum & maledictionem pſ.30.20. deſcripſiſſet: *quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te*: e contra, quæ illis te confitentibus dulcedo ſeruata eſt!

67 Nec erit quod maximum miſeris ſolet eſſe ſolatium, ſocietas grata, adeo .n. intenſus eſt dolor, vt mentes ipſorum ab hac cogitatione remoueat, quin poena maior erit aucta à poenis ceterorum nempe a ſtridore, à tormentis, à maledictis &c. vnde Chryſoſtomus, *non patiantur*, inquit *intenſus dolor, vt quaſi otioſi de ceteris cogitent, ac inde cõſolentur*: Hom. 41. in ca. 12. Matth. *minime ergo nos huiuſmodi ſpes alat, nã conſolatio, quæ à malis aliorum originem trahit in mediocri afflictione locum habet, quando autem magnus eſt cruciatus, & anima vexata nimirum fluctuatur vt ſeipſam quoque ignorare videatur: vnde ergo fructum conſolationis excerpere poterit?* infelix ſocietas, quam, etſi vna omnes cohabitent, magnitudo ærumnarum diuidit & ſeiungit. Nulli dubium eſt damnatorum numerum ingentem eſſe, probatum hoc ſupra eſt, dum verba illa Euangelij interpretaremur: *colligite primum zizania, & alligate ea in faſci-* Matth. 13. 30. *culos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meũ*: in faſciculos colliguntur dãnati ob multitudinẽ, electi minime: *triticum autem congregate in horreum meum* triticum, non frumenta in plurali, *fiunt autem faſciculi, vt damnati* inquit Aug. *ſuis ſceleribus quique colligantur, ſuperbi cum ſuperbis; libidinoſi cum libidinoſis, &c.* de- Pauci electi, multi damnati. inde: *colligite zizania*, quaſi maturos fructus, & ſponte pendentes in promptu colligendos eſſe dixit, at congregate triticum, iuſti, ex eo quod pauci ſunt congregantur, hinc, inde: *in horreum meum*: non plura horrea, ſed vnum eos capit, iuxta hoc inquit Chriſtus in Euangelio: Luc.12.32 *nolite timere puſillus grex*: Beda *puſillum gregem electorum, vel ob comparationem maioris numeri reproborum* &c. Enimuero hoc iterum dixi, vt probẽ etiamſi abundet damnatis gehenna, poſito inter poenas nullum eſſe ex conſortio ſolatium; adeo perpetuas illas, & inexterminabiles poenas patientur, vt in ſe prè tormentis conuerſi, extra ſe nullum videre curent, dolentes de proprijs anguſtijs; hoc enim modo illud neceſſe eſt interpretari: *qui immutat cor principum populi terræ, et decipit eos vt fruſtra* Iob.12.14. *incedant per inuiũ* Pag. *q remouet cor capitum populi terræ, & errare facit eos in ſolitudine abſq; via: palpabunt tenebras & non lucem, & errare faciet eos &c.* etiamſi tot crucientur in inferno damnati,

Digitized by Google

nati,attamen propter ea,quæ diximus, terra illa cōfuſionis,appellatur ſolitudo, & deſertum: ita Iſaias: *nocte, & die non extinguetur in ſempiternum,aſcendit fumus eius à generatione; deſolabatur in ſecula ſeculorum, non erit tranſiens per eam,& extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem:* infauſtam ergo potius vides ſocietatem in gehenna commorantium, quam ex conſortio iucundam: Ideo obſeruo ego ita obnixè expetiuiſſe ab Abrahamo diuitem, aquæ guttam: *mitte Lazarum,vt intingat extremum digiti ſui in aqua, & refrigeret linguam meam,* neque enim erat neſcius Epulo,hoc quidem impoſſibile eſſe, damnatum à ſuperis refrigerium expectare,quem ſempiterna,& irreuocabilis totius maledictionis ſententia premeret.quin & à guttæ ex petitione excluſus, addidit poſtulare ſaltim hoc inter ærumnas poſito concedi debere, mittat Lazarum ad fratres,non recta incedentes,admoneatque,neu ſequantur Epulonis exempla,quem luxus, & auaritia pertraxit ad tartara: vnde tanta impijs damnatis,pietas, & commiſeratio eſt? minime ex pietate,iſta petebat, ſed moras obtendebat loquens cum Abraham,& Lazaro; vt quod ſolatium in ſocietate infernali experiri non poterat, ibi inueniret ſub hac ſpecie pietatis (inuiſa nihili faciens contribulium conſortia)credebat,frequenter cum Lazaro & Abrahamo ſermonem habere: ſed neque hoc iacenti in puris inferni tormentis ex voto accidit, quare ab Abraham reiectus à poſtulatis eſt.

Iſa.34.x

Cur Epulo guttam aquæ expetierit.

68 Non ſolum ſocietas dolorem non lenit,ſed lacrymæ nec ēt,& ſuſpiria: incluſus namque dolor vocis manifeſtatione ſolet mitigari; in inferno autem, etſi voces ſint,gemitus,& ſuſpiria, non ea tamen ſunt,quæ dolorem leuent,ſed quæ augeant, vtpote blaſphemiæ, contumeliæ &c. proinde licet continuo ſurant vlulatu,taciti dicuntur, ſic in libro Sapiētiæ: *diſrumpet illos inflatos ſine voce* grece: *aphoni preni*.i.muti: *elingues;& erunt gementes, & memoria illorum peribit* Vat. *conquaſſabit illos, intercluſa voce,præcipitatos*: quidam interrogatus cur ad nuptias non haberet veſtem nuptialem,tanta interrogatione percuſſus, culpæ conſcius,obmutuit: ait Euangeliſta: *at ille obmutuit:* ecce vocem intercluſam,quid aliud ſequeretur niſi præcipitium in ignem? *proijcite eum in tenebras exteriores:* elingues & muti mittūtur in tenebras,vt intercluſa voce,& dolore ſæuiente inter præcordia,maiori ratione torqueantur. vbi vehemens afflictio,ibi,conſolatio nulla dolorem leuare poteſt; ſicuti in lib.Iob: *nemo loquebatur ei verbum,videbant.n.dolorem eſſe vehementem*; ſed quid non vehemens in genere poenarum, & doloris eſt in inferno, vbi tota ira Dei quieſcit?

Ærumnæ muti in inferno.

Sap 49.

Matth.12. 12.

Iob 2.13.

69 Neque etiam lacrymæ ex corde latentes poenas excludunt,cum ſint prorſus igneæ, doloremque aggrauent; ſic Hieronimus illud Ieremiæ de damnatis intelligit: *plorans plorauit in nocte*: internum angorem lacrymæ temperant, & quem non etiam ſæuientem, cadentes emolliunt? etiam ipſe Deus dixit in Iſaia: *vidi lacrymas tuas,ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos*: at in inferno prius plorans plorare dicitur damnatus.i.ſemper plorare:lacrymæ in maxillis remanebunt, vt vultus eorum ſemper vrant Iſa. *facies cōmbuſtæ facies eorum* Hebr. *facies flammarum*: habebunt facies exuſtas calenti fletu,ſed addit: *plorans plorauit in nocte*: vt nemo compatiatur lacrymas ipſorum videns, & fletus nocentium; ſeu lacrymantur in nocte, ea quæ die male admiſerunt,vnde cruciantur: ſeu in nocte in die gratiæ mala operati ſunt, vnde in nocte fruſtra gement;trāſijt dies, ſuperfluus eſt fletus, & inualidus &c. nam ſequitur: *non eſt qui conſoletur eā*. Porro ſi maximus humor igneus inefficax per vultum excurrit damnatorum, diſpari ratione abundantes quoque vndę ex diuino vultu igneæ videntur promanare. Igitur in viſione Danielis: *antiquus dierum ſedit &c. fluuius igneus*

Thr.1.2.

Iſa 38.5.

Iſa 13.

Lacrimæ vanę, & non videntur.

Dan 7.1.

rapi-

rapiduſq; egrediebatur à facie eius: fluuius igneus rapiduſq; egreditur; quia ſecum omnia trahit impetu, dū igneus, & rapidus eſſe dicitur (viſio hæc Domini eſt iudicantis, & maledictos profligantis, & deturbantis vſque ad infernum) non eſt flumen, quod maculas tergat, non quod ſitim extinguat, quod nutriat agros, ſed igneum, quod conſumit, explicat, exurit, & nigredinem fumi inducit, ſequitur: *egrediebatur à facie eius*: flumen maledictionis à facie Domini egreditur, & terminum habet in mari infernali, & ſecum trahit, & conuoluit improbos: Paulus hæc habet: *in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui poenas dabunt in interitu æternas, à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit gloriari in ſanctis ſuis*: hoc eſt à facie Domini egredi fluuium maledictionis, *ite maledicti in ignē æternum*: hic autem fluuius egrediebatur à facie eius; eo durius iudicium deſcribitur, & poena (licet iuſta) quo à facie ſenis dicitur erumpere, ſeueritas namque propria ſenum eſt, & ſeueri, ac duri dicūtur effoeti ſenecta: Prop.

Quid ſit egredi fluuium à facie Dei.

2. Thes. 1.

Iſta ſenes licet accuſent conuiuia duri &c.

Senes ſeueri.

Seueritas ſenum eſt, piloſos ſupercilios, potiſſimum habentium; reddit rationē Ariſtotiles, quia, inquit, ſupercilia cōpagini ſunt appoſita oſſiū, quæ ſenectute laxantur, & ideo plus humoris tranſmitti potuit: cōprobat hoc præſens ſcriptura, nam ex facie antiqui oritur fluuius igneus, & beſtia ſtatim traditur ad cōburendum igni.

70 Ergo vt ad priora: ibi lux tenebras parit, lacrymæ torquent, ſuſpiria aggrauant, & ſocietas ſolitaria eſt; omnia inuerſo ordine diſponūtur, vt qui inuerſo rationis ordine contempſere Deum, eos auxilia, & ſolatium abſq; vllo ordine fruſtretur, & deludat. Aequum vero eſt, vt ijs, in poenis abutatur Deus, qui in hac vita pietate diuina abuſi ſunt, & poenitentia: abuti dicimus, cum male re aliqua vtimur, vt ſi aliquando preces diuinas ad ſuperſtitiones conuertimus, ſi amore alicuius, proquo amore, eum quoque proſequi debemus, abutimur, odia rependentes; hoc modo abuſi sūt Deo damnati, propterea dicit Iob: *dedit eis Deus locum pœnitentiæ & ille abutitur eo in ſuperbiam*: reprob. ſpatio poenitentiæ abuſi ſunt, dedit eis Deus longum vitæ ſpatium, vt malefactorum poeniterent, at illi, tempus ad hoc datum, in peccatis conſumpſerunt: ſequitur: *oculi autem eius ſunt in vijs eius: eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur etc.* hoc obſeruat Dominus, & vices eodē modo rependit. abuſi ſunt reprobi Deo traducentes ipſius cultum ad creaturā, & amorem in ſemetipſos, Ipſis ergo pariter in inferno poſitis abutitur Deus. cum enim homines creati ſint propter beatitudinem æternam, & cœleſte eos maneat domicilium, ipſis male vtentibus, beneficijs Dei, vt par reddatur iniuria, abutitur, dum in inferna demergit, & omnia ſuffragia naturæ ad vindictam, & poenam inuertit. Ieremias imprecatus impijs infernum, conuerſis ad idola, auerſis à Deo, hæc aiebat: *in tempore furoris tui abutere eis Domine*: abutere: cum enim ipſi propter beatitudinem ſint creati, infernus autem domicilium ſit dæmonum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius, non vobis paratus eſt creatis propter gloriam, ſed Angelis eius. Aduertendum tamen eſt ex Lyrano, quod in damnatione hominum reproborum, ſi conſideretur natura tantum, in hoc eſt abuſus, quod natura applicatur ad poenam, quæ erat ordinata ad gloriam; ſi tamen conſideretur natura, obſtinatione, in malo depoſita, non eſt abuſus, ſed debitus vſus iuſtitiæ, vnde in Hebræo habetur ſic: *in tempore furoris tui fac eis*: ſcilicet quod debet fieri, ſecundum ordinem tuæ iuſtitiæ. Atque ita intellige illud Deut. *ipſi me prouocauerunt in eo in quo non eram Deus, & ego prouocabo illos in eo, in quo non eſt populus, in gente ſtulta irritabo illos*:

Iob 24. 23

Deus abutitur peccatore.

Ier. 18. 23

Deut. 32. 21.

illos: ignis ſuccenſus eſt in furore meo,& ardebit vſq; ad inferni nouiſſima: male vſi ſunt me, meum cultum dederunt idolis,inuerſus eſt ordo, ut creatura adoretur,creator illudatur; ipſe autem prouocat creaturam in eo quod non eſt,non enim eſt creatura ideo condita, vt tradatur beſtijs infernalibus,neque populus Dei adeo glorioſus, ad talem ignominiam proijciendus, vt per ſummam miſeriam dæmonibus cruciandus aſſignetur. Hãc ſibi peperit peccator noxã,nam Deus cum repellit, & peccatore abutitur, id quidem magno cum dolore præſtat(quomodo Deo dolorẽ, & mæſtitiam tribuere ſolemus): *Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt*: Caſſiodorus: *qui à manu Dei abſciſſi ſunt*: abſcindere, eſt vi ſeparare,& cum dolore in rebus animatis,vt ibi:*ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,abſcinde eum, & proÿce abs te:* repellit a ſe Dominus modo quo ſupra; ergo malum omne, & origo tormentorum,ex ipſo improbo eſt.

Peccator prouocat Deum.

pſ.77.63.

Matt.5.21

71 Spontaneum damnatorum interitũ exemplo ſubiecto deſcribam: auem quandam obſeruaui, quæ formicis veſcitur,quæ quidem cum exiguo, & raro cibo explere vix famem poſſit,ſagaci naturæ inuento,modum adinuenit, quo formicarum multitudinem abſorberet; voces igitur quaſdam edit,deinde quaſi mortua linguam exerit, quæ admodum humida,& oblonga eſt, iacet autem immobilis, ad cuius humiditatem linguæ accurrentes formicæ,inipſa glomerãtur; auis vero,ipſa in os retracta,prædam illudit; at quis crederet infernum, hominem eodem pene inuento comprehendere? fornax inferni ſuccenditur, diabolus vinctus,ac victus eſt,vt patres, et præcipuè Auguſtinus. quomodo ergo improbum incendit, & mordit, niſi quia appropinquauit, & in os fornacis ſe proiecit? Inde Iſaias: *dilatauit infernus animam ſuam abſq; vllo termino*, & Haba.*quia dilatauit quaſi infernus animam ſuam,& ipſe, quaſi mors*, loquitur de diabolo:*& nõ adimpletur*.quid ſequitur? quod linguam exeret, vt aſtute cibum congreget:*& congregabit ad ſe omnes gentes,& coaceruabit ad ſe omnes populos:* omnes quos ad ſe retraxit, abſorbuit,vnde pſal. *diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ:* quia *ſecus infernum*,ideo *diſſipata ſunt:* ſi accedis ad hanc feram, cur quereris ſi diſſipantur oſſa? Figura eſt huius rei fornax illa Babylonica,quę ſignat infernum; huius flamma fornacis legitur erupiſſe,& incendiſſe quos reperit:ſtultus eſt qui propè fornacem accẽſam manet; ab erumpente ſanè igne comburetur;non ſæua quodamodo flãma,quæ in loco ſuo furit; nocuus profecto in reprobis torpor eſt,quo detinẽtur,neque calamitatem fugiant; otium hoc torporemue derident dęmones in damnatis, ſicuti affirmat Ieremias in Thr. *viderunt eam hoſtes,& deriſerunt ſabbatha eius*,ſabbatha, ideſt dies quietis,& otij,quod vt cuſtodirent neque à periculo diſcedebãt. culpam ergo dãnatorum non Dei ſæuitiam pœnæ infernales ſequuntur.

Simile.

peccator ſe inijcit in infernũ

Iſ.5.14.
Hab.2.5.

Sibi impius incendia infer. parat.

Quam ego ſententiam vt melius expendam pondero quid illud ſit, quod Ioannes ait: nempe: *infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis:* ſtagnum quippe ignis, infernus eſt, vt ex toto libro Apoc. licet colligere, ſi ergo ſtagnum mittitur in infernum, profecto infernus infernum excipiet. At vero ſciendum eſt, peccatorem, inferni, & mortis nomine appellari: *dilatauit* ĩquit Hab. *infernus animam ſuam,& ipſe tãquam mors non adimpletur*: peccator, qui numquam ſatiari poteſt, nec vnquã dicit *ſufficit*, ſicut infernus proijcitur in infernum,& quidem peccatoris æqua manſio eſt, vt ignis concupiſcentiæ ad ignem infernalem, mare feruens malorum,ad mare tormentorum, & impius propter impietatem in ſuum centrum excurrat:propterea Michæas hæc habet: *comedes,& non ſaturaberis, & humiliatio tua in medio tui:* græca lectio: *& proÿciam te in teipſum*,hoc eſt, infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis; infer-

72

Apoc. 20. 14.

Hab. 2.5.

Digitized by Google

fernus in infernum; peccator ad gehennam. At quid erit tribuendum Deo, ſi peccator ipſo quidem ſupplicio affectus eſt, in quod dum viueret conuerſus eſt? *Simile.* ſi quis graue pondus in ima deiectum amplectitur, eodem quoque immani pondere pertrahetur: peccatum quidem ruit ad inferna ſuo pondere; ita ex cœlorum ſedibus ſuperbia in preceps ad ima deiecta eſt, & fodit infernum; ſi peccatum amplexus eris, ad centrum illius deturbaberis: ecce ſuperbiam: *Iſa. 14. 14.* *aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero altiſſimo*: ſed ecce ruinam: *veruntamē in infernum detraheris in profundum laci*: quare detraheris? mente ſuperba vi detraheris ab illa vſq; ad profundum inferni. Deinde imaginem Dei exuit peccator, & infernalem dæmonum cultum induit, quid ergo mirum, ſi vltro petatur ab inferno *Speciē habet dæmonis & inferni.* à dæmonibus? ſimiliter fabulati ſunt poetæ quod Attheon in ceruam conuerſus, canum ſuorum euaſit pabulum

Qua peragrati celer
Per ſaxa montis iacuit Actæon ſuis
Noua præda canibus *Sen. Theb. act. 3.*

Peccatorem vero viuum eſſe infernū oſtendit hæc olla, quam pleriq; ad manifeſtandum regem immanē Babyloniorū vſurpant; in inferno, ebullitio eſt & feruor ignis, & rigor glaciei, hæc omnia reperies in hac olla: in peccatore, frigus in peccatis, & calorē in vitijs, & conſciētiæ ſtimulū. *ollā* proinde: *ebullientē ego video*: Iob. n. peccatorem deſcribens, in ipſius perſona *interiora* inquit *mea efferbuerunt abſq; vlla requie*: efferbuerunt, ebullierunt, cōmota ſunt & ſubſultant, quaſi ſubiectis flāmis. Nicetas ad noſtrā ſententiā: efferbuerunt quaſi aqua igni *Peccator infernus.* caléfacta feruet, & ebullit: idemq; explicat abſq; requie. i. abſque ſilētio, quod eſt ollæ ebulliētis. Hanc candē ſcripturа Niſſenus explicat de inferno, vt idem ſentias peccatorem, atq; infernum.

73 Fumus aūt, qui ex inferno aſcendit, vti dicitur: *Fumus tormentorum eorum,* *Ap. 14. 11.* *aſcendit in ſecula ſeculorum* omnem denotat miſericordiæ proſpectum auferri; obſeruamus enim oculos ſtatim à fumo auerti. per oculos autem miſericordiā haberi ſæpius dictum eſt, quadrat illud pſal. *ne auertas faciem tuam a me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum*, ideſt *pſ. 141. 7.* in infernum à quo Deus faciem ſuam auertit. Dum facies peccatoris, ollæ ſuccenſæ, eſt à facie aquilonis, ideſt vitiorū; faciem ſuam ab illa auertit Deus. **Fumus auertit faciem miſerentis.* ſeu (quod ſupra enucleatius diximus) non auertit faciem, vt totum, intuens, terrorem in damnatos inducat; tunc autem cum damnandi ſunt, tempus vocat vultus, ſui propheta: *in tempore vultus tui*: in tempore ſcilicet, quo *pſ. 20. x.* vultus Dominicus, erit maximæ pœnæ & terrori; ſed quid erit in tempore vultus Domini? *pones eos vt clibanum ignis* ſeu quia nunquam cernent poſt hac diuinum aſpectum; quod ſumma damnationis eſt. ergo eos nō aſpicit Dominus: eos namq; quos reſpicit, fortunat, & illorum miſeretur; at de impio ex Iob: *obliuiſcetur eius miſericordia*: & non aſpicietur, quod damni pœna eſt. Similiter in viſione Eze. quando ventum turbinis aſpexit venientem ab aquilone, & ignē *Ezec. 1. 4.* inuoluentem, vidit in medio, viſionem, ſeu ſpeciē electri: *& de medio eius, quaſi ſpecies electri*: ſpecies electri .i. color quidam, auro ſimilis, color aureus: aurū autem bonitatem Dei ſignat, quæ maxime damnatos torquet; ea ergo remedia *Ag pſ. 67.* vult eſſe damnatis obiecta, quæ ab ipſis neglecta ſunt; in maiori confuſione, & animi mœrore concutiantur.

Tandem vero vt finem præſenti expoſitioni faciamus, reſtat illud inqui- 74 rendum, an vna æqualis, edemq; pœna *Lib 9 mor* damnatos cruciet, & quidem hoc explicat Gregorius hac ſimilitudine: *ſicut* in- *Simile.* quit *vno ſole omnes tangimur, nec tamē ſub eo omnes vno ordine æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis, ſentitur etiam pondus caloris; ſic damnatis vna eſt gehenna, qua affligit, & tamen non omnes vno calore comburit, quia quod hic agit diſpar valetudo corporum, hoc illis exhibet diſpar cauſa meritorum*:

Digitized by Google

& alibi : *ſicut in domo patris manſiones multæ ſunt, ſic damnato diuerſa ſupplicia gehennæ ignibus ſubijcit diuerſitas criminis, quæ ſcilicet gehenna, licet vna ſit cunctis, non tamen cunctos, vna, eademque qualitate ſuccendit* . Hoc exemplo pariter quod dictum eſt explicari poteſt: oſtenſum enim eſt ſupra dura eſſe damnatorum peccata, teſtante Iſaia: *peccata tua dura &c.* vnde ſicuti ferrum quo durius, & aſperius eſt, eo grauiores ictus malleator infligit, ita quoquè ad duritiā peccati infernalis malleator pœnarū pondus apponit; vnde in Iob *feruere facit abyſſum quaſi profūdum mare* Sept. *indicibilis feruere faciet abyſſum tanquā officia ferrarij*: hoc officium ferrarij eſt, & artis munera, vt conuenienter operi faciendo, malleo, & igne vtat. Sed ad rem etiā noſtrā: faber ferrarius, à mallei pōdere aliquando deſiſtit, deſiſtit etiam à labore; vt a follibus spūs extrahat, vt reſumat vires ; at in inferno malleator diabolus, quid laboris in pōdere mallei experiri poteſt, qui tāquam ſtipulam illū æſtimat *reputabit.n.* inquit ibidem Iob: *quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs.* & manifeſtius infra ad hoc reſpiciens: *quaſi ſtipulam æſtimabit malleum :* licet in incudine infernali, per totam æternitatem conterat damnatos ; hoc illi nullius laboris erit ; eo modo reputat graui malleo damnatos torquere , ac ſi ſtipulam loco moueret ; nec terit tempus , vt reſlatiles folles curet auras accipere , nam ſpiritu dicitur , gehenna dominico ſuccendi , *& flatus Domini ſuccendens eam* : Ita Hugo *vbi nec qui torquet aliquando fatigatur , nec qui torquetur aliquando moritur ; ſed ſic morientur , vt ſemper viuant, & ſic viuent , vt ſemper moriantur* : ſed alio ſenſu : *indicibilis feruere faciet abyſſum tanquam officia ferrarij :* eo modo quo ferrum in officina ferraria cuditur , eo prorſus modo reprobi in inferno . ferrum poſtquam igneſcit ſub malleo eſt , & deinde aqua extinguitur ; deinde ad ignem denuo apponitur ; itaque cum opus perfectum eſſe aquæ applicatione videtur , iterum ignis ſepelitur incendijs : hoc accidit damnatis ; pœnarum incendia in ferraria gehennæ officina ſentiunt , & poſtquam ab igne extrahuntur , conduntur inter aquas niuium ; ſed poſtquam omne ſupplicium videtur expletum; & per has aquas, voraces flammæ , extinctæ ; iterum exuſcitat ignis : dicente ſcriptura : *ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius* : mutuus pœnarum acceſſus, nec quidem aliquando leniuntur: effugere tormētum, euadere nō eſt, ſed ad deterius eijci; nec eruitur ab igne, vt quieſcat, ſed vt per niuis anguſtias redeat ad ignem; ſicq; inter pœnarum ſuarum alternantia mala incidit; refugit ab vno, & in alterum dirius flagellum incurrit; vti ſi quis ſuperatis ſcillæ inſidijs (vt eſt proloquiū illud) in doloſum Carybdis vorticē incideret. De damnato Iob : *fugiet arma ferrea , & irruet in arcum æreum :* Lyranus, præſentes in hoc , & æternas intelligit ærumnas; *arma ferrea* ſunt in hac vita viſibilia, & quæ de prope feriunt ; at *arcus æreus* pœnæ gehennæ, quæ feriunt inuiſibiliter, & à lōge videntur. B. Hier. *quando putauerit ſe leuiores calamitates poſſe fugere, in atrociores incurret &c. diabolum puto hoc loco arcum nominatum, quia vel maxime in inſidijs , & dolo homines inopinantes interimere non deſinit: arcu.n. inopinantibus plerumq; tela iaciuntur.* Gregorius etiam explicat hoc de duplici calamitate; additq; ideo præſentē , appellari ferream, quia ferrum cedit tempori ærugini corroſum, atq; conſumptū, difficilius autē æs, propterea ab authoribus, tāq; æternitatis expſſiuū accipi ſolet, vt Horat.

Exegi monumentum ære perennius :
& quod in idem
Ter ſi reſurgat murus aeneus
Authore Phœbo

Et ad Ieremiam, quod nullo ſit dolo ſuperandus, neq; ſternendus aduerſitate , *dedi te in murum æreum* : à facie huius arcus quomodo iuſti fugiant

inſtruit

Gre.4.dia

Iob 41.22. Sept.

Diabolus faber ferrarius.

Sicuti ferrum cudētur damn.

Iob 24.19.

Scylla & carybdis dam.

Iob 20.24.

Videntur à longe pœnæ futuræ

Hor. in fin. car. lib. 3.

inſtruit Deus.iuxta illud:*dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui*. Itaque arcus hic æreus nullo tempore conteritur in inferno: ſub hac ſimilitudine Ieremias captiuitatem eorum qui tartaro detinebantur, priuſquam ad eos deſcenderet Chriſtus, expreſſit, nempe quod arcum tetenderat infernus æternitatis, arcum nempe æreum, ſed comminutus, atque confractus eſt, Domino domum fortis diripiente, & auferēte quos abſorbuerat mors: *quia* inquit *venit ſuper eam, ideſt ſuper Babylonem prædo, et apprehenſi ſunt fortes eius, & emarcuit arcus eorũ, quia fortis vltor Dominus etc.* prædonem hunc illum intellige de quo Iſaias: *voca nomen eius, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari, quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorũ*: ſenſus autem illorum verborum hic eſt: arcum credebatur infernus ſuper iuſtos illos parare, at qui Domino diſſipante tartarum, & reducente captiuos, arcus ipſe adeo (licet æreus) emollitus, eſt vt emarcuerit.

Pſ. 59. 6.

Ier. 51. 56.

Iſa. 8. 3.

75 Si vero arcum hunc, vt accipit Lyranus, & Hiero. vis referri ad inopinatum malorum interitum, ex eo quia, cum arcus è longe feriat, & penè inuiſibiliter, ritè impiorum, qui ſemper damna imminentia longe eſſe credunt, & numquam irrumpere; fatum repentinũ exprimat: hoc modo iſtud explica, nempe: cum arbitrantur fugere arma ferrea præſentiũ tribulationum, repēte irruent in arcum æreum diuinæ ſententiæ, ſeu in arcum mortis; *& qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & exiuit vincens vt vinceret*, ſed non qualiſcumq; eſt arcus, ſed arcus æreus, æternæ mortis, qui ſagittas dirigit læthali veneno imbutas, de quo pſal: *arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis ſagittas ſuas ardentibus effecit, &c.* arcus è longe videtur; ſed è proximo ferit, ita etſi impijs videbitur diſtans æternæ mortis ſententia, iam præſens erit inopinatò, & ideo inquit *irruet in arcum æreum*.

Chriſtus contriuit arcum inferni cum extraxit patres.

Apoc. 8. 2.

Pſ. 7. 13. 14

Et quidem recte ſententiam illam, per hunc arcum oſtendimus explicari: 76
pari namque ratione ſi prædeſtinatus, vt inquit S. Thomas ad finem ſupernalem dirigitur, tāquam ſagitta ab arcu diuinæ prædeſtinationis excuſſa, ita impius etiam per arcum reprobationis poſitiuæ, quæ peccatum ſupponit dirigetur ad tartara.

Damn. per reprobationē poſitiuam excuſſus ad inf.

Irruet autem quaſi ex prominenti loco dicatur irruere, vt caſum magis exprimat inopinatum, eleuati videntur impij in hoc mundo, ſecunda rerum temporalium fortuna, quamobrem procul ab omni caſu ſe arbitrantur; at incident in arcum æreum, deiecti à diuina prouidentia, ad interitum: vnde Iob: *eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent.* alibi: *tenent typanum, & citharam, & gaudēt ad ſonitum organi*: at deinde: *in puncto ad inferna deſcendunt:* & ibi: *eleuans alliſiſti me*. Igitur nemo arbitretur, bene hoc cedere impijs, cum exaltantur; propterea ideo tolluntur in altum, vt inde ex arcu diuinæ iuſtitiæ excuſſi, maiori præcipitio ruant. Pulchre Virg. 77

Iob 14. 24

Iob 21. 13

Pſ 101. 11

Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem
Diſiecitq; rates, euertitq; æquora vētis;
Illum expirantem, transfixo pectore, flammas
Fulmine corripuit, ſcopuloque infixit acuto &c.

Aen. 1.

Corripuit in altum, vt maiori conatu, atq; impetu aſſideret ad ſcopulum. ita quoque de noxijs ira Dei; dicente ſcriptura: *ibunt directe emiſſiones fulgurum & tanquam à bene curuato arcu nubiũ exterminabũtur, & ad certũ locũ inſiliēt*: à bene curuato arcu nubiũ, in alto, excuſſi ſunt ad certũ locũ. i. ad inferna, vt ſupra dictũ eſt; Habac. quoq; de improbis mox delendis: *ſuſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ*, & ideo elati, & iniqui: *viderunt te, & doluerunt montes, &c.* atq; id explicatum manet quid ſit euadere ab armis ferreis, & incidere in arcum æreum rurſus de inferno.

Sap. 5. 22

Hab 39.

78 In hoc patet, quod numquam damnatorũ poena dimittetur; at ſi quando ab hac eruitur, fit potiſſimum, vt in grauiorem incidat, ideſt ipſa acerbiorem, vt cum tranſit ab aquis niuium, ad ignem &c. ex armis ferreis, ad ærea: ſeu poteſt eſſe ſenſus; quod alternantes poenæ vacuum nunquam deſerent à dolore, in inferno ſepultum. Hoc modo iſtud explicari poteſt.

Fugient à pænis & incident in grauiores

79 Binæ parantur inceſſui viæ, altera libera eſt, atque communis, quæ aliò ducit: ſunt itinera omnia, ac ſemitæ &c. altera, quæ ob ambulandum animi cauſſa. in hac tacto fine, iter repetit qui ambulat, deinde regreditur, iterum iterumq; reuertitur; non eſt huic, nec finis, nec initium, vt ita dicam: inceſſus enim deambulantis in hac, ita eſſe ſolet, & vulgo [di paſſeggio] & nos etiam domi hoc experimur, cum obambulantes, anguſtia parietum regredimur, & deinde menſuratum iter repetimus [paſſeggiare] quod quidem in altera non eſt: hoc eſſe in inferno, ait ſcriptura: *ponit abyſſũ quaſi ſeneſcentem*: Hier. *deambulacrum*: ecce deambulacrum in tormentis: tranſit ignem, & reuertitur ad niues; fugiet ab armis ferreis, & iterum ad tormenta arcus ænei redit; & ibi: *conſumpta eſt caro eius à ſuppliciis, reuertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ*: at in hac vita tribulationis via [e di paſſaggio, non di paſſeggio] *ſemitam: per quam non reuertar ambulo*, & Thecuitis: *quaſi aquæ dilabimur in terram*: ergo quæ vitam infeſtant, & turbant; ipſa tranſeunte prætereunt.

Simile. Iob 41.23. Sept. Iob 33.25. Iob 16.23. 2 Reg.14.14.

80 Ex his omnibus, quæ de regione infernali dicta ſunt, ſi quis mentis oculos illuc conuertet, inueniet profecto humiliationem, timoremq; exurgere; quis enim poenarum domum illam, nullo tormento explendam recogitans, non aduertat ea à ſe repellere, quæ viam faciũt inferno, ſuperbiam, ambitionem? &c, ſtatim ſe humiliat qui damna ibi reperit ſuperbiæ proinde Iſaias: *propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino, & deſcendent fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eũ*: hæc meditatione intuens, quid faciet ſuperbus? *& incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur &c.*

Conſideratio inferni humiliat elatos. Iſa.5.15.

Olla ſuccenſa pro incontinentia carnis.

81 OLLã luteam, figuli vas fictum, præterquam quod à pleriſq; patribus, pro carnali vitio ſumitur, appetitum eundem ſignificare, ex his deduco, quod videlicet cum de carnis incontinẽtia ſcriptura loquitur, illam vaſis ſæpe appellatione deſcribit, hoc modo Paulus: *vt abſtineatis uos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum, vas ſuum poſſidere, in ſanctificatione, & honore, & non in paſſione deſiderii*: Porro peccatum huiuſmodi ignis eſt, idemq; ſub ignis nomine expreſſit Iob deteſtans adulteriũ: *ignis eſt vſque ad conſummationem deuorans, & omnia eradicans genimina*. Igitur manet abſolutum ollam hanc igne ſuccenſam foedæ peccatum laſciuiæ monſtrare poſſe. Lebetem vero ſuppoſitis ignibus feruentem, Gregorius, appetitus carnalis illecebras intelligit; Atque etiam D.Th. ollæ huius ſignificationem ad noſtram ſententiam traducens, hæc habet *anima peccatrix eſt* (ſcilicet olla) *propter concupiſcentiæ feruorem*; quomodo vero datis turpis huius flammæ incẽdijs, ferueat, & ĩ ſpumas calore ſuppoſito, reſoluatur: hoc infer. ſanè luxuriæ oblectationes, & interni appetitus immoderata deſideria, per flammas prophani deſcripſere. hinc illud Virg.

Carnis illecebræ vaſis appellatio. 1 Theſ.4.3. Iob 31.12. Mor.14.19.

------ *Et coeco carpitur igni*

& Seneca

Hærero amantes poſt vagos ignes ſolent

& alibi alius

Torquet me alma Venus, flagrantique torqueor igne

Pamph.

Et

Et innumera, ſeu poenarum, ſeu amantium deliramenta.

1.Cor.4.7

82 Enimuero cũ Paulus corpora noſtra vaſa fictilia, in quibus theſaurus conditur, eſſe dixerit, cũ prophani amoris incẽdia ſẽtiũt, ſatius eſt illa, ollas ſuccẽſas, libidine turpi puſtas, feruore refluẽtis culpæ, agitatas appellare. Et quidem regem Babyloniorum libidine, ac ſuperbia ſuccenſum, *ollam* hic *ſuccenſam* dixit ſcriptura: *ollam ſuccenſam ego video*, alter *Regem ferventem sicut lebetem ego video:* Senſus ergo eſſe poteſt. Poſtquam baculum Hieroſolymæ imminentem. i. ſceptrum Babylonicum domiturũ Hebræos, vidit quare id permitta: ſubiecta viſione oſtendit: *quid tu vides? ollam ſuccenſam ego video*: ideo hæc ego mala adduco, quia vaſa honoris membra Dei viuentis, aduocato luxuriæ igne, vitij huius inquinamento conuerſa ſunt in ollam in membrum diaboli; quamobrem ſcias ex carnis petulantia, hæc omnia mala deriuaſſe in populum, & ideo aduerte ollam hanc eſſe conuerſam ad faciem aquilonis, *& facies eius à facie aquilonis*: à facie idoli, & idololatriæ: & proinde: *ab aquilone pandetur omne malum*: æſtu libidinis ſæuiente, excutitur animus à iugo alterius, tantum deijcitur illi cui cor cõmittitur: ergo quid miraris ſit tot mala defluunt in populum tali igne peruſtum? ſi propero, flagella, plagaſq; & excidium parare? Et quidem verum omnino eſt, quod is qui tali labe foedatur, ex vaſe honoris ſeruante pretioſum theſaurum: in vas cõuertitur foetidum contumeliæ, & nigram ollam dicente ſcriptura. *filii Syon incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli!*

Vas theſauri conuertitur in ollam.

Thr.4.2.

83 Ad litteram de filijs Ioſiæ hoc dictũ eſt, & de filijs regũ q auro frigiatis veſtibus vtebantur, *in vaſa teſtea*: quia projiciuntur in locum immundum: Ad ſenſum noſtrum quicumq; incliti videbantur theſaurum pudicitiæ poſſidentes, aurum continentiæ, deinde reputati ſunt quaſi nigræ ollæ ob luxuriam fœtidæ, ac ſpurcæ, Ideo deinde, *qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora*; qui ſuauiter nutriebantur, addicti Deo, diuino præmio continentiæ, nunc amplexati ſunt ſtercora, inter immundos fornicariæ amplexus coinquinati ſunt. Vt autem oſtendat ſe de hoc vitio loqui, & poena quæ carnales manet: ſequitur ſtatim: *& maior effecta eſt iniquitas filiæ Syon peccas Sodomorum quæ ſubuerſa eſt in momento*. At qui neſciat Sodomæ foedos concupiſcentiæ ignes, cadẽte e coelo incendio extinctas eſſe? ſed quare, maior iniquitas hæc, quam iniquitas Sodomæ? ea potiſſimum ratione, quia illa ſubuerſa eſt in momento, & vindicibus ſulphureæ pluuiæ flammis, redacta eſt in cinerem, hæc vero populi iniquitas, iniquitatẽ peperit idololatriæ poſtquam in ollam ex vaſe aureo conuerſus eſt populus, ab aquilone à regno diaboli malorum prodijt multitudo: deleta Sodoma cur mali ſtipes exurgeret, cum incendio furente, etiam ipſa veſtigia, in qua prima fundamenta locata erant deleta ſunt? at peccatum populi origo extitit omnium fomeſq; peccatorum, & *maior* inquit *effecta eſt iniquitas filiæ Syon peccato Sodomorum &c.* Enimuero hoc quod dixi, nempe præuaricationem, atq; abalienationem à diuino cultu, ex olla ſuccenſa luxuriæ proceſſiſſe; quod populus effrenato animi motu, conceptos libidinis ignes auxit potius, & nutriuit, quam extinxit, probat optime Ieremias: *filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non ſunt dii*, & quare? *ſaturaui eos, & moechati ſunt, in domo meretricis luxuriabantur, equi amatores in foeminas, & emiſſarii; vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui hinniebat*: indomito appetitu in opere meretricio exercebantur; quid ergo mirum ſi deſciuerint à me, & dereliquerint legem meam ſectantes prophana Baalim? ſi ollam vides luxuriantem audi: *quare iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum, quia dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis*; verum quæ poena ſequitur: *ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis*, ait Dominus,

Quare maior hæc iniquitas peccato Sodomorum.

Origo omnium peccatorum lux.

Ier.5.8.

Origo idololatriæ luxuria.

Digitized by Google

nus, *& venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu &c.* adducam hoſtes aquilonares ad diripiendam vrbem, ciuesq; ſternendos. Atque etiam ibi poſtquam auerſionem, a Deo ex libidine impellente, & ſubterfugiente mandata diuina, ortã eſſe dixit; ſubdidit: *aſcendite muros eius,*
p.ſſr.35. *& diſſipate,* quia vnuſquſque ad vxorẽ proximi ſui hinniebat, ideo: *aſcendite muros eius*: quod in alio ſenſu quid indicet, infra ſubnectam, cum de malis luxuriæ. Igitur auerſionis occaſionem hanc ollam extitiſſe oſtendit: ſicut etiã Iſraelitæ, qui Moyſe duce fugientes ab Aegypto, Deum in deſerto ſecuti ſunt, religionis deſcribuntur exortes, cum in ollas conuerſi ſunt, & ad laſciuiæ inquinamenta defluxere, dicente Dauid:
Cur apoſtatarint Iſraelitæ. *et commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalũ*: & vt ſummam inſaniam ex hoc coeco igne prouenire internoſcas addit: *& immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.* ex eo quia commixti ſunt inter gentes, opera gentium didicerunt. Porro tunc ceperunt apoſtatare à Deo, cũ recordarentur ſe ſuper ollas carniũ
Exod.16.7 conſediſſe, cum videlicet cogitatio carnalis irreperet, ita D. Gregorius ſcripturam huiuſmodi interpretatur, loco ſupra citato. Et nè à longe probatio vlterius petatur, probat hoc Apoſto
1.Cor.6.15 lus dicens: *neſcitis quoniam membra veſtra, membra ſunt Chriſti? tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis?* aufert ſe à Deo, ſeque conſtituit alteri.i.meretrici dedit, idolum ſibi cõpingit eorum. vnde Salomon coluit
3 Reg.1.5. alienas, Deo adhærens meretricis: ſic legis: *ſed colebat Salomon Aſtarthen, Deã ſydoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum*: illarum Deos coluit, quas adamauit; ait enim ſcriptura: *adamauit mulieres alie-*
Salomon coluit Deos meretricularum. *nigenas multas,* ſcilicet Sidonias, Moabitidas, & Ammonitidas, qui receſſit à Deo adherens mulieri, Deos illos veneratus eſt, ad quos mulier cultum tranſtulerat: quamobrem quaſi hoc modo illum exprobrat Eccl. *inclinaſti ſemora*
tua mulieribus poteſtatem habuiſti in corpore tuo, dediſti maculã in gloria tua &c. Ecc.47.20
gloriam perdidit veræ religionis, curuatus ante idola: Itaque illud comprobatur eiuſdem Eccl. nempe: *vinum, & mulieres apoſtatare faciũt ſapientes, & arguent ſenſatos*: Sapientem Salomonẽ apoſtatare mulieres fecerunt, recedentemque à Deo inter ſacrificia idolorum genu flectentem exceperunt: Ex his ſatis probatũ eſt: cur olla ſit antequã minas Dominus intentaret, argueretq; populum deſertorem, veræ religionis exortes argueret? nempe olla luxuriæ præmonſtratur, vt mirum nihil ſit quod tot mala, & conſequenter poenæ, ſequuta ſint: ſed ad priora his cognitis redeamus.

S. Thomas poſtquam oſtendit ollã 84
ſuccenſam carnis portendere nouum, Statim vitia poſt luxuriam.
fædumq; ardorem, addidit deinde, merito poſt vitium hoc, obſidionem deſcribi ciuitatis: *ecce* inquit *ciuitatis obſeſſio corrupta ciuitate luxuria, obſidiones hoſtium parantur: & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum*: ſtatim ergo turmatim inimici prodeunt, cum vitijs carnis anima detinetur.

Aduerte quid ſubiunctum ſit: *veniẽt* 85
& ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum in introitu portarum: hoc dominantium, atque iudicantium erat, vt infrà ſuo loco. ergo ſtipendiarius miles, ſolium ponet dominij in introitu portarum? aut omnes, qui milites aduenerant, contra Ieruſalem; reges in introitu portarum euadent? præcipuum robur exercitus eſt in Principibus, ac Ducibus, quib. ſũmum imperij ius eſt, cur ergo hic vnuſquiſque reget, & imperabit ex principibus? Oſtenditur obſeſſam animam ab igne libidinis quodlibet vitium ſubijcere, ac in illam dominari, quodlibet principatur, ac regit: ſubdita ſunt omnia, & inimicis parent cupiditatibus; quælibet ibi noxa ſolium conſtituit, ac tanquam
Vitia irrepunt in animam apertis poſtibus ſenſuum.

in

Digitized by Google

in republica regit; vbi nec ratio dominatur, nec mens cuſtos animæ, ſenſus. n. hominis recluſis poſtibus patentes ſũt:
86 Quodlibet vitium ingreditur. liber eſt oculis aditus, vt quodcumque, vel prophanum obiectum inſpiciant. liber ingreſſus auribus, vt audiat obſcæna. pedes currunt ad malum. os gulæ vitium fouet, guſtuſque nutrimenta blanditur. manus quoque ad illicita perpetranda admouentur. vt recte poſſis dicere: *venient, & ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum in introitu portarum:* quoniam præmiſerat prius, p libidinẽ ſpũ deuotionis euaporato, ab aquilone omnia mala aduentare, ſed *ponẽt* inquit: *ſolium in introitu portarum:* non amplius vitia latitant, & quodammodo ſeruiunt; ſed dominantur: inde inquit: *ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarũ.*

Omnes ſenſus aperti ſunt libidinoſo.

Ecce Dauidis exemplum. Non auſim ego vitia appellare in Dauide, quæ antequam caderet admiſit: nempe cum proriperet ſe vt de Nabal vlciſceretur, dicens: *hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus, quæ ad ipſum pertinent vſq; mane mingentem ad parietem:* at cum hæc iratus effunderet Dauid, acceſſit Abigail, & ipſum adorans blanda verborum circumloquutione placauit iratum. hanc quidem indignationem operit clementia. At dum in adulterium lapſus eſt, quod vitium, miles priuatus, prius erat, & ſeruiebat, tunc poſuit ſoliũ ſuum in introitu portarum; nam in ſæuitiam in morte Vriæ conuerſum eſt. quod autem ſteterit in introitu portarũ. i. apertum, & publicum, non tectum, & cuſtoditum, ſeu incluſum, patet, ſtatim. n., ac Nathan propheta parabolã illam texuit de oue, & peregrino priuſquam vlterius audiret, & quem finẽ verba prophetica haberent iratus valde eſt, vnde: *iratus autem indignatione Dauid aduerſus hominem illum* Vat. *exæſtuauit autem naſus Dauid* ira protulit in naſo indignationem, reginam dominantem, ſtatim expoſuit in ſolio prauæ conſcientiæ inſidentem; oſtendit in porta ſenſus huius indignationem quammaximam; prius ergo indignatur ob grauem cauſſam, ſed neſcit dirè iraſci precula Abigailis commotus, deſtitit ab incæpto, pepercit, & quaſi quodamodo poeniteret, quod egerat, demortui Nabalis vxorem, ſibi oſtenſione indignationis, merentem, coniugio copulauit; nunc autem priuſquam totius rei narretur euentus, ira furit? at poſtquam ollam ſuccenſam vides, ſtatim etiam obſeruanda tibi ſunt in portis vitia dominari. Ex Chaldęo hoc probari poteſt, qui hæc habet: *regem feruentem ſicut lebetem ego video, & vexillum exercitus eius, qui ducitur, & venit à facie Aquilonis:* quando rex feruens ſicut olla, ideſt rex vitiorum, laſciuia illabitur in cor alicuius, vexillum ſtatim erigit, ſignum victoriæ, atque dominij. hoc idem in arce ſubiecta alicui obſeruari ſolet, vt dominium vexilli oſtenſione indicetur, ſic quoque in triremibus, & nauali claſſe, & militari campo victoriam vexilla expanſa demptaq; hoſtibus præſagire, ſeu ſtatuere ſolent, At quomodo dicemus exercitum vitiorum, regem feruentem luxuriam, comitantium non principari, cum vexillum erigat expandatque regalia inſignia imperantis? Probemus hoc in eo, quem ſupra adulterio turpem obſeruauimus, Dauide: *non me* inquit *demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum:* in ſenſu myſtico hic puteus inferni, ſignificat partẽ illam, quam *Limbum* vocant, in quam Chriſtus deſcendit, vt patres ibi detenctos extraheret; ſicuti ibi in Zach. *tu quoque in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos in lacu, in qua non eſt aqua:* ſic igitur petit Chriſtus ore prophetico, quod ſtatim de inferno redeat ad corpus, & ſic reſurrectio compleatur ita Lyr. Genebr. Agellius. Moraliter autem ita intellige: quod à tribus potiſſimum peccatis, petat liberari propheta, inani videlicet gloria, auaritia, & luxuria; per tempeſtatem, ſuperbia habetur primo, vt inquit Vgo in ſua

1. Reg. 25. 22.

Quare exæſtuarit naſus Dauid.

3. Reg. 12. 9.

Chal.

Erigit vexillum victoriæ laſc. anima.

Zach. 9. 11

Ab auaritia luxuria & ſuperbia petit liberari Dauid

ſua poſtilla ſicuti Oſee dicit : *Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum* : cum verò aqua dona gratiæ ſignificet, quæ lauant ſordes animæ, tempeſtas aquæ periculioſior eſt tempeſtate terræ, quia ſuperbia, quæ ex ſpiritualibus bonis oritur, magis Deo diſplicet &c. vnde Habacuch. *nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?* &c. Deinde auaritia in verbis illis : *neque abſorbeat me profundum* : homo enim cupidus, nunquam impletur & eccl. *auarus non implebitur pecunia*: 3. *neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum*: quia idem: *fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena &c. & in profundis inferni ſunt inuitati ab ea* : hæc plus ceteris vrget, quo magis vicinior eſt, & intimior naturæ, ſiquidem Apoſtolus ait : *omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat, ſemet lædit* : ipſe quoque clamat Apoſtolus : *infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius!* appetitus ſtimulis carnalibus fruſtra : ideo : *neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum:* D. Hieronymus: *non coronet ſuper me puteus os ſuum* : coronet inquit, quia ſtatim ac, os vrget ; corona dominij in perditum amantem libido coronatur. ſcimus autem non ora regum, ſed capita coronari, coma non vultus imperantis diademate cingitur ; vt quid ergo petit Dauid, id nunquam euenire, quod ſuper ſe mulier impudica, os, vultumque coronet? corona imperij inſigne eſt, quibus redimiti caput, reges, adminiſtrandæ, ac regendæ ditionis iura oſtendunt. vbi autem corona eſt, dominium certo erit : quoniam vero pulchritudo, quæ vultus informat, depingit, ea, amantes adſtringit, ac coercet, ſubditoſq; reddit; non in capite corona deſcribitur, ſed in ore ; quidquid enim pulchritudo monſtrat, & imperat, exequitur amans, iubeat quoque impoſſibilia : hoc igitur maximum, ſordidumque mulierum beneficium eſt, vt vultu imperent, & intuentes ad deditionem cogant : non coronet proinde aiebat, *ſuper me puteus os ſuum* : vultus idem qui allicit, & ingentia ſolo nutu ſpondet ; idem ad miſeriam adigit, & ſeruitutem : ecce coronatus Bethſabee vultus, vt aſpexit formam ipſius rex inſpectans, illam introduxit in palatium ſuum, & duxit in vxorem, reginamque conſtituit : Hoc quidem egregie in Apocalipſi in muliere illa fornicaria quæ ſedebat ſuper beſtiam illam coccineam, habitu meretricis ornatam, habet Ioannes, nempe vocatum eſſe ab Angelo, vt videret meretricem magnam : *veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ, & inebriati ſunt, qui inhabitant terram, de vino proſtitutionis eius* : deſcribit deinde mulierem veſtitam purpura, & coccino : *& mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo &c.* hanc adamabant reges, vt dixi, *cum qua fornicati ſunt reges terræ* : meminit infra regum horum, nec tamen in iis ulla mẽtio de purpura coccino, & coronis : Quid ergo eſt, quod regium mulier poſſidet ornamenta, minime vero reges? quia mulier nequam ſupra illos coronauit os ſuum ; cum vel regiam intrãt huiuſmodi actum erit de illa; quidquid prætioſius, quidquid nobilius reperitur, in donum cedit illorum. mulier prodit regali ſplendens apparatu ; reges vero, quaſi attoniti demirantes, et regno extorres. Sed in hac ipſa ſcriptura videamus etiam quomodo mulier impudica, ſe ſupra amantem coronet : ait enim inferius Angelus, *ſeptem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt* : inauditum hoc eſt aliquem equitando ſuper equi collum inſidere, atque periculoſum : quomodo ergo capitibus inſidet, & colla premit beſtiæ illius magnæ? at colla illa, explicat, reges eſſe, calcat reges : ſignum hoc imperij, atque dominij eſt : rectè ergo dicat Dauid rex, *non coronet*

Margin notes: Oſ. 12.1. — Haba. 3. 8. — Eccl. 5. 9. — 1. Cor. 6. 18. — Rom. 7. 24 — In vultu habet coronam. — Apo. 17. 1. — Aufert vana cõ corde ſubſtantias.

Digitized by Google

net ſuper me puteus os ſuum,& quidem, quod maius dominium, quam ſupra regem Herodem,ſaltatricem,pedem, quo rapuit cor regis erexiſſe? ſed vlterius.

Bethſabee coronata.

87 Mirabatur Ioannes,mulierẽ hanc circũdatã eſſe,coccino & purpura ſupra reges,ac margaritis ornatã: *& miratus,ſũ* inquit,*admiratione magna;& dixit mihi angelus quare miraris? & dicam tibi ſacramentum mulieris*. miratur ergo Ioannes tanta potentia eleuatam mulierem,purpũrea maieſtate decorari. Verum ſubdit angelus, quid miraris? vox hæc eſt admirantis, quaſi admiretur angelus admirationem Ioannis, quod neſciat illius potentiæ, & magnitudinis cauſam coniectare,cum viderit ipſe vas abominationis, & adulterij in manu: Quaſi diceret;mirum eſſet honeſtam,& domi clauſam mulierem, quæ plateas, & vias ciuitatis neſciat, tali conſpici fulgentem apparatu, talique inſpiciendam imperio; ac cum meretricem vides, & tibi ego hanc mretricem eſſe conteſtatus ſim,venena luxuriæ in aureis poculis abſcondentem,quid mirum eſt: ſi dominetur ad tempus? ſi reges impudicos ſubijciat? ſi coronas regum auferat,& ipſos ſternat? ne mireris,non ſolum auro ſpectatur fulgens, ſed legges ſua machinatione,ac doloſa pulchritudine dat principibus.

Cur iubẽatur deponere vomero fratres.

Capita beſtiæ cornua ſunt reges.

88 At quando ſumus in explicatione huius ſcripturæ,ea,quæ ad ipſam pertinent ſubijciamus; & primum certum eſt capita ipſius beſtiæ,reges eſſe (vt ſupra monſtratum eſt) *ſeptem capita,ſeptem montes ſunt,ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt*. Igitur ex hoc manifeſte patet, mulierem hanc ſupra reges ſedere, ſed cum ita ſedeat, cur nomine capitum reges intelliguntur, & cur ſuper capita ſedet? reſponſio quidem palam eſt, ac quoque ex ijs quæ quotidie amatores inepte operantur deduci poteſt; reſpondeo;ex hoc eſt, quia cum quis adhæret meretrici, luxuria pariter in ipſius caput dominãt rationem, mentemque auſert, vt quod cogitet, quid efficiat prorſus neſciat, inſidet enim in capite vbi pars nobilior hominis locum habet. hinc ſæpe videmus homines alioqui ſapientes,prudentiſſimos; cum primum laſciuia flagrant, indigna patrare, ac inſulſè nimis operari, in maximam famæ, & honoris contumeliam,quem prius tali paſſione ſoluti, vita tutati eſſent, indigna mente conuoluere: at quid hoc eſt? profecto,quia vt primum luxuria in ipſos dominata eſt, principaliorem arcem nempe rationem expugnans,quæcumque peragit ipſe, perdite,& abſq; vllo conſilio iubet operari. Quod ibi in li.Iudicum comperies, quis enim affirmare potuerit, hominem ſanæ mentis à muliere deluſum, maximo cũ ludibrio, & vitæ diſcrimine à periculo ereptum, deinde non aduertere, quid mali eſſet, iterum ad fraudes, & dolos Dalidæ illius nequam,ſe conijcere? homo enim ſui compos cum animaduerterit Philiſtæos inſidias parare, ope atque auxilio Dalidæ meretriculæ, debuerat non ſolum conſortia noxiæ foeminæ,euitare; ſed poenas exigere acerbiſſimas.At Samſon vix euadit inſidias illius,& iterum in ſinu recumbit ad lacrymantemque conſolatur,& ſciſcitantem,vna cum reſponſo, procul à ratione,dat vitam. Itaque meretrix ſuper caput inſidere videtur,& omne conſilium aufert,& ideo dicitur ibi: *ſequitur eam quaſi agnus laſciuiens, & quaſi bos ductus ad victimam*: alia verſio vt infra: *ſicut compes ad caſtigationem ſtulti*: ad caſtigationem eius, qui impos mentis eſt, datur domus meretricia; vbi opes diſperduntur; mens fugit, fama, & honor obtenebreſcunt, & omnia it illa perditum.compes ſtulti, domus vbi curantur amentes.

Cur ſedeat ſuper caput ..

Aufert rationẽ.

Iud. 16. 15

89 Amor hic prophanus ſimilis vino eſt, quod nimium potens ad ebrietem vertit, ſuperiores partes occupans, ordinem modoſque rationis eripit; vnde mentis impos tunc ebrius

Amor proph. ſimilis vino.

Digitized by Google

non nimium à beſtijs abſimilis eſt: Duo hæc ſimul pugnantia cum ratione, Salomon innectit, explicatq; illis verbis: *ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius ingreditur blandè*: ne te capiat color vini, & ſuauitas in ſorbillando, nam blande ingreditur: *ſed in nouiſſimo mordit vt coluber*: ſed ad prophanas amoris flammas; *oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa*: amor, vt vinum, cum primum in mentem irrepſerit, ipſam ad deliramenta, & peruerſa prouocat: ſequitur: *& dices verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi: Quando euigilabo, & rurſus vina reperiam*? hæc dementis ſunt, vapulare, & non dolere, trahi, & ad quod id fiat minime aduertere, ergo arx rationis poſſeſſa à libidine eſt.

Prou. 23. 33.

90 Vlterius beſtia illa, quam Ioannes vidit, vt dictum eſt, & patet ex teſtu, figurabat, quos proſtituerat meretrix; quam obrem obſeruandum eſt beſtiam illam ſeptem capita habuiſſe, cornua verò decem; quod habeat capita ſeptem, id quidem eſt; at cur cornua decem? cornua animalium ſunt, non hominum, capita vero vtrorumque, quid autem indicat fornicatores, ſcortotoresvè decem cornua habere; capita ſeptem? id quidem, quia innuit huiuſmodi plus habere animalitatis, quod aiunt, quam rationis; potius eſt beſtia, laſciuus, quã homo; habet animalitatem quodammodo vt decem, rationem, vt ſeptem; Et ſicuti quidpiam calidum, vt vnum; frigidum vt quattuor, frigidum potius dicetur, quam calidum; ita & hos potius animalia, quam homines appellabis. infra quoque de hac ſcriptura ſuo loco.

Participat plus de irrationabilitate, quàm de ratione.

91 Alij (quod præcipuè in hac materia obſeruandum eſt) pro facie, fundum: legunt: *& fundum eius à facie aquilonis* mirum eſſet hic pro eodem, faciem, ac fundum poni, niſi de peccato luxuriæ ageretur; facies enim luxuriæ, ideſt occaſio peccati, fundum eſt, quia ad fundum ipſa trahit occaſio; improbus enim dum oculos male ad vultus meretricis attollit, ſtatim ad fundum conſenſus, & ad iacturam bonorum deinde conuoluitur. In promptu eſt exemplum Dauid, qui vno obtutu, quod longo tẽpore famæ, ac virtutis acquiſierat prodegit; & deinde, quod verum ſit quod facies in hoc ſit fundum, clamat: *de profundis clamaui ad te Domine*: de profundis miſeriæ, & peccatorum, in quæ facies adulteræ coniecit: ſimili quoque modo: *cum vidiſſent filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ*: ecce ollæ vultum, quid aliud ſequitur, niſi, quod iacuerint in fundo diluuij? Multa ſupra in expoſitione de Sancto Ioanne Baptiſta in virga vigilante occaſione Herodiadis adulteræ ſcripſi; hæc verò data occaſione adnotata ſint.

Cur facies ollæ eſt fundum.

Pſ. 129. 1.

Gen. 6. 2.

Nemini autem ſit mirum, quod venuſtiſſimæ forma mulieris, fundum appelletur; & ſpecies in vultu, colore perfuſo, non facies, ſed profunditas inuenitur; ita vt obſequentes animos capiat, & captos perdat: *& fundum eius a facie aquilonis*: hoc enim ſupra diximus, nẽpe eos, quod vultu decipit, in fundum miſeriæ proijcere, in fundum diuturnitatis, vt vix & poſt multum temporis illinc poſſint extrahi [l'imprigiona] ſicuti alia ſimilitudine, Eccleſiaſticus: *nequitia mulieris immutat faciẽ eius, &c. & quaſi ſaccum oſtendet in medio proximorum eius*; & manifeſtius de fundo: *fouea profunda eſt meretrix*: qui ergo ad illam accedit prolabitur in foueam: *de profundis clamaui ad te Domine*: riſus, amor fictus, donariola, lacrymæ, mulieris inſtrumenta ſunt, quibus hominẽ incautum in fundum, & in extremum alliciat miſeriæ: *fouea profunda*: at in reſurgendo difficultatem inueniat, qui libidinoſus eſt; Cum enim blandæ, atq. otioſæ meretricis inſidijs cor impauidũ capitur, & in fouea profunda luxuriæ demergitur, difficile à coenoſa, & foeda ſeruitute liberatur; nec enim delectatione libidinis aſſuetus, ita facile deſueſcit, vt omnino poſſit abſtinere. Cordis accipiter aſſuetus pabulo, 92

Dauid reperitur in fundo propter adul.

Eccl. 25. 17.

Prou. 23. 27.

et ſi

et ſi timidus dominicas manus aufugit, cordis tamen oſtenſione euocatur; itaque reuerſus, iterum colligatur laqueis quibus ante. Laqueos parat ſubdola mulier, vt errantes .i. nullo adhuc carnalis deſiderij vinculo compeditos apprehendat; vincula ſunt oculorum nictus, riſus, lætus aſpectus, verba, &c. hoc illos vinculo tenet: fugientibus autem .i. auerſis à molli, ac otioſa vitæ ratione, à venereo conſortio; non obijcit pulchritudinẽ tm̃, ſed neglectæ iniuriã ſpeciei; amoris violati querimonias, rupti foederis lacrimabilem oſtẽdit errorem; cor in manu habet, quod quidem nulli derelictũ cõmiſiſſe dicit & dono dediſſe, deſertori ſeruatum, & potuiſſe deſerere turpi fuga! feciſſe, & potuiſſe! ſe nulli vnquam enutrire comam; cultus decoros ſeruare; pulchritudinem naturæ donum vni ingrato deſtinatam, nemini, niſi moerori, & negligentiæ relaxare; ſe tandẽ in luctu, & ſquallore iniucundam, ac acerbiſſimam vitam ducere: tot ergo coagmentat, ac componit, tot cõfingit, & ſimulat beneficio lacrymarum, vt volucris amantis veloces, aberranteſq. paſſus reuocet, & iterum ad priſtinæ ſeruitutis turpia vincula cõſtringat; recte, ad laqueos, hoc eccleſiaſticus: *inueni*, inquit, *amariorem morte mulierem:* amariorem morte, quia amaritudinem inducit; & amaram blandiloquam appellat, ſequitur: *laqueus venatorum eſt, & ſagena cor illius:* laqueo illos capit, laqueus inquit eſt, & ſagena: laqueo inſidioſo nouos capit amatores; ſagena verò eos, quos aliqñ decepit, dolis prius incautos, vnde laqueus dicitur abſconditus; infectos atque veneno cupidineo imbutos trahit etiam, ſed reti magno, ſagena patenti, abſq. eſca; ſufficit proieciſſe ſagenam, vultum oſtendiſſe; laqueus eſt in terris venantium; ſagena in mari: deinde in ſagena genus omne piſcium concluditur: nemo excipitur à dolis comptæ, & fallacis mulieris; ſit iuuenis, ſenex, diues, decorus forma, &c. omnes capit, vt captos immittat in ollã, &c. itaq. ſapienter verſum eſt: *& facies eius, & fundum eius:* non amplius cor eſt, ſed ſagena, in qua mortem oppetunt amãtes.

Quomodo pertrahat fugiẽtes.

Eccle 7. 27.

Laqueus & ſagena mulier.

93 Nota quod, inquit, *inueni amariorẽ morte mulierẽ:* quare in tot ille diſcrimina cõiect⁹ eſt; & rei familiaris inopiã? dilapidauit bona? quamobrem inopia premitur? offenſus eſt omnibus? vulnere accepto contumeliam ſibi parauit, & ignominiam? cur in eã amentiam peruenit, vt relicta domo totã diem otioſo diſcurſu uagetur, nec miſerias imminentes euitat? ideo hæc mala irrepſere, quia: *inueni amariorem morte mulierem:* ſi inuenit, cur non hæc accidũt? ſi quæſiuit quare non reperiat? ſponte ad hæc deiectus eſt: inuenire enim dicitur ille, qui antea quærit, at verò Paulus Apoſtolus, inquit: *fugite fornicationem:* ſi frequenter cum mulieribus conuerſaris, quis neſciat ea te perfundi amaritudine, quam habent ipſæ?

1 Cor. 6. 18.

94 Secundo, nulli dubium eſt, libidinis vitium minime amaritudinem omnem prius in promptu habere, & omnes amaritudinis poenas obijcere; latet ſub ſpecie delectationis inſuauis acerbus peccati liquor: Et ideo mulier illa poculũ habebat in manu aureum, hoc modo: *habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius:* tanquam vas in quo pharmacum aſſeruatur aureum, ornatum, plenum intus tamen liquoribus amaris, & inſuauibus: *inueni amariorem morte mulierem.*

Apoc. 17. 4.

Simile.

95 At vitij huiuſmodi deberet quidem amara eſſe memoria, & execrabilis: ſi. n. mortis memoria amara eſt: *o mors quam amara eſt memoria tua!* amarioris morte amarior debet eſſe memoria. Et tandem: *amariorem morte mulierem:* quia quos poſſidet mors, eos quidem in ſepulcrũ coniectos vertit in putredinem, deinde redigit in puluerem. At quidem luxuria in foueam deturbat miſeriæ, in fundum malorum, & fundum eius à facie aquilonis, vſq. dum adigat in

Eccl 41. 1

Digitized by Google

in puluerem,dicente Dauid propter adulterij peccatum,ſe in ollæ fœditatem
pſ 31.16 conuerſum eſſe; deinde in puluerẽ mortis redactum eſſe; *aruit tanquam teſta virtus mea & in puluerem mortis deduxiſti me.* Eſt & aliud propter quod amarior eſt morte mulier: nempe, quod animas occidit etiã.Quid amarius morte? nihil prorſus præter infernum, at il-
Mulier adultera infernus. lud deducitur ex hoc,videlicet mulierẽ infernum eſſe. Et quidem quod anima laborans in æternis pœnis patitur, idẽ is patitur,qui laſciuit: illa ſerpente roditur,& diſcerpitur à feris infernalibus; hic vero continuo conſcientiæ ſtimulo pungitur, & inter glacies zelotypiæ riget,iacet illa in tenebris; huic vero ſemper erroris nox eſt,& ignorantiæ: *obſcu-*
Rom.1.21 *ratum eſt inſipiens cor eorum:*& ſi ab inferno nemo reuertitur: *non eſt agni-*
Sap 21. *tus qui ſit reuerſus ab inferis:*hoc quo-
pro.23.27 que de mala muliere aſſeritur,*vt eruaris a muliere aliena, quia omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertuntur:* obducta in huiuſmodi peccatis cõſuetudine,
prou.7.27 regreſſus quidem difficilis eſt: expreſſius ibi: *via inferi domus eius*: & infra hoc erit explicandum.Interim: *via inferi domus eius*,ideſt ſepulturæ,vt moris eſt ſcripturarum, ſepulchrum infernum appellare,vt ibi: *in profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea &c.*eſtque poſitum hoc,vt iacturam illorum denotet,qui inter illecebra volutantur; ſicut enim,qui in ſepulchro conditur,nobilioris partis eſt expers ſui,ita quoq; (qua nil nobilius) per ſummam amentiam, rationem fornicator amittit circa ea, quæ prudenter,ſapienterque gerenda ſunt; eſtq; tanquam vile cadauer, ideſt caro ſolum, nihil ſublime,ſpiritale; Deinde putreſcit,& in puluerẽ cõuertitur, ſpeciẽ corporis amittens,& ornamẽta, i. oĩa ſimul,diſcedente anima,diſcedũt.

96 In libro prou. hæc omnia monſtrantur, & primo: mulier illa,quæ obuiam
prou.7.2. tranſeunti iuueni ſtetit ea eſſe dicitur quæ ſenſum ac rationẽ,vt ſpiritus, facit a corpore,quod recipit,tanquam ſepulchrum,diſcedere: *& ecce occurrit* inquit *illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas,garrula, & vaga,& quietis impatiens &c. 70. quæ facit iuuenum volare corda:* corde auolãte,quis vnquam veræ vitæ locus? excipiatur ergo rite ſepulchro. Atqui hic mos eſt mulierum impudicarum, cor primum ab amante auferre, quo excors,nulla cordis paſſione obſiſtente, omni feratur impetu, ad ea quæ abſcluere iuſſus eſt.Tales erant, qui in mali
Iſa.46.8. cor amiſerant,qui etiam reuerti monẽtur ad cor, *redite præuaricatores ad cor*: Quod ſi hoc non eſt,cur petit Dauid in ſui inſtauratione,poſt deſtructionem,ex peccato ortam,cor, non inſtaurari,ac refici, ſed de nouo creari, hoc ergo videbatur expoſcere. repara iacturam oris,aurium,oculorum, molem.n. ſpiritualis atq; interioris hominis dirutã
Auolare fecit cor. per peccatum,denuo molire,ac renoua. verum quid ex corde refici poteſt cum auolarit,ac euanuerit? ideo: Domine fac precor creetur denuo, quod non præexiſtit: mulieres nãnque auferũt
pſ 50.9. cor,& faciunt auolare cor hominis: *cor* inquit *mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis:* tanta eſt mulierum iſtarum vis,e potentia, vt quicumque earumdem imperio ſubdũtur,quidquid agunt nõ aduertãt.

Sepulchrum vero,vti dictum eſt,in cinerem quodcumq; recepit vertit,ideſt 97
ſepulchrum hoc animatum,eos, quos recipit,denudat, & ad ſummam egeſtatem reducit; non ſolum corpus, quod incendio laſciuo vritur,in grauem valetudinis perniciem conijcit, ſed ſubſtantias quoque conſumit; ſepulchrum, & carnem,& oſſa, & tandem veſtimenta exedit: pulchrè hoc in ſcriptura: *ne des fornicarijs animam tuam in vllo, ne* Eccl.9.6.
*perdas te,& hæreditatem tuam:*corpus, & ſubſtantiam,te,& hæreditatem,animã æternam,& bona temporalia.

Veteres (vt hoc probem) mulieres 98
haſce,quę blanditijs amatorijs,homines ad ſe pelliciunt,& ſubſtantias auferunt, Syrenes appellitarunt; eas videlicet, quas confinxerunt ad rei huius manifeſtatio-

Digitized by Google

Habentes pedes gallinaceos. ſtationem, pedes gallinaceos habentes. Syrenes quippe blando cantu homines decipiunt, vti ſupra oſtenſum ſatis eſt, atque mulieres illas præſeferunt, quæ blanditijs amatorijs, & omnifariæ mollitudinis, & illecebræ argumento conuincunt; ſed quare Syrenes huiuſmodi pedes habent gallinarum? ea ferme ratione, quia ſubſtantias omnes, fortunas omni ſtudio perditum eunt, ac dilapidant; gallinæ ſiquidem cum pleno aceruo paſcuntur, frumenta pedum ſcalpuritione diſpergunt; ſtatim quidquid habent amatores huiuſmodi, pede meretricio diſperditur: Syrenem dixi ego in expoſitione Sancti Ioannis Baptiſtæ in virga vigilante Herodiadem extitiſſe, Herodias quos pedes habuit. quemodo eã deſcribit Chryſologus: ad modulos ſuaues citharæ, tibiæque ſaltaſſe, ſed quos pedes habet? profecto gallinaceos, etenim ſcalpurit pede quod Marc. 6. 21 prætioſius rex poterat poſſidere; probatur inde, quia cum ſaltaſſet obtulit illi Herodes dimidium regni: oro quare ita inutiliter prodigit regnum, & quidquid in Ioannem erat timoris, & obſeruantiæ? quia pedes habet gallinarum mulier, & pes ille, qui placuit Herodi, ex eo quod placuit, ideo promiſſionem regni, & caput Ioannis regno prælatum obtinuit. Ceterum Deo id rite diſponente, Holophernes vna cum ſpe victoriæ exercitum perdidit, & vitam quia Iud 19. 16 *ſandalia eius rapuerunt animam eius*: vis autem fuit hæc mulieris formæ, non corruptæ mentis: Quod ſi quæres cur Ier. 13. 22. de Babylone hæc potiſſimũ dicat Iſaias: quod inſtar Sodomæ, & Gomorræ incẽdio peruſta ſubuerteretur, quod quidquid pretioſum, ac faſtuoſum erat, eſſet diſperdendum, quod ad eam miſeriam eſſet deſceſura, vt pro incolis beſtias haberet, & pro ciuibus, ſerpentes? cenſerẽ ego quia huiuſmodi Syrenes voluptuoſæ colebantur ab amatoribus, quæ quidem ciuitatis fortunas ornamenta diſperderẽt, & vſq; ad excidiũ vrbem inducerent: *Et erit Babylon illa glorioſa, in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum. ſicut ſubuertit Dominus Sodomam, & Gomorram: non habitabitur vſque in finem, non fundabitur vſque ad generationem, & generationem &c.* ideo prædicta euenient, quia: *reſpondebunt* (vt in fine capitis, poſt calamitates enumeratas) *Syrenes in delubris voluptatis*: delubra, quæ Deo dicata eſſe deberent, cultum earum ſeruat Syrenum, quæ ad excidium, & vltimam perniciem conijcit voluptuoſos ciues & vrbem.

Porro manifeſtior probatio illa eſt, 99
quæ ex Luca petitur, filij illius deſceſsũ à paterna domo deſcribente, qui ſubſtãtiam diſſipauit, & ad ſummam vſque miſeriam peruenit; ſed quare? hoc Euangeliſta: *diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè*, à commoratione paternæ Luc. 15. 13. domus elongatus, dum inter Syrenum aſpectus & illecebras verſaretur, quam habuit hæreditatem conſumpſit, pedibus illam gallinaceis meretricularum diſſipantibus. Eam ſanguiſugæ filiam appellauit ſcriptura: *ſanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: affer: affer*; expoſitores Pro. 30. 15 Hieronymus, & Lyranus. Luxuria, & auaritia: luxuria, quia non ſolum ea, non ſatiatur ex voluptate carnali, quod ſi ad horam: ad appetendum tamen vehemẽtius inflammatur, ſed quia non ſatiatur mulier laſciua ſubſtantijs amantium, merito carnale vitiũ hoc, comes apponitur auaritiæ: *dicentes affer affer*: quo magis accipit, magis etiam petit; dolet nulla eſſe premia feruentiſſimi amoris &c. Quamobrem Plato, & Italus citatus à Socrate, illam animi partem, quæ à libidinibus agitatur, dolium perforatũ exiſtimabat; Eſt doliũ perforatũ. labores illos inanes reſpiciens, quos ſupra in expoſitione inferni deſcripſimus, illarum ſcilicet, qui hauſtam è flumine aquam, in dolium pertuſum vano conatu ingerebant; ſiquidem viri inexplebili incontinentia præditi, vti ait Pier. inexplebilem mulierum famẽ Pier li 56. modius. nullo diuitiarum pondere ſatiare poſſunt; ideoque Lucretius illos ſequutus, ait

Nec tamen explentur vitai fructibus vnquam,

Hoc

Hæc vt opinor, id eſt, auo florente puellas
Quod memorant laticem pertuſum cō gerere in vas.
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.

non pōteſt iſtarundem auaritia dono aliquo expleri, ſicuti ſepulchrum numero cadauerum, & infernus expletur nūquam. Sic de muliere illa de proue. de qua huc vſque, hæc dicuntur: *multos. n. vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea: via inferi domus eius, penetrantes interiora mortis:* Fuge à fornicaria, ſiquidem ipſa ſepulchrum eſt, & animam, & corpus perdit: cum ingrederis ad eam ſcito te ingredi ſepulchrum mortuorum, nec tātum hoc ſed deſcendere ad interiora mortis.

prou. 7. 19

100 Sepulchrum quoque intus foetida corruptaque cadauera ſeruat, nil magis abominabile ſepulchro patenti; verum, foris memoria defuncti in marmore ſculpitur, & ex pretioſo lapide eriguntur ſtatuæ, externo delectat vrna apparatu, terret luridæ mortis exponens inſignia; quæ neu formidinem horroremq; inducant recta marmoreo condūtur ornamento. Itaque mulier nequam hæc quidem oſtendat, quandoquidem eam, ſepulchrum appellauimus; externa, quæ monſtrat, apparatus eſt veſtium, riſus ſuauis, melliflua verba, aſpectus depicti ſpecies, coma aurea, manifeſtatio vehementiſſimi amoris; at quid in interno, in corde eſt? mendacium, dolus, falſitas, incōſtantia, & ſicuti de impijs Gregorius, cor, ideſt internam monumenti partem ſimulationibus machinationibus tegūt, cor plenum vitijs abſcondunt: ſub forma ergo ſepulchri, quod mox dixi, mulieris illius impudicam procacitatem atq; arrogantiam ſcriptura deſcripſit; ait enim: *ecce mulier occurrit illi*, nempe iuueni tranſeunti, *ornatu meretricio ad decipiendas animas*: Iſid. *apertis ſignis meretricijs, ſolum cor erat abſconditum:* ſigna meretricia; hæc ornamenta ſunt ſepulchri exterioris; nempe corporis laxatio, immoderatio geſtuum, manifeſtatio amoris, lacrymæ mentitæ, & vi extortæ &c. at vrna, vbi corpora fœtida, vbi fraus, vbi deceptio &c. *ſolum cor erat abſconditum*: ſimilem videmus, qui hamū eſca abſcondit vt piſces decipiat: trahūt ad ſe amatores apertis ſignis meretricijs, & corde deinde abſcōdito decipiūt: Arma quoque, ſeu ſtegmata in manu geſtabat illa mater fornicationum, nempe, vas aureum, plenum abominatione, vt virus, vt putredinē, vt puluerē ſub aurea ſuperfigie vrnæ monſtraret occultari.

Simile.

Mulier ſepulchrum

prou. 7. 10.

Simile.

101 Porro, vt quæ diximus de monumento probatum maneat, ipſas eundem effectum parere, ait ſcriptura, ibi: *qui ſe iungit fornicarijs erit nequam, putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima illius:* quomodo iunctum fornicarijs putredo, & vermes hæreditabunt, niſi inde quoque probaretur, fornicariam, ſepulchrum eſſe in quo hominum corpora corruptioni ſunt obnoxia, & à vermibus corrodūtur, ideſt à vermi' conſcientiæ, & à corruptione omnimodæ iacturæ?

Eccl. 19. 2.

Rodetur fornicarius a vermi conſciētiæ.

102 Inde quoque ſcies quare mulier illa hoc verborum apparatu iuuenem ad ſe pellicere conabatur: *aſperſi cubile meum myrra, & aloe, & cinnamomo:* & deinde ipſum pergens adhortari: *non eſt vir in domo mea, abijt via longiſſima ſacculum pecuniæ ſecum tulit: in die plenæ lunæ reuerſurus eſt in domum meā:* ſequitur: *irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum*: Igitur quaſi etiam inter blandiencia verba amaritudinem lethalis huius veneni annunciaret, *aſperſi* inquit *cubile meum myrrha*, quod idem eſt, atque amaritudine; & quid hoc peccato amarius, conſcientia ob facti foeditatem deinde perurgente, atque inceſſente? quid in hac culpa, non aſperum, iniucundum, atque amarum? & vt omnino probaret, quod domus meretricia ſepulchrum eſt, ſubdidit: *aloe, & cinnamomo:* quibus profecto aromaticis vnguentis cadauera condiuntur.

Etiam amaræ ſt inter blanditias

103 Sed vt quid appoſuit ſequentia verba?

Digitized by Google

ba? *non eſt vir in domo mea, abijt via longiſſima?* ſupra conata eſt deuotionẽ oſtendere, nunc vero pudicitiam; deuotionem illis verbis: *procaci vultu blandi-* Simulant deuotionẽ *tur dicens: victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vita mea*: vota ſe reddidiſſe nuper dicit, & exſoluiſſe vota, quæ procax eſt, quæ neſcit domi conſiſtere, quæ nec pro ſalute filij mater, nec pro viro præſtaret vxor: artis hæc inſtrumenta ſunt, ſed: *victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea.* Quas nam iſtiuſmodi fœminas ſcimus, æſtuantis libidinis ardorem, contexiſſe deuotione? de uotas ſemper, iſtæ preculas recitant. & quid hoc deuotius: *hodie reddidi vota mea?* ſalutem tuam, hoc in primis habui, precibus obnixe a Deo obtinere, ſuffragia mundana contemno. Igitur à ſpiritualibus hæ ad omnia carnalia inquinamenta quæ deuotione abſcondunt dila buntur. Hoc primum eſt, deuotio imple riſque, ne vnquam in animum cadat alicuius, culpæ communis conſcientia. deinde pudicitia: *non eſt vir in domo mea*: Simulat pudicitiã. ne putes me abſq; viro eſſe, tota libertate donatam, vnam ex ijs, quæ ſtudent quæſtui & dedecori; habeo virum, qui licet abſit, continentiæ meæ, & caſtimoniæ teſtis eſſe poterit: *non eſt vir in domo mea*; vnico verbo duo annuntiat, & ſe pudicam prædicat, & licere ad carnales amplexus abſente viro longiſſimè peruenire.

103 Verum ne putes hoc gratis aſſerere, & iuuenem prætereuntem deperire, ſed latitat etiam auaritiæ vitium, ſub amoris inditijs; inquit enim: *abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit:* cur hæc addidit, nunquid oportuerat exprimere, virum abſentem pecuniæ ſacculum detuliſſe, ad hoc vt deſcenderet ad illud quod petierat: nempe: *veni fruamur cupitis amplexibus*: quare mentio hic de ſacculo pecuniæ, dum meminit abſentiæ viri? at non patitur tempus aliquod vacuum eſſe à nocuo quæſtu mulier, & ab amantiũ iactura, vel etiam inter ipſa blandimenta verborum eos ad ſe pertrahit quos videt; narrat viri abſentiam, vt libera eſſet conſortij facultas, & inter hæc interſerit, indiſcrete egiſſe virum, diu longe per manſurum, qui ſacculum pecuniæ tulit; quaſi inferret, & tui erit imprudentiam ipſius emendare, meque, donec ille reuertetur de pecunia prouidere; indigentiam inter obſtẽtationes indicat, vt vno alliceret ad amorem, altero quidem ad liberalitatem; ait primo: *intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto: aſperſi cubile meum &c.* deinde: *non eſt vir in domo mea, abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit:* quaſi dicat Contraria deblaterãt omnia magnifice adornata ſunt, tantum hoc deficit, vir, & ſacculus pecuniæ; tu vtriuſq; vices imple: veni maritali, quaſi conſortio, iungamur, ſed ſcias pecuniarum tibi, quo omnia ſuppleantur, pondus aliquod deferendum eſſe. *Irretiuit eum* ſequitur *multis ſermonibus, et blanditiis labiorum protraxit illum: ſtatim eã ſequitur quaſi bos ductus ad victimã* malũ omne ex fornicaria. *&c.* Ecce malum omne, poſt ollam ſuccenſam, & poſt faciem, fundum; blandi loquentiã mulieris quot mala ſequuntur! ſimulat amorem, & odit, & necem animæ; & corporis machinatur exitium. Laſciuus vero ardenter amari credens, vritur, & inſidioſum vanæ mentis affectum, continua maceratione compẽſat. quod quidem inane eſt, atq; omnino vanum, ſicut vanè, fertur ille planxiſſe mortem Orlandi, cum poſt egregia facinora, mortem oppetiuiſſe cognouit; quem pene mœrore confectum, non potuerant coniuncti conſolari.

Minime vero diuerſa iſtiuſmodi amãtium conditio eſt, qui ſeſe in amore diſcruciant, vt eas ament, quibus nullus vnquam fuit amoris ſenſus: Ex ſimulatis ergo lacrymulis, tantum amoris colligũt argumentum, cum interrupta ſuſpiria & cadentes lacrymæ, & interpoſitus cibus fidem faciant, fragrantis cordis. Vide quomodo hoc egregie deſcribat Ezech. *adhuc* inquit *conuerſus vide abominationes, quas iſti faciunt; & introduxit me per atrium domus Domini, quod reſpiciebat aquilonem; & ecce ibi mulieres* 104 Eze. 9.14.

res ſedebant, plangentes Adonidem. Adonides amaſius fuit Veneris, iuuenis pulcherrimus, teſte Hieron. ioccisus menſe Iulio iuxta gentilem fabulam narratur: Vnde Hebręi, & Syri eundem menſem, eodem nomine vocant, & ei anniuerſariam ſolemnitatem celebrant, in qua à mulieribus quaſi mortuus plangitur, & quaſi reuiuiſcens canitur, atq; laudatur, ritus ergo ſolemnitatis huius planctus erat, & lamentatio mulierum: occiſum Adonidem multis amtea ſeculis nimio dolore totam noctem deflebant. In Hebr. habetur: *plangentes Iaumnam*, quod: incenſionem ſignificat, eo q; vt Rab. Sal. & confirmat Gloſſa, ſimulque recentiores, idolum hoc, concauum erat, ad cuius oculos plumbeos, flamma, ad talos abſcondita aſcendebat; cuius etiam calore colliquefiebant oculi, ſicque lacrymulas emittere videbatur; quo viſo mulieres, idoli fictum planctum, veris gemitibus comitabantur. Res quidem hæc eſt nimis opportuna, quæ laſciuientiũ idolorum mores oſtẽdat. deſeritur mulier, atq; vt iterum, quod perdidit acquirat, arguit deſerentem, ingrati animi, mille amoris ſui manifeſta contempſiſſe argumenta: atq; ſe non hircanam feram amore nimio proſequutam, quæ beneficiorum immemor, atrox, fuga inſurgat in amantem, qua quidem fuga cor auferat & vitam; propterea tanto dolore percitam, deluſam, contemptam, nulla deinceps ſpe ſolatij releuari. Hoc idolum eſt Adonidis, quod ſuppoſititijs flã mis adlachrymatur. At vero illa fictas habet lachrymas, veras hic; conſumitur deinde iſte fletu, illa ridet.

Fictæ lacrymæ amantium.

105 Quod dictum eſt de mulieribus fictè adblãdientibus, idem quoque de laſciuientibus viris dicendum eſt, ſiquidem, vti illæ, vt viros perdant, verborum dolos exerunt, & apparant; ita viri ſuaui loquentia, & ornatu, vi ſermonum, mulieres alioqui pudicas adigũt ad ruinã. ibi in Apocalypſi clarius monſtrat hoc Ioannes, ait enim mulierem illam fornicariã à decem cornibus interẽptam, ac cõſũptã. Ergo cornua capitũ ſuper quę mulier ſedet, hunc portant interitũ. Et hoc quidem ita eſt, quos. n. credit amãs, amantes eſſe, hi ſane inſtrumenta mortis ſunt, & exitij. *& decem cornua, quæ vidiſti in beſtia, hi odient fornicariam, & deſolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igni cremabunt:* ruina talis hæc, quæ compellat ad ignem. prius reddũt deſolatam, & nudam; occidunt deinde; poſtremo cremant igne. iacturã prius oſtendit bonorum, deinde illam, honoris zelo, à cõſanguineis occiſam; poſtremo, quod irreparabile eſt, ignibus æternis traditam. Obſerua quid dicat: nempe cornua illa, ſcilicet reges, in quos, mulier dominabatur, & inſidebat in ſignum dominij; eos ipſos, futuros, qui exitiũ omnimodũ pararent fornicariæ, quaſi ſit expreſſũ m ſcorta hæc, minime imperitare, vt videntur, ſed imperitare, & eleuari ad ruinam &c.

Amatores oderunt quas dicũt amare.

Apo. 17. 12

Mulier Apoc. occid à cornib. beſtiæ ipſius.

Sic quoque cum has noueris ab illis 106
Deas pulchritudinis appellatas, quod natura, vt monſtrum hoc ſpeciei mundo daret, toto ſeſe conatu excitauit; eſſet quidẽ, ſi priſca ætas reſurgeret, inter Deas relata &c. ſi noueris inquam illas erigi in ſuperbiam, atque omnia ſibi deberi, quæ de tanta pulchritudine circũferantur, ſtatim ruinam expecta: Ollam ſuccenſam aliquem quis credat accendiſſe præter Aquilonem? *ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie aquilonis:* applaudente, inſufflante, exſuſcitante Aquilone, olla nequam libidinis ſuperbiæ, & faſtuoſæ iactantiæ, flammas nutrit. cur non ille ſe omnium venuſtiſſimã prædicet, quæ ſupra omnes prædicatur? at quid ex hoc? alia lectio: *ollã in bullas reſolutam ego video*: amantiũ laudes fictæ, præconia fucata, vultus extraneo colore depictus, mores ſuperbæ, plauſus, in contumeliam omnia conuertuntur, hinc mœror, hinc minæ, & odia, & quidquid prius diuinum acclamabat ille, nunc tartareũ appellat, *ollam in bullas reſolutam ego video*. ſed alio ſenſu.

Laus amãtium damna mulierum.

Cum vides ollam ſuccenſam, ſeu feruentem, 107

Digitized by Google

uentem, ſeu ebullientem , ſeu in bullas reſolutam : aliquam noueris totius feciſſe iacturam deuotionis ; non amplius ieiunia;euanuiſſe prolixæ orationis ſtatuta tempora; pietatem in pauperes ; modeſtiam; deſiderare nunc, non quidem templa,conciones,& animi religioſi officia,ſed longos per vrbem,& publica loca diſcurſus,ſed hiſtoriæ prophanæ libros &c. eſſe quidem reſolutam in bullas; id quidem ſcias inde euenire , quia *facies eius a facie aquilonis,* virorum cōſortia non euitat,quorum verba,tanquā frigidiſſimi ſpiritus aquilonares , quidquid calore deuotionis fotum , ac ſeruatum eſt,, continuo extinguunt . Igitur dum olla ſuppoſitis flammis vrgetur exterius,interius conuertitur in bullas; quod optimi ſeruarat,euacuat conuerſum in bullas turgidas atque inanes .

108 Et quidem optime iacturam virtutū , per conuerſionem explicat in bullas .i. per ſuperbiam,cum ab aquilone laſciuiæ appetitur anima . Quandoquidem primo;eo modo,vt explicat Bernardus,debet eſſe deſcenſus, atque aſcenſus:eadē namque via Romam ducit,quæ reducit, quod ſi per humilitatem eleuamur ad faſtigia virtutum,per ſuperbiam cum deſcendimus deturbari neceſſe eſt.Et quidem obſeruamus , eos qui perfectionis iter calcauerunt prius, cum ad vitia dilabuntur,virtutes omnes , per ſuperbiam amittere; ſępe repetunt quid erant,& eā exigere cupiunt exiſtimationem, quam quidem antea,propter humilitatem neglexerunt;non conſiderant in quo miſeriæ ſtatu verſentur,vti ſuo loco ſatis probatum eſt.Nunc ad rē.exſufflante aquilonari amantiū laude, ſtatim ambitio exurgit,& ſuperbia;ſtatim illa totā ſibi arrogat pulchritudinem;ſtatim deniq; mala omnia,ſuperbia tegente,feruent,atq; ebulliunt:nam in olla ad aquilonares flatus,vides bullas,ignemq; ſuperbiæ : & deinde audis: *ab aquilone pandetur omne malum.*

De gradibus hum.

Superbia ſubij eſt animæ bona.

109 Poſtquam mulier illa prouerbiorum, in extraneum iuuenem , non antea viſum , tanquam aquilonari flatu laudum egregiè inſufflauit,nempe quod dignus extitit pro cuius ſalute vota ſolueret , & ſacrificia perſolueret : quem mulieres omnes deperirent , cuius etiam deſiderio mulieres quæq; tenerentur ; cui etiā ſternerentur Alexandrina belluata conchiliata tapetia, atque Aegyptia &c. repentina ille illectus laude, non aduertit inſidias , quæ in verbis iſtis latere poſſunt,ſed verbo irretitus, accurrit elatus. Nota prius Aquilonem exſufflantem his verbis: deinde ollam hanc in bullas ſuperbiæ reſolutam; vltimo mala omnia ex hoc aduentare : ſubdit enim : *ſequitur quaſi bos ductus ad victimam , & quaſi agnus laſciuiens , & ignorat quod ad vincula ſtultus trahatur* Pag. *& quaſi compes ad caſtigationem ſtulti* Sept. *ipſe autem eam ſequitur elatus :* quare elatus,ſi ad compedem ad victimam ducitur?ſequit̄ elatus ingētia de ſe credēs, reſoluitur in bullas , & deinde oē malū corporis ſubdit̄ & animæ, qā ſubdit ſcriptura:*multos quidē vulneratos deiecit,et fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea : via inferi domus eius,penetrantes ad interiora mortis:* omne malum corporis & animæ: *nam via inferi domus eius.* 110

Laude allicit amans

prou.7.

Vitia exorta ex libidine.

Expende quomodo interitum iſtius deſcribat:*ſtatim eā ſequitur quaſi bos ductus ad victimā:et quaſi agnus laſciuiēs:* & alio quoq;ſenſu intelliges cur olla feruēs,faciē,ad faciem habeat aquilonis:qū laſciuit,agnus,aut bos ? potius taurus , aut hircus;quos alibi probatū eſt ad exprimēdos ſalaces à ſcriptura ſumi:ſed horū poſuit ſimilitudinē animalium,vt omnino monſtraret,nullam eſſe contra impudentē mulierem, procacem,ac perfrictæ frontis,reſponſionem ; agnus enim manſuetudinis ſymbolum eſt,& ſilentij, vnde Propheta : *& quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet* : bos autem ſilentij,& taciturnitatis:bos enim mutus dicitur;cum tondetur agnus, cum occiditur bos,nec ille balat, nec queritur iſte . ita quoq;amatores,quaſi agnos,quaſi boues captāt illæ;ſed quare ſilētiū, ac taciturnitatē in hac ſimilitudine oſtēdā eſſe

Quare ſequuntur bos, & agnus.

Digitized by Google

voluit? cũ quis vi argumẽtorum in eo, ꝙ probandum erat concludit, nullũ relinquit aduerſario reſpondendi locum [non ſaprei che riſpondergli] ita quoque mulier hæc nequam, argumenta, omnia,quibus,& conuincere,& vincire, iuuenem illum poſſet, effuſiſſime protulit; itaque ducitur tanquam agnus, & bos,ideſt [è conuinto]: ita ille cum audiſſet,quæ reprehenderat Dominus nuptiarum, ſentiens quidem ad rationem dicta eſſe: obmutuit: *at ille obmutuit*: niſi malis dicere, duci iuuenem illum, tanquam agnus,& bos ad victimam ducitur, quia ambitionem omnem animi æſtuantis;iuuenilem ætatem;vires,iactãtiam &c. ita deiecit mulier vna, vt cui ad ſui triumphum prędã non ſufficeret orbis; nunc inanis, & vilis præda meretricis oſtẽditur; ſequitur ergo,vt bos, vt agnus.vt Sãſon Philiſtææ terror,Dalidã timet. Verũ ꝙ propoſui ſupra, bos,& agnus,hic ætatis; ille artis,& hominum beneficio à venereis ſtimulis ſunt expertes; cur ergo in ſimilitudinẽ eius adducuntur, qui ad illecebras trahitur à ſcorto? oſtendit in hoc blanditioſas iſtas mulieres,non eos tantum, qui flammis vrgentur cupidineis irretire, ſed qui tanquam bos,videntur,& agnus; atque in hoc occaſionem omnem dirimendã eſſe;qua ad earum colloquia accedamus impenſe edocemur; etſi bos ſit à libidine vacuus; etſi agnus impos,& iners; at conſuetudo,ea,in animum inijcit, quæ mens,quæ natura,ſancta operatione, in bonum conuerſa refugit,& horret. licet agnus,ſequitur tamen interitum, fatum &c. Et proinde hoc aduertis in olla faciem habente ad faciem aquilonis;ignis faciem habet ad glaciem;ardor, ad niuis rigorem,vt quod frigidum eſt dono cõtinentiæ,malo luxuriæ calefiat. Nota quoque hic ollam verſam habere faciẽ ad aquilonem,& inde feruentiores ebullitiones excitare, quod idẽ eſt,ac vanas haſce mulieres,ollas quoque luxurię cõtemnere, illos videlicet,qui pari flamma libidinis peruruntur,& ad illos eſſe conuerſas,qui longe diſtant, & nunquam

Mulier ꝓcax cõuincit.

Omnis occaſio i hoc dirimẽda.

veneris oblectamenta nouerunt; contẽnunt qui ſequuntur;inſectantur,qui fugiunt; fugacem prædam capiunt, quã inter manus habent abijciunt, *& facies eius a facie aquilonis*,quamobrem bouẽ, & agnum,vtrumq;nulla luxuriæ flamma peruſtũ,inſectatur. Sed *facies à facie aquilonis*: ſuccẽditur olla, & frigidiſſimis Aquilonis ſpiritibus exurgunt flammæ. & hoc experiẽtia conſtat,quod ignis ac cenſus fouetur vento; quemadmodum vero ſi vires flamma non habet,vẽto extinguitur;ita excreſcens,maiora abaquilone alimenta ſentit. Hac ſimilitudine peccati cuiuſlibet peruerſa cõditio mõſtratur;id.n.dũ adhuc per conſuetudinẽ vires non adhuc extẽdit in anima,facile ſpiritu admonitionis,cõcionis,cæterarũque ſpiritualiũ rerũ,quæ cum noxa pugnãt,deleri omnino,ac extingui poteſt; verum ſi habitualem mentis habeat defectum;ſi inoleuerit,ſi ſemet firmauerit;ea quidẽ,quæ inſtrumẽta erãt,vt deuotioni cederet peccatum; ea ſanè,minimè aduerſari poſſunt. Quid hoc iuuat in oſtinato, cũ remedia ipſa ad maiora culpæ nutrimenta ſibi vindicet, & reſumat; & contrario quoque vento concupiſcẽtiæ exaugeantur incendia? ſemper quidẽ in fũdo ſedet,& aquilonica glacie obduratur,& infernali igne peruritur; ita aduerſantia ſibi in malo componit, & nectit, ignem,& glaciem,fundum,& faciem: *& fundum eius à facie aquilonis*: Quam rectè cognouit vulgata illa ſcriptura: *impius cum in profundum venerit peccatorum contemnet*! cum in fundo ollæ peruenerit continuo culparum rotatu emergit, vt cadat; cum in circuitu impij ambulent: & cum crederis illum à culpa emerſiſſe, à coeno peccatorum, non adhuc diſcuſſus, recidit iterum. Ergo illa quæ ipſum poſſunt erigere, quæue medicinam peccatis adhibere, contemnens, profecto maiores, atque protractos (vt eſt peccatorum iniqua conditio) ex ſalute morbos capiet. At vero vt moraliter de concupiſcentia tractationem proſequamur. peccator, immanior

Simile.

contrarijs flãma peccati augetur.

Pro. 18 3. peccator contemnit cum venerit in fundo.

ſem-

Digitized by Google

ſemper, male bona opera tractans, atque ijs abuſus, euadit: ita vt, quę neque quiſquam hominum poſſit aduertere, aliquem ad talia facinora deſcendere, diabolico ſane inuento perquirit, ideſt videtur diabolum penè dormientem excitare, ac tentare; de quibus illud eſt: *qui parati ſunt ſuſcitare leuiathan*: eſtq; in hac olla inditium; dicitur enim: *& facies eius à facie aquilonis:* ſcilicet faciem olla conuertit ad faciem aquilonis. Aquilonem diabolum eſſe ſupra pluries, ex Gregorij ſententia oſtenſum eſt: ergo ſenſus eſt: huiuſmodi hominum videntur quaſi vrgere aquilonem, tentare, ipſum ad ſe vocare, facieq; intenta, perquirere, vt quæ minime ſomniauerit exigat; non enim dicitur & facies aquilonis à facie ollæ. Et quare non hoc ita ſit, reſoluta in bullas olla, & auerſa à coelo facie? ſtatim enim vides aliquem luxuria ardere, mentemq; à Deo retrahere; quaſi ſit rationis impos toto aſpectu dæmonis inſpicit tentamenta.

Iob.3.8

Dan.13.59

112 Manifeſtum exemplum in ſenibus Babilonicis, qui tres huiuſmodi ollæ effectus, laſciuientes, ac turpi amore feruentes, oſtendant; *exarſerunt* inquit ſcriptura: *in concupiſcentia*: nempe Suſannæ, ecce feruorem ollæ; deinde, *euerterunt ſenſus ſuos:* ecce mentem non ſanam, & ollæ ebullitiones in mente, & facies, & fundum: tertio: *& declinauerunt ſenſum ſuum, ne viderent coelum:* ſi oculos ad malum habebant intentos, conſequens erat vt illos à coelorum aſpectu, & à pulchritudine iuſtitiæ ſubmouerent. His quoque conſideratis in ſenibus, ſequatur quoque illud: *ab aquilone pandetur omne malum:* ſcilicet peruerſa iudicia, fides corrupta, inſimulata crimina, deinde dedecus, & mors. Hæc ſunt luxuriæ mala, quæ in vna ſuccenſa olla copulantur. Itaque & vſque ad animam deperdita ſaniori mente, iacturam patitur libidinoſus; quanto enim magis olla feruet, eò humor, qui videtur per ſpumas excreſcere euaneſcit; nec immerito fornicator, olla dicitur, quia dum incontinentia iactatur, bona, quæ poſſidet luxuriando perdit, vt ſupra probatum eſt: Vnde Eccleſiaſtic. *ne des animam tuam fornicariis in vllo, ne perdas te, & hereditatem tuam*: recte dicit in vllo, neque in cogitatione, & hoc enim obeſt; nam vel cogitatio, vel cupidi oculi vagatio, poenam auocat luxuriæ: dicente Rab. M. ex Gregorio: *olla ſuccenditur cum mens noſtra maligni hoſtis perſuaſionibus inſtigatur: olla iam feruet cum etiam per conſenſum in deſiderijs praua perſuaſionis accenditur: & tot vndas quaſi eruendo proijcit, per quot ſe ſuis nequitijs vſque ad exteriora opera extendit*: cogitatione etiam ollæ vndas feruere, & foras ſeſe extendere, atque diſperdere manifeſtum eſt.

Tres ollæ feruentis effectus.

Eccl.9.6.

Rab.hier.

Porro non eorum, quæ intus feruat ruinam patitur; ſed totius ferme compoſiti iactura ſentitur, cum nimiæ libidinis igne peccator vritur; corporis enim contrarium eſt ſaluti, laſciuiæ malum. Ollam ſuppoſito igne, ſi diu ibi permaneat, quis neſciat ſoluta teſtæ figuli virtute laxari, ac frangi? quodlibet enim igni cedet; quod ſi fictile vas reſiſtit ad tempus, continuo tamen flammæ vrentis cedit incendio, & in fragmenta comminuitur. Ergo corpus, quod ardore concupiſcentiæ caleſcit, poſt tempus eadem quoque ſentiet experimenta; vt quidem ſolutum, ollæ reſoluatur in puluerem, & anima ex laſciuiæ flammis, ad flammas tranſeat æternas. In promptu eſt Holophernes qui hoc probet, cum enim luxuriæ flammis vreretur, & tanquam olla feruens datis laſciuiæ incendijs æſtuaret; nimio calore ſolutus, ruptus atque confractus eſt. Et vide quomodo ollam hanc ebullientem, ſcriptura deſcribat, ait enim; vt aduenit Iudith pulcherrima, & ante Holophernem ſtetit: *cor autem Holophernis concuſſum eſt*? quare cor Holophernis, tanquam olla concuſſum eſt? 113

Olla cordis Holophernis propter concup. fracta eſt.

quia ignis ardor illud ſoluit, ac fregit: ſequitur: *erat enim ardens in concupiſcẽtia eius:* concupiſcentia immoderata, quid mirum, ſi concuſſum eſt, diu huiuſmodi ardorem ignis ſubſtinere non valens.

114 Etenim duos cernimus in olla effectus, cum igni ſuperponitur; ſi ille mediocris, eſt non frãgitur olla ſed ebullit, & continuo feruore quas habet vndas conuoluit; cœterum, vti diximus, ex nimio igne frãgitur. hũc poſteriorem iam vidimus in Holopherne; priorem vero in ſenibus, de quibus mox mentio, inſpiciamus. Hórum corda, ollæ nimirum, gelida ſenectæ ætate, cum vix poſſent teneriora dare libidinis incendia, minime concuſſa, ſeu rupta ſunt, ſed ebullierũt, & efferbuerunt: ecce ardorem, *& videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentia eius:* ardorem conceperunt inter niues canas ætatis diuturnæ: deinde quem peperit ardor effectum, obiurgans alterum ſenem Daniel, oſtendit dicens: *ſemen Chanaam & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum*, omnia in corde tuo cõmiſcuit, ſubuertit, ebullire fecit.

Ex nimio calore ebullit.

Dan. 13. 56

115 Verum vt ebulliat, (obſerua tentationis ordinem in hoc crimine, in lebete egregie indicatum) operiri ollam neceſſe eſt, non enim niſi ſuperpoſito operculo, conceptum calorem in ſe retinet, qui retenctus agit vndas; at vero poſt quam ebullierint ſpuma emergẽte, & aquis ipſis reſolutis in bullas, impetu æſtuante, etiam per os ollæ opertum egreditur liquor, & ſe totum extra ſpargit; ſic itaque cum quis tẽtatione vrgetur, obiectum quoque facinus plenum conſpicit periculoſi dedecoris; ſtatim dæmone docente, ollæ os quærit operire, ſimulatione, amicorum fide, ſecreto noctis &c. & quidem hoc ex voto accidit. tentatoris enim id ſurgit aſtutia, vt ollam in feruorem carnalem, & ebullitionem magis, ac magis induceret; alioquin quomodo rem omni plenam diſcrimine, congrederetur laſciuus? ſed operculo impoſito per tempus, putat ille bene omnia proſperèq; euenire. Verum cum ſat ignis datum eſt, refluẽte culpa, & ardore peccati, per operimentum ipſum æſtuãtis vndę feruor egreditur, & quod latuerat apparet; ideſt qui operire videbantur amici, data munera ne res detegeretur; nocturna facinora; improborũ commercia; rem omnem propalant, & pleno ore effundunt; ſicque, quod tectũ, quod ſepultum videbatur, in aperto cœlo eſt per ora omnium. Explicat hoc pulchrè Ieremias arguens populum, vtriuſque fornicationis; nempe ſpiritualis, quod à Deo deſciuerãt, & carnalis quoque quod inter gentes ſint cõmixti, vti dictum ſupra eſt. atq; his verbis turpitudinẽ illius oſtendit: *quomodo dicis non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris:* At quæſo quomodo deducit propheta, illum propriæ cognitione culpę, confundi debere, iubens videre viam in conualle? nunquid veſtigia ipſa animata ſunt, quæ rem aperiant, & de facto imprudenter, aduertant? id quidem ita eſt, hoc ſenſu ita: vt fornicationem tegeres, conualles colebas, ibi ſacrificabas, ibi pollueberis; quo nullus hominum patebat acceſſus, inter horrida vallium, vt quidquid egiſſes aduerteret nemo; luxuriæ ollam tenebra ſolitudinis, & operimento ſilentij tegebas, At nunquid credis hæc, æſtuante libidine, & ebulliente facinore, intra conualles detenta eſſe? & hoc quidem vlgatum eſt; quamobrem: *vide vias tuas in conualle:* conuallis hoc prodidit; operimentum, hoc promulgauit; ne igitur dicas: *non ſum polluta*: id enim omnes aduerterunt operculo ſolitudinis laſciuias tuas oſtendente: Et quidem nunc recte animaduertimus quam bene dictum ſit, *& facies eius à facie aquilonis, & fundum eius à facie aquilonis*: fundum euadit facies; credebat populum, conuallem, fundum eſſe; at facies exiſtit *vide vias tuas in conualle, ſcito quia feceris*.

Olla licet operta extrà mittit bullas.

Iere. 2. 23.

Conuallis laſciuiam prodidit adulterantis populi & quare.

Manifeſte in hiſtoria Thamar, prius cognoſcimus ollam concupiſcentiæ coo- 116

per-

Digitized by Google

pertam extitiſſe,at deinde quæcumque operta erant, patuiſſe: ait enim ſcriptura: *quam cum vidiſſet Iudas ſuſpicatus eſt eſſe meretricem; operuerat enim vultum ſuum,ne agnoſceretur:* mutauit habitum veſteſq; viduitatis,vt omnino ignota eſſet,dimiſit. At & deinde olla,feruēti luxuriæ igne,in bullas reſoluta, quod aſſeruauerat,eiecit,.i. cū concepiſſet mulier,patrato crimine,quod latebat in fūdo,in os tranſmiſſum eſt; cunq; Thamar duceretur vt ignis ſupplicio, lege hoc poſtulante,plecteretur,& quare cōceperit,& quis ad hoc adegerit,annuli,armillarum,& baculi oſtenſione ſignificauit. Sicq; latens crimen in publico apertum eſt:

Gen.38.15

Thamar te dum crimen quare detegitur.

117 (Nec prætereamus ſenes illos iudices Babylonicos) credebant enim lebetem obſcoeni criminis operculo tegi, dum Suſannam ad luxuriam adhortabantur, datis argumentis, rem ſecreto fore perſoluendam,clauſis oſtijs pomarij,& procul à teſtis ſuſpitione,dicunt ergo: *ecce oſtia pomarii clauſa ſunt,& nemo nos videt,& nos in concupiſcentia tui ſumus*: omnia bene diſpoſita,iam adeſt ignis, iā ſecreta omnia,tecta;pomarium clauſum, quilibet excluſus. At vero dum exardeſcit ignis,& operitur olla,aduertis vlterius,quod tectum, quodue coopertū erat,nudatum, atque propalatum deinde extitiſſe, Daniele omnia coram populo,de ſenibus impijs,denudante,non enim intra vas ebulliens malum hoc cōtineri poteſt,quin per ora lebetis effundatur; & hoc conteſtabatur Dominus Dauidi per os Nathan prophetæ,dicēs: *tu enim feciſti abſcondite ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael,& in conſpectu ſolis huius:* ideſt tu nocte tegebas crimen adulterij, ego autem, quod nocte factum eſt,die reuelabo: dum vxores tuas dedero fornicarijs; ac proinde populo quærenti, quamobrem dilectus Domini Dauid hæc commeruerit:honoris detrimenta,in regni & famæ contumeliam? erit obiectum;ideo hoc factum eſſe, quia vxorem abſtulit Vriæ,& ipſe etiam extitit adulter. Itaq; quod conabaris ſilentio, & induſtria tegere,me reuelante eiuſdem mali permiſſione vulgatum erit. *Tu feciſti abſcōdite:* ideſt tu factum,vt operires, reuocaſti à bello Vriā coniugē,ad hoc vt violatæ vxoris,viri præſentia,ſuſpitio remoueretur, at ego remouebo operimentū hoc, cuncta per ordinem manifeſtabo, & vltionem,& criminis manifeſtationē, è contra in conſpectu ſolis huius faciam conſtare.

Dan.13.20

Aeſtus laſciuiæ reſoluitur in contumeliam.

2.Reg.12.12.

Cur vltio Domini in aperto die.

118 Deinde illud in Suſannæ & ſenum hyſtoria non eſt prætereundum, quod in hoc peccato, quod credimus noxam tegere,illud quidem reuelat, atq; ſi deſint omnia,vel ipſi lapides conſcij criminis pandunt. Mendacio contendebant ſenes impij illam è medio tollere,quam obrem iuuenem commenti ſunt, qui Suſannam turpiter conuenerit, *venitq; ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea, & illum quidem non quiuimus prehendere: quia fortior nobis erat:* finxerunt ad mendacij probationem adoleſcentem concubuiſſe cum Suſanna, at alter adoleſcens rei ſeriem oſtendit,& debitas poenas exegit: *& ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris:* qui interrogatos arbitros,inuenit eſſe mendaces,& vt iiſdem armis,quibus crimen obtegere conati ſunt vltro punirentur, nouus ſpiritus,nouo cōceditur arbitro. Quis crederet Iudæ donaria,baculum, & armillas,& annulum,poſſe proprium crimen promulgare? vel etiam quis vnquam potuiſſet credere,puerum iuniorē,iudices,ætate,atq; conſilio graues de tecto turpi facinore, potuiſſe ad exitiū adigere? & tamen ille proprio munere reuelatur, hi ſententia plectuntur adoleſcentis.

Dan.13.38

Eodem mēdacio plectitur ſenes.

119 Neq; hoc in hac olla,denuo, & pulchre non reperies. ait Dominus: *ab aquilone pandetur omne malum.* tres eruo ab hac ſcriptura ſenſus,quorum primus hic eſt: olla faciem habet conuerſam ad aquilonem, *& facies eius à facie aquilonis:* aquilonem,diximus,eſſe diabolum; ſi luxuria flagras,facie diabolum,& mēte intendis.i.ſi quæcumq; ſuggerit ille, per-

Quid ſit ab aquilone pandi malum.

Digitized by Google

perficis; ſi delectaris in ijs ipſis cogitationibus,& occaſionibus quas ſubminiſtrat; ſi conſilia in hoc diabolica non euitas; idem diabolus, cuius imperio, & conſilio vteris; ipſe deteget, ac pandet omnia: *ab aquilone pandetur omne malum:* tu reſpicis aquilonem, & aquilo pandit malum. diabolo aſſenſum præſtando,obedis; ipſe te prodet: *ab aquilone pandetur omne malum:* pandetur in futuro. ne confidas,quod adhuc cœlatū ſcelus manet,pandetur, & qui pandet, erit Aquilo infernalis; obſerua ordinē, cœlat prius tentator vitium, quamobrē legis: *ab aquilone pandetur omne malu:* ergo prius abſcondebat; ſed quare? vt maiori ratione olla ferueret, vt ignis laſciuiæ magis ac magis accenderetur, atque poſtquam videt incendia luxuriæ, & malum iam conſummatum, quod nō eſt reparabile,pandit. Probatur ex Iob, qui dæmonis tentatoris in hoc verſutias fraudeſq. deſcribens,hæc ait: *Et ecce Behemoth quem feci tecum fænum, quaſi bos comedet:* bouis nomine diabolum appellat; atq; hæc fraus eſt,bouem ſe ſimulat,ideſt ſecretum, mutum,taciturnum,pigrum,vtilem,elinguem,quod linguam potius habeat,ad paſcua, quam ad vſum ſermonis intentam; deniq; bos communi vocabulo mutus dicitur: ſequitur deinde: *ſtringit caudam ſuam quaſi cedrum:* boues ſemper caput habent inclinatum,vſq; ad terram depreſſum,ſimiliter & caudam; at vide diaboli artem,caput habet inclinatum ad terrā, quaſi cum tentat,abſcondita eſſe omnia, & humi ſepulta oſtendat: at caudam, quæ eſt finis,habet quaſi cedrum, erigit caudam; cedrus namque proceriſſima dicitur; capite ſilentia promittit,quæue promiſit,caudæ elatione promulganda demonſtrat,ſeu quod melius ad rem noſtram, ſtringit caudam quaſi cedrum: Gloſſa: *quia quos in peccatū deijcit aſſuefactione ligatos tenet: nerui teſticulorum eius perplexi ſunt: quia illos, qui hoc vitium relinquere volunt, diuerſis occaſionibus impedit, & retinet:* hæc gloſſa, ideſt fortiter tenaciterq; comprehendit, ita vt quodāmodo vix poſſint euadere, at poſtquam hoc egit: nempe quod ſilentia promiſit,quod ad foeditatem peccati perdite impulerit: illud ſequatur neceſſe eſt,quod bouis naturam exuat,dimittat taciturnitatem, & ſe culpæ promulgādæ præconem faciat: ſubdit Iob: *oſſa eius velut fiſtulæ æris:* quot neruos, quot cartilagines,quot oſſa habet, in fiſtulas,vt facinus illud turpe expandat, conuertit: *oſſa eius tanquam fiſtulæ æris:* ad ſonum fiſtulæ, quæ ſilentio preſſa erant,cecinit,ſed cur non dicitur oſſa preco hic habere tubæ? nō ita detegit,quod apertum erat, vt qui in crimen incidit, horreat,& timeat,& tanquam horriſona tuba admoneatur, ſed tanquam fiſtula æris res panditur, per cantilenas inter poetas,per prouerbia inter ſuſurrones; per cachinnos,per fabulas &c. & ita pāgit ſuaue melos inflata fiſtula. Deinde ſonus fiſtulæ ſuauis adhibetur,vt carmina magis delectēt,dulci ſono inſtrumēti huiuſmodi ſociata,ita quoque ne aliquā do indignum ſcelus horrorem in alios induceret,& ipſi hoc declinādū aduertāt, & in ipſum data occaſione vereantur peruenire; duo præſtat tentator; peccatum prodit abſconditum, & vt minime terreat,dulcibus fiſtulæ modis canit: Inditium eſt quod ſequitur: *huic montes herbas ferunt, omnes beſtiæ agri ludent ibi* D.Hier. *fecit gaudium quadrupedibus* canit victoriam applaudente quadrupedum turba tartareorum,& peccatoribus ijs, qui more quadrupedum viuunt &c.

Idipſum infra alia ſimilitudine oſtēdit; nempe piſcis immanis: *an extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?* tentatoris dolos, cum videlicet carnales tentat, egregie in ſimilitudine hac piſcis expreſſit: quandoquidem inter omnia animalia, piſces,voces nullas edunt; ſecretiſſimum ſe fore promittit,diabolus, mutum. Vlterius ergo poſtquam multa de monſtro hoc dixiſſet,adiunxit: quod *ſub ipſo erunt radii ſolis,et ſternet ſibi aurum,quaſi lutum ferueſcere facit quaſi ollam profundum mare,*

Margin notes: Cœlat peccatum ſæpe dæmō deinde pādit. — Iob 40.2. — Quare bos dæmon. — Quare fiſtulas habet æras. — Prodit quæ os texit. — 120 Iob 40.20.

Digitized by Google

mare, & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt: noctem promittit obductis radijs, promittit opem : *ſub ipſo erunt radii ſolis: & ſternet ſibi aurum, quaſi lutum* :
Abſcondit lucem ante peccatũ omnia in futuro; erit ſcelus hoc, nocte preſſum, en radios ſolis, obtego; tibi ad hoc patrandum neceſſaria, non deerunt,
Iob 41, 21. auxilium, robur, aurum: ſemper tibi præſto ero, en aurum ſternam, quaſi lutum: ſequitur : *ferueſcere faciet quaſi ollam profundum mare*: ſufflat in ollam accenſam, libidinem excitat, facit ardere perſecutionibus, flatu, atq; halitu aquilonari, de iſtiuſmodi namq; piſce dictum eſt ſupra : *halitus eius prunas ardere facit &c.* at quid vltimo his peractis erit in dæmone hoc promittente ? *poſt eum lucebit ſemita* : interpretatur lucem hanc ſemitæ ad litteram Lyr. quia noctu dum per vndas ſemet immanis bellua trahit, canæ ſpumæ, bullæque lumen quoddam oſtendit deducitq; ex his, hoc, quod ipſius verbis ſubnectam : *ſicut enim naues tranſeuntes dimittunt veſtigium tranſitus per aliquod tempus, ſic etiam cætus propter magnitudinem ſui corporis dimittit poſt ſe magnum, & longum veſtigium tranſitus ſui : per quod deſignatur quod turbationes à diabolo concitatæ in hoc mundo, non cito ſedantur.* Sed his cognitis, ad ea, quæ dicebam. in nocte ſilentij videtur diabolus obtegere rem omnem caligine, & peccatum, tenebra, ſed poſt-
Poſt dæmonem lucet ſemita. quam ollam fecit feruere, poſtquam cognouit illum eſſe tentatione proſtratũ, lumen oſtendit: *poſt eum lucebit ſemita:* non ante, ſed poſt, lumen, lucemq; qua culpa agnoſcatur accendit: poſtquam inſufflauerit in ollam, malum pandit: *ab aquilone pandetur omne malum. omne* dicit, & *malum*, nihil præterit, omnia propalat, circumſtantias, verba, vel etiam ſi fieri poteſt, cogitationes quaſcumque: ſed malum: tacet bonum, pandit malum, non reuocat ad mentem præteritæ vitæ deuotionis argumenta, non virtutum e-
Pandit omnia, & mala. xempla, malum vulgatur ſolum, nulla de virtute mentio: *ab aquilone pandetur omne malum:* & certe panditur malum, quia ab aquilone inuido à diabolo. Vltimò *omne malum* quia quidquid in libidinoſo eſt id quidem coniunctione carnalis vitij, quaſi foedatum, atque corruptum eſt ; qualis deuotio eſſe poteſt ? quæ mens ſancta cogitat, vbi eadem ſemper laſciua machinatur ? quæ cordis puritas, dum foeuum luxuriæ virus abſconditur? ergo merito pandens diabolus, quid reperit in olla ſuccenſa, in homine ob laſciuiam æſtuãte, pandit *omne malum*.

Sed ad id quod in ſupra citata ſcriptura dicebamus, poſt eum lucebit ſemi- 121
ta, lucem obijcit poſt tenebras, & noctẽ; quod hoc ſimili explico. Si quis in ali- Simile.
quo loco obſcuro reperitur, is quidem, & quod ibi malum iaceat, non aduertit, ſint præcipitia, ſint venenatæ beſtiæ, &c. at ſi is q à loco illo ſolis lumẽ fores claudendo abſtulit, lumen illud denuo introducat; profecto, & quæ ibi diſcrimina latirent, agnoſcit. dixi ſuperius laſciuos mente obtenebrata, in tenebris eſſe: *obſcuratum eſt inſipiens cor eorum* : clau- Rom. 1. 21
ſere cognitionis, & lucis oſtium dæmonis tentamenta, ita peccator libidinoſus, quid gerat, quid operetur minime cognoſcit ſicuti ibi ſcriptura toties repetita: poſtquam deſcripſit iuuenem illum blandimentis impudicæ mulieris circumuentum, illam ſequi, tanquam bos ad victimam &c. addit: *& non cognoſcit quod de periculo animæ illius agitur*, non cognouit quod in illo tenebroſo loco domus illius ſint multa pericula : nempe: *multos enim vulneratos deiecit, &* pro. 7. 25.
fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea, viæ inferi domus eius penetrantes vſque interiora mortis. Itaque ibi adeſt imminẽs mortis periculum, nam os habet ibi infernus, quare ergo amator non fugit ? quia non cognouit, manet in tenebris. verum pericula omnia cognoſcuntur cũ lux aderit, tunc fugiet cum lumen aduenit cognitionis. Ita quoque: ecce noctẽ clauſo lumine à dæmone : *ſub ipſo erunt radii ſolis*: occluſit radios ſolis, quid ſequitur ? omne ſcelus, debacchatur, feruet inter illecebras peccator : *ferueſcere faciet quaſi ollam profundum mare, &*

ponet

ponet quaſi cum vnguenta bulliunt : at deinde ipſe qui radios obduxit, iterum facit adeſſe lucem, vt in diſperationem peccator cadat; vel etiam, vt omnes occultum crimen nouerint: ſequitur*: poſt eum lucebit ſemita*, qui prius occultauit radios, lucem, profudit vt eſſet palam, quod ſecreto patratum eſt. non pudet peccatorem voluptuoſum, nihil enim cõſiderat circumfuſus culpæ caligine, at tandem, vt ſolem aſpicit, in ſe reuerſus, vel crimen deteſtatur ſuum, vel etiã per ſummam obſtinationem, quod egerit commendat, & actione proſequitur: Dauid (cuius infra etiam vtemur exemplo in re pari, ſed diſpari ſimilitudine) addidit adulterio crimen homicidij, & tot menſes inter ſceleris ſui tenebras quaſi ſecurus ambulauit: & qui prius ne quid in mentem leuis offenſiunculæ admitteret, inuigilabat; in mente & corde per diutinum tempus grauia flagitia, minime ad ſe conuerſus, gerit. Itaque ambulat in tenebris dicens, *lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*. & alibi *& non potui ut viderem*: peccati tenebris offuſis, quo me tentatio impelleret, non videbam. At in locum obſcurum pandat lumen ſolis Nathan, dicatq; *ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis, in oculis ſolis huius*: & iterũ: *non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum*: iterum: *tu enim feciſti abſcondite, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu ſolis* : Non vides Dauid quanta te pericula circumſtent, gladius, honoris iactura, & famæ? cur iaces in tenebris? non vides hoc te feciſſe abſcondite, & in tenebris, me autem in ſolis huius aſpectu, quæ prædixi abſoluturum? vix radium ſolis vidit Dauid, & ſtatim pericula obiecta cernens, contremuit, atque exclamauit, vt opem Dominus ferret: *peccaui Domino &c.* ſicque lumine coeleſti, & ſolis luce, illa cernuntur à Dauide, quæ non potuiſſet in tenebris.

Ordo tentationis in laſciuia.

Eſt in tenebris prius lux deinde agnoſcit.

pſ.37.12.

pſ.39.13.

I.Re.12.x.

122 Alia ſimilitudine idipſum explico: nẽpe: peccatorem morantem in peccato laſciuiæ, minime quid põdus illud afferat ſentire: Quemadmodum ſubiectus aquis in mari, earumdem pondere non opprimitur, neque enim in propria ſphera elementum (vt eſt dictum philoſophorum) graue eſt, vel leue. dum verſatur, in carnali delectatione quod pondus ſit libido, non agnoſcit, in ſua quodammodo ſphera conſtitutus luxurioſus, ſecus cum frigeſcente ardore carnali ad ſanam mentem reuocatur, pondus illud, atque graue onus eſſe contemtemplatur: ſicque Dauid idem ait: *miſer factus ſum, & curuatus vſque in finem.* & quare? *quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus*: quoniam laſciuienti cogitationi indulſi nimis, nunc cognoſco pondus illud carnalis noxæ, ideo cunctis videor curuatus, & tanto onere penè confectus, humiliatus nimis. Atque hoc quod dictum eſt, mihi videor clare poſſe probare, reſponſo, quod Thamar Amnoni dedit. Deperibat ergo Amnon ſororem Thamar, atq; inceſtificus quo ad eius turpes amplexus perueniret, artes omnes moliebatur. *Factum eſt autem poſt hæc vt Abſalon filii Dauid, ſororem ſpecioſiſſimam adamaret Amnon, filius Dauid, & deperiret in eam valde*. Porro Amnon quæ animo diu conuoluerat cum ſorori nudaret, reſpondit illa: peccati pondus ſe nequaquam ferre poſſe, proinde tanto pondere conterrita, rogat animum nocuum, foedamque ſententiam dimittat: *Noli facere ſtultitiã hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum*: non potero portare grauia noxæ huius pondera, contumeliæ, dedecoris, poenitudinis*: ideo noli facere ſtultitiam hanc*.

Laſciuus nõ aduertit quo põdere prematur.

pſ.37.5.

2 Reg.13.

123 At ponderatione dignum eſt (cum ſupra, Aquilonem, Diabolum exſufflantem, ſecreta omnia futura promittere, ſed deinde nudare omnia dixerimus) quod accidit, poſtquam ſororem oppreſſit. Rem ſecrete Amnõ diſpoſuerat, ne quis aduerteret quidquam finxit ſe eſſe ægrotum, & ex facultate regis ſororem excepit; cumque illam ad damna-

Luxuriæ graue eſt pondus.

tos

tos traheret concubitus,iuſſit oſtium, vt aſpectus omnis excluderetur,claudi: quæ vim paſſa, foras egreſſa occurrit Abſaloni, quam ſic frater alloquuta eſt: *Nunquid Abſalon frater tuus concubuit tecum? ſed nunc ſoror tace, frater tuus eſt: neque affligas cor tuum pro hac re*: Oro, quomodo hæc affirmauit Abſalon, vel quomodo coniectaret vim à fratre potuiſſe ſororem pati? At pandit aquilo: *Ab aquilone pandetur omne malum*: vix facinus indignum conſumptum eſt, vix olla in feruorem vndarum exæſtuantium conuertitur, & ſtatim *ab aquilone pandetur omne malum*. Iudicat hoc cauſæ eſſe, quod planxerit Thamar, & quaſi certus, petitionis ſuæ nullas reſponſiones exſpectans: firmum habet, quod animo conceperat.

Aquilo dęmon prodit luxurioſos.

124 Inferius aliud in hac quoque hiſtoria habe, (& eſt ſecundum ex tribus, quæ dixi in verſiculo illo: *ab aquilone pandetur omne malum* me adnotaſſe) nempe, quod faciem vertit aquilo ad faciem ollæ: *& facies eius à facie aquilonis*: & deinde: *ab aquilone pandetur omne malum, ſuper omnes habitatores terræ*. Cum laſciuus rem arduam meditatur, ne putes aquilonem faciem aliò conuertere: facie auerſos dicimus eos,qui inuite nimis audiunt,quod fieri proponitur, nec vllo pacto aſſentiuntur: ſimiliter in ſcriptura,cum non miſeretur Dominus,cum non fortunat, cum non fert auxilia, faciem auerſam dicitur habere,vt ibi: *vſque quo auertis faciem tuam à me?* &c. & ne aſſentiamur ſcorto,monet his verbis: *auerte faciem tuam à muliere compta* &c. Igitur proponat luxurioſus impoſſibilia, turpia nimis, dira &c. ſemper faciem habet intentā aquilo, ſpondet, promittit leuia, facilia eſſe omnia,addit animos, mentemque æſtuantem,animum accendit,plaudet vultu: *facies eius à facie aquilonis*:
125 verum deinde ex hoc mala omnia machinatur,& interitum.

Sęper dæmon plaudit vultu.

Pſ. 12. 2

Eccl. 9. 8.

Quod probo in hoc ipſo Amnone: nimio amore tenebatur propriæ ſororis,quid hoc difficilius, atque turpius? faciem conuertit ad aquilonem, flammas detegit impudicas amico: *erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab,filius Semmaa,fratris Dauid, vir prudens valde*: huic,quod cogitabat,aperuit: *quare ſic attenuaris macie,fili regis per ſingulos dies? cur non indicas mihi? dixitque ei Amnon: Thamar ſororem fratris mei Abſalon amo*: quis,maxime conſanguineus,non illum adhortationibus ad ſanam mentem reuocaret? at vero facies aquilonis extitit, faciem nō auertit, monſtrauit quo ad id peruenire potuiſſet: *cuba ſuper lectum tuum,& languorem ſimula: cumque venerit pater tuus,vt viſitet te,dic ei: veniat oro Thamar ſoror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum &c.* At videamus, quomodo ab hoc pandetur omne malum;conijcio ex ijs, quæ diximus, ſcelus Amnon, ipſum quidem Ionadab narraſſe Abſalon : ſed præter hoc, *ab aquilone pandetur omne malum*: id eſt, etiamſi neſcias, quis extiterit, qui factum promulgarit, ab aquilone ſcias, à diabolo, etiamſi ſecreta omnia ſint, attamen ita quodcunque geſtum eſt, panditur extemplo,vt neminem cenſeas, id præſtitiſſe, præter diabolum;ſed quomodo *omne malum*? omne malum euenit; nam dicitur, *quod in ore Abſalon erat poſitus ex die, qua appreſſit Thamar ſororem ſuam*: Ex tunc Abſalon frequenter ſcelerate egiſſe Amnon dictitabat, ac ſæua animaduerſione proinde dignum eſſe, & hoc eſt: *ab aquilone pandetur omne malum*: deinde gladio transuerberatus, inceſtuoſus,interijt. Igitur & huc peruentum eſt ad omne malum, ex facie illa Ionadab,plaudente, atq. recte factū eſſe dicente: inde.n.facinoris exorta ſūt mala, & inceſtuoſi criminis dāna oīa, q̄ inferius ſcriptura cōmemorat apparuere;tāti.n.eſt fallax cū aſſētatione cōſiliū.

Suggeſtiones amicorum noxię

Qui dedit conſilium fuit omne malum.

Quod ſi aquilonem, eos intelligis, 126
qui amatores ſunt, omne malum profecto conſequi videris, dum facie-

vnius,ad alterius faciem conuertitur. dũ animi paſſionem alter indicat, altera vero facie intenta,atque hilari, & id quidem omnino gratum ſibi fore demonſtrat. Etiamſi ficte hoc præſtet, tamen *ab aquilone*: à facie illa, quæ intenta erat: *pandetur omne malum*: En ollæ æſtuantis facies, Dauid poſt meridiem ad Bethſabee intendens, & adulterij facinus cogitans: *viditque mulierem ſe lauantem:* ſed ecce ex aduerſo Aquilonem in flammas exſufflantem: *viditque mulierem ſe lauantem ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mulier pulchra valde:* omne malum deinde panditur, vel ſaltim ſe oſtenſurum dicit Dominus: *ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua &c.* quæ fuit tibi, blandiens ex aduerſo,faciemque ad te conuertit; hæc quidem, omne malum ſuper te pandet: hæc omnis mali erit occaſio.

Dauid facies ad faciem Bethſabee.

2.Reg.11.2

127 Verũtamen non abs re erit conſiderare, cur dicat: *pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ*: Rem ſic explico. Cum quis olla eſt ſuccenſa, atque ebulliens: ne credas æſtuantis culpæ vndas latere poſſe, ideſt:ne credas crimen occultum ſeruari: *ab aquilone enim pandetur omne malum*. Aquilonem arbitrarer ego dici poſſe zelotypum, vel zelotypiam, cum enim aquilo ſit ventus frigidiſſimus, atque zelotypia hoc vocabulo communiter appelletur, recte quidem in Aquilone cenſerem vſurpari: *ab aquilone pandetur omne malum*: ſicut enim luxurioſi mens calet, & feruet: ita hoc verbo detenctos nouimus, frigidis qualitatibus infici, ſemperque rigore aquilonico ſuperari. Hoc namque aſſerit ſcriptura: huiuſmodi homines,ſeu mulieres, quæcumque vel ſomniant merè deliramẽta, alijs etiam reuelare; Ait enim: *in muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans*: amatorem illa ad ſe trahere ſtudebat,aliã cognoſcit deperire,ſtatim zelotypa,flagellum linguæ omnibus communicat; quæ ſcit, quæ neſcit, quæ cunctabunda, vel etiam omnino impoſſibilia meditatur, ſpargit, effundit,nec modum agnoſcit, ſed communicat omnibus. Quod de hac dixi, dicam ego de ijs, qui pari voto ad eius amores peruenire contendunt,quibus,is qui peruenit fruitur. & proinde: *ab aquilone pandetur omne malum*: zelotypia: non pandetur tantum malum hoc, ſcilicet carnale peccatum, ſed quæcumque in toto vitæ curſu mala operatus eſt, panduntur; furta, murmurationes, odia, mala omnia, quæ quidem zelotypia ipſa ſibilo gelidi aquilonis ſuggerere, poteſt ſubmurmurat: *ab aquilone pandetur omne malum:* at zelotypa mulier, cui malum communicat? *omnibus* inquit *communicans* ita hic: *ab aquilone pandetur omne malum*, *ſuper omnes habitatores terræ:* neminem vult latere,quæ ille malorum admiſerit. Quærit cui ex ordine mala omnia illius communicet.

Zelotypia eſt aquilo qui pandit malum.

Eccl 26.9.

peccata qualibet pandit.

At alio ſenſu: *ſuper omnes habitatores terræ*: non cuicumque malum communicat, ſed *ſuper omnes habitatores terræ*:Hieronymus [habitatores terrenos,eos videlicet,qui terrena ſapiunt, qui adhærent terræ], qui libidinoſæ rei dant operam, qui iacent in luto luxuriæ. Malum iſtiuſmodi hominum panditur à diabolo: in mentem inducit, & quod malum geſſerit ille; res equidem pro certo habetur ab ijs,qui ſimili morbo detinentur; reuelatur autem terræ habitatoribus, vt palam ſit in vrbe; quandoquidem carnales iſti homines, partim vt quæ ipſi admittunt, & alios patrare prædicent; partim vero, quod ab illo geritur minime in ipſis eſſe reprehendendum dicant; partim denique zelotypia moti, turpitudinem facti propalant: *pandetur* inquit *ſuper omnes habitatores terræ*. 128

panditur malum à carnalib. & quære.

Tertium,quod notandum ſtatui hoc eſt, nempe ab aquilone pandi malum, ideſt 129

Digitized by Google

ideſt à longinqua plaga aquilonari; quē putas crimen hoc nunquam nudare poſſe, ipſum quidem noueris eſſe rei promulgatorem; quæ quidem aquilone magis diſtans regio eſſe poteſt ? & tamē teſtis,& preco criminis,quod ſilentio tectum videtur,indicitur aquilo: *ab aquilone pandetur omne malum, ſuper omnes habitatores terræ:* quis ſenum Babyloniorum nimio concupiſcentiæ ardore calentium detexit turpe facinus?(quod nemo cogitaret) puer Daniel. ſuſcitauit enim Deus ſpiritum pueri iunioris Danielis,qui iudicum fraudes, ipſis ſemet accuſantibus annunciauit. Ille, qui non feruet,vt olla,ille pandit, qui calorem æſtuantis laſciuiæ non ſentit; ſed aquilo eſt niue continentiæ, ac puritatis fridiſſimus; cum crederis longe eſſe,te conſpicit,ac teſtis eſt:en in noſtro verſiculo ollā impudicitiæ inſpectam ab aquilone, *& facies eius à facie aquilonis*,ideſt obſeruatur ab aquilone,à quo & carnis petulantia panditur:*ab aquilone pandetur omne malum*.

Qui diſtās videtur rē pandit.

130 Alio quoque ſenſu: *facies eius à facie aquilonis:* cauendum ſane eſt, ne in eas mens feratur, quæ longe diſtant, conditione, loco &c. *facies eius à facie aquilonis:* licet ad remotiſſimam aquilonis plagam, faciem conuerſam habet: & quidem adeo inſaniunt amantes, vt plerumque illas ament, quæ longè diſtant, ac morantur; numquam vel viſas,neque cognitas: Hoc exprobrabat Ezech. gradus fornicationis enumerās, & proſtitutionis oollam, inquiens, Oollam,& Oolibam prius in adoleſcentia fornicatas eſſe; *& fornicatæ ſunt in Aegypto, in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt &c.* deinde mala, quæ deſcenderunt ex fornicatione agnoſcentes, attamen priorem vitæ ſtatum, non dimiſerunt,ſed amplius in amatores inſanierunt, fœde peccantes. Tandem quod nil magis perditum, atque incredibile, deſcribit ipſarum turpitudinem hoc modo: *Et auxit fornicationes ſuas, cumque vidiſſet viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, ſimilitudinem aliorum Babylonis terræque Chaldæoſium, in qua orti ſunt; inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuntios ad eos in Chaldæam, cumque veniſſent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata eſt anima eius ab illis &c.* vides quomodo ex pictis imaginibus occaſionē trahat amandi.

Ezec. 13. 1

Mens luxur. fertur etiam in diſtātes

Amor in ſanusin abſentes.

Ergo Oola, & Ooliba,à viris depictis in pariete,& imaginibus colore expreſſis, captę ſunt.Quomodo caperentur ab ijs, qui blandimentis, at compoſitis verbis ad malum impellerent ? & ſane licet aſſerere *ab aquilone pandetur omne malum*,nam infra Ezech. hæc vaticinatur: *propterea Ooliba hæc dicit Dominus Deus:ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua,& congregabo eos aduerſum te in circuitu, filios tuos Babylonis, & vniuerſos Chaldæos nobiles &c.* ideſt eos, qui tibi videbantur forma decori, pulcherrimi aſpectu, irritabo contra te, vt verum ſit: quod is, qui faciem habet conuerſam ad ollam, malum ſuſcitat,& pandit &c. 131

Ab ipſis amatoribus malū.

Recte potes ex hoc aduertere, quam malum ſit, diem, tempus, in libris ijs voluendis terere, quos, diabolico ſane inuento, mens prophana compoſuit: nempe, qui carmina continent amatoria: qui obſcoenas fabellas, & eos quos vulgus appellat [libri di caualleria] in quibus ſub compoſitis mendacijs venena carnalis appetitus reconduntur. & quidem puriorem animum, ac candidiorem, euentus quilibet ad id adducit, quod in ſe continet: nempe, miſericordiam, commiſerationem,pietatem &c. ſoluta namque mens, tota ſe lectioni tradens, ab ijs, quæ ibi legit eueniſſe, facile obligatur 132

Libri prophani qd malum ad ducunt.

& trahitur; quod ſi picta imago, vim eã habuit ad ſe, ad fornicationem trahendi Oolibam, quam vim credimus habere prophana volumina, vbi deſcripta imago, vel etiam loquitur; & toto conatu, author, ea, quæ ad carnalem excitationẽ mouere poſſunt, diſquirit, componit, & exornat? at de hoc alibi: *Ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie aquilonis*: quid mirum ſi omnia mala ex hoc pandantur, & olla exardeſcat; ex hoc .ſ. quod aquilo faciem oſtendit? quæ eſt huiuſmodi facies, niſi illa, quam comptam, depictam oſtendunt mulieres? Igitur omnis mali origo eſt facies cõpoſita; non enim ille caperetur, ſi aduerteret, ſub fuco, turpem aſpectum latitare; quamobrem ſtatim ac aquilo faciem obijcit, mentitæ pulchritudinis, ſtatim incendio libidinoſo feruet, & ita: *ab aquilone pandetur omne malum*: En quomodo egregie hoc in ſcriptura deſcriptum eſt: iubet Eccl. à pernicioſa, atque doloſa aquilonis facie, quemlibet faciem retrahere, mala adijciens, quæ ex hoc conſequuntur: *auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam:* ne intuearis mulierem compoſitæ formæ, ſpeciemq; alienæ ne circumſpicias: nam ſequitur, ex hoc illud eueniet: olla concupiſcentiæ accendetur, & malum mortis pandetur: *propter ſpeciẽ mulieris multi perierunt, & hoc concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcet*: idem eſt, acſi diceret nam ex hac pulchritudine pandetur malum mortis, & ex hoc aſpectu, olla ſuccenſa reſoluetur in bullas; cauſſa hæc eſſe poteſt, quia mulier culta allicit, blãditur; ſed deinde illos quos ad ſe traxerit aduerſitate afficit, & tandẽ occidit. Vides ergo in aquilone hoc, vultum, ollam exſufflantem, & blande aſpicientem; ſed deinde malum omne effundentem, pandentemque: *ab aquilone pandetur omne malum:* aſpectu quidem hilari inuitat ad gaudia, at vt pedẽm figit ad tui poſſeſſionem, vt te comprehẽſum habet, occidit: Sicuti in Hiſtoria Iudith habes expreſſum, hoc à Iudith (Deo ita in vindictam cõtra Holophernem diſponente) actum eſſe: oſtendit vultum cõpoſitum, & diuina pulchritudine ampliatum Iudith & ſtatim: *captus eſt in oculis ſuis Holophernes*: & quomodo captus eſt? *ſandalia eius rapuerunt oculos eius*: pede rapitur vnde & occiditur: Res manifeſta fiat in conſequentibus. Scorpium apud prophanos nequitiam ſignificare, & libidinem, & ſcorta affirmat Pierius; ei namque ex humani corporis partibus pudenda, ait, eſſe dedicata. Porro ei ſigno Mars dominatur, adulteriorum, ſemper infamia notatus, & milites omnes mulieroſos dicit eſſe Ariſtoteles. Sed ſi ad noſtram ſententiam: Scorpium, mulieres blandiloquas, & nocuas recte dixerimus oſtẽdere poſſe: De Scorpio namque, ait Gregorius: *Scorpio enim palpando incedit, ſed cauda ferit: nec mordet à facie, ſed à poſterioribus nocet: Scorpiones ergo ſunt, qui blandi, & innoxij in facie videntur, ſed poſt dorſum portant vnde venenum fundant: qui enim in occulto feriunt quaſi mortem latenter trahunt:* ſupra nos hoc cum de hypocriſi, nunc de libidine, & muliere nequam; facie delectat ſed habet vnde venenum fundat, & mortem latenter trahit; Id quoque ſcriptura ibi inſinuauit: *ſicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam, qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem*: quoniam cauda ferit, ideſt in nouiſſimo mordebit, & virus profundet in ſubſtantiam, in famam, in animam, ſic ibi: *oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa &c. & dices verberauerunt me, ſed non dolui*; *traxerunt me & ego non ſenſi &c.* Quæ diximus, in olla inuenies: ecce faciem: *& facies eius à facie aquilonis*: ſed ecce malum omne ex eodem aquilone: *ab aquilone pandetur omne malum*: cum faciem oſtendit clauſa ſunt omnia mala: ſpecie apparenti delectaris, ſed neſcis ſub mentita forma, animam inexplebilẽ, cor fallax latitare, machinationibus, & dolis omnibus plenum. Itaque oſtendit faciem, & poſtea, quod abſcondebat exponit: *pandetur omne malum*: tunc aduertis, quod amas

&

Compta mulier malum aquilonis.

Eccl. 9. 8.

Iudic. 7. 1?

pier. lib. 16 de ſco: p.

Mulier ſcorpio, cauda ferit.

In Ezech. hom. 8.

eccl. 26. 8

Specie apparenti delectant.

Digitized by Google

& quod proſequeris, poſtquam laqueo fucatæ pulchritudinis alligaris; poſtquam, & in quod te ſpecies illa diſcrimen coniecit, in quam bonorum iacturam te perduxerit, animaduertes. Tunc Herodias expoſuit omne malum, poſtquam cor Herodis ſaltibus, & aſpectu ſubiecit. Tunc credebat etiam Iezabel Iehu inter regni primordia ſternere, cum in mentem venit regem inimicum nullo modo capi potuiſſe, quam vultu depicto, & procurata ab arte pulchritudine; quamobrem, ait ſcriptura, quod oculos ſuos ſtibio depinxit, & poſtea quaſi certa de triumpho, aſpectum tranſeuntis regis petijt, ſed diuina ordinatione factum eſt, vt ſua ipſius arte deciperetur, & quæ quaſi tuta, facie depicta, videbatur, ab ipſa prodita, iuſſa eſt præcipitio collidi &c.

4. Re. 9. 30

Vis in vultu depict.

133 At quando de mentita mulierum cõptarum facie ſermo eſt, optime erit obiter conſiderare; quid cauſſæ ſit cur ſcriptura virorum annos recenſeat, nulla de mulierum facta mentione. Etenim cum ex vtroq; ſexu generatio colligatur, cur vtriuſq; ætas non deſcribitur? ſeries propagationis v.g. hæc eſt: *Factum eſt omne tempus quod vixit Adam anni nongenti triginta, et mortuus eſt. Vixit quoque Seth, centum quinq; annis, & genuit Enos: vixit Seth poſtquam genuit Enos: octingentis ſeptem annis, genuitq; filios, & filias &c.* Itaque vides virorum, aſſignatis cuicumque vitæ annis, transfuſam generationem. At cur non mulierũ aliquando deſcribitur ætas, cum pari cõiunctione ordo proceſſionis exurgat? Huius quidem ignotam ego rationem arbitrarer, at pulchre poſſem aliqualem aſſignare; quia quodammodo incerta mulierum ætas eſt, etſi certò ſciret ſcriptura, attamen, vt hoc ſubindicaret, oſtẽderetque dubiam quamlibet fœminarũ propriam ſtatuere ætatem; illa recenſere prætermiſit, ſolum virili ſexus enumeratione contenta: Et quis poterit illud cõiectare, videlicet ad quot annos illa peruenerit, quæ quidem ætate nimium proceſſit? ſed facie quotidie ad iuuenilem ætatem retrogreditur, tempus ſtibio renouat, & ętatem colore. Deinde ſi petas ab ipſis, & quos annos tranſierint vitæ, ſemper in ætate ſenili annos, non dum iuueniles expleuiſſe reſponſum erit. quod ſi aliquando id abſcondi non poteſt, colore mutuato crinium, & vultus pictura contegitur. Mos eſt ergo nunquam fateri tempus ſenile, & ab annis nomen ſenectutis eijciunt.

Gen. 5. 5.

Quam ob cauſſam anni mulierum nõ computẽtur.

Sic noueris hoc in Sara. Ea quidem ad ſenium peruenerat, viro, ætate productior, *erant enim*, ait ſcriptura: nempe Abraham, & Sara: *ambo ſenes prouectaque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria*: naturæ fœcunditas extincta in Sara, ſenile frigus reliquerat: His ergo, tres viri quos conuiuio exceperunt naſci puerum prædixerunt: *reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua: quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi*, & rurſum: *quæ riſit occulte dicens; poſtquã conſenui, & Dominus meus vetulus eſt voluptati operam dabo?* hoc modo verſum eſt à Sept. *Hoc dum mihi factum eſt, vſque nunc? Dominus autem meus ſenex eſt:* palam fatetur Dominum ſuum virum, ſenem eſſe, at cum de ſe loquitur, ſenectam, ętatemque longęuam, circum loquutione verborum confundit, quaſi hoc tam aduerſum mulieribus exprimere non poſſet; & quare id dicant, peregrini mei me parituram? Cum vir meus ſenio ſit quaſi confectus? quod ſi mei cauſſa id foret, verũ quidem eſſet, quod hoſpites mei præuideat, at Abrahæ germinis ſpem omnem tempus abſtulit, & ætas: *Dominus autem meus ſenex eſt*. Singulare eſt ergo mulieribus turpitudinem, colore abſcondere, ætatem mendacio: Quot obſeruas fugere ſolem ne nigreſcant, vmbras expetere? vt quæ teſte luce apparerent, eadem excluſa, delitéſcerent.

134

Gen. 18. 8.

Sara cur non fatetur eſſe a. anni.

Prophani amoris fraudes tunc noue- 135
rimus, & impudicarum mulierum artes, cum è contra ſimplicitatem ſanctæ ſponſæ expendimus. Et primo neſcit ea, quæ cupit citius ad ſponſi caſtos amplexus per-

peruenire, quæue ſe in hac terra miſeriæ,& ærumnarum aduenam eſſe,& peregrinam agnoſcit dies ætatis obtegere, quin dolet,cum audit ſe non adhuc ætate prouectam eſſe: ſic habes in ſcriptura: *Soror veſtra parua,& ubera non habet, quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt? ſi murus eſt ædificemus ſuper eum propugnacula argẽtea, ſi oſtium eſt conpingamus illud tabulis cedrinis:* etenim,& hæc ſoror noſtra,nõ dum ad eam ætatem peruenit, quæ ipſa ſe tuetur:adhuc paruula eſt,nec nubiles adhuc annos tetigit: opus ergo eſt, vt quidquid ætati deeſt,illud arte, conſilioue,atque ope noſtra reparemus:deeſt &c. quam graue hoc extiterit ſponſæ: nempe, quod adoleſcentula fuerit appellata,vel ex hoc cõijci poteſt, quod ſtatim indignabunda ſubdidit: ſe nulla re indigere,ſed & annos graues habere & quidquid,ætate præſtante, ad ſui cuſtodiam opus eſſe præuideret: *Ego murus,et vbera mea ſicut turris*, q̃d dicitis me vbera non habere paruulam? dolet quod paruula appelletur, cum cæteræ doleant,eas appellari, quæ annos iam maturos,graueſq; attigerint;hoc de ætate,at ſi de faciei ſimplicitate, & naturali colore illita.

Cant. 9.7. Sponſa indignatur cum appellatur paruula.

136 Illius vultum ita deſcribit: *ſicut vitta coccinea labia tua,& eloquium tuum dulce: ſicut fragmen mali punici,ita,& genæ tuæ; abſq; eo quod intrinſecus latet*: dixi alibi *labia tua:etc.* quare coccinea, & nõ viridis,non crocei coloris? ne inuſitatũ aliquod in ore ſponſæ appareret, quod eſſet admirationi; omnes enim aduerterent ſi labia clauſa forent vitta viridi,aliquid eſſe in ore ipſius; interrogarẽt pro fecto,& quid mali eſſet ori,viridi vitta cooperto;ac proinde vt ſe ſponſa excuſaret ĩ loquacitatẽ incideret;ſit ergo coccinea vt nemini,color ſimilis labiorũ colori admirationẽ excitet. Sed hoc pulchre ꝑ mulierũ dicacitate ꝓmiſſo,inferius ſubdit ſcriptura: *ſicut fragmẽ mali punici,ita et genæ tuæ,abſq;eo quod intrinſecus latet.* Gloſſa: *ſicut fragmen mali punici, quod rubicundum eſt ex parte oppoſita ſoli*: vides ergo quam diuerſus ſit ab illis, hic color; fugiũt illæ ſolẽ,ne aufugiat color rubeus; hæc vt habeat,opponitur ſoli, naturali hæc pulchritudine delectatur, illæ mentitam aduocant. & nota quod dicit: *ſicut fragmen &c. abſque eo quod intrinſecus latet*: pulchritudo hæc ſponſæ nimis diuerſa eſt à ſpecie ceterarum; ſiquidem illæ turpem aſpectum cælant ſub rubra ſuperficie; hæc vero ruborem omnem intus ſeruat; hæc exponit colorem mali punici ſubuiridis pallidi &c. grana vero charitatis & virtutum omniũ ſeruat intus: illæ maciem, palloremque vultus non expoſita internæ charitatis purpura,ſeu granis virtutum, ſed aliunde procuratis abſcondunt;proinde dicit: *abſq; eo quod intrinſecus latet*, lateat intus color purpureus charitatis, foras inſignia ieiunij, & inediæ, ac poenitentiæ expoſita videantur.

Cant. 4.3.

Cur habeat malũ ſicut fragmen.

Exponit in vultu pallorem.

Enimuero ſemper vultus index extitit animi; fallaces ergo cordis, nota ſigna vultus fallax dabit; quo contra virtutum omnium,& argumenta in vultu, in homine, ac muliere proba expanſa ſunt. Vnde hoc laudibus ſponſi viciſſim adiungit ſponſa: *genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs:* Non eſt nouum in ſcripturis, bonã opinionem, atque famam, in odore exprimi:dicente Paulo: *Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco*: Ergo & hoc intendit ſponſa :probitas ſponſi mei in vultu ipſius agnoſcitur,quæ tanta eſt,vt ex totis aromatibus ex vultu diffuſa videatur: *genæ illius ſicut areolæ aromatum*, tot ſunt aromata,vt videantur in ſurculos,areolas,& pululliſos diſpoſita; atq; ex ijs mirus virtutum ſponſi mei odor exurgit, probitatem in vultu oſtẽdit. 137

Sponſus in facie virtutes oſtendit. Cant. 5.13

2. cor. 2.15

Occaſione huius verſiculi, antequam ad reliqua,quæ de ſalacitate ſuperſunt orationẽ conuertamur, libet quæ nunc de laudibus ſponſi dicta ſunt, ea pariter ad ſimilem ſponſæ laudem æquiparare, & primo: *genæ illius areolæ aromatum, conſitæ à pigmentarijs:* ſit hoc de prædicatoribus adnotatum: ita enim hanc ſcri- 138

Prædicator qualis

pturam

Digitized by Google

ptuꝛam explicat D. Gregorius: prædicatores ergo tunc officium prædicationis benè perficiunt, cum odorem ſanctæ vitæ, & optimæ conuerſationis ſpargũt: Gregorius autem lilia ipſa puritatem, & odorem ait ſignificare; quamobrem ita explicat: *Quid eſt, quod labia ſponſi lilia eſſe dicuntur, niſi quod ij, per quos Chriſtus loquitur, neceſſe eſt, vt mundi ſint, & per eos bonus odor aſpergatur? ait ergo &c.* curet is qui loquitur quomodo ſe mundum exhibeat, & bonæ opinionis. Optime poteris ea quæ ſupra dicta ſunt etiam nectere, vt ſit ſenſus; quiſquis myrrham vuult in labijs habere, idest virtutem illam, qua poſſit mortuos in culpa peccatores à corruptione liberare, ac ſaluare (myrrha enim mortuorum corpora condiuntur) ſtudeat prius vultum habere plenum adoramentis, conſitis à pygmentario, idest opinionem, & famam bonam, operibus captet, atque exemplis; Fruſtra enim ille prædicationis munus exercet, cuius vita continuis apud populos cõuitijs inceſſitur. At vero quaſi hoc non ſufficeret: nempe, quod laudetur, & opinionẽ habeat penes alios probitatis; ſequitur *labia eius ſicut lilia ſtillantia myrrhã primam:* ſit etiam vna cum fama, candor, & puritas; vt re ipſa ædificet, & quod ore docet, confirmet exemplo: vnde myrrhæ vnit prædicationem, & efficaciam cum lilij odore, & candore, vt vnum abſque alio deficiens eſſe atque inane demonſtret.

Puritas in prædicatore & forma bona.

139 Poteris hoc ẽt ad correctionem fraternam deducere. Is enim qui fratrem corrigit, quid proficit, ſi continuis actibus famam ſuam commaculat? ſeq; penes populi æſtimationem exhibet reprehenſibilem? ſit ergo odor, & puritas lilij, vt altero ad æſtimationem illum adigat, altero quidem ad fidem; ſicque putrida peccatorum corda rectè condire myrrha poteſt admonitionis: *labia eius ſicut lilia ſtillantia myrrham primam.*

Quomodo facienda correptio.

140 Verum ſi hoc modo res cum ſponſo ſe habet, vt poſt genas odore perfuſas famæ, videas os ad alterius correctionis pronum, & ad prædicationem; minime quidem ita hoc eſt in ſponſa; ea quidem colorem, vti diximus, exponens in vultu viridem, ac macilentum; habeat os, vitta coccinea clauſum, continua maceratione pro ſalute proximi, ſeſe diſcruciet, ſe abſtinentia affligat, & tunc ſi ad admonitionem non accurrat & prædicationem, & cætera charitatis munera, quæ viros decent; charitate oſtendat os claudi, vitta charitatis; claudit os quidem, ſed claudit charitas, ideſt ſilentium hoc procedat, quia quo minus loquitur, eo magis in ſe collecta mulier ſancta, ad orationem incumbit, & corporis, ad ſalutẽ proximorum, afflictationem.

Spõſa charitatẽ habet in ore

141 Sed nemo credat vim tantum habere pulchritudinem illam, quæ extranea eſt in vultu mulieris comptæ; etenim ſi videtur illa dominari, & hæc quoque principatum ſolidiorem obtinet; de illa dictũ eſt ex verbis Dauid: *neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum:* ſupradicta verſio: *nõ coronet ſuper me &c.* non habeat eam vim, quam videntur habere mulieres huiuſmodi, quæ in ſuos amatores ſolo aſpectu mentito dominãtur: habẽtes vim imperij, & coronam in vultu. At de hac: *ſicut fragmen mali punici genæ tuæ, abſq; eo quod intrinſecus latet:* ideſt abſque eo quod intra ſeruatum eſt; nolo illud quod reconditum eſt intra malum punicum; ſufficit hoc ſolum vt dicaris coronam in vultu habere; fructus enim hic coronam habent; optime in ſummitate diſtinctam; ergo quis dubitet, te ſimplici, ac naturali pulchritudine; ea quidem, quæ perficitur ex aduerſo ſolis, Dei, q̃ à Deo tibi conceſſa eſt, forma ſcilicet, naturali pulchritudine, ſupernaturale; cum reſpiceris, eos ſubijcere, qui te intuentur? coronatum habes vultum, quia aſpectu imperas, & legem imponis ijs, qui te vident: *ſicut fragmen mali punici ita, & genæ tuæ.*

Quid ſit coronatũ vultum habere.

pſ. 68. 16.

Sed ijs prætermiſſis ad ollam reuertamur igne libidinis ſuccenſam. nulli mirum debet eſſe, quod nullis prunis ſuperpoſita olla, ſuccendatur tamen perusta 142

Nolitia fornicariis ignem accendit.

ſta luxuriæ flammis; etſi enim in fornicaria, non ſtatim accenditur ignis, ideſt non ſtatim bonorum amiſſio, iactura famæ, iurgia inimicitiæ, & plerumq; mors; attamen ex hac perueniunt luxuriæ mala: dicente ſcriptura: *Duo genera abundant in peccatis: anima calida, quaſi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat; & homo ſcortator: qui tẽpore carnis ſuæ non conquieſcit donec ignẽ ſuccenderit:* Aduerte quomodo hoc exprimat, prius: *duo genera abundant in peccatis*: vere abundat ſcortator in peccatis; etenim legis: *ab aquilone pandetur omne malum:* quid non agit mali, quicumque tota libidine à temperantia ac pudicitia, ac ceterarum virtutum cõparatione laxatur? propterea maiori co natu cum tentat, ad hoc vitium vrget tentator, compendio ſperans ad alia vitia, vno impulſu fornicatorem impellere; Quamobrem inquit S. Thomas quod diabolus maximè gaudet de peccato luxuriæ, quia eſt maximæ adhærentiæ, & difficile ab eo homo poteſt eripi, inſatiabilis eſt enim delectabilis appetitus, vt inquit Ariſtotiles, & D. Augu. Atque hoc modo intelliges, grauius videri hoc peccatum, cunctis. Secundum Ariſtotelem ibidem peccata intemperantiæ ſunt maxime exprobrabilia, quia ſunt circa illas delectationes, quæ ſunt communes, & brutis: vnde quodammodo per iſta peccata, homo brutalis redditur, & Gregorius habet, quod ſunt maioris infamiæ. Adde quod expedit diabolo, hominem luxuria vinctum tenere, virtus enim præcipua diaboli in luxuria eſt, dicente Iob: *fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius:* quo in loco dicit Hiero. *voluptatũ ſectatores diabolo virtutem propriis viribus miniſtrant*: non poteſt hominem furto capere, blaſphemia, murmuratione, infidelitate, & ceteris vitijs? ſtatim exerit lumborum fortitudinem, ad laſciuiæ tentamenta ſe conuertit. obiter, obſerua quam ſit luxuriæ, vicina gula, quamuis affinia habeat vtrumque vitium ſigna; gula namque in ventre vim habet, *quorum*: ait Paulus de huiuſmodi, *Deus, venter eſt.* & luxuria in vmbilico eſſe figuratur; vere illud acciderit; *ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere:* deinde quod æſtuarit Herodes concupiſcentia inter conuiuia: Holophernes etiam, poſtquam vino poſt epulas incaluerat, tunc accerſiuit Iudith: ad monente ebrietate, atque aduocante luxuriam: *& factum eſt in quarta die, Holophernes, fecit coenam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao Eunuchum ſuum: vade & ſuade hebræam illam vt ſponte conſentiat habitare mecum.* poſt cœnam lancinatur à libidine. Denique, & in olla cibaria exprimitur luxuria: *ollam ſuccenſam ego video*; ſicque probatum manet, quod fortitudo Dæmonis in vmbilico eſt, nempe in luxuria.

Eccl. 23. | p. 2. q. 73. ad ſecũdũ | 3. Aeth. ſuper ſeu. | Quare peccatum ſit fornicat. | Iob 40. 11 Eſt virtus dæmonis. | Phil. 3. 19 | Exo. 32. 6. | Iudith. 12. 7.

143 Quod ſi etiam alia ſignificatione non ideo accipis vmbelicum, quod mulierũ vim agnoſcas in luxuria, quibus, vti ſagena, concludit, quos otioſos ſeu reſiſtentes vult expugnare diabolus, ſed quod earumdem potentiam ex alio pro uenientem; quæ adijciam expendere poteris. Iobum, Satan impio flagellandum tradidit Deus, vt inde maiora eiuſdem merita augerentur ex vulnere; attamen in animam, plagam omnem excluſit, efferaſceret Satan in corpus ſolum, ſeruaret illæſam illibatamque animam; *veruntamen animam illius ſerua*: plaga corporis eſt ad gloriam, animæ ad ruinam. Præſtitit iſta dæmon, & toto flagellorum impetu Iob percuſſit, qui ſane inter tot aduerſa legitur gratias egiſſe Deo: *nudus egreſſus ſũ de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, Dominus dedit Dñus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*: ecce fractam omnino potentiam percuſſoris, illius conſtantia, & irritum tormentorum apparatum vna laude Dei ſolutum; at quid pro vltimo conatu tentet Sathan? id quidem quod omnium fortiſſimum, efficaciſſimumque eſt, verboſitatem mulierum: etſi ipſe non poſſit animam illius, præcepto Domini hoc inhibente, pertingere; per alium

Iob 26. | Maiora merita ex flagellis. | Vltima potentia, ex mulierum

alium id credidit optimè facere, nempe per mulierem, quæ conuitio verborum adigeret Iob ad diſperationem. Igitur expeditis fruſtra hoſtilibus machinis tormentorum, fortiori tandem arcem conſtantiæ Iobi, inſtrumento pergit vrgere, nam poſt omnia legis: *Dixit autem illi vxor ſua adbuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo & morere:* Adeo hoc crudele fuit Iob, atque adeo conſtantiæ murus verbis huius irruentibus, commotus eſt, vt vix credere potuiſſes ruinam minime paſſum. quamobrem ſtatim Spiritus ſanctus, ne quis hoc crederet, proteſtatus eſt, (vt inexpugnabilem determinaret eſſe Iobi patientiam) illum neque hoc inſultu deiectum eſſe: addidit namque: *in omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis:* Graue fuit Iobo verum eſt, & difficillimum præ omnibus plagis, verba huiuſmodi audire; attamen ſeruata fuit anima, quam credebat Sathã ope mulieris inficere: *nõ peccauit Iob labiis ſuis*: ne putet aliquis in hac atrociori, ac periculoſioſi pugna Iob proſtratum, & deiectũ eſſe, & ab inimico ſuperatũ; equidẽ etſi inſultu validiſſimo appetitus, tñ: *non peccauit Iob in labiis ſuis:* etiã tentamẽta, quæ ex muliere adhibita sũt, vicit, ac ſuperauit: *nõ peccauit in labiis ſuis:* neq; ſubmurmurauit, nec increpatione dura, ad aſpera verba deſcendit.

Cur hoc expreſſum à Sp. S.

144 Et in hoc ſciendum eſt bis ſcripturam aduertere inter reſfluentia mala, & poenarum acerbitates Iobum non peccaſſe: bis enim maiori tormẽto appetitus fuit, quod ſane patientiam etſi firmam, aliquando inter mortales deijcere ſolet. Primum quidem cum de filiorum interitu certior factus eſt per nuntium: nempe quando ventus præualidus, excuſſis angulis euertit domum, & conuiuantes filios oppreſſit. *Et ecce alius intrauit, & dixit: filiis tuis, & filiabus ueſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente ventus vehemens irruit è regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt &c.* Proh quãtum calamitas hæc afflixit Iobum, & quantum conata eſt fortitudinem eius dimouere! & ideo ſubdidit ſcriptura: *in omnibus his nõ peccauit Iob labiis ſuis neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt*. Hoc primum quidem eſt. Secundum vero, cum, vti diximus, exprobrationem conſtanter ſuſtineret vxoris. igitur verba mulierum, ruinæ domus cõparantur, vt ſimilem patiatur ex vtroque iacturam patientis animus. Sic equidem vti ruina domus opprimit indiſtincte, & conuoluit omnia; ita quoque exprobrãtis mulieris verba, mentem, animumque opprimũt, & confundunt repente; quod quidem cum repentina nos vrget calamitas Italicè hoc modo exprimimus [mi è caduta la caſa adoſſo] mens videlicet fugit, conſilium, ratio, omnia in ancipiti verſantur, & animus dolore premitur. ſic quoque habito ab Herodiade reſpõſo Herodes, ſimul quid expertus eſt. hæſit dubius, tanta petitione percuſſus, atque oppreſſus, neſcijt .ſ. quid præſtaret; ſtaret ne promiſſis, vel ab ijs ipſis diſcederet? & vides confuſionem: primo morem gerere ſtatuit puellæ petenti, ſed id vetabat credita ſibi Ioannis innocentis probitas, & ideo contriſtatus eſt: at poſthabendum cenſuit hoc promiſſis, noluit eam contriſtare: deinde vinculo quoque aſtrictus iuramenti, deinde præſentia cõuiuarũ, vel etiam inuitus quod promiſerat exoluit: *propter iuſiurandum & propter ſimul diſcumbentes:* Ergo obſeruas hic verba illius quaſi mentem, animumque regis oppreſſiſſe, vnde confuſa omnia, & indeterminata videantur. Iſtud ibi non corruentis tecti ſimilitudine, ſed perſtillantis expreſſit ſcriptura hoc modo: *tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur:* & ibi: *& tecta iugiter perſtillantia litigioſa mulier:* dum tecta perſtillant, fugis v.g. ex hoc loco, & ibi credis tutus eſſe, at ſtillis ibi etiam afficeris, præſertim tempore frigoris; nil quidem iniucundius eſt, & atrocius. Ita quoque, qui litigioſam habet mulierem, is quidem pacem nullã reperit, nõ domi, nõ alibi, ſidiuitias parat, ſi pauper eſt, ſi ſẽp eſt domi, ſi ſæpe

Mulier ſubuertit patem.

Quam fuerit atrox bellum vxor Iob.

Mulier mẽtem, & rationem obtenebrat.

Marc. 6. 8

pro 27. 15
Pro. 19. 13

Mulier litigioſa tecta perſtillantia.

abeſt, ſi comes eſt, ſi ſeuerus: ſemper os mulieris procacia verba perſtillat. Obſeruandum vero eſt quod dicit, nempe, tecta eſſe perſtillantia in die frigoris: tunc loquaces ſunt, tunc noxiæ, tunc ſtillicidio verborum lædunt viros, præſertim cum frigus appetit, cũ turbatos eos reperiunt; cum ex aduerſitate afflictos; cum illi calamitate premuntur, inſectantur obloquutionibus, exprobrant, iraſcuntur: *tecta perſtillantia in die frigoris:* obſeruant tempus frigoris, vt quaſi impotes non poſſint præualere. tunc vxor Iob in hac ſcena dolorum irrupit, cum deiectum, atque proſtratum vidit ærumnis, vt proſterneret culpa, inter frigus anguſtiæ, cum oporteret leuamen apparere, os apparuit vxoris ſtillas emittens increpationis: *ſicut tecta perſtillantia in die frigoris.*

Cum maior afflictio tunc tẽtat.

145 Atque proinde: Noto ego, quod in Euangelio Lucæ ſcribitur, quodue in alium ſenſum adduxi ſuperius: ait ergo: *iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur: vidua autem quadam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: vindica me de aduerſario meo, & nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe, etſi* Deum *non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam ne in nouiſſimo veniens ſugillet me &c.* Iudex hic, etſi Deum non timet, nec reueretur homines, timet tamen foeminã: hæc erat iudicis impij metus. Deus flectitur miſericordia; homines potentia, & reſiſtentia franguntur; ergo ſecurus videor de illo, & tutus ab his. ſed quomodo me à muliere defendam, quæ cũ exardeſcit in iras; cum vult vlciſci, nulla mouetur miſericordia, nulla flectitur, & ſuperatur reſiſtentia? ſi ego hoc non egero, in nouiſſimo ita contra me indeſinenter aget, quemadmodum mecum agit contra aduerſarium ſuum, *nec homines reueretur*; facilius eſſet mihi contra homines omnes pugnam ſuſcipere, quam contra viduam hanc, ideo illos nõ reuereor, hanc vero timeo. ecce quomo

Luc. 18. 2.

do tecta eſt mulier perſtillantia, quæ improbitatẽ, & peruicaciã immaniſſimi iudicis, continuo ſuperauit ſtillicidio; *& nolebat per multũ tempus*, quia per multum tempus in hoc perſtillauit illa, vſque dum vicit &c. ſed ollam &c.

potẽtior va mulier quam omnes homines.

146 Hæc quidem quod in fundo habet, vi ignis in ſpumam reſoluit, vnde plena videtur, at deinde detracto igne vacua manet. Quod ſanè egregie perditorum hominum luxuriantium conditionem exprimit; ſubſtantias enim eas quas cõſtipauerant, quaſue reconderant ad familiæ decus, in ærario, in theſauris, ſtatim ac ignis ſuccenditur luxuriæ, reſoluunt in ſpumas, & abijciunt; quamobrem poſtremo inueniuntur vacui. Ita filius prodigus carnali igne ſuccenſus, hæreditatem quam pater in ſuo theſauro tutam ſeruauerat, viuendo luxurioſè in ſpumas, calore libidinis reſoluit, & deinde abiecit; vnde vſque ad vltimam egeſtatẽ eiectus, cibo illo caruit, cuius miniſter erat porcis: *Ille igitur*, inquit Ambroſius: *viuendo luxurioſè, conſumpſit omnia ornamenta naturæ*, omnia quidem in ſpumas præteriere: obedientia, compoſitio, continentia, etiam euanuere; quod in fundo eſt ſolidum atque ſeruatum, extramittitur, vti ſupra diximus, *& facies eius à facie aquilonis:* lectio alia, *& fundum eius &c.* ſpumas vero ex ſordibus illis conſtare nouimus, quæ in extrema parte ſunt; quamobrem aufert bona libido, monſtrat mala, ea quæ alioqui abſconduntur vitia, iam in aperto ſunt exurente ollam libidine, prodigalitas, odia, rixæ, iactantia &c. quæ foeda quæ turpia exponit omnia. Et ſupra ego dixi peccatũ hoc in portis dici perſiſtere, vbi omnia introeuntibus aperta ſunt, ac manifeſta, ideſt occulta omnia nudare, ſicuti infra poſt ollæ ſuccenſionem hæc dicta eſſe inueniuntur: milites nempe, aquilonares, eos, quos dictum eſt ollam luxuriæ accendiſſe, in introitu portarum ſolium erecturos, *& venient, & ponent ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu &c.* vitia quæ extrahit luxuria,

lib. 7. com. in c. 15. Luc.

Luxuria miles cõtra animã.

xuria, & ipſa quidem milites dicuntur, quæ pugnant, & ſubijciunt animam: denique quod milites ſint, docet Petrus bis verbis: *obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam*. Cetera peccata dicuntur dominari in animam pacifice, *qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*: dominio illo contenta ſunt; At vt ferus miles, libido, nocet, fauciat, vulnerat, & deinde expoliat, & vel in carcerem tradit, vel occidit, vt amor Dalidæ vſque ad coecitatem adduxit Samſonem, & ad mortem. pugnãs ergo luxuria quando victoriam conſequitur effera eſt, & animam capit, & occidit: ecce militem contra Holophernem: *exuit ſe* nempe Iudith *veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum, & vnxit mirto optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis*. hæc ſunt arma quibus procedit armata: ſupra: *capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum labijs charitatis meæ*: pugnat ergo, & numquid reſiſtere poteſt Holophernes? ſequitur: *cumque intraſſet ante faciem eius, ſtatim captus eſt in oculis ſuis Holophernes*: ergo quid inde? cepit in prælio regem, ſtrauit concupiſcentia, dona omnia, exercitum perdidit, & victoriam, & ad mortem adegit quod ipſamet Iudith cecinit: *vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum*, poſtquam his armis pugnauit: *ſandalia eius rapuerunt oculos eius*: manifeſtius: *pulchritudo eius captiuam fecit animam eius amputauit pugione ceruicem eius*; apprehendit regem, fecit captiuum & deinde propria manu obtruncauit. ideo recte iubet reſiſtendum eſſe omni opera carnalibus his deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.

Pet. 1. 2.

Obtinet victoriam.

Iudith. 1. 3

Cap. 2. 17.

Iud. 16. 2.

147 Captiuatur ergo à luxuria qui fortiter non reſiſtit: Porro non eſt prætereundum, quod inquit militem dominari in portis, ipſumque vitium pugnare, & deinde ſuperare, ac principari, neque enim robur aliquod maius tentatori eſt, quæ facilius ſternat, quam luxuria, & ideo cum ad ſubijciendam animam ſe pparat, vitium hoc, ducẽ conſtituit. Rex ergo aliquis ad diſſidentes, ſeu rebelles populos fortiori ex regno delegato, qui ſubijciat illos. expeditionem parat, & victoriam. ſubacti ergo populi immediate duci parent, mediate regi. ita ergo tentatio vitium hoc conſtituit, vt rebelles motus animæ, animamq; ipſam ſibi conciliet. militat ergo luxuria, & dominatur. hoc dixit Paulus his verbis: *non ergo regnet in vos peccatum, vt non obediatis concupiſcentiis veſtris*: peccatum regnat vt rex, ſed concupiſcentia, vt dux delegatus, vt prorex; ſtatĩ vt regnat peccatum ſubiecti etiam eritis concupiſcentijs immediate. vos prement concupiſcẽtiæ, & ſubijcient. Sed alio etiam pacto explica hanc ſcripturam, ijs quæ diximus prætermiſſis, non regnet peccatũ, vt non obediatis concupiſcentijs veſtris. vides vnum hic eſſe regnum peccati, ſed multiplicem obedientiam; Rex quidem vnus eſt, ſed ſubiecti populi pluribus deferre, ac parere debent, iudicibus, proregi, & per ordinem omnibus ab ijs conſtitutis. ſtatim regente, atque imperante peccato, in plures reſultat imperium: ſtatim vana cogitat mens, animus diſſoluitur, euagantur oculi, ſenſus omnes aperiuntur, & vitia paullatim firmantur; vnicum eſt regnãtis imperium, ſed plures imperant, *vt non obediatis concupiſcentiis veſtris*: hæc obiter dicta ſint.

Immediate regit peccatum.

Rom. 6. 12

Quid ſit obedire concupiſcentijs.

Quare capiat miles luxuria, viros; dixit alibi ſcriptura his verbis: *iuueni amariorem morte mulierem &c. qui placet Deo effugit illam, qui vero peccator eſt capietur ab illa*. Mors ſequitur mortales, vt comprehendat & ipſa quidem dicta eſt ab Horatio, quod æque pugnet: vt ſupra, & quod nemini parcat: non illi lex eſt ætatis, non ſexus, nec eſt nobilitatis; ita quidem: *iuueni amariorem morte mulierem*, amariorẽ q̃a arma mõſtrat illa, lethalia ſed hæc, ſẽper inopinato inter delectationes occidit. 148

Eccl. 7. 27

Mulier fortior morte.

At ad rem noſtram: *qui placet Deo effugiet illam, qui vero peccator eſt capietur ab illa*: quemadmodum peccator Holophernes captus eſt. qui in hac pugna nõ bene reſiſtit, nulli dubium eſt quod ab illa capietur ſed quare: *qui placet Deo*, & non qui iuſtus eſt capietur ab illa? Eſt diſcrimen inter Theologos quod aliquis ſit iuſtus, & quod Deus erga illum voluntatem habeat complacentiæ efficacẽ. hoc enim denotat, quod ſit prædeſtinatus, illud vero minime; quandoquidem quid prohibet aliquem eſſe iuſtum, eſſe quoque reprobum? Ait ergo Salomon: *qui placet Deo effugiet illam*: qm̃ qui hoc carnali vitio caret, aliquo modo nõ tantum iuſti, ſed & prædeſtinati videntur eſſe. Quod quidem vlterius ex hoc deduco, videlicet quod nil magis contrariũ dilectioni Dei eſt, quam peccatum hoc. atq; ideo S.Paulus ait: *eſtote imitatores Dei, & ambulate in dilectione*: At quid quæſo Paule facto opus eſt, vt quis incedat in dilectione? immediate poſtea: *fornicatio autem aut omnis immunditia, nec nominetur in uobis*: procul ſint carnis deſideria, turpia ipſa facinora, vſq; memoria, & verba, *nec nominetur in vobis*: eo .n. magis ſecura via dilectionis, quo magis expurgata ab omni contagione carnali eſt. Quare non hoc de ira, ſuperbia protulit? &c. quia aduerſum omnino dilectioni Dei luxuriæ peccatum eſt. A ſpiritali namque amore eò laſciuus elongatur, quo premitur à carnali, & quomodo Deum diligere poteſt, qui à prona carnis petulantia poſſidetur?

peccatum hoc dilectioni Dei maxime aduerſum. Eph. 5. 1.

Hic vero turpis affectus inimicus eſt
149 Dei, atque is qui eo premitur aperta inimicitiæ oſtendit argumenta. Id ego infero ex hoc, quod obſeruamus: nẽpe inimicum, inimici vultum intueri non poſſe, alter .n. alterius aſpectũ non ſubſtinet. Nec tantum hoc, ſed refugit etiam, & domum ipſius, & quæcumque poſſidet intueri. Ecce hoc in ſenibus Babylonicis mirum in modum impudicis: ſtatim mentem carnalem induere, ait ſcriptura, *euerterunt ſenſum ſuum declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent coelum*: etiam coelum ſedem Dei, non poterant aſpicere in ſignum manifeſtæ inimicitiæ; *declinauerunt oculos ſuos vt non viderent coelum*; ſed vt tandem properemus ad finem: optime cum laſciui deſcribuntur hi ſenes, dicuntur etiã virtutum omnium laude extorres: iudicium peruerſum, auerſio à Deo, mẽdacia, ſimultates, feritas, & quælibet noxa in animis æſtuantibus feruore concupiſcentię ſuccedit: quilibet flos virtuoſæ operationis ſtatim decidit; atq; ſors hæc, & conditio laſciuorum, vt eius quod ſanctè poſſident, vt à concupiſcentia agitantur, iacturam faciãt, & quod habent in damna alterius conuertant: tales D. Ioannes Chryſoſtomus ſpinis aſſimilauit. Spina vero eſt aculeus ſentis, vel rubi, aut alterius quo pungimur: Et vere cõgruunt ſimilitudines inter ſpinam, & laſciuos. ea namque fructum nullum affert, & prope quidem tranſeuntis, vel retinet pallium, & veſtes: vel etiam carnes aculeo vſque ad ſanguinis effuſionem pũgit. Porro, & laſciuiæ, ſeu laſciuæ mulieris hic mos eſt, & corpus lancinare plerumq; & ſubſtantias auferre; quot enim zelotypia, propter ſcortum acti ad furorem, mutua plaga ſternũtur? & quot ex ditiſſimis, pauperrimi effecti ſunt? pũgit enim ſpina mulier, & quidquid domi ornamenti, quidquid eſt commoditatis, quidquid reconditum, exenterat: teſtis eſt filius ille qui prodigi nomen ex luxurioſa vita ſortitus eſt; ſcriptura illa ſæpius repetita docet etiam: *ne dederis fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam.* hæreditatẽ quia retinetur à ſpinis, te, quidem aculeis ſauciaris; & ſanè ſi non perdit ſubſtantiam; ex eo quia te ardenter amare dictitat, ecce hinc ſemina rixarum, & iurgiorum; ceteri namque ſe videntes excluſos, quid aliud præbeãt, niſi toto impetu luxuriæ refuſo in indignationem vehementem, & rabiem, quærant modos vltionis, & vnici profundant ſanguinem amantis; & plerumque vtrumque amittitur, corpus (anima quoque) & hæreditas.

Oſtendit ſigna inimicitiæ. Dan. 13. 9.

Mulieres ſpina.

S. Mat. ho 45.

Effectus ſpinarum.

Eccl. 9. 9.

Quod

Quod,inquit, *hæreditatem*: bona diu poſſeſſa intelligit, à maioribus comparata in beneficia meretriculæ cedere: vnde illud Iob: *ignis eſt vſq; ad conſummationem deuorans, & omnia eradicans genimina*: vide expreſſam pauperiem: non ea tantum amittit, quæ acquiſiuit ipſe, ſed quæ longa ſucceſſione deſcenderunt, & ſpes omnis lucri, & commoditatis eripit: *& omnia eradicans genimina*: ſi qua eſſet via, quæ proficeret ad reparationem domus, ea quidem nec inuenitur ab eo, qui ſua profundit, & obcæcatur libidine: ſic illud intellige vltimum miſeriæ, & paupertatis: quod dicitur à Luca de filio prodigo, is enim, cum ad id ventū eſſet, vt cœnoſo pecori miniſtraret cibos, cibis illis cupiebat ſaturari, nec poterat; *& cupiebat implere vētrem de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*: ſi dabat alijs, & poterat, cur alios quærit, à quibus ipſe acciperet? Primo: vitium hoc homines in porcos conuertit: ſus enim in luto ſe inuoluens libidinis vitia ſignificat contra temperantiam, & homines voluptatibus deditos, qui, vt ſues cœno delectantur potius, quam aqua munda: Et quidem hoc palam eſt. Ergo *nemo illi dabat*: homo quidem erat: nec enim conditio humana vitijs amittitur vnquam, natura homo; ſed vitijs, & libidine porcus: vt homo dabat ſiliquas porcis; vt ipſe porcus eſuriebat; quia nemo illi dabat, vt quid enim poterat, non ex excuſſa arbore, & fructu decidente porcinos fructus comedere? Paſtor dat animalibus cibos iſtiuſmodi; deerat paſtor, ergo cupiebat: Sed ad rem noſtram ſecundo: & omnia eradicans genimina: fere rationis vſum, & conſilia, & beneficia intellectus peccatum hoc interdicit, torporemque inducit: non procul aueterno, qui ſua dilapidat, diſſipat, ac profundit, ignoret, vel non curet amiſſa recuperare induſtria, viaſque illas pertentare, quæ poſſent, & inſtaurare ſubſtantias, & damna reparare paupertatis: ecce iſte, vel fractus libidine, tædet os admouere cibis: ſed deſiderat, quid māducet, cum cibum, quem deſiderabat, habeat; vel offuſa nigra carnalis deſiderij caligine, mens minime ad tam facilia deſideria effectu complenda, aditum oſtendebat, fame conſumitur inter cibos, nec fames ipſa, modum miniſtrat: *omnia eradicans genimina*.

Iob 31 12 — Lu. 15.16 — Chr. ſ. ho.16. Ori. pſ.37 hom. 1. — Luxurioſ. ſimilis porco.

550 Sic igitur habemus duos ſpinarum effectus: vlterius ſpina quoque appellatur affectus carnalis, quia continuis conſcientiam pungit aculeis: ſordes enim luxuriæ ſtatim obijciuntur menti, at raro eos vides, qui ſtimulo perurgentur conſcientiæ, vel peccatum deſerere, vel ſi deſerunt, ſe ad inuſitatam vitæ perfectæ rationem non conuertere; & quidem primo obſerua, ſpinas ſemper extra vineas eſſe, fructum non ferre, nec fouere fructus, ſed pro ſepe extra poni, etſi ſecus vineas enaſcantur, etſi libidinoſi, quaſi ad fructus ſanctitatis, & poenitentiæ peruenire conſcientia acti videantur, tamen vt plurimum ſemper obſeruas foris reſidere, ad id redeunt, & à præteritis culpis minime diſcedunt. Ex numero vero aliorum fuit Dauid, qui poſt adulterium, deinde ad poenitentiam conuerſus eſt, aitque, *conuerſus ſum in ærumna mea, dū configitur ſpina*: ſentijt ſpinæ aculeos, & ſtatim: *delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*: peccatum illud luxuriæ confixit me, me ad mentem reuocauit; at ego confeſſus ſum, & adulterium, & homicidium: *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei*:

Pungit cō ſcientiam. — Pſ. 31. 6

551 His de ſpinis concupiſcentiæ præmiſſis, facile illud explicari poteſt, quod à ſponſo ſponſæ dicitur in Canticis; *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*: lilium caſtitatis eſt hieroglyphicū, & virginitatis: vt Hier. aduerſus Iouinianum interpretatur, & Pierius de lilio, & ſponſa alibi fratruelem ſuum inter lilia paſci canit: hoc eſt, inter candidiſsimos virginum choros &c.

Can. 2. 2.

Propoſitio ergo hæc eſſe debet, vt ſpon-

mulieres ſpinæ. ſponſum virginitatem ſponſæ commẽdans, oppoſitam dicat eſſe incontinentiæ; dumque illam lilium appellat, ſpinas, incontinentes; & ſponſa mea ob virginitatem, lilium videtur inter obſcoenas, quæ ſpinæ ſimilitudinem habent. Et quidem æqua ſimilitudo eſt lilij inter ſpinas; puritatis inter incõtinentiam: lilium enim odorem ſtatim amittit, ſi vel tantum ad ſpinas deflectat, & laceretur ab ipſis; ita quoque, qui ſe immaculatam vult cuſtodire ab immunditia, immunda cæterarum conſortia euitet; adeo, vt locum hbeat, illud Apoſtol. *fornicatio enim, & omnis immunditia nec nominentur in vobis:* ſeipſam intelligat, ſemper ſui amans; nunquam ſe vertat ad alias: exſurgat ſurſum ad Deum, non ſe inclinet ad ſpinas.

Eph. 5. 3.

152 Porro, vt ſupra diximus, mulieres fornicariæ ſpinæ dici poſſunt: ſicut .n. qui manibus illas attrectauerit, læditur: vt ſimilitudo illa de præuaricatoribus: *Præuaricatores autem, quaſi ſpina euellentur vniuerſi quæ non tolluntur manibus, & ſi quis eas tãgere voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato: igneque ſuccenſæ comburentur, vſque ad nihilum:* ita qui conuerſatur cum muliere nequam; & ſcriptura illam æquiparat ſcorpioni: *qui tenet illam; quaſi qui apprehendit ſcorpionem:* morſus venenatos ſentiet omnis mali. Nota, quod dicit ibi ſcriptura de ſpinis, his quoque mulieribus conuenire: nunquam enim eradicari, ſeu conuelli poſſunt, ſi id perfeceris nuda manu; ſi ita illas attrectaueris; quinimo læderis ab ipſis, ſi ſecus accedis, cruentatus euades, niſi armeris ferro; i. niſi omnem feritatem indues, nunquam aculeos illius aufugere poteris, lachrimarum, verborum mollium &c. arma te ferro, & ita illas eradicare poteris; alioquin appone ignem, vel eminus, lignum lanceatum: *ligno lanceato, igneque ſuccenſæ vſque ad nihilum:* euita conſortia, eſto procul, hoc eſt lignum lanceatum, adhibe ignem, igne diuino ſpina conſumitur meretricis: quod valet ad peccati huius remiſſionem: dum con-

2. Re. 23. 6

Ecc. 26. 10.

quõ conſortiã mulier. euitanda.

figit Dauid ſpina, conuerſus eſt ad Deũ, deprecatus eſt, iniuſtitiam non abſcondit, amauit, & tandem *tu remiſiſti impietatem peccati:* vt ſupra dictum eſt. Igitur vides, quomodo oporteat procul eſſe ab iſtiuſmodi ſpinis.

Propterea nunc mihi probe cognitum eſt, quare Benedictus flammas libidinis ignotas vehementiſſime ſentiens, & toto laxatos ardore ignes impudicitiæ, conſilium id ſit ſequutus, quod nudus inter vepres ſe proiecerit, & per longa ſpatia reuolutauerit; donec toto corpore debilitate ob ſanguinis effuſionem, confecto; à ſpinis omni ſolutus inani carnalis deſiderij appetitu, recederet. Quid enim proficiunt ad delectamenta carnalia ſpinarum aculei? quid ad mentem vana cogitatione occupatam, totius plaga corporis, & repetita vulnera? At hæc Benedicto mens erat, præter ea, quæ infra ſubijcienda ſunt. Verum eſt, quod libido, quod fornicatio, quod mulieres impudicæ ſpinæ ſunt, quæ cor diſcerpunt, quæ ſanguinem extrahunt, quæ ſubſtantias diripiunt, quæ ſauciant animam aculeo poenitudinis, quæ infructuoſæ ſunt, quæ, vt attrectaueris, lædunt; quibus nil moleſtius, atque iniucundius: Atqui ſi ea, quæ mens ſugerit de carnali appetitu, amplexatus fuero, earum quoque conſortia habebo, atq. me in tot mala conuertam: quamobrem non arbitror ego hæc me pati poſſe; ſed ſi ardenter me ſenſitiuus appetitus ſollicitat, experiar oportet, ad quam me ſortem aſſentiendo conijciant mulieres, pungar nudus inter ſpinas, quod ſi aculeos illos, quos ſemel expertus ero, poſſe me ſpero diutius ſuſtinere, id quidem fiet. Atque his dictis in ſpinas ſe coniecit, in quibus ſenſus libidinis omnis euanuit prorſus.

153 D Bened. quare ſe proiecerit ſe inter ſpin.

A ſpinis cruẽtatur & quare

Nunc vero quærendum eſt (viſo, quod merito poſt tentationem iuſtus ſpinarũ pungatur aculeis) quid vlterius factum expoſcat, idemque pluribus etiam rationibus comprobandum. 154

Enimuero æquum tandem fuit, Benedi- 155

Digitized by Google

benedictum inter ſpinas volutari, tentatione appetitum, cum enim terra, creatoris maledictionem adhuc quodammodo retineret: *maledicta terra in opere tuo &c. ſpinas, & tribulos germinabit tibi:* vt Benedictū in ſpinis excipiens, benedictionem reciperet, & ab antiqua maledictione abſolueretur. Igitur tentatione proſtratus Adam, inter ſpinas laborem reperit, & ſudorem; à tentationis effectu immunis ille, reperit inter ſpinas merita; illi ſigna belli extitere ſpinæ, huic pacis, diſcordes enim motus, vt iacuit in ſentibus temperauit dolor.

Gen 3.17. B.n. ſpinæ poſt hoc.

156 Et ſane optimum, pungi à ſpinis cōtra Veneris impetus remediū eſt. Quid enim (vt fabulantur Poetæ) Cithercam vulnerauit præter ſpinam? hanc fingunt nudo incedentem pede, per prata coelorum excurrentem, proprio ſanguine roſam purpuraſſe, dum pedes ipſa infixa ſpinis, cruorem profudit. At pulchre hoc colligas hanc Benedicto mentem eſſe: Veneris inimica ſpina eſt, eamque quandam ſauciam reddidit; at mihi hoc non ſufficit, eam tantum vulnerare, niſi etiam pereat omnino. petatur ergo mille ſpinis, vt præfocata punctis acerrimis ſentium, intereat; atque ita nudus ſeſe inter ſpineta coniecit, & inde ab omni Veneris infeſtatione quondam vulneratæ, nunc peremptæ caruit. Et mirum fuit obſeruare, quomodo poenas exigant ſancti, quodue acre flagellum vel titillationi carnis adiungant. Veneris, vel vnum, nec tamen conſumptum, ſed oſtenſum, flagellum nouit, vulneri videt viam parare libidinem: At non vno quoque poenitentiæ vulnere vult correſpondeti innoxius, ſed mille plagas mille ſpinis aperuit.

occidit omnino Venerem.

157 Deinde in ſe, ſemen videns peccati Benedictus, nempe tentationem; veritus, ne ob id indignationem experiretur Dei, oppoſuit ſepem Deo; Et ſi innocens, attamen ea quidem præſtare vult, vt meritorum inde ſuccederet abundantia, quæ indignatum Deum ob noxas placare ſolent: ſicuti Deus ex populo improbo exquirebat, vt ſpem ſupplicationum interponeret, ne in ira deſcenderet vltionis. Ita Ezech. *Et quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra ne diſſiparem eam, & non inueni:* Et quoniam virum, ſepem, non reperit, addidit: *effudi ſuper eos indignationem meam in igne iræ meæ conſumpſi eos:* Benedictus ergo, vt hoc præſtaret Deo, non ſepem obtulit tantum orationis, ſed veprium, ſentium, atque ſpinarum, vnde inter hæc coniectus, ſupplicationes Deo oppoſuit valentiores, ac feruidiores.

opponit ſe pē ſpin.

Ez. 22. 30.

Vlterius prouide, ac mature hoc à Benedicto factum eſſe obſeruamus, ſemen etenim hoc peccati (quod, vt deleret, & à quo abſolueretur ſanctus, ſepem exſtruxit veprium) non niſi inter ſpinas ſuffocatur. Etenim patrisfamilias ſemen, quod inter ſpinas cecidit, ſimul ab exortis ſpinis ſuffocatum eſt; *Et ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud:* Igitur fructum nullum deinde attulit, peccati tentationis ſemen, neque enim germinantibus ſpinis poterat pullulare. 158

ſuffocat peccatum inter ſpinas. Luc. 8. 7.

Deinde ſpinis igni materiam tribuit, vt à maiori ipſe incendio liber euadat. Ignis enim luxuria eſt. *vſque ad conſummationem deuorans:* quem quidem ignem accenſum Benedictus non ſtatim comprimit, ſed hoc inuento vtitur, materiam tribuit, quæ comburatur, in q̄ libenter, inquam, flammæ defluxere, & ibi pabulo inuento inter propria nutrimenta debacchatæ ſunt. vnde liber euaſit, poſtquam alio conuertit ignem Benedictus. Et quidem ignis congruentius pabulum ſpinæ ſunt: *ſuccenſa eſt*, inquit Iſa. *quaſi ignis impietas:* ſed q̄ infernalis ſit ignis iſtius impietas, ſubdidit: *vepres, ac ſpinas vorabit, & ſuccendetur in denſitate ſaltus:* Eripitur igitur ſanctus, dato vepribus igne, Atque hoc denotat, laſciuiæ flammas magis vepribus, ac ſpinis congruere, & illos abſumere, qui nulla viriditate bonorum operum ornantur; ſpinæ ſunt aridæ, qui fru- 159

dat igni pabulum ſpinas.

Iſ. 9. 18.

Digitized by Google

fructum nullum ferunt ſanctitatis; cæterum ieiuna,& confecta debilitate, ac diſciplinis membra, mentem intentam cœleſtibus, quomodo afficiet ignis incontinentiæ ? accedet quidem, ſed non accendet illos, qui lachrymarum vndis flammas extinguant. Oſtendat ergo hoc facto Benedictus, quos incendia libidinis facillime ſuperent, ſicut ignis ſpinas.

160 Vlterius pulchre dicitur hoc Bened. excogitaſſe: Vrſum ferunt inualidiſſimũ caput habere: cum ergo grauari ſe imbecillitate capitis ex nimio ſanguine, totiuſque corporis ſentit, naturaliter agnoſcit, morbum, & laſſitudinem omnẽ euaneſcere, ſi refluens in uenis, atque oculis ſanguis extrahatur. Quod ergo agnoſcit, etſi minime, vt moris eſt, præſtare poteſt, ſagaci naturæ eiuſdem inuento obtinet. Proinde aluearia, non tantum mellis pabuliue illius gratia inceſſit, apeſque irritat, ſed ſalutis ergo; vt ſcil. apum aculeis vulneratus, ſanguineque ita emiſſo, grauedini, qua plurimum laborat, remedium comparet. plagis apum appetitus totus ſanguine manat, ſicque à nimietate noxia eiuſdem ſanguinis leuatur, & ſanus euadit. At quid dixerimus laſciuiam eſſe, niſi ſanguinis ebullitionem, cordiſque prophanam accenſionem (omitto, conſultò cauſas luxuriæ potiores, ſi quæ ex alijs eſſe poſſunt) extrahatur ergo ſanguis, & ſalus accedat; quod in ſe comperiens Bened. & nimio agnoſcens ſanguinis æſtu turgeri; optimum eſſe duxit, cauſſam hanc à tentatione immiſſam abolere omnino: nudus ergo, quo toto corpore ſentiret aculeos, inter ſpinas iacuit, & tamdiu volutatus eſt, donec effuſo ſanguine, quidquid luxuriæ ebullierat, aufugit, & exinde ſalutem egregio inuento nactus, inſtar vrſi, Venereum feruorem haud ſenſit, ſed à nocente oppreſſione leuatus eſt.

Optime prouidit tentat.

Pier. li. 12. Tit. vrſus.

Sanguinẽ extrahit nocuum.

161 Præterea non ignorabat, & quod clauſus ignis mali ferre ſolet; euertit arces, ſolidiora quæque conſternit, ac cõminuit. Denique in Ieremia habemus, quod præſtiterit ignis clauſus: *factus eſt in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis defeci ferre non ſuſtinens.* Propterea, cum ignem luxuriæ in corde, tentatione exſufflante, agnoſceret Benedictus, ne vnquam ruinam cordis clauſo aditu ſentiret, vt à tali incendio, & excidio procul eſſet, tot portas effecit, quot ſpinas paſſus eſt tenue, ac nudum corpus transfigere: ſicque per tot vulnera tranſijt libido.

Ier. 10. 9.

Dat aditũ igni.

162 Nec prætereundum eſt, hoc quidem oſtendiſſe Benedictum, quod vſque huc diximus: de olla ſuccenſa dictum eſt: Namque olla prius Prophetæ viſa eſt, ardore libidinis, & toto concupiſcentiæ æſtu flagrans, deinde vero additum eſt: *Ab aquilone pandetur omne malum*: quod præſeferat mala omnia. Ergo Benedictus hoc quoque oſtẽdit, dum poſt feruorem concupiſcentiæ, aculeis ſe ſpinarum configendum tradidit; monſtrauit enim, quot plagas, quot vulnera, non corpori tantum, ſed animæ libido afferat; unde ex hoc in corpus ſuum præſtito, & quomodo venena laſciuiæ ſint euitanda, edocuit.

Oſtendit omnia mala eſſe poſt oll. ſucc.

163 In theatralibus ſpectaculis inſignis ludus eſt, quem appellat (il gioco del toro) vbi taurus plurium irritatione efferaſcit nimium, & plagis affectus, cum tota ira fertur in hoſtem, illius fuga, irrito conatu deluditur; quod ſiquando dire laceſſitus, licet pigro curſu, pene tamen paſſu ſuperat fugientem, ille ne immanis tauri poenas ſentiat, inter cornua, pallium, veſtemque, & inter oculos obijcit, quam impeditus, dum cornu ſcindit, ac poterit, fuga ille euadit. Nulli dubium eſt, diabolum taurum eſſe, de quo ferme vox illa: *tauri pingues obſederunt me*: Magno hic impetu inſequebatur Benedictum, & penè comprehenderat: libidinoſis facibus indignationem omnem aduentu ſecum portabat; at quaſi proſternendus iſte, quid conſilij caperet, quid gereret, niſi illud, quod in tali diſcrimine fieri ſolet, neſciebat. pallium obiectat cornibus, furori, vt ille impeditus ipſe aufugiat, in quod quidem

Pſ. 21. 13.

Obiecit tauro tentationis pallium corporis

dem iram,quam maxime exerceat,& ſo cum interim faciat fugæ,& ſaluti: Arma ergo taurina,ſpinæ ſunt, peccata; & ꝙ peccata ſint ſpinę,probatum pluries eſt, & habes ſcripturam illam: *priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ Rhamnum &c.* quam nos de peccatis explicauimus.Benedictus pallium carnis ſuæ, corporis,vt anima euaderet inter ſpinas,eiecit;quod diſcindens dæmon,& ferocitatem in mille ſciſſuris oſtendens,non potuit in animam auerſam, & fugientem,ius, locumque habere, ac proinde ab omni, ſanctus, diſcrimine tutus,& ab omni culpa ſecurus permanſit. Itaque rabiem omnem in corpus conſumpſit tentatio vehemens luxuriæ,non potuit in animam. Quod quidem palam eſt in Bartholomæo, qui dæmoni pellem obiectauit:ſed in hoc ipſo ſancto aliud quoque, quod ad nos etiam pertinere poteſt inuenio, quamobrem pellem exuit,& dimiſit, antequam ad promiſſa paradiſi regna peruolaret.

Chriſtus perfectionem omnem edocens ad id peruenit (vt totus creaturæ amor aſcenderet ad Deum) vt diceret ſeparationem omnem, quæ quidem diuinorum contemplationem impedit, ſtatuendam eſſe, nurus à ſocru

Matt. x. 34

matris a filia &c. *non veni pacem mittere,ſed gladium; veni enim ſaparare &c.* Coniunctos quoslibet, vel amicitia, vel amore, veni ſeparare; non enim æquū eſt, homines tm̄ ſe inuicē amore amplecti; quod enim amoris impenditur creaturæ,tot demitur à coeleſtibus: ſic ergo dirimenda quælibet ſocietas, quælibet affectio eſt: non parcam patri,& filio,nec matri,& filiæ,nec &c. vt hominem Deo coniungeret, abſtraxit à terris,à ſodalibus; atque etiam,quod mirum eſt, à matre & patre. Sed reliquum erat, vt hoc quoque, quod prætermiſſum eſt, adderet; nempe quod gladio iſto hominem diuideret à ſeipſo, quod ſane relictum eſt; At ſanctus Bartholomæus diuiſionibus illis minime contentus eſt, peruenit vlterius, & ad id quidem ſeparationis genus, quod amplius excogitari minime poſſit; reliquit ſua, ac ſuos, adamuſſim verbis Dei adimpletis, ſeiunctus prorſus à mundo, prorſus Deo vnitus.

Barth. quare ſe a ſeipſo diuidit.

164 Quid ergo vltra faceret? excogitauit, quod nemo indiceret, nemo cogitaret, ſe à ſe diuiſit, vt ſe magis vniret Deo: gladio ergo materialiter (poſtquam id quoque ſpiritualiter perfecit per odium ſui) cædente, dimidiam partem ſui dimiſit, & liberior ad Dei amorem enixius peruenit.

Benedict. quare corpus retinear ſauciatum.

Similis Benedicti caſus eſt, & quidem diuerſa ratione grande aliquod, & inauditum patrauit, quod ſequentibus explicari poteſt: non dimiſit ſpolia carnis, vt itidem ſimilis Apoſtolo videretur, & Euangelicas admonitiones non adimpleret tantum, & præter eas maius his aliquod efficeret, ſed quod dirius aliud inueniret, retinuit;quod hoc modo explico. Inimicum, qui fugit dolos illius euitat etiam, qui tempore odia reſtinguente penè,cum illum dimiſit, viam omnem nocendi abſtulit ab abſentis inimici inſidijs quodammodo tutus; at ſi ſecum retinet; cohabitat, & communi vitam degunt ſocietate, ſi vulnere conficit illum,& ad ſummam vſque reducit contumeliam, quis neſciat damna ingentia ſibi parari, præſertim cum ille conualuerit; ſemper enim vindicta hoſtis animus exagitatur, cum ſui percuſſorem continuo aſpicit, & nocte, ac die faſtu turgidum videt. Itaque Benedictus, vt,quoad viueret, ſemper vrgeri potuiſſet bello, ad maiora merita non diuiſit à ſe corpus, ſed dire vulnerauit, volutatus inter ſpinas,ac ſecum retinuit, & communi ſocietate in vitæ commoratione verſatus eſt, & dummodo maiora merita augerentur illius,neque vindictam,neq.iram pertimuit.

165 Deinde Bartholomæus optimo conſilio vſus eſt, vt pondus graue corporis abijceret,ad hoc, vt liberior aſcenderet ad Dei amorē; ſi.n. aui ſurſum euolāti pondus filo ligatum pedibus adijcias,

Corpus aggrauat animam.

Vuu pro-

Digitized by Google

profecto pondere preſſa, quomodo aſſurgere poterit, atque ſublimia penetrare? Itaque cunctis mortalibus corpus eſt impedimento, & ponderi, ad alta tendentibus; dicente ſcriptura: *corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animum, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*: quod ne pateretur Apoſtolus, corpus abſcidit, pondus depoſuit, & ad coeli ſublimia aſſurrexit, gladio ergo cædente, vincula carnis abſciſſa ſunt, vnde anima abſque vllo impedimento ad Dei amorem, & complexum auolauit. Vtrumque præſtat Benedictus, & primo, corpus, quod per tentationem carnalem quodammodo corrumpebatur, atque animam aggrauabat, proijcit inter ſpinas, vt ab eodem aperto, per tot vulnera ſanguine effuſo, quid corruptionis, quod aggrauaret animam, & pondus eſſet, extraheret. Quamobrem ſanguinis vndas eijciẽs, corpus grauitatem omnem, & corruptionem (vt ita dicã) tentationis emittit, & deinde vegetius, & tenuius, ſolutius, liberius, atque leuius nullo fuit animæ ponderi, quin ad Deum eleuaretur, eueheretur, ſeu aduolaret.

Sap. 9 15

Corpus euacuauit ut anima exto l. re i

166 Egit quoque in hoc ſanctus, ſagaci medicorum conſilio vſus, omni prudentia, atque arte. ad corruptionem nempe febris luxuriæ, quod remedium apponeret, niſi illud, quod adhiberi ſolet, cũ febris, quæ vergit ad corruptionem curatur? ſanguinis extractione fit potiſſimum medela. At quidem, ſi febris noſtra luxuria eſt, vt ait S. Ambroſius; luxuriæ ſtimulis atque ardore, dum inceſſitur Benedictus, accurrat ad aculeos ſpinarum, & medicinam ſanguinis effuſione quærat; adeo volutetur, & iaceat inter vepres, & dumeta, donec totius corporis plagis hiantibus, atque manãtibus ſanguine, ſentiat, quod corruptum erat, præteriiſſe, ac ſolutum eſſe.

Extraxit ſanguinẽ ad ſ. b. im concup.

167 Præterea non corporis tantum grauitatem abſtulit, ablato ſanguine, vnde defoecatus deinde eleuari potuit ad Deum, ſed terrenam illam inhabitationem euertit, dirupit, ac deleuit; inhabitationem, inquam, corporis, in qua latent inſidiæ omnes inimici, habita in aſylum malorum omnium à tentatione. Eam ergo toto corpore confracto, atque inter ſpinas diſciſſo, quodammodo ad ruinam adegit, vt vix potuiſſet unquam vſibus prodeſſe hoſtilibus: terrenam ergo inhabitationem; id eſt, terrenarum affectuum manſionem, vbi nec amplius inſidiæ locarentur, euertere pertentauit, vel toto aditus patefacere per quos, & quod intus incluſum, aduerſumque eſſet, appareret. Quamobrem ſauciato, atque vulnerato corpore machinamenta hoſtilia nudauit, & habitationem, aufugiumq. pene deleuit.

Deſtruxit ſ: e corpus, & quare.

Deinde Apoſtolus, vt ſolutior eſſet in lucta, quam cum mundo inimius nõ tantum veſtimenta abiecit; ſed & carnem exuit; quiſquis enim ad arenam deſcendit, pugnaturus cum inimico, ne ſuccumbat, vireſque illi præbeat, veſtimenta deponit: at quomodo ad victoriam properat, qui non veſtes ſolum, ſed (quod maius dici non poteſt) pellem abiecit, & carnem? Deſcribit autem Gregorius, & quomodo in lucta contra inimicos infernales præparare nos debemus: *nihil atem maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident, nudi ergo cum nudis luctari debemus; nam ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctetur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur:* abiicit ergo, & indumentum corporis, & quaſi ſolo ſpiritu, pugnat. Ad pugnã quoq; cõtra Venereos impetus, aduerſus concupiſcentiam, quomodo deſcenderet niſi nudus Benedictus? qui vt etiam liberior euaderet, ſanguinem extrahit, vt inde occaſio omnis inimico dematur. Itaque nudum corpus aculeis obijcit ſpinarum. 168

Quare nudus pugnauit.

Gre. hom. 32 in eu.

Inferius, quomodo ſpinas concupiſcentiæ (ſpinam etenim eſſe diximus concupiſcentiam, atque hoc quoque Hier. aſſerit) niſi ſpinis abijceret deſerti? clauus clauo expellitur à muro. Achillẽã ferunt haſtã, eandẽ, q̃ vulnus aperiebat, extitiſſe medelam: & quidem transfixus Benedictus ſpina carnalis appetitus, ſpi- 169

Hier. l. II.

medicinã obtinuit à ſpinis.

ſpina cenſuit ſe poſſe vulnus mederi, ꝙ libido tentatione decreuerat inflige re. Igitur ſtatim ac appetitus fuit tentatione, accurrit ad ſentes, vbi morbo ſidi cto, ſalutem, ac medicinam quæreret, quod quidem reipſa comprobatum eſt, nam ab ijs ab omni prorſus delectatione, atque diabolica ſuggeſtione liber diſceſſit.

170 Notum eſt fugientem Athalantam, in ſequentẽ Hippomenẽ pomis aureis pro iectis, & Veneficam, viũ mẽbris puerorũ diſciſſis retardaſſe, atq; (dum illi licet celeri curſu iam terga fugientis tenerẽt, poma colligerent,) locum, tempuſq; aptius fugæ præſtitiſſe. Impius carnifex ex ſaturari nullo modo poterat, vſq. dum

Eluſit regem Bart. & quomõ

Bartholom. fugientem à vana ſuperſtitione, reduceret, & ad cultum inanium Deorum conuerteret; inſequebatur ille, ille perſequebatur; at in corpus ſæuientem, tali arte, tyrannum impediuit; profudit ſanguinem, deinde pellem, corpus deinde totum; vnde, dum his intentus impius Rex ſitum feritatis explebat, ille auolauit in cœlum; ſicque pio inuento regem, mundumque deluſit. Immanis, atque impius tentator, mirum in modum contra Benedictum iratus eſt, atq; exarſit; & quo ipſum perderet, venena immiſit cupidinea, certo credens poſſe tali illum veneno inficere. At hoc aduertens ſanctus, & ſciens, maximum eſſe periculum; inimicum quoque maximopere inſequi tentatione vrgentem, vt ra biem aliquando hoſtilem ſanguinem hiantem, vel expleret, vel eluderet, ſemet ſauciauit, terebratus ſpinis, ſanguinem profudit innocuum. Hoc ſane feri-

Bened tentationem egregio inuento eluſit.

tas inimici intendebat, ſed interim ſuæ prouidit Benedictus incolumitati; nam illæſus euaſit, & dum hoſtis intentus crudeli ſpectaculo oblectabatur, ille flãmis, facibuſque venereis penitus extinctis, aueitit paratam iram, & fraudes; & poenas, & omnia machinamẽta diaboli ſoluit, & euaſit: ſicque mille plagas ſuſtinuit potius, quam plagam, vel ſaltem vnicam, quæ foeditate ſcateret pec cati, ac libidinis, pateretur.

Arachnem Plinius memorat Ly- 171
diam extitiſſe; quæ auſa eſt venire in certamen cum Minerua de lanificio: quod ægrè ferens Dea, Arachnem radio percuſſit victrix, & in tantum animi dolorem compulit, vt illa ſuffocauerit ſe laqueo, in araneam poſtmodum com mutata: vnde Ouid. Oui Me. 6

Non tulit infelix laqueoque animoſa ligarat
Guttur &c.

In vtraque, contentionem, fatum alterius diremit. At Arachnes diabolus, in certamen fere cum Benedicto venit, vter melius telam corporis illius depingere: atque exornare deberet. Dæmon ergo tentatione pulcherrimæ mulieris formam exarauit, os ſubridens, genas rubore perfuſas, comas aureas, oculos blande intuentes. ſpeciemque omnem ad laſciuiam excitantem. Atque hæc Arachnis huius extitit pictura, quo quidem arbitrabatur impius, alteri locum nullum ceſſiſſe ad victoriam. Imago enim, quam depinxerat, & aſpectus, & incautam attrahit voluntatem. At aduenit Benedictus, & quid deſcribit? non fucatam pulchritudinem, non imaginem viſu delectabilem, ſed vulnera, plagas, ſcenamque aperit ſauciati corporis; & puritatem, ſpina, ac ſanguiguine proprio efformat; conſiderauit hoc tentator, & triſtis de alterius victoria, vt comperit ſe ſuperatum eſſe, actus in deſperationem ſicuti Arachne verſa eſt in araneam, verſus iſte in foedam, ac nigram auem eſt, vti traditur, & continuo auolauit. Vicit ergo pia crudelitate, immanẽ, impiamq; alterius pietatem, & abſciſſi, atq; infracti corpo ris figura, ſpecioſiſſimæ formã imaginis.

Pictor Benedict puritate vicit tentationem.

Inde quoq; hoc de ſpinis, quod pro- 172
poſueramus, maneat probatum. ait .n. Deus: *Spinæ, & vrticæ aſcendent ſuper altaria eorum*: quod quidem ideo dictũ, eſt, vt oſtenderẽtur ſacerdotes minime intentum ad ſacrificia habuiſſe animũ, quinimo opus hoc deſeruiſſe; Adeo longe eſt à ſacerdotibus, quod frequentent altaria, & in ijs ſacri-

Digitized by Google

ficia perſoluant, quin ex eo,quod nemo ſacrificatum accedit, inualuerunt ſpinæ, & altaria cooperuerunt,& ſentibus luxuriantibus ſacer Deo locus ita obtectus eſt,vt efferaſceret: *ſpinæ,& vrticæ aſcendant ſuper altaria eorum.* Dæmon itaque hoc intendebat, videlicet quod ſacrificia libidinis ſupra altare cordis Benedicti redderentur (eſſe affine peccatum hoc cum idololatria, abunde ſupra probatum eſt.) At ipſe non patitur, quin ſpinas vult excreſcere,ac tribulos; & ideo delectatione carnali ſtatim ac pungitur, accurrit ad ſpinas;quaſi diceret,ſpinæ hæ,quæ me lancinant, potius enaſcantur in cordis altari, quam ibi ſacrificia fieri patiar execranda.

Vult altare cordis efferaſcere: & quare.

173 Sed ſi in alium ſenſum ſpinas conuertas,& hoc quidem dici poteſt: videlicet:Moyſes Deum in deſerto vidit inter ignem,& ſpinas: *vadam*,inquit,*& videbo viſionem hanc magnam*:quærens ergo Benedictus Deum, qui præſto eſſet,faueretque in tentatione, deſcendit ad ſpinas,cum præterea (vt æqua ſimilitudo eſſet) ſpinæ illæ puritatem inſinuent,canente Eccleſia de Beata Virgine: *rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem*: Et quoque,ſi dixerimus, ipſum inter ſpinas, quæſiſſe Deum, optime probat hoc Pſalmus: *Petra refugium Erinaciis*: animal hoc ſpinis indutum eſt: Benedictus ergo,& ſpinas habebat in corpore, & ſpinas in mente, iſtas tentationis; illas quidem materiales deſerti: *petra refugium Erinaciis*:ſi quæritur,quæ petra erat iſta?*Petra autem erat Chriſtus*: hunc quærebat: etenim nullum ſecurius aufugium,Petra,Chriſto, cum imminet,vel ingruit tentatio:aufugium ad latus apertum lancea,vel mente ad ſpinas capitis. Quamobrem non fruſtra in cauernam maceriæ ſponſam ſuam vocabat ſponſus.*Surge amica mea, ſpecioſa mea,& veni: Columba mea in foraminibus Petræ, in cauerna maceriæ: Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis,& facies tua decora &c.* quaſi diceret, vultum habes decorum ſponſa,tota pulchritudine inſignem, vocemque, quemlibet ad ſe ſono allicientem.Porro ſi vagaris,niſi aufugies, hoc in diſcrimen te conijciet: pulchritudo enim captiuos facit vagantes oculos,vnde ne tentatio locum habeat, fuge, & pete plagas meas: *in foraminibus petræ,in cauerna maceriæ*: ſed ad noſtrum ſenſum.

Ex.3.3 — Rubus virginitas. — Pſ.103.30 — 1.Cor.10.4 — In diſcrimen adducit pulchritudo — Can.1.14. — Apta plaga Chriſti ad tentationem.

174 Prudenter egit Benedictus, vt ſe conſterneret inter ſpineta, atque omnino ſanguine plagis ſcaturientibus roraret,hoc enim incognitũ ſe exhibuit ſatellitibus infernalis tentationis. Ex hac vero ſcripturæ hiſtoria id cognoſci melius poterit. Iratus in Dauid Saul ſatellites miſit, vt vinctum ad ſe perducerent,qui arte fœminea, in lectulo credentes Dauid inuenire, ſtatuam inuenerunt,pelle coopertam, qua quidem detenti,dum morarentur ibi, Dauid aufugit per feneſtras: *tulit autem Michol ſtatuam,& poſuit eam ſuper lectum & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius,& operuit eam ueſtimentis*: & ſupra: *depoſuit eum per feneſtram*, nempe Dauid,*porro ille abijt, & aufugit,atque ſaluatus eſt.* Sicque hoc callido vxoris inuento, ab ira Saul ereptus eſt. Satellites ſuos miſerat libido,qui caperent Benedictum. Simile quid excogitat ille, & ſtatim ſeſe inter dumeta abſcondit, quemadmodum finxerat Dauid non diſcedere, ſed in illa ſtatua morari, ita quoque hic nudus finxit ſe inter concupiſcentiæ ſpinas, & peccati iacere velle,& omnino immorari,& per iter illud aſcendere ad dæmonis promiſſa; quid enim magis peccatum ſignat,& iter ad illud, quam ſpinæ?vnde dictum: *iter impiorum quaſi ſepes ſpinarum*: Ergo, dum tentator credit illum eſſe,quem perſequitur, reperit tandem alium,acceſſit tentatione punctus, nunc defœcato,ac ſereno redit animo, menteque abſque nubilo tentationis omnino.

1 Re.19 in — Inuentum callidum Bened. — Prou.15.

Vel

Digitized by Google

175 Vel etiam dic,quod ideo eum tentatio dimiſit,quia credidit victum,cum .n. iter impiorum ſint ſpinæ , vti diximus , poſt quam ei ſuggeſſit carnalia deſideria,credidit inquam aſſenſum præſtitum eſſe,accedēte ad ſpinas Benedicto, ideſt vt arbitrabatur ille ad vias iniquitatis . At res accidit ècontra &c.

176 Quid agere vt virtutes ſuſcitaret.

Dictum eſt ſupra in expoſitione verſ. 6.de oratione : Pelicanum pullos ſuos veneno infectos proprio ſanguine ad vitam reuocare.cum enim halitum peſtiferum ſerpentum,quibus cum Pelicano atrox pugna eſt,ventus ſecundus ad pullos ipſius deferat ; ſtatim hi veneno intereūt,quod vt mater quæ aberat prius comperit ita factum,pia in natos,in ſeipſam effera,illos ſanguine proprio ad vitā redimit. roſtro ergo diſcerpto pectore , ac profuſo ſanguine,pullos aſpergit , & reuocat ad vitam.

177 At Benedictus virtutes omnes,potentias, mētem infectam agnoſcens veneno tentationis,ac penè confectam,remediū prouidit quò illa curaret,diſcerpſit corpus,aperuit plagis,vnde ſanguine fuſo , omnia incolumitati reddita ſunt .

Quod tandem vlterius adnotandū eſt, illud eſſe poteſt, nempe verba illa Iſaiæ

Iſ.27.4. factum hoc prætendere Benedicti.ait.n. *In die illa vinea cantabit ei : indignatio non eſt mihi: quis dabit me ſpinam,& veprem in prælio,gradiar ſuper eam,ſuccendam eam pariter : an potius tenebit fortitudinem meam? faciet pacem mihi.pacem faciet mihi ?* quomodo graditur ſuper ſpinam,aut quis eſt,qui graditur ? ſi graditur,quomodo ſuccendit? etſi cupit dari ſpinam in prælium , cur dubitat faciat ne pacem,faciat pacem ? quare mentio de pace,ſi belli meminit ? ſi toto cupit impetu iratus incedere,quæ conuenientia eſt,vt ſuper ſpinam gradiatur,& quærat pacem ? de Benedicto hoc opinor dictum eſſe . laceſſitus à diabolo ſanctus manſuetus,à quo quærit indignationē ? *indignatio non eſt mihi*, *quis dabit me ſpinam,& veprem in prælio* ?arma quærit ſpinarum,qui obijcitur inermis contra dæmonem,ſed non arma,quæ manu teneat,atque apprehendat, non dextera ſumit ſpinas , ſed inter ſpinas ſternitur : obuius alteri,ſemet potius ſpina pungit, vt illum offendat,*gradiar ſuper eam* : quod inquit :*gradiar* : intellige quod ſe proiecit inter vepres , quod diu ibi iacuerit; at quomodo quærit:*faciet pacem mihi?* ex bello pax, cum ego bellum infero luxuriæ,putas ne erit mihi pax?pacem ego mihi pariam, bellum intentando dæmoni·*faciet pacem mihi*, & vt adimpleta omnia noueris,infra ſequitur : *nunquid iuxta plagam percutientis ſe , percuſſit eum*? minime quidem,vna ipſe vulneratus plaga à libidine, mille plagis percuſſit illam : *nunquid iuxta plagam percutientis ſe,percuſſit*? infra: *in menſura contra menſuram*, etſi ad menſuram fuerit ipſe percuſſus , nempe ad ſenſus illos,quos occupare ſolet tentatio,tamē contra menſuram ipſe tentationem fugauit,quæ plagis quas ſibi aperuit menſura eſſe potuit ? *in menſura contra mēſuram:* noluit modum tenere,dum ſe affligeret inuolutus,ac opertus ſpinis;et ſi ad menſuram , tentationem expertus eſſet. hic modum ſuperandi atque vincendi eſt,vt victoria inſignis euadat , & triumphus ſpolijs ditioribus cumuletur .

Quomodo ex bello pax.

Contra menſuram reddidit tētationi ad menſuram

Vltimo ad victoriam B. plurimum commendandum , valet conſideratio , quod:nempe vt inimicum vltro peteret, & coram pugnaret, ſemetipſum vulnerauit.Memorabile facinus extitit illius,qui cum inimico pugnans , cum numquam ipſum lancea dimicantem , enſe ferire potuiſſet,nihili fecit inimici lancea vulnerari,dum concito occurſu , aduerſarium enſe ſæuiente occideret,atque ita victoriam ex morte inimici audaci facinore , & plaga inflicta ex lancea ſoluit.Ita equidem quomodo ad aduerſarium,ideſt ad tentationem pertingere potuiſſet Benedictus,quæ non tantum lancea feritatis armatur,ſed in interna parte locum habebat,ad quam arma Benedicti minime pertingere poterant.Hoc ergo præſtitit, nempe minime curauit ſpontaneum corpus offerre aculeis,dummodo hac via inimi- 178

Pl in ap.l. 6.

Se vulnerauit vt occideret inimicum

inimicum ſuperare potuiſſet, ſpinæ etenim illuc vbi abſcondebatur tentatio peruenerunt,& eam omnino occiderūt. exponat corpus tormentis dūmodo ex ipſis vis omnis, medicina, pādatur,& via qua ad inimicum venitur; quid ergo mirum ſi ſe ſtatim proiecit, inter ſpinas? ſi ex ſpinis integer ac liber abſceſſerit. Et hæc quoque, quæ de S. Benedicto vſque huc ſcripſi, illo ſcripturæ loco concludi

pro. 30. 18 poſſunt. Nempe: *tria ſunt difficilia mihi, & quartū penitus ignoro: viam aquilæ volantis in coelo: viam colubri ſuper petrā: viam nauis in medio mari: & viam viri in adoleſcentia ſua*. Ecce quomodo hæc, quæ admiratione quadam ſibi dixerat ignota eſſe Salomon, in Benedicto completa videntur,& licet ignota appareant, tamen opprime cognoſcuntur.

179 Quæ ſit via viri in adoleſcentia in B. Quartum quod penitus ignorabat Salomon, via Benedicti eſt in adoleſcentia ſua; & vere: quis credere poſſet adoleſcentem hunc tentatiōne vrgente, viam iniſſe ſpinarum, ſemitam vepium calcaſſe, ſemitam illam forſan quæ iniquitatis eſt, vti diximus: *iter impiorum, quaſi ſepes ſpinarum*? minime quidem, atq; hæc admiratio eſt,& ideo incognita redditur Salomoni; etſi via ſpinarum, impiorum ſit,& improborum, attamen vt ab impietate,& iniquitate fugeret Benedictus, hanc calcauit: *iter impiorum quaſi ſepes ſpinarum*: quamobrem recte inquit: *hoc penitus ignoro* quomodo emundetur ille in via iniquitatis, à loco atque itinere vbi lædūtur alij, illæſus euadat; abſcedat purior? & *hoc quartum penitus ignoro*: vt mundet nigredo, vt vulnera ſanēt, vt ſanguis excluſus ſit ad victoriam, & proſterni, ſit quoque erigi.

180 Secundo: *viā colubri ſuper petram*: dupliciter hoc reperiri in Benedicto poteſt, primo quoad conſtantiam, ſibila omnia ſerpentina irrita faciente; ſecundo quoad religionem; & primo quis neſciat ſerpentem, tentationem portendere? ita .n. apparuit cum primos parentes callida ſuaſione impulit ad culpam; petram vero firmitatem, vt toties diximus, ergo coluber nulla ſui veſtigia, tranſiens ſuper hanc petram reliquit, ideſt irrumpēs in mentem ipſius, ſui figuram relinquere non potuit, vt fieri ſolet cum per glebas incedit, ideſt imaginem ſiquidem videntur habere diaboli qui tentationibus corruūt,& proſtrantur. Igitur incedens dæmon per cor, per mentem B. ita illam inuenit conſtantia obductam, vt nulla impreſſione viderit poſtea notatā, qui vt eam omnino deleret, ſubſidia ſpinarum aduocauit; ſerpens ergo ſuper petram, eſt tentatio in conſtantia. — Quæ ſit via colubri ſuper terrā in B.

181 Fuit etiam coluber ſuper petram, quoniam vti ille, vetera ſpolia, renaſcens, & renouatus Chriſto, habitum religioſum induens, dimiſit.

182 Tertio: *viam nauis in medio mari*: nauis animatæ, in medio vndarum, D. Mauri in medio fluminis, Benedicti nāque imperio, ſuper inſtabiles vndas ſtabili pede inceſſit Maurus, cum ab aquis raperetur puer Placidus, à currentibus vndis abſtraheretur in præceps; atque hæc via eſt nauis in medio mari; ſpiritu prophetico Benedictus diſcrimen pueri in flumine agnoſcens, Maurum diſcipulum miſit, qui firmus, ac tutus imperio, inter decurrentes vndas ſolidia veſtigia fixit,& puerum eduxit incolumen. *viā nauis in medio mari*. — Maurum extraxit placidum à flumine & quare.

183 Quarto: *viam aquilæ volantis in cœlo*: Aquila extitit contemplatione, ſolitudine, propter altiorem volatum in inſtitutione religioſæ vitæ, ſed *viā aquilæ volantis in coelo*. hoc illam aquilā denotat, quam duo monachi volantem in coelum viderunt, ipſū nempe pallio ornatum pretioſiſſimo, circum eum fulgētibus lampadibus,& clariſſima,& grauiſſima ſpecie virum ſtantem ſupra caput ipſius, dicentem, audierunt: *Hæc eſt via qua dilectus* Domini *Benedictus in coelum aſcendit*: ergo quod ſapientiſſimus omnium, non intelligebat, in vita Benedicti comprobatum eſt. — Quæ ſit via aquilæ volantis in B.

184 Vltimo Eccleſiaſticus quaſi reſpiceret ad hoc, hanc protulit ſententiam: *malitia horæ obliuionem facit luxuriæ* Eccl. 11. 29

ma-

Digitized by Google

magnæ;& in fine hominis denudatio operum illius. variæ circa ſcripturam hanc opiniones circumferũtur;& Prima, quod remedium maius nũquam excogitari poteſt,tribulatione: malitiam horæ dicit, tribulationem,& afflictionem:ſic Hugo: *malitia horæ eſt &c. breuis afflictio aduerſitatis, delet, & purgat dolorem magnæ voluptatis*: quis enim carnis fouet illecebras,qui continua premitur afflictione? ideo tribulatio luxuriæ obliuionem inducit. Deinde etſi magna ſit voluptas,etſi libido magna, breui tamen calamitate deletur omnino,& Dionyſius ſententiam clauſit, his verbis: *afflictio ſuperueniens vna hora, obliuionẽ inducit totius voluptatis præteritæ*. Ita filius ille prodigus quaſi non aduerteret ſe a paterna domo,inuito, ac contradicente patre diſceſſiſſe, maluit tandem ærumnis paupertatis actus,ad paternam domũ redire,quam in ſtatu vitæ quam elegerat permanere:tribulatione ſiquidẽ admonente priſtinæ conditionis laſciuię oblitus eſt.

Obliuio luxuriæ ex tribulatione.

185 Quod vero nos legimus malitia horæ, Vatab. *difficultas temporis:* indicatq; ab illis memoriam omnẽ voluptatis carnalis excidere, qui tempus in rebus ſerijs conſumunt; quod ſi libidinem otia fouent,profecto cum intendimus cuicũque operi,minime ſpatia turpi cogitationi,vt ſaltem mente ad fluxos carnis appetitus redeamus,permittimus. Mens .n. occupata delectationi noxiæ vacare minime ſolet: recte ergo,*difficultas temporis*. Contra vero libenter à mẽte ſoluta quæcũq; blandiuntur repente excipi ſolent,cum libertas ipſius nulla cuſtodia teneatur.

Obliuio ex otio.

186 Ex his inferimus quã caute hoc præſtitum ſit,ac prudenter à Benedicto, vt dolore ex plagis, carnis foedam opprimeret petulantiã primo *malitia horæ obliuionem facit luxuriæ*, ipſi enim afflictio tribulatio atq; anguſtia per horam, obliuionem fecit luxuriæ. ad nouas redijt mens cogitationes,ac ſanas;inter pũgentes aculeos corpus laniatũ,funeſtas, expunctis carnalibus, & delectabilibus, cogitationes obiecit:vt dãna ſciſſorũ mẽbrorum repararet, vel refluentis ſæuientiſq; doloris expenderet originẽ. Afflictio ergo,& tribulatio,inimicam tentationem expulit. 187

B tribulatione expellit lux.

Deinde,*difficultas temporis*, ideſt vt explicauimus, expulſa otia inſignẽ peperere libertatem,ac victoriam; ſiquidẽ vt nequid eſſet, quod vacaret in corpore, vt quodlibet membrum excitaretur, non illud tantum auocauit ad actionẽ, ſed quo maiori ratione, quaſi ſopitum luxuria reuiuiſceret, ad dolorem ac paſſionem.euentus rẽ comprobauit, ſtatim .n.tentatio omnis,vna cum otio propulſata eſt.

Expellit otia.

Sed cur ad otij fugam, ad libidinis, tot adhibet aculeos,vt mille ſpinis transfigatur? ſupra duas cauſſas attulimus, quas quidem ego potiſſimas arbitratus ſum huius rei extitiſſe; verum & altera hæc eſto:luxuriæ profecto inquinamenta per totum corpus defluunt,partemq; omnem commaculant, ſic etiam tentationis virus vndiq; diffunditur,nil liberũ à contagione ignis. partes per omnes extenditur,& vlcus per totum ſerpit. oportet ergo,vlcus partes quaſlibet quas infecit, curare:ne videlicet iterum mẽbra ſaniora corrumpat:oportet ignem totum extinguere,ne denuo ſurgant,ex ſcintillis incendia. Præmonet hoc Eccl. his verbis *ex ſcintilla vna augetur ignis*, ideſt ſi non extinxeris,vel quaſlibet ſcintillas,ignis denuo concupiſcentiæ exardeſcet. Igitur Benedictus,ut in toto corpore omnes libidinis obiectæ ſcintillulas extingueret,toto uoluit corpore vulnerari;qualibet tormenti pars,quãlibet tentationis partem expunxit. 188

Cur per totum corpus vulneratur.

Eccl. 11.4.

Et verè quid illi prodeſt, cui flamma Venerea multiplici ſurgit ex origine, ſcintillas aliquas tantum,extinguere,vel aliquas omittere?faces profecto luxuriæ accendentur iterum. videtur poenitentia,ignis emori amoris noxij; at occaſio non expulſa, at iterum commercia, iterum verba prophana, ſopitæ ſcintillulæ ſunt ſeruatæ prius,nunc auctæ ad maiores flammas.& occaſio omnis delenda eſt, 189

Qualibet occaſio propellenda lux.

Digitized by Google

eſt,& à ſenſibus omnibus quælibet occaſiunculæ origo propellenda: ex ſcintilla vna augetur ignis .

190 At quando hic ſumus præter poenas, quas ſupra commemorauimus eſſe contra libidines,vt tandem ad vtiliores huius ollæ ſenſus tranſeamus;breuiter nũc, quid infra ſequitur ex præallata ſcriptura conſiderandum eſt. *Et in fine hominis denudatio operum illius* . Probant hæc verba,quæ in ſuperioribus dicta ſunt,videlicet: velo delectationis,mentem libidinoſi obductam eſſe, vnde difficile æſtimat in quod ſe malum,culpa coniectet : liber inter pericula ruit,diſcrimina lethalia non aduertens , vt ſatis ſupra oſtenſum eſt. At quando nota erunt illi,quæ male geſſit,& quod opus plenum geſſerit aleæ,vt ille inquit,periculoſæ? *in fine vitæ denudatio operum illius*: oſtendit in vita opera tecta, atque operta extitiſſe ; at *in fine vitæ denudatio operum illius* , quod nunc tectum mundano habetur honore,quod delectatione,quod vtilitate,quod apparenti bono , quamobrem malitia quod ibi lateat virus &c. non apparent,tunc quidem notum,nudatum , atq; apertum erit .

Velũ quod eſt luxur. tolletur in morte.

191 Iudicum exemplo hoc probatur , qui quodlibet , tempore adminiſtrationis , exequuntur; at in fine:*denudatio operum illius* : diligenter quæcumque geſſere examinantur: vel etiam eorum exemplo, qui bona poſſident Eccleſiaſtica , quæ quidem poſt mortem;Cameræ conſignã tur, & prius quidem videbantur ab illis poſſeſſa , nunc ſubtilius quæcumque ille poſſederat indagantur,& Eccleſiæ applicantur. Ita quoque poſt mortem, inquiſitio operum illius; poſtquam vitam poſtquam munus obierit peccator reperiet opera denudari , & diligenter examinari,& illis tradi,quorum ſunt inuenta extitiſſe . Sicut diuiti dictum eſt : *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paraſti cuius erunt* ? tot bona videbaris poſſidere,ſed cuius erunt quæ paraſti? nil tuum profecto eſt, *& quæ paraſti cuius erunt*? quod ſi nil poſſides , nil te,vt ſaluum faciat ſequetur.ait enim *opera.n.illorum ſequuntur illos* : opera illorum bona ſequuntur illos: *quæ tu paraſti* opera mala *cuius erunt* ? diaboli profecto; *denudatio operum illius*,cum rite expendetur,quid tuum, quid diaboli erit,optime noueris, quæ male geſſeris.Vgo.*intentio operum illius*, vſque intẽtio nudabitur.hypocrita quod recte videbaris gerere, ſed praua captandæ laudis intẽtione,diſquiretur,& nudabitur . cum recte factum omnes prædicabant, dum eleæmoſinis intentus, & operibus iuſtitiæ,tu autem id ambitionis cauſſa præſtabas,hoc nudabitur;*& in fine hominis intentio operum illius*: Atque hic quidem maneat materia quam præſtitit olla luxuriæ,abſoluta.ceterum in bullas eleuari ollam,eſt etiam in ſuperbiam ſe extendere .

Inquiſitio operũ in morte.

Luc.12.20

Apo 14.13

Hypocritæ intentio in morte nudabitur

191 At ſi luxuriam ſimul in olla, & ſuperbiam conſpeximus, & profuſo ſermone luxuriantium affectiones oſtendimus,æquum eſt,vel ſaltim breuiter,uno verbo totam hanc materiã pro luxuria ſumptã abſoluere : fundum diximus, pro facie legi, *& fundũ eius à facie aquilonis*. q̃d ſi in profundo iacere dolis faciei,appetitum,diximus carnalem , ita etiam pari modo de ſuperbo,cum altius eleuatur interpretari poſſumus. videamus hominem poſſe eſſe in fundo per ſuperbiam: Iob *& ſi propter ſuperbiam quaſi leænam capies me* : ſupra ex verbis Gregorij deſcripſimus ſuperbiam leænæ in fouea . prolapſa namq; in foueam,ingenitæ adhuc retinet vitia ſuperbiæ,atque indignũ putat aliquem ad auxilia ferenda euocare rugitu;ſeu viam ſaluti pertentare:qua ſi dedeceat animal regium remedia procurare ruinæ : ita in fouea,inſtrumento venatorum capitur,propter ſuperbiam: recte ergo: *& ſi propter ſuperbiam,quaſi leænam capies me*:ouis oſtenditur in fouea incluſa,vt accurrat leæna,ſed poſtea à venatoribus deluſa,pro oue ac præda carcerem, ac fundum,videt , ſed quare ſit olla ſuccenſa late ſuperius dictum eſt : hic vero ſuperbus Nabucdonoſor dicitur olla ſuccenſa, quia alios in Ieroroſolimitas incendit,vt uerum ſit illud

Superbus iacet in fouea.

Iob x. 16.

Quæ ſaluare poſſunt negligit.

dum

Digitized by Google

dum ſuperbit impius incenditur pauper : ſed ſpiritualiter ad alia tranſeamus.

193 Olla quæ ignis officio feruet, plerumque ſpem ſignificat, *olla ſpei meæ*, nec aliquid proficeret ſpes, niſi igni charitatis copularet̃, & ita Paulus ait : *ſpes aũt non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris &c.* inanis ergo eſſet & vacua olla ſpei, ſi charitate non exardeſceret, nec hoc tantum, ſed quid coqueretur in olla ſuppoſita igni, niſi ipſa aquam contineret ? qua vero aqua; tribulatio deſumitur plerumque in ſcripturis ; recte prius appoſuit Paulus : *tribulatio patientiam operatur, patientia vero ſpem: ſpes aũt non confunditur:* dum autem abſque aqua cibus appoſitus ſpurcaretur, prius aqua abluendus eſt, ſic in ſenſu ſpirituali quaſi cæno ſa eſſet ſpes, niſi tribulationum vndis mũdaretur ; *quamobrem olla legit aquilæ lauacri mei &c. & iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni*, ideo *lauerunt*: quia venerunt ex magna tribulatione. ſpes tribulatione aſſurgit magis, ad id quod ſperát; hæreret remiſſe, iacẽs, niſi tribulatione extolleretur, & ideo : *olla lauacri mei, & iſti ſunt &c.*

Pſ. 59. x. Rom. 5. 5. In aqua tribulatio nis vera ſpes. Apo. 22. 14

194 Hanc vero de quo loquimur ollam, iudæos intelligit Gregorius, his verbis : *iudæorum quippe mens in perſequutione ſæuiens, atque in crudelitate malitiæ vndas cogitationum voluens, quid aliud, quam olla ſuccenſa fuit ? cuius facies à facie aquilonis eſſe dicitur, quia ſi ſe aduerſo ſpiritui per torporem mortis non ſubderet, contra bonos in tanta malitia non exarſiſſet*, quod autem dicit ipſe de iudæis contra bonos, in communi de eiſdem contra Chriſtum affirmari poteſt. Hæc olla Ieruſalem eſſe dicit ſcriptura: alibi magis efferbuit, quando contra Chriſtum iudæi coniurauerunt, *collegerunt pontifices, & phariſæi concilium, vt Ieſum interficerent: & cum commota eſt vniuerſa ciuitas*. Porro olla perfidiæ, atque ſcelerum à facie aquilonis dicitur, & inde maiores flammas emittit, vnde deberet extingui. Aquilo Pilatus eſt, in aquilone Pilatus ſedit, quum maiorẽ ſe filio Dei fecit, dicens : *neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te ?* hic tanquã aquilo, flatus, vt calorem ollæ extingueret, emiſit, ſed incendit magis : dicitur enim, *ſurgens multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum, & cœperunt accuſare:* ecce quando in porticu clamabant, vt crucifigatur ; tunc olla feruens fuit aquilonis, *at ille reſpondens ait: non inuenio in eo cauſſam :* ecce aquilonem exſufflantem, vt extinguat, incendia, *at inualeſcebant magis, dicentes: commouet plebem*: ecce ollam flatibus magis accenſam: *nihil dignum morte actum eſt ei, emendatum ergo dimittam*, & hic aquilo eſt extinguens: *exclamauit voce magna vniuerſa turba : tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam*, & hæc olla incendia nutriens eſt: tamen ut omnis ollæ ſuccenſio manifeſte ex aquilone oſtendatur, poſtquam nullam mortis cauſſam in eo dixit inuenire vocibus clamantibus *crucifige* ex frigiditate auerſæ Pilati voluntatis inualeſcentibus olla ſuccenſa, exarſit : *& ab aquilone*, à Pilato, malum omne ſolutum eſt, quod enim malum iniuſtitia in morte Chriſti, quò cum omne bonum pariter damnatum eſt, potuit præterire ? Dei filius patibulo affigitur, occiditur liberatur Barrabas nocens, ita moritur, damnatur innocens; vita vt à Pilato & finis ſit ortus legis, & templi ruinæ, & Iudaicæ gentis excidium : vt nulla ſit vnquam natio, quæ patrio ſolo deſtituta, patrijs etiam legibus ſeruatis, damnetur : *omne malum ab aquilone*: & licet hæc ollæ viſio, quæ hic a Ieremia primo capite cernitur, illi correſpondeat, cuius meminit Ezech. & oculis ſuis aſpexit, eamdemque iuſſus eſt admodum deſcribere, olla videlicet, quæ victorem dicit Nabucdonoſor, & vaſtatorem iudæorum, quam etiam Regum hiſtoria narrat: hanc quoque nos, ait Hieronymus, poſſe intelligere ſub Tito, & Veſpeſiano: cũ aduenięs Rom. exercitꝰ fame obſeſſã vrbẽ

Ioa. 11. 47 Ioa. 19 x. Luc. 23. Quomodo ex aquilone ſuccẽſa ſit olla iudæorum à frigiditate ignis. Cap 24. Hiero. de deſtructione vrbis Ier. In hac olla deſtructio ſub Tito & Veſpaſiano.

dir uit,ac omnino vaſtauit; quod cum ita ſit,& hoc,flagellis, ac patriæ excidiũ ob Chriſti mortem pertulere Iudæi: merito ab aquilone,Pilato,qui cauſſa,& author mortis extitit,malum hoc omne prolapſum eſt.

195 Rupertus vero vt ſupra diximus de Chriſti nouiſſimo aduẽtu explicat: libet autem denuo eius verba adnotare, vt magis eluceſcat id quod inde eruemus: *ſi: venit iſte Sanctus Sanctorum,vt primus aduentus eius,cunctis etiam recipientibus,& ob hoc filiis Dei factis, paterna, ſit virga correctionis: ſecundus aũt,incredulis,ſit iudicium damnationis:* vt infra: *porro ollam ſuccenſam vidit cùm diceret verbi gratia per Ioannem de impœnitẽtibus:oĩs arbor &c.* eius expoſitionis occaſione viſionem hanc in pſalmo 2. explico: primo dicitur hic cap.1.Ieremiæ, conſtitui te ſuper gentes,& regna,& ſacerdotes,& populos: ne timeas vultum eorum, neque timere te faciam:ibi vero dicitur: *quare fremuerunt gentes,& populi meditati ſunt inania? aſtiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum aduerſus* Dominum, *& aduerſus Chriſtũ eius:proijciamus a nobis iugum ipſorum &c. Dominus ſubſannabit eos &c.* hoc eſt: neque ego timere te faciam vultus eorum. hic: *profetam in gentibus dedi te: conſtitui te ſuper gentes & regna*: ibi: *ego aut conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon montem ſanctũ eius &c.* hic: *antequam exires de vulua ſanctificaui te, & profetam in gentibus dedi te* ibi: *Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te: poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem*: Gerebr. legit: *naſci feci te in lucem: mirabiliter eduxi te vel creaui*; ſic gignere non eſt de ſua ſubſtantia producere, ſed in lucem nouo quodam modo proferre.hic:*virgam* ſequitur: *vigilantem,* ſeu vt alij: *virgã in manu Domini paratã ad percutiendum:* ibi *reges eos in virga ferrea*: eandemque Genebrardus duram inuictamque exponit: *hic olla ſuccenſa* ibi ſequitur:*& tanquam vas figuli confringes.*

Rup.hic

pſ.2.1.

Chriſtus quomodo hic intelligatur.

196 Hæc eſt olla ſuccenſa, quæ non tantum ſuccendi debebat: ſed & confringi: huiuſmodi regnum eſt Chriſti vt virga correctionis imperet, & ollam in qua mors eſt confringat: ollam vero plerumque expoſitores regnum diaboli ſumũt, vt præcipuus author eſt D. Gregorius, & diabolus ipſe vt ſupra teſtati ſumus,per ollam ſignificatur de quo dicit Iob: *de naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ,atque feruentis*; & ipſe eſt *qui ponit quaſi ollam profundũ maris: & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt.* hoc explicato pſal.et.109. cum capite hoc Ieremiæ cohæret: *Antequam te formarem in vtero &c.* correſpondet: *ex vtero ante luciferum genui te:* hic,*cõſtitui te ſuper gentes &c.* ibi:*dominare in medio inimicorum tuorum,*hic: *profetam in gentibus dedi te* ibi:*tu es ſacerdos in æternum. virgam* hic *vigilantem,*ſeu vt vertit Rupertus: *virgam accelerantem, ſeu ad omne opus bonũ excitantem*: ibi: *virgam virtutis tuæ emittet Dominus, ex Syon,* iuxta illud *orietur ſtella ex Iacob,& exurget virga de Iſrael:* hic, *ollam ſuccenſam ego video* alij regem *venturum ad puniendum*: ibi: *confregit in die iræ ſuæ reges*, hic *loquar iuditia mea cum eis,* ibi *iudicabit in nationibus.* Hoc aut Hiero. de populo intelligit exſuſcitato ad fidem Chriſti interpretatur illa verba: *Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum,vocauit eum ,vt ſequeretur ſe?* hæc ſunt ipſius verba: *adhuc contra idola loquitur;& idololatras:illiſque permanentibus in errore,ipſe ab aquilone ſuſcitaſſe ſe dicit populum nationis: ab aquilone .n.exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ:* ad Ieremiam dicitur: *ollam ſuccenſam &c. ſuſcitantur enim ab aquilone mala, vt credatur in eo, qui venit ab ortu ſolis,de quo ſupra legimus: quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum? et in alio loco ecce vir oriens nomen, eius: qui vocauit eos nomine uero ut relictis ſimulacris colant Deum. in Euangelio dicitur: ego ueni in nomine patris, & non ſuſcepiſtis me, alius ueniet in nomine ſuo,& ſuſcipietis eum &c.*

Regnum diaboli in olla.

Iob 41.11

pſ collatus cũ hoc capite.

Hier. Iſa. 41.

Vocatio gentium.

Digitized by Google

197 Olla B.V. ſpei. Ea quæ infra de Beata Virgine ſubijciam occaſione ollæ ſuccenſæ, quoniam a patrum authoritate excerpta ſunt, prætermittere nolui, nec vlterius differre, quandoquidem de Chriſto ſupra mentio eſt, & myſticos ollæ ſenſus attigi; interiecta ergo hac breui expoſitione, ſtatim ad tropologiam, vt noſtri moris eſt, reuertemur. In olla ſuccenſa protectio Beatæ Mariæ agnoſcitur, vt mox probabo; olla, ſpem. pergit quoque Deus idem quod ſupra in alia viſione oſtendere Ieremię; virga enim vigilans, ſeu baculus nuceus, firmitatē vt diximus, oſtendit, ac Ieremia vides baculum, huic innitaris & ſcias deinde me ſuper te vigilare. Nunc autem olla inſpicitur: *ollam ſuccenſam ego video* ſicut in Virga fuſe probatum eſt, quod per flores ſpes habetur, ita in olla: pſ.107.9. hæc namque ſpei ſolet appellari, eſtq; pſalmus: *Moab olla ſpei meæ*, quæ quidem verba ad B. Virg. Amb. de inſt. virg. c. 14.13. Chryſoſtomus referenda eſſe dicit, ea enim cum ex Ruth Moabitide genus ducat, non abſurde Moab vocatur. Sed quare olla, lebes? id quidem ideo, (vti Ambroſius aſtipulatur etiam) quia in ea verbum caro factum eſt, & habitauit: quia in ea panis vitæ Chriſtus decoctus eſt.

198 *Olla ſpei meę*, eſt lebes ſpei noſtræ, ideſt munitio, ſeu ciuitas vndique muris cincta, eſtque ducta ſimilitudo, quia quod intus in olla ſeruatur, vndique videtur teſta cingi; *olla ſpei meę*: quia in ea ſecurus ſiſto; pſ.59.8. idem in alio pſalmo: *Moab lebes ſpei meæ, in Idumæam extendam calceamentum*, cum habuero protectionem Virginis, *in Idumæam extendam calceamentum meum*: Idumæa interpretatur *terrena* eſtque ſententia: terrenas res calcabo, dum ollam habuero ſpei meæ, ero aduerſus, ijs, qui terrena ſapiunt, qui terrenis rebus inhiant, nihil enim terrenum in ijs patitur Beata Virgo, quos protegit; ideoque deſpiciam habitatores terræ, qui luto hærent Qui protegitur à V. ſpernit terrena. cupiditatum; & hoc quoque in Ieremiæ olla ſimili reſponſo affirmatur, dum enim ollā propheta conſpicit, auditur ſtatim: *ab aquilone pandetur omne malū ſuper omnes habitatores terræ*: bonum panditur habitatoribus cœleſtibus, malum terrenis, in eo ipſo quod ad alta ſemper aſſurgat Beata Virgo, eo ipſo formidini eſt ijs qui nolunt à cœno eripi peccatorum, ſic quoque dici poteſt de ijs, qui ſub protectione ipſius cōſtituti, ſecuri, perſiſtūt. Ecce quomodo de virgine hoc in canticis reperitur: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt luna, electa vt ſol terribilis, vt caſtrorum acies ordinata?* Cant.7.9. quid pulchritudini cum bellico terrore, vt dicatur: *pulchra vt luna*, & deinde *terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* conſurgens, vt aurora, pulchra quidem eſt, ſed terribilis: pulchra aſcendentibus in coelum, terribilis deſcendentibus ad ima peccatorum, & nihili tantam protectionem facientibus; terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Ipſa enim ſuos ad ſublimia vult aſcendere, vna ſecum: At obiter nota mirum hoc eſſe: videlicet, quod aſcendat virgo: *quæ eſt iſta quæ aſcendit quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt luna &c.* & ſtatim dicatur: *deſcendi in hortum nucum, vt viderem &c.* non intercludenda Virginis pietas eſt, vt nunquam ad peccatores eam deſcendere dicamus, ſemper alta petere iuſtorum; quia vides hic vtrūque, & eam aſcendentem, & deſcendentem; Aſcendit V. ad perfectos deſcēdit ad peccatores. vtrumque perſoluit: aſſumpta eſt corpore in coelum, ſed ſtatim fauore deſcendit ad terras, ibi præſentia, hic protectione manet: At obſerua qđ in hortum nucum deſcendit, vt videret poma, & mala punica, non dedignatur ad hortum, & ad conualles imas deſcendere, attamen non vt videat ſpinas, & vrticas, eos videlicet qui obdurati ſunt, & eius protectionem ſpernunt; ſed eos, qui etſi nullos in præſentiarum fructus habent, habent vero flores, vel aperient flores, vt poſtea fructificent: *vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſent mala punica*. Sed ad priora *in Idumæam extendam calceamentū meū*:

calcabo terrena, ſpe,imo protectione virginis tutus,ac fultus. At hic non poſſe mihi videor ritè præterire, quam ſit protectionis hæc olla,quamue fauoris, atque vtilitatis; male quidem illi cedit, qui extra illam poſitus eſt, nec dono be beneficioque, ac tutela fouetur venuſtè hoc in ijs quæ adijciã adnota, vt deinde exiſtimes quam ſit animæ perniciosſum, hac Virgine carere.

A bſentia Virginis vrbs aiæ debilitat.

199 Tuta ſunt omnia in vrbe, quæ habitatur à rege; nemo inſidias machinatur regali obuius potentiæ, illuc enim populorum frequens diſcurſus,& munimẽta opportuna ad ciuium incolumitatem; ſolius regis aſpectus terret hoſtes;at vero ipſo diſcedente,inimico non adeo reſiſtere poteſt; quamobrem vt nocturno hoſtium minime ſubijciatur incurſu, vt ſecura conſiſtat, milites aduocat præſidiarios,roborat copias,ea cõfirmat quæ ad reſiſtendum non adhuc valida arbitratur. Itaque regis præſentia quieſcebat in pace,cum aduerſus rex hoſtilẽ animũ ac robur frangeret illiusabſentia,ſi cupit in pace ſeruari,nullius imperio ſubijci, munire ſeſe oportet,regiſq; defectũ militũ copijs compenſare. B. Virgo ipſa regina eſt,mater regis, eius potentiæ, quæ tartareas legiones ab vrbe eccleſiæ ſolo tantum expelleret aſpectu,dum in terris morabatur,continuæ fuit protectioni, hoſtibus terrori,& viſa eſt quaſi in vrbe regnans præſens adeſſe ſemper inſidijs obuia infernalibus: & vero (vide quid amiſerit tunc vrbs hæc abſentia tantæ virginis) cum diſceſſit euolans ad ſupre ma coelorum,terror quodammodo nos inuaſit,omneſq; metus inimici irruere (non dicam ego quod deſtitit in coelis ante Dei aſpectum eccleſiam defendere quinimo maiori tunc cæpit protectione ſuos, ac etiam peccatores, contra inſidias omnes venenati ſerpentis tueri, ſed hoc ideo dico vt probem ex priuatione quodammodo,quid virgo, protectione poſſet)En virginem abſcedẽtem, aſcẽdentẽq; ad coelum: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& turis, & vniuerſi pulueris pigmentarii?* aſcendit ſumma virtutum(quinta eſſenza) virtutum omnium, *& vniuerſi pulueris pigmentarii:* quid faciet eccleſia,filij,fideles, ſerui? *en lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi,vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos:* lectulus hic eccleſiam denotare poteſt;habet id Ambroſius;eſtque idem,ac lectulus floridus de quo ſupra: vt abſcedit Maria, robur, pax,ſecuritas diſcedit etiam, quamobrẽ cuſtodes militeſq;cogit eccleſia,& quod ipſa defendit, nunc ſexaginta ad bella doctiſſimi armis onuſti,tueantur: *propter timores nocturnos:* cum abeſt virgo, ideſt cum eam non retines, timoris ſuccedunt nocturni,& hoſtiles inſidiæ; peruium omne inimicis eſt,quod vacuum à protectione virginis inuenitur; *vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos:* explica hoc de anima ex qua abeſt,ſed ad pſalmi verba: *in Idumæam extendam calceamentum meum*.

Aſſumptio B.V.

Cant.3.6.

pſ.18.ſer 6.

Poſt aſſumptionem timores ſuccedunt nocturni. & quare.

Hebræum verbum *rabaz*,apud Chaldæos ſignificat *bathan*,ideſt ſperare; ſecuro,& confidenti animo eſſe; ea enim ipſa eſt,quæ ſpes noſtra eſt,& inqua ſecuro animo tranquilloue quieſcimus. Sed quid commune lebeti,& ſpei?commune quidẽ,quia *Sir* lebes & *Sur*,quo nomine *rupes* & *arx* vocatur, ſimiles voces ſunt. Per lebetem ergo,arcem intelligit,quamobrẽ recte nunc liquet,quod rupes ſit,& arx noſtra,Beatiſſima Virgo, Arx munitiſſima, atque rupes altiſſima, quo accedere hoſtes non valent, ſuper rupes namque ædificatæ ciuitates, altiſſimæ ſunt:talis ea eſt B. V. *fundamenta eius in montibus ſanctis*, quæ ſuper altos montes fundamenta locauit: Enimuero per ollã vrbs intelligitur, vt habet ſcriptura,& admonet Hiero. ait ergo Ezech. *væ ciuitati ſanguinum, ollæ cuius rubigo in ea eſt* alibi: *Hæc eſt lebes nos autem carnes* paullo infra: *propterea hæc dicit* Dominus Deus: *interfecti veſtri quos poſuiſtis in medio eius,hi ſunt carnes, &* 200

B.V. arx rupes, & vrbs.

pſ.46.1.

hæc

hac eſt lebes:Infra quoque, *hæc non erit vobis in lebetem,& vos non eritis in medio eius in carnes*:conſilium Ieroſolymitarum hoc erat; in hac ciuitate conſeruabimur, vſque quo moriamur, ideſt vſque quo carnes excoctæ auferantur à lebete,nemo nos ab Ieruſalem extrahat; Olla vrbē ſign. at Dominus hoc negat,inquiens, *hæc nō erit vobis in lebetem,& vos non eritis in medio eius in carnem*:ideſt de ciuitate iſta abducemini ante ſenectutē. Ergo cū hoc ſit,& rupes,& arx dicitur B. Virgo & ciuitas,vt omnem protectionem inſinuet.eſt quidem turris fortitudinis à fa-

Cant. 4.4. cie inimici.Ea quippe collum ibi dicitur habere ſicut turris;*ſicut turris Dauid collum tuum, quæ ad ficata eſt cum propugnaculis,mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium:* Ipſa quidem dicitur collum eccleſiæ, per quod veniunt diuinæ influentiæ à capite Chriſto, media ipſius protectione dona cœleſtia ſē timus;quod ſi protectionem dixeris,turrem eſſe,recte cognoueris quid ſit, ollā protectionis,arcem,vrbemq. ſignificare: *Moab lebes ſpei meæ &c. mille clypei pēdent ex ea,omnis armatura fortium*: ſupra dictum eſt ideo clypeos in hac turri videri,vt inde protectio inſinuetur: clypeus enim tutelam protectionemq; ſignificat,eſt turris ornata clypeis:defendit,protegit,non offendit.

Georgius ven. cant. 3. con. 8 c. 10.

201 Symmachus: *lebes confidentiæ meæ*, eſt lebes Spiritus igne accenſa; feruent intus virtutes,& adeo ebulliunt vt ſupra labia diffundātur: *diffuſa eſt gratia in labiis tuis*, adeo plena virtutibus eſt, & gratia,vt redundet in os,in labia:*diffuſa eſt gratia in labiis tuis:ſicut fragmen mali punici ita & genæ tuæ:* rubicundæ genæ propter colorem internum; intus.n. ignis charitatis,& virtutum omnium ſeruatur, & ideo: *ſicut fragmen mali punici,ita & genæ tuæ,abſq; eo quod intrinſecus latet:* & ideo: *diffuſa eſt gratia in labiis tuis*: illud quo te repleuit Deus, ſupereffluit vſque ad labia: erat enim ſuper plena,& ſuper effluens vti ait D. Bernardus.

pſ 44.3. Cant. 4.3. B V. ſuper effluens,& ſuperabundans.

Lebes autem tunc ebullit magis,tunc feruet, cum excoquendi cibi apponuntur,maiori feruore ebullit, & ex ſuppoſito igne,ardore,magis feruet. Tunc autem B.V.ardentior fuit cum ſanctiſſimū myſterium incarnat. in ea perficiendum exhibitū eſt,& qdē etſi antea Spiritus ſācti faces diuinas haberet; tunc igne caloreq; diuino abundauit magis: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te:* licet prius venerit, nunc ſuperueniet: tunc autem ſuperueniet,cum Verbum caro fiet.

Agellius vertit: *in Idumæam extendam ſubligaculum meum*, ideſt ſic eos vinciam,& ligabo, vt ſolea pedibus ſubligatur,& fibula adſtricta tenetur.Porro vti ſupra diximus, qui gaudet Virginis patrocinio,recte dicere poteſt: *in Idumæam extendam calceamentum meum*: *ſubligaculum meum*, calceamentum; pedes [gli darò vn calcio] eos calcabit ac proteret qui inſidiantur, deſpiciet omnia,quæ noxia ſunt,& animæ ſaluti aduerſa; fortaſſis ad exemplum ipſius Virginis,de qua dictum eſt: *tu inſidiaberis calcaneo eius,ipſa conteret caput tuum*: inſidias abijciet pede, conteret calceo, ſic: *in Idumæam extendam calceamentum meum*:repellam Virginis ope tutus, inſidias omnes;& mundana conſignabo mundo,*proijciam calceamentum meum:* vt fieri viliſſimis ſeruis ſolet cum calceamentum detergendum datur: habebo mundum ſubiectum,& pro ſeruo,addictus tantæ virginis ſeruitio: *proijciam calceamentum meum*: longe à me quod terrenum eſt, calceamentum enim ſemper terram tangit abijciam: quia Virgo hæc non admiſit terrena: igitur vt ſoluar & liber ab omni mundi contagione euadam, quod in me repeiiam terrenum eſſe abijciam, & inde, ſequitur.

202 Calcat dæmones qui protegit B.V

Calceamētum proijcit terrenum qui a B V. cuſtoditur.

Mihi alienigenæ ſubditi ſunt: ex hæbr. *ſuper Philiſtæos vociferabor*, hoc victoris eſſe ſolet *ſuper Philiſtæos vociferabor*, iam ergo de hoſtibus meis Philiſtæis infernalibus triumphum reportabo,virgineo tutus ac fultus auxilio, ideo Philiſtæos ipſos ſubſannabo, concla- 203

Digitized by Google

clamabo, vociferabor: fiducia enim mea olla hæc erit ſpei, Beatæ Virginis: ſed ex Ambroſio teſtante in multis codicibus, pro olla ſpei *lectum*, *& aulam* haberi ſpei aduertimus, quæ eſt ipſa ſpes, quæ aula? lectulus, vterus dicitur Beatæ Virginis, in quo quieuit Chriſtus, vti idem Ambroſius, loco ſupra citato: lectus ſpei noſtræ, merito dicitur venter virgineus, quia ibi ſpes noſtra quieuit. Et optime nouerimus quid illud innuat (hac habita verſione) nempe: *venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis*: apertiſſimum eſt lilia ſpem denotare, vt pluries obſeruatum ex Pierio eſt, de lilio, habetque Virgilius in hunc ſenſum.

de inſtit. virg. c. 12.

Ambr. pſal. 118. ſer. 4.

Cant. 7. 3.

Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis

Igitur vides in vtero ſpem, lectum ſpei, ſed: *ſicut aceruus tritici*; *uallatus liliis*: triticum Chriſtus erat, *niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c.* ſane ipſe Chriſtus videbatur plenus ſpe noſtra, *lectum ſpei*: aulam etiam *ſpei*: alludit ad virginale clauſtrum, liliis etiam diſtinctum, ad vterum qui ſpem noſtram geſtauit. At vt hoc abſolutum maneat, meritò: *lectum* illum diximus, *clauſtrum*, *ollam ſpei*, quia omnino Mater eſt Sanctæ ſpei noſtræ: *Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.*

Ioa. 12. 24

Eccl. 24. 24

204 Valentia, *ollam ſpei* exponit *refectionem ſpei*, ex eo quod de terra Moab veniebant omnia victualia Ieruſalem. Enimuero quod bonum extitit, quod per virginem, de virgine, non deſcenderit? ipſa eſt, quæ miſcuit vinum, & poſuit menſam, & miſit ancillas, vt nos compellerent ad conuiuia: *refectionem ſpei*, quia ſpem ipſa noſtram attulit; fame conſumptis refectionem attulit ciborum, vnde de ea dicitur: *facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum*: *panem* inquit *ſuum*, quẽ in vtero geſtauit; maiori quidem ratione ſuus dici poteſt, ſed ad nos detulit etiam, & continuò materno dono largitur.

B. V. mater ſpei.

Pro. 31. 14

Olla ſuccenſa pro Murmuratione.

POſt virgam vigilantem, poſt vigilãtiam optimi paſtoris, poſt iuſti formam, ſtatim ſequitur olla ſucenſa, murmuratio, ora venenata murmuratione laxantur. Merito autem fœdæ ollæ nomine appellantur ii, qui conuitio verborum, proximorum laudes obſcurant, *infirmiorem etenim*, ait Auguſtinus: *contra nos proximum excitat*, qui nulla virtute perſpicui ſunt, ne inferiores cœteris videantur, illos, quoad poſſunt deprimunt; ſicque murmuratio infirmitatem improbitatemque indicat in eo, qui detractor eſt, & ſuſurro. 205

Infirmior murmurat

Porrò ollam dicit, & ſuccenſam; olla denigrat, & cõmaculat, & ebullit: quas ego in iſtiuſmoni hominibus conditiones reperio, cum præterea in hac Ieremiæ olla, nihil extiterit, vt inquit D. Thomas: *nihil in olla*: & quoque nullo nutrimento ignis ſuccenſionis fotus & nutritus fuerit, præter rigores aquilonares: Viſa ergo virga vigilante, quid appa- 206

Non hēt murmura tionis ig nis pabulū fuerit, præter rigores aquilonares: Viſa
ergo virga vigilante, quid apparuerit,
ſubiunctum eſt: *ollam ſuccenſam ego vi-
deo, & facies eius à facie aquilonis:* dein-
de: *ab aquilone pandetur omne malum*:
proteſtatur ſtatim pandi ab aquilone o-
mne malum: illico olla murmurationis
ebullit, ita, vt videatur, quod malum di-
ctum eſt, à diabolo promulgatum eſſe;
quis hominum ſcire poteſt, quæ plene
ore effundit ille, cum virtus, & merita
probum hominem ad altiora promo-
uent? repetit murmurator, quæ ille
quondam admiſit mali, ea ſane, quæ
quodammodo à memoria hominum
receſſerunt, quot maculas habuit in ho
mine, dedecus famlæ, vitæ quondam
notas; non ea commemorat, quæ virtuo-
ſa, ac magna cum laude peracta extite-
re, ideo merito audis. *ab aquilone pande-
tur omne malum*, *omne malum* primo,
quia diabolus non homo videtur, ea
inueniſſe, deinde *omne malum*; quia ſu-
Suſcitat malum, de primit bo num. ſcitat malum, bonum deprimit. Quod
autem olla viſa ſit ſuccenſa, igne, qui
nullo pabulo ſeruabatur, hoc idem ex-
plicat, quod hucuſque dictum eſt, & ma
ius quoddam indicat, nempe quod qui
murmurat, ignem accendit, nec quidem
nutrimenta præbet; nulla enim materia
murmurationis adeſt; inuidia ſubmini-
ſtrat, quod ſuſurret. Eſt ignis infernalis,
qui ſemper torquet, qui præter peccata
pabulum non habet. Itaque vides ignē
ollæ murmurationis, ſemper manere,
& abſque materia augeri, eſſeque ignem
atrociorem quolibet igne, ſimilem illi,
qui damnatos torquet, & merito: os e-
nim murmurans, veluti os gehennæ. Vi-
des etiam ſub nomine nigræ ollæ ex-
preſſum hoc vitium, ea ferme opinor ra
tione præter alias, quia cum quis tangit
Ignis gehē næ, ignis murmur. ollam ſpurca illius nigredine inficitur,
ſic etiam, qui ſuſurronibus adhæret, qui
conuerſatur, qui familiariter agit, mur-
murationis damna ſentit, & eiuſdem
Iac. 3. 7. ipſe vitij particeps eſt. Hæc duo probat
Iacobus, hæc habens: *lingua conſtituitur
in membris noſtris; quæ commaculat to-
tum corpus: & inflammat rotam natiui-
tatis noſtræ, inflammata à gehenna*:
ecce deſcriptam ollam ſuccenſam; de-
nigrat corpus, & inflammat rotam na-
tiuitatis noſtræ, quos ſocios habet, de-
nigrat, iiſdem murmurationis imbuit
qualitatibus, ſed commaculat eos, quos
verbo tangit, obſeruat laude conſpi-
cuos, fulgidos, obſcurat commaculat,
atque denigrat. Deinde *inflammata à* Olla mur mur. deni grat famā.
gehenna: olla ſuccenſa, ſed non qualiſ-
cunque ignis, eſt ille gehennæ inferna-
lis, ignis non ſuccenſus à vitio illius, cō-
tra quem ardet. Ignis infernalis, qui æ-
ternus eſt, ſcilicet quos ſemel comburit
detractione, eos in honore, & fama per-
petuo conſumptos dimittit irreparabile
quodammodo malum, & damnum
prorſus infernale: ſimile quid ergo ex
vulgata illa ſcriptura Dauid, vt hoc pro Pſ. 13. 5.
bem afferam, nempe *ſepulchrum patens
eſt guttur eorum.* Videris principem o-
mni decore ornatum; mortem occum-
bit: paratur funus: regali pompa ipſum
magnifice deferunt ad ſepulchrum: pau-
cis poſt diebus vermibus eundem ſca-
tere comperies. Quare hoc, vbi quæſo
gloria principatus, veſtes auro, gemmiſ-
que diſtinctas? corpus omni elegantia
excultum? At reſpondebis, inter ſepul-
chri tenebras, inter confoſſa cadauera,
cadauer ipſum quoque computruit, ac
vermibus roditur, ac conſumitur. Quid
autem mirum eſt, toto miſeriæ appara-
tu appeti corpus à dira vrna exeſum,
ſæuientis corruptionis morſu laceratū?
At inquam ergo quid mirum eſt, homi-
nem, virtute præſtantem, probitatis lau-
de inſignem, fama egregium, ab omniū
exiſtimatione excidere, prorſus deſpici, Sepulchrū
& ad inanem fortunam proiectum eſſe, conſumēs
& fama deſtitutum, quaſi mortuum
cadauer exiſtimari, ſi in ſepulchrum in-
cidit, in os murmurantis? talia inueniun-
tur in ſepulchro. Dauid hoc pulchre
in Pſalmo: *ego ſum vermis, & non homo,* Pſ. 21. 6.
opprobrium hominum, & abiectio plebis:
videor ad corruptionem deſcendiſſe, ſi-
milis illis, qui in ſepulchro putreſcunt,
qui vermibus hinc inde emanāt, *ego ver
mis, & non homo, opprobrium hominum,*
&

& abiectio plebis, abiectus, ſicuti illi, qui in ſepulchris morantur, deſpecti, quos quidem tranſeuntes horrent: Et quare hoc Dauid? reſpondet ſe in ſepulchro oris peſtilentialis concluſum eſſe, quia murmurantium hominum calumnias euadere non poterat: *omnes videntes me, deriſerunt me, loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput*: & manifeſtius infra: *aperuerunt ſuper me os ſuum*: eorum, qui ora habent, vt ſepulchrum, agor conuitio condor in ore, in ſepulchro: ergo iam videor corruptioni traditus.

207 Dan. 3. 32. Parum hoc videtur eſſe, niſi etiam lingua inflammata à gehenna, ignis detractionis, vſque ad cinerem, quos tangit, eloquio conuerteret. Ad quod probandum, illud quod à Daniele ſcribitur, mihi ſufficere videtur, ſcilicet, ſtatua illa proceriſſima, metallorum varietate inſignis: Huius ſcribit caput aureum fuiſſe; pectus argenteum, corpus æreum, pedes fictiles; in tota ergo ſtructuræ diuerſitate, virtutes omnes includuntur, vtpote charitas, candor, & puritas, fortitudo, longanimitas &c. At in pede fictili terreni affectus exprimuntur, & ex hoc ſane edocemur, quod licet virtutũ fere omnium comparatione ſit aliquis eminentior; attamen, quamdiu hic ſumus, ſemper defectus aliquos admittimus: pedes habebat terreos. i. terræ proximos, contraxerant terream qulitatem; ſemper enim nos ad terrena conditio noſtra deprimit: *corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam*. i. trahit ad terrena: Porro cum hæc ita ſint, fertur lapis abſque manu abſciſſus à monte, qui percuſſit ſtatuam in ea parte, quæ infirmior erat: *& comminuit eos, tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs: argentum, & aurum*: in hoc lapide murmurationem Hieronymus intelligit, & Ambroſius: adduntque neminẽ debere in auro, vel argento, vel ęre, id eſt in virtutibus omnibus confidere, vnde arbitretur à murmuratione ſe immunem ſeruare; vltimam partem, debilem, infirmã tangit murmuratio, eam, quam & debilem videt, & qua contrita, ac diſſoluta poſſe ſperat molem ædificij euertere; *& contrita ſunt pariter, aurum, argentum, æs &c.* vertit in puluerem, ſepulchrum hoc, quos murmuratione recipit: lapis ita conſumpſit ſtatuam, vt ad nihilum redegerit: *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus*: ſponte abſciſſus eſt: nulla cum manus abſcidit, & gratis ergo, & ſponte murmurat lingua; quis præſtitit occaſionem? nemo quidem: *abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus*: Ita quoque inſpecta virga vigilante: ſeu rege, vt alij, feſtinante, ſeu virga amygdalina florida, ſiue, vt ſanctus Thom. virga in manu Domini: ebullit ſtatim, olla ſuccendit, exſufflante aquilonari: Quod ſi quæras, quid decoquatur in olla? nihil, vt diximus, & quare tot incendia? & apparatus ebullitionis? ideo profecto, quia hæc murmurantium conditio eſt, vt obloquantur inania, & licet ferueant, nullam cauſam habent, quare id faciant, *ſine manibus, & nihil in olla*: & recte vides hunc ignẽ accenſum ab aquilone: *& facies eius à facie aquilonis*: ventus enim frigidiſſimus inuidiam indicat; nil ergo vitium hoc alit, præter inuidiã, torpet charitas à rigore aquilonico, & ira accenditur: *ab aquilone pandetur omne malum*: Hoc oſtendebat Deus Ieremiæ hac viſione: vide ollam ſuccenſam Iere. ſcias te patere, tot donis auctum, obloquentiũ murmurationibus, ſed etiam ſcias gratis illos te lingua appetere. hæc enim conditio eſt huiuſmodi hominum; vt, etſi nihil in homine iuſto aſpiciant, murmurent tamen. Aduerte autem hoc incendium ab aquilone excitari, ab inuidia, à diabolo, coniuraſſe quoque contra te infernum, vimque omnem in murmuratione poſuiſſe, armaſſe proinde alumnos ſuos lingua, adeo tibi inſpecta, ac cognita ſint linguæ mala, cum modo tibi ollam ſuccenſam oſtendo: Verum tu ne timeas, quia, etſi grauis erit hæc perſequutio, tecum ego ſum, vt liberem te; ſicut ij, qui te diſcerpent dente murmurationis, diabolum habent adiutorem, & propitium: *& facies eius à facie aquilonis*: Hæc autem

Redigit in cinerem.

Murmuratio nemini parcit.

Quare abſciſſus ſit lapis ſine manib.

In olla nihil erat.

tem extitit contra Ieremiam perſequutio linguarum venenatarum, Vlterius enim hoc deſcribitur in Ieremia; videlicet, quod inito conſilio, & quid aduerſarij Prophetæ gererent, vt Ieremiam è medio tollerent? concluſum fuit, vt illum lingua appeterent, atque ferirent: *Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes; non enim peribit lex à ſacerdote, neque conſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta: Venite, & percutiamus eum lingua:* hoc offenſionis genus, ij, qui ad mortem Prophetæ conſpirabant dirius, atque crudelius inuenerunt, propterea neceſſe erat prius admoneri.

Murmuratione appetitus Ier. Ier. 18. 7.

208 Expende quod ſequitur: *ab aquilone pandetur omne malum:* diximus ab Aquilone, ollam hanc ſuccendi; ſcilicet ab inuidia. Et quidem cenſerem ego Apoſtolos, non dum confirmatos, aliquali ęmulatione actos ſuſurraſſe in Ioannē dilectum à Domino: *exijt ſermo* inquit Euangeliſta *inter diſcipulos quod diſcipulus ille non moritur; & non dixit Ieſus: non moritur* vnde quæſo hoc inuētum, moritur, non moritur, præſertim, cum proteſtetur Euangeliſta hoc nequaquā dictum eſſe? ab æmulatione, à longe, ab aquilone, nulla mente cogitante inueniuntur quædam eſſe dicta, facta, quæ non niſi aquilo cogitaret, & inueniret: *exijt ſermo inter diſcipulos, quod diſcipulus ille non moritur, & non dixit Ieſus: quia non moritur &c.* Præterea *pandetur omne malum:* ſtatim olla ſuccenſa apparet, omne malum pāditur, tot enim mala affert lingua, dicente Iacobo ad noſtram ſententiam, *& lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis:* eſt omne malum, incendio, malum, quod ſecum ducit depopulatur omnia: vnde illam, idem ſtatim ſupra, igni ſiluam comburenti comparat, *ecce quantus ignis, quam magnam ſiluam incendit:* exurgit murmuratio, foedatur fama, odia exſuſcitantur rixæ, homicidia, ſicque ſiluam incendit ignis, mala omnia ex lingua noueris: ſeu dixi ſupra *omne malum pandetur* quod malum, ac damnum inferre poteſt, hoc etiam exſuſcitatur à murmuratione. atq; hoc indicat vt bonū omne obſcuret, ſicuti ſupra etiam malum pedum appetijt lapis exciſſus à monte, quod comperit infirmum percuſſit, tranſiens ab auro argento atque ære corporis.

Ioa. 21. 23.

Iacob 3. 6. murm. affert oē malum.

209 Eum cui fauebat princeps, q̃ erat inſignis in aula, virtutū oīum ſplendore cōmēdatus: qui gratiā merito Dñi obtinuerat, cū videris à gratia excidiſſe, eiectū, ad maximā egeſtatē deſcendiſſe, ſi quæras quomodo & quare malū hoc cōmeruit đ turbatus, ad vltimā miſeriā? dicam ego *ab aquilone pandetur omne malū*: socijs ebulliētibus murmuratione, prodijt malū hoc omne ab aquilone: ſimili hoc qđ dixi manifeſtum fiet: Medicus cū ægrotum videt ſtomachi repletione, vel etiā capite laborare, ex pluribus ſimplicibus, vt aiunt, ſeu herbis medicinalibus, pharmacū cōpoſitū iubet illū bibere, ſicq; hauſto pharmaco, quod crudū, quod durū erat, quodue noxij humoris euacuato, liber, ſolutus, atque ſanus euadit. Ita etiā, vt quod ſupra notaui iterum repetatur, erga aulicum probum, ac fidelem, bene ſe gerentem videtur princeps affectione, atque dilectione repletus eſſe. ſemper illum ad altiora permouet, adhibet ſæpe ad ſui colloquia: & vno verbo italicè (hà humore col corteggiano) at accedit medicus, ſuſurro, detractor, videns que in graue damnū coeterorū vergere vnius gratiam, humorem illum principis, potione, medicina, ſimplicibꝰ q̃bus dā euacuare ſtatuit. mēdacia multa cōgerit (hæc sūt ſimplicia) adinuenit multa, v. g. qđ inſidias pararit principi, qđ in graue cōtumeliā plura ille verba effutierit, qđ furto ſit inſignis, qđ earū, q̃ in aula sūt honorē maculauerit, qđ ſępe is extitit inuidiæ & libidinis fama notatus, & ea quidē quæ aquilo ſugerit infernalis; ſicq; ex his ſimplicibus compoſitam potionē medicus ſuſurro tradit principi, q̃ humorē omnē, dilectionēq; euacuat. en in lib. pro. *verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima vētris:* quare excidit ille a gratia principis? quia ſuſurro pharmaco ſuo affectionem om-

Detractor medicus.

Simile.

Dat potionē & quomodo.

pro. 26. 22

nem aduertit,quis hoc præſtitit? præſtitit murmuratio, malum hoc fuit à murmuratione: *ab aquilone pandetur omne malum.*ſed adde,*& ipſa perueniũt vſque ad intima ventris.*

210 Medicinam ſæpe euomunt aliqui, qui debiles ſunt ſtomacho, qui nauſea coguntur: at verba ſuſurronis perueniũt vſque ad intima ventris,ne timeas verba illa effectum minime ſortiri,pertingunt vſque ad intima,conuolunt omnia, ſecreta luſtrãt,donec quod gerendum ſit pariant.verba ſuſurronis non ſuperficie quadam fucata cõtenta ſunt ſed [giungono infino all'oſſa]. Adde modos omnes quibus dat potum huiuſmodi medicus detractor,in aureo calice,res adhibet,quæ ſaporem retineãt, ne offendatur ab amaritudine pharmaci de amaritudine ergo inter ſuauia verba abſcondit:dicit ſe id zelo præſtare atque ſimplici affectione, conſcientia mordente, ad id peruenire,nullum ob id premium exigere,omnia, ſancta iuſtitia, vt locum haberet,perſoluere. Vel etiam: *verba ſuſurronis quaſi ſimplicia* (hoc ad ſaniorem litteræ ſpectat intellectum) abſque dolo prolata videntur,ſimpliciter, vt nõ aduertat is,qui audit, hoc ex animo aduerſo,atque inimico proceſſiſſe. ſimulata ſuſurronis ſimplicitas, peruerſam aliorum æquat duplicitatem. Si tranſeũtem illuc aliquem videt cuiuſipſe mores & vitam carpere cupiat,genus,honorẽ. ne ſtatim prorumpat ipſe, ne nouerint omnes,quo animo id faciat, interrogat, & quis ille ſit? quo genere ſit ortus, cui ſit matrimonio copulatus, res illas interrogatione commemorat, quæ aliquo modo nota aliqua maculatæ ſunt, pro certo habens ſermonem ad dedecus illius conuerti ſtatim, & ipſe deinde fama ſe id ſcire autumans,quod ſubiungit,inflammata lingua,honorem vitamque illius vel accendit in puluerem reducendam contumeliæ, vel conſumit. Sic quoque videtur prius aquilo extraneus,qui non poſſit ollam murmurationis,ignemque ipſius, niue aquilonica, fouere,ſed ſtatim: *ab aquilone pandetur omne malum:* ab hoc qui ſimpliciter loquitur, & quidquid ſit,fingit non aduertere, malum omne,qud præſefert murmuratio,panditur. Sic habes in pſ. *qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala aũt in cordibus eorũ:* vultu ſubridentes,retinent in corde malitiã, nẽpe: *facies eius à facie aquilonis:* ecce vultum pacem hilaritate promittentẽ, ſed *ab aquilone pandetur omne malum:* ecce mala,quæ habet in corde:Alibi Dauid egregiè vim linguæ inſinuat, murmuratores inquiens,ſimiles illis eſſe, qui vt urbem expugnent,machinas aduerſus dirigunt, & tormenta,circũdant milite, deinde expugnant.primo.n.à lõge quis exerit linguam,& verba dirigit aduerſus aliquẽ, inſtituit orationẽ, deinde excuſationes omnes damnat,vt proxime,& libere criminetur; deinde vrbem famæ, & honoris expugnat,data ſententia contumeliæ:ecce primã:*loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa:* ecce obſidionẽ: *ſermonibus odij circumdederunt me*: ecce facilẽ expugnationem,& euerſionem:*& expugnauerunt me gratis*:ſicq; incipiens à leuioribus,peruenit ad ruinam. Neque incongruit linguam tormento illi bellico aſſimilare,quod quidẽ paruum eſt, ſed arcẽ ſub qua ponitũ euertit: vulgò *pittardo:* vnde S.Iacobus: *lingua modicũ membrum eſt:* ſed quid quæſo ſtragis affert? *magna exaltat* famã,vitam &c.diripit & in ſublime ad ruinam exaltat.

211 Saul in cuneum incidit prophetarum,prophetans etiam ipſe; hoc vero egrè ipſi tulere,ſed cum nemo reprehẽdere potuiſſet, quod ipſe gerebat, ad genus, & proſapiam vertenda erat murmuratio: igitur ex eo quia ex obſcuro alioqui,patre,qui curã gerebat aſinorũ ortũ ducebat,vt ideo eſſet in deriſũ,qua ſi ſimpliciter interrogãtes *reſponditq; alius ad alterũ dicẽs,quis eſt pater eius?* ergo,prius aduenientẽ iſto,iã ſtatim cõclamatis,*quæ nũc res accidit filio Cis?* ſi nouerũt pleriq; ꝙ filius eſſet Cis,cur alij interrogãt,& qs eſt pr̃ eius? murmurãtis hoc eſt,nõ rogãt quis ſit noĩe;ſed cõditionẽ:reſponſum optat murm.ꝙ ſit Saul filius

optime euacuare facti murmuratio omnia.

Ars murmurantiũ.

Simulatores ſunt.

Vrbem famę quomodo euertit.

Lingua tormentũ bellicum.

1.Reg.x.11

filius illius, qi curam habet aſinarum, vt in prouerbium vertatur, quod is, qui quærit aſinas, prophetet. Nota quoq. quod inuidi de prophetia originem quærunt, & genus, vt inde ꝓbes, quod non bonum in medium affert, ſed omne malum, aquilo; *ab aquilone pandetur omne malum*: quærit murmuratio, quæ infirma ſunt, quæ ima, quæ obſcura: alioquin debuerant Saul in eo ipſo reprehendere, quod neſciret prophetare, quod vita exercitio non reſponderet, quid cum nobilitate prophetia? & tamẽ *quis eſt pater eius? Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia:* Ars etiam maxima ſuſurronum eſt, vt eos, quos deprimere velint, ſub ſpecie laudis deprimant, & lingua vulnerent, vt pluries in Euangelio comperimus factum à Iudæis: laudando ibi hoc modo: *Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces:* ſed proteſtatur Euangeliſta, quod nequam iſti homines acceſſerunt, vt caperent Ieſum in ſermone: ſed non ſolum de ijs inquam ego, qui ſanctos, qui irreprehenſibiles carpere voũlt, ſed de ijs, qui vitia, & crimina alicuius nudare intendunt alicui, & timentes, quod ab inuito audiantur, dum murmurãt, & proximum criminãtur, ideo crimina laudibus tegunt, vere equidem noui ego illum ad amicorum officia feruentem, illius me loquela capit, ſi tot virtutes his vitijs non obtegerentur, & propulſarentur, nunquam ego hominem prudentiorem repeꝛiſſem; ſicque plus laudando nocet, quam feriendo noceret: ſic quoque habes in olla, quod faciem haberet ad faciem aquilonis, mutuus hic cernitur facierum aſpectus, ſed quare? vt mala omnia pandat: *Ab aquilone pandetur omne malum*: poſtquam faciem laudis conuertit ad ollam, ad illum, qui vas eſt fictile, culpa aliqua notatum, qui ſuccenſus eſt vitio, arbitratur impune ſe poſſe vitia illius propalare: *ab aquilone pandetur omne malum:* Salomon hoc egregie alia comparatione: his verbis: *quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia, cum corde peſſimo ſociata*: vas fictile, proximus, terrenum quidquam habens adiunctum, culpas aliquas habens; argento autem ornatur hoc vas, cum accedit murmurator, & orationem contra ipſum à laudibus incipit, ſed argento ſordido; plus enim detrimenti, quam ornamenti habet hoc: argentum inquam ſordidum, non expolitum, purum, & ſimplex; ſed inter foeditatem detractionis maculatum, & ſordidum ſic *labia tumentia cum corde peſſimo ſociata*: habet labia tumentia, qui verba laudem redundantia componit in honorem alterius: qui ſe iactat, præ omnibus amicum eſſe, & optime virtutes illius notas habere, ſed *labia tumentia cum corde peſſimo*: quia id, ea præſtat intentione, vt quem laudet, deprimat; laudes lenocinantur murmurationi, & contumeliæ.

Sẽper diſquirit vitia & defectus.

Mar. 12.14

Blanditur prius, vt feriat.

ornat vas fictile, & quare,

Pro. 26.23

Labia tumentia cũ corde peſſimo quid?

Quaſi ſimplicia: ſemper quidem verba ſuſurronis ſimplicia videntur, id eſt, ſimpliciter loqui videtur, qui alios damnat, teſtante hoc ſcriptura, quæ ait: *ſicut noxius eſt, qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus, dicit: ludens feci:* mittit linguæ acutæ ſagittas, ſed quaſi ludens, & ſimpliciter faciat; at noxius eſt, quia mittit in mortem: Et ſane æqua comparatio linguæ detractricis, & ſagittæ; nam ſicuti hæc à longe excuſſa ferit; ita qui proximum ferit lingua, ſemper exordiũ murmurationis incipit à longe. Denique, & ſagitta dicitur à Dauid: *quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? ſagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs: ſagittas* Salomon: *& lanceas in mortem:* ſagittam, & lanceam in mortem; lancea cominus ferimus, & in manu tenẽt ſemper; ſagitta eminus; vtrumq. habet murmurator, lancea vulnerat, & ſagitta; nunc cum videt applaudere auditores lancea vulnerat, famã aperte laniat (viene alle ſtrette) cum autem animaduertit ad inuitos loqui, illoſque inuitè murmurantem audire: vulnerat, ſagitta: petit à longe vulnus,

212

Pro. 26.18

Vtitur lancea & ſagitta.

dicit ſe zelo illius hæc effundere, nolle hominem probatis parentibus ortum, ad ima vitiorum deſcendere: atque ita ſauciat ad mortem, vtroque modo, adigit famam alterius, & damnat vitam.

Quod vero dicit ſagittas, & lanceas ad mortem, aduerte hominem tali vitio infectum, ore venenato, ad mortem quaſi fere conducere eum, cui detrahit: pſ.13.6. præſto eſt probatio: aperte namque hæc innuit Dauid in Pſalmo: *quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt.*, quid de iſtiuſmodi hominibus, qui plenum os habent maledictione, & amaritudine? *veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem:* properant ad vulnera, ad mortem occidunt: & ſane irreparabile damnum, & vulnus inſanabile murmurantium eſt; vti ait Pſalmus vulgatus: inquit ergo animam cupiiſſe à detractionibus, atque flagellis linguæ ve- pſ.119. nenatæ, ac ferientis abſcondert: *libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa*: Reſponſum quoque eſſe: *quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* id eſt, quid vis, vt faciam tibi. Vtitur exemplo medici (eſtque ſimilitudo Hier.) qui ægroto inſanabile vulnus obijcienti ad curam, reſpondit, quid vis, vt faciam tibi? putridum membrum, igne opus eſt, curetur: *quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? ſagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs:* carbone vſſeris has ſagittas; illo videlicet, quo os Iſaiæ. *deſolatorem puto, & in Iſaia eſſe carbonem, qui ad labia eius defertur, vt purget vitia, quæ loquendo, ſiue optima quaque tacendo contraxerat:* graue malum prorſus, & quaſi angelica manu curabile, id eſt, difficile curabile.

quaſi inſanabile vulnus ling.

Simile.

Iſa purgatur igne.

213 Non autem prætereundum eſt (vt inde probemus, lethale vulnus eſſe murmurationis) quod ſupra collegimus ex Pſalmo, nempe: *Os maledictione, & amaritudine plenum eſt &c.* murmurantis os amaritudine plenum eſt, quæcunque de proximo, vel laudabilia, & dulcia, ore conuoluit: afficit amaritudine; vt amaræ res nunc dulcedine veſtiuntur expulſa amaritudine, ita dulces, ille in amarorem inducit; ſi commendat aliquem profecto commendabilem, attamen eo modo laudat, vt laudem, virtutemque deprimat; inficit veneno, quæ tangit, quæ profert ore; ſi verbi gratia fons venam ſalſam haberet, omnes equidem riuulos ſalſedine inficeret: & hac quoque vtitur ſimilitudine Iacobus, cum de malis linguæ murmurantis loquitur, hæc habens: *linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero*: deinde ad comparationem fontis emanantis ſalſam aquam: *Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? nunquid poteſt fratres mei, ficus, vuas facere, aut vitis ficus ſic neque ſalſa dulcem poteſt facere aquam:* Sequitur etiam: *quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem:* non poteſt lingua quæ amara eſt, ea, quæ per linguam tranſeunt, amaritudine non inficere, & quidem fratres mei, ſi zelum amarum habetis, cur fama proximi obſcuratur? & in ſalſedinem conuertitur? Aduerte, quod dicit: *ſi zelum amarum habetis &c.* plerumque id zelo videtur factum, quod lancinet lingua proximum: *ſi zelum amarum habetis*: ſed zelus amarus eſt, quæ amaritudinem inducit.

Amarum habet os & quare Simile.

Iaco. 3.

zelo dicunt ſe id præſtare

Vt autem, quod propoſitum ſupra eſt, probari poſſit: nempe linguam gladium eſſe, & ſagittam, quæ vulnerat, quæ occidit, ſequentes ſcripturas ponderabo: & primo; Paulus in multorum Iudæorum inuidiam incidit, qui illum iudici accuſauerant: *erant autem plus quam quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant:* accedentes autem ad Principes ſacerdotum, multa in Paulum effutierunt &c. ſed quomodo probem ex hoc murmurationem ad necem adigere? occidere autem murmuratores, quos linguæ pungit aculeis? infra tribunus ad Felicem ſcribens, hæc habet: *Claudius Lyſias optimo præſidi Feli-* 214

Act.24.12

ciſa-

ei,ſalutem: Virum hunc comprehenſum à Iudæis,& incipientem interfici ab eis, Act.23.23. *ſuperueniens cum exercitu eripui,cognito quod Romanus eſſet:* obſerua modum loquendi: *incipientem interfici*,quomodo poteſt incipere interfici? lingua illũ coniurantes Iudæi,accuſationibus, obloquutionibus carpebant; rectè ergo dicat incipientem interfici; in pſ.63.1. *& vos o Iudæi* inquit Auguſtinus de Chriſto: *occidiſtis, vnde occidiſtis?gladio linguæ occidiſtis; ideſt acuiſtis linguas veſtras, & quando percuſſiſtis,niſi quando clamaſtis, cruci-* Lingua occidit. *fige,crucifige?* noſtro ſenſu hæc verificantur,cæperunt occidere cum clamarũt crucifige,ex eo quod clamarunt, traditus eſt Chriſtus voluntati eorum,quamobrem occiſus eſt.

215 Deinde ecce Ieremiam: queritur,qđ inimici conſilium inierant in ſuam ipſius mortem: Ier.18.18. *tu autem Domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortẽ, ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur,fiant corruentes in conſpectu tuo: in tempore furoris tui abutere eis &c.* quæ eſt mors oſtenſa prophetæ? nihil aliud ab inimicis Ieremias lingua,appetitus. obſeruo ego pertentatum, præter cogitationes: *venite & cogitemus contra Ieremiam:* at ſi arma quæris, quæ, vti dixerant,ad mortem prophetæ,adiecerãt, ibi: *venite & percutiamus eum lingua,& non attendamus ad vniuerſos ſermones eius:* At hæc mors eſt,lingua,hoc eſt mortis conſilium,percutere lingua: lingua enim vt quis vulneratur perit honor,fama obſcuratur, virtus,ſuccendunt ea mala,quæ irrumpere diximus ab aquilone, *venite percutiamus eum lingua:* Hoc primum; deinde, hac data occaſione,minime cenſeo præterire cauſſam, Cur indignetur acriter. quamobrem ita acriter indignetur contra Iudæos illos propheta,vt imprecetur fatum,ruinam,& iram Dei. Et ſane mirum eſt,quod vir omni pietatis, & ſanctitatis laude inſignis,ita indignetur cõtra murmuratores illos,vt hæc venire quæcumque precatus eſt efflagitet: *fiant corruentes in conſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis &c.* ingratitudo hoc effecit,quaſi nulla venia & commiſeratione digni cenſeantur ij, qui benefactorem quærant occidere, & dum hic preces multiplicat,linguam conuertit ad orationem pro illis, contra illi lingua prophetam ſauciant, vulnerent, ac dilaniant,vnde ſupra: Ingratitudo. *recordare quod ſteterim in cõſpectu tuo vt loquerer pro eis bonum,& auerterem indignationem tuam ab eis:* propterea murmuratores hoſce ingratus confode gladio in prælio, abutere eis corruentibus in conſpectu tuo &c. hæc perfice quia ingrati ſunt, orationi meæ mercedem dant ingratitudinis.

Notandum quoque eſt,ingrati, & murmuratoris hic vtriuſque conditionẽ 216 deſcribi,illius,qui ferit lingua; iſtius qui ad beneficia obduratur,& aures claudit, & quidem non longe vitia hæc duo morantur,raro alterum,ab altero diſſidet. obſeruo dictum eſſe de primo: *ſepulchrum patens eſt guttur eorũ,linguis ſuis* pſ.13.6. *doloſe agebant,venenum aſpidum ſub labiis eorum:* aſpidi quoque ſimilauit ingratos: *ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas,quæ,non exaudit vocem incãtantium, & venefici incantantis ſapienter:* adhibet incantationes ſuas, officia commemorat,amicus, ſuauiter illum allicit commemoratione beneficiorum, ſed obturatis auribus gratitudinis, non audit,quæ dicuntur.vicinia ergo hæc vitia in vno copulat,hic,Ieremias; his verbis, illos loquentes deſcribens, *venite & percutiamus eum lingua*, ecce linguã aſpidum: ſed ecce ingratitudinem, *&* Ingratitudo vnita cum murmuratione, *non attendamus ad vniuerſos ſermones eius:* ſermones nempe illos, quos pro illorum ſalute habebat cum Deo: *recordare quod ſteterim in conſpectu tuo,vt loquerer pro eis bonum,& auerterem indignationem tuam ab eis;* ſermones illos, quos ad ſalutem illorum effundebat: *ergo in tempore furoris tui abutere eis.*

Incantator vero,vt reperit, aſpidem, 217
incantationes ſpernere, & nullo modo verborum cedere virtuti,apprehenſo ſcipione caput ipſius confringit, & collidit:

Digitized by Google

dit: ita ingratorum ſors eſſe debet; obduratos quoque beneficijs Deus quando donorum ſuo commemoratione nihil proficere obſeruat, quid aliud præſtat, niſi infringit & flagello comminuit? Ier.19.15. habes hoc in eodem Ieremia: *Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ loquutus ſum aduerſum eam;* cauſſam reddit: *quoniam indurauerunt ceruicem ſuã, vt non audirent ſermones meos:* neque ſermones audire volunt meos, dũ ſapiẽter, & amãter loquor, ſed indurauerunt ceruicẽ. Sic quoq; alibi populo Deus beneficia illa commemorat, quibus illum adoleſcentem proſequutus eſt: *recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſequuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur &c.* eduxi te Aegyptijs ſeruientem, deſponſaui te, leges tradidi, coeteris te late populis præſtare volui; tantum cur me deſpicis & cauſſas amoris inflectis in odia? *Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt ſe à me, & ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt, & non dixerunt vbi eſt Dominus?* hæc eſt incantatio ſapienter cõtra ingratum populum, at ipſe forſan accurrit ad Dominũ? mini me quidem, neque audiuit: vnde orationem ſuam, populo obduratam habente ceruicem, obductas quoque aures, vt aſpis, ad coelum conuertit: *obſtupeſcite cœli ſuper hoc & portæ eius deſolamini uehementer dicit* Dominus *&c.* audiat ſaltim coelum, & videat ſi rite queror: ſed quid quæſo fiet de populo, qui veluti aſpis eſt? allidatur capite: i. plaga, atq; flagello comminuatur, tribulatione, atque anguſtijs conteratur, diſperdatur &c. ſequitur: *Filij quoque Mempheos, & Taphnes conſtrupràuerunt te uſque ad uerticem,* Vat. & Pagninus *fregerunt tibi uerticem,* & quidem æquam poenam contra aſpides obturantes aures ſuas, ne audiant Deum, filijs Mempheos & Thaphnes conſtitutis ad hoc a Deo dedere; vertice ab ijs ſcipione ignominiæ, & anguſtiæ communiti ſunt. filij quoq; Mempheos & Thaphnes fregerunt tibi verticem.

Poena ingratorum qualis.

Ier.2.1.

Quid egerit contra ingratos Dominus.

Ier.2.7.

Hoc etiam in pſal. ipſo reperies, vbi incantatoris, & aſpidis deſcribitur factũ; *ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantiũ, & venefici incantantis ſapienter,* vbi quæſo poena? *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet Dominus:* nunc autem ad id quod dicebamus de murmurationis veneno, & efficacia. 218

Pſ.57.5.

Septem tribulationes Iob enumerat, inter quas recenſet etiam malum linguæ: hoc modo: *in ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum: In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem cũ venerit: in vaſtitate, & fame ridebis: & beſtias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum erit pactum tuum, & beſtias terræ non formidabis.* Nota ordinem: poſt gladium ſequitur linguæ flagellum; gladio enim atrocior lingua eſt, cuius immedicabile vulnus, ſicut aſpidis eſt: *à flagello linguæ abſconderis.* ſed quoque modus loquendi obſeruandus eſt: enumeratis enim tot calamitatibus, ab omnibus fortiter liberari inſinuat, cum ingruet vaſtitas, cum feritas beſtiarum cum fames, cum aduenerit calamitas, cũ gladius: cum bellum erit paratum, victor ex his eripieris, non timebis hæc mala, deridebis; beſtiæ terræ pacificæ erunt; ſibi te viſo formidabunt, ideo pacificæ erunt tibi, dimittent feritatem; *in vaſtitate & fame ridebis: in bello eruet te de manu gladij:* etiamſi gladius ſit cõtra te paratus, ipſum mea virtute conuertes alio &c. at cum agitur de linguæ flagello, de malo murmurationis: *à flagello linguæ abſconderis:* non poteris obuius eſſe linguæ, quemadmodum beſtijs, bello, fami, gladio &c. potentius malum eſt: quod tandem vltimum remedium eſſe poteſt? hoc eſt, vt abſcondaris: qui timet alterius potentiam abſconditur: demere ipſius potentiam minime poteris, abſconderis ſaltem, *quid detur tibi* 219

Iob 5.21.

Grauius omnibus flagellum linguæ.

Abſconditur à lingua.

pſ.119.3. *tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* quid ego remedij poſſum contra linguam doloſam præſtare? facilius eſt peſtem & beſtias deflectere, quam linguam: *à flagello linguæ abſconderis.*

220 Sed quis erit, cui lingua huiuſmodi non nocebit? quem præterierit aliquando? diſtinctione vtendum nobis erit: in duplici namque differentia, murmuratores conſtituo, quemadmodum prædicatorum, aliud proprium, aliud quidem tranſcendentale: primum, quod de aliqua ſpecie prædicatur, ſecundum vero quod de omni, ita vt cœleſtia omnia & inferiora etiam comprehendat:

Murmuratio traſcendens & propria.

Ergo murmurator qui proprius dicitur, ille eſt qui tãtum aliquem carpit, in vna ſpecie murmurationis eius, ſumma continetur; vt eſt qui inimicum criminatur, & conuitio verborum lædit: At qui huiuſmodi aliquo modo ferendi ſunt.i. licet improbum hoc, & durũ ſit, ſubſtineri tamen ab inimico poteſt, quoniam charitatem non habẽt, eam, quam iubet erga inimicos habere Chriſtus: atque de hoc hominum genere Dauid:

pſ.54.13. *quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſubſtinuiſſem vtique, & ſi is qui oderat me ſuper me magna loquutus fuiſſẽt, abſcondiſſem me forſitan ab eo &c.* Veruntamen traſcendentes ſunt, qui dicunt de omni, ſint amici, inimici, ſancti, improbi: ſemper os murmurantis inquirat, quæ damnet,

Nemini parcit traſcendens.

non parcent fratri, *quia vir fratrem ſuum deridebit*, nec matri: *quæ matri ſuæ non benedicit:* non patri: *generatio quæ patri ſuo maledicit:* non Chriſto: *hic peccatores recipit, & manducat cum illis:* & ſicuti prædicata traſcendentalia dicunt de omni, de cœleſtibus omnibus, & omnibus his quæ in terra ſunt; ſic detractores traſcendentales:

pſ.72.9. *poſuerunt in coelum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.*

221 At dices quomodo poſſunt id quod recte factum eſt mordere? quod omni circumſtantia integrum, iuſtumque eſt? horum mos eſt, vti ſupra dictum eſt, vt ſi factum non poſſunt, accuſent intentionem. Explicat hoc Eccl. his verbis: *cor ſapientis in dextera eius, cor ſtulti in ſiniſtra eius:* Eccl x.8. hoc inter iuſtum, & improbũ eſt, quod cor habet ille in dextera, hic in ſiniſtra, & hic ſenſus horum verborũ eſt: *cor ſapientum in dextera*, quia quod videt, quod audit, etiam ſi malum videtur eſſe, in bonam partem ſumit, & cum opus non poteſt, occaſionem excuſat: ſicuti Chriſtus crucifixores ſuos excuſauit: Luc.23.34 *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. cor ſapientis in dextera eius:* at etiam *cor ſtulti in ſiniſtra:* repletos Spiritu Sancto Apoſtolos gens illa, repletos vino appellabat: *muſto madere deputant, quos ſpiritus repleuerat:* Atq; ideo aiebat Dauid: *Deus laudem meam ne tacueris:* pſ.108.1. impijs laudem meam obſcurantibus, & famam denigrantibus, tu ne tacueris laudem meam: qui mala excuſas, & bona commendas ſemper, & laudas: *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt &c.*

222 Habemus in hac duplici viſione Ieremiæ vtrumq; virga namque hæc florida vt toties ſupra: & à Ruperto *virga* appellatur *ad omne opus bonum accelerans*, Rup hic. floret ad opus bonum, lætatur iuſtus, ad opus bonum alterius, congaudet, ornat flore laudum virtutes: nempe hac virga Ieremias monſtratur, cuius verba à Domino ſunt: *ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te ſuper gẽtes, & regna:* at olla ſecundæ viſionis ebullit, feruet, & in ſpumas inanes ſoluitur ad laudes alterius: vtriuſque diſcrimen reperitur in ſcriptura, ibi: *lingua ſapientum ornat ſcientiam, os fatuorum ebullit ſtultitiam:* Os peccatorũ olla. ecce ollæ feruorem, ebullit, quaſi laus iuſti ignis ſit quo accendatur murmuratio, ebullit: Ollæ proprietas eſt cum ebullit, ſpumas ſordeſq; extramittere; & murmurator, quæ indignè facta comperit, quæ macula quadam culpæ aſperſa, eadem ex ore profundit; retinet quod bonum, quod perfectum eſt, eijcit, oſtendit, quod ſordidum, ac vile prou.15.2 *os fatuorum ebullit ſtultitiam:* non ſapientiam, non honorem, non probitatem, non deniq; vir-

facta quædam, quæ ſcandalo extitere, ſed quæ ſepulta quodammodo videntur: *& intrauit ſicut aqua in interiora eius*, tandem ea pandit, quæ honorem, famam maculant, & vſque vitam auferunt plerumque,& nos italicè[mi hà toccato ſin dentro l'oſſa]*& ſicut oleũ in oſſibus eius*; & hoc oleũ pertingens vſq;ad oſſa.i.hæc tertia ſpecies murmurationis, hæc linguæ ferientis tertium malum, hæc tertia orationis impiæ pars. quod pertigerit vſque ad oſſa, quod multos male læſerit,probat ſcriptura dicens:*lingua tertia commouit multos, & diſperſit illos de gente in gentem:* lingua tertia aſperè pupugit multos,quia penetrat eius vulnus vſque ad oſſa, & egit in exitium & ruinam multos.

Pertingit vſq; ad oſſa.

Lingua tertia qd.

Eccl.28.16

227 Primo *induit maledictionẽ ſicut veſtimẽtũ*:quando quis nouam veſtem induit, cupit ab omnibus videri, ſic etiam detractor *induit maledictionem ſicut veſtimentum*: cupit ab omnibus audiri, aſſentiri omnes,honorem illum ex murmuratione conſequi,quem ex veſte plerumq;ſic Dauid *aduerſum me loquebantur,qui ſedebat in porta*,ideſt qui in locis publicis morabantur, linguas exercebant contra me publice, vt omnes nouerint, me ita eſſe ſicuti ipſi prædicabant. Deinde *induit maledictionem ſicut veſtimentum:* requirit veſtis corporis proportionem,& menſuram: æquat ſtaturam, nec contractior eſt corpore,nec productior, eo modo, inquam,quem exigit pars, quam operit: indicat proportionem, quam affectat is, qui murmurat,neque.n.ita de ſpirituali, ac de improbo;non de religioſo,ac de vitijs dedito: inde enim eſſet improportio veſtimento,ideſt fides adimeretur ei,qui murmurat, ſi deblateraret contra iuſtum,ea,quæ contra impiũ dictitat. ſed *induit maledictionem ſicut veſtimentum.Sicut aqua*: quam ſit pronus ad hoc intelligitur, quia cum leuiter, & facillime ad peccata deſcendere impios, Iob exprimere vellet,his vſus eſt verbis: *qui bibit quaſi aquam iniquitatem* ità quoque *intrauit ſicut aqua in interiora eius:* ſponte,facile, iucunde, quodlibet detractioni habet peruium, *intrauit ſicut aqua &c.* explicatur quoque, quam ſit gratum detractori, murmurationi os aperire; Quemadmodum ſitienti nihil aqua iucundius, vnde ſimilibus verbis cum frigido potu ſitim extinguimus, rem explicamus [mi è entrato inſino all'oſſa] hoc, quoque, dum lacerat maledictis alios,ſentit detractor: ſimilis vox illius*: loquar,& reſpirabo paululum.Sicut aqua*: in quolibet ferculo,quolibet cibo opus eſt aqua: Atque adeo recte vitij iſtiuſmodi natura manifeſtatur, male cenſet factum qui murmurat, ſi nõ intermiſceat ea quæ lædunt alios,os ſemper primum habet ad malum,in quolibet colloquio iactura famæ alterius:Tãdem: *ſicut oleum in oſſibus eius:* defectus alioqui proximi acerbos,ideſt ſuſpitiones,quas habet, concepta tantum vitia, maturat; pro certo dicit ſcire,quod opinatur; ſe id vidiſſe, quod ſuſpicatur: *& ſicut oleum &c.* ſic etiam impinguat, vti oleum, quæ tenuia ſunt, exageratione, ampliatione,iureiurando: Et ſicut macula ex oleo difficile à veſtimento expellitur, difficile item quam contraxiſti ex murmuratione maculam deterges, & emundabis: *ſicut oleum:* Vltimo, mala, quæ in homines, cadunt, vix (vt ita dicam) pertingunt ad pellem, varijs virtutibus reſoluuntur, ac ſuperantur: at quod malum ex murmuratione oritur, penetrat vſque ad oſſa: Egregiè Eccleſiaſticus his verbis: *flagelli plaga liuorem facit* ſuperficietenus afficit *liuorem facit*, non aperit vulnus, at quid de linguæ malis?ſequitur:*plaga autẽ linguæ comminuit oſſa* adeo vehemens, ac dira plaga ea eſt, quam aperit murmuratio,vt nedum carnem, nedum oſſa penetret, ſed confringat, & comminuat: plaga autem linguæ comminuit oſſa. Sic irruere ſupra Iob omnia mala, ægritudo, plagæ,

Induit vt veſtimentũ mur.

pſ.68.13.

Murmurat cum proportione.

Iob 11.16.

Simile.

Detractori murm. iucundã.

Iob.32.20

Maturat defectus.

Eccl.28.11

Intrat hoc malum vſque ad oſ-

ruina, mors filiorum, amiſſio ſubſtantiæ &c. at æquo ſemper animo bene dixit Deum; cum vero accedit vxor, atq; os aperit murmurationi, commotus vehementer hæc illi reſpondit: *quaſi vna* (Iob 2.x.) *de ſtultis mulieribus loquuta es: ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? in omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis:* quare indignationem hãc alias non oſtendit, cum nuncij calamitatis irruerent? at inquam, hæ me calamitates non affligunt; eſt tactus manus Dei: *manus Domini tetigit me*: verum vſque ad oſſa, huius murmur permeat, & illa comminuit.

228 (Eccl. 28.13) Quod malum ſit lingua, clarior expreſſit ibi ſcriptura: *certamen feſtinatum accendit ignem, & lis feſtinans effundit ſanguinem, & lingua teſtificans adducit* (Infert mortem.) *mortem:* quomodo adducit mortem? in Iob iſtud ex ſcriptura quam ſupra: *benedic Deo, & morere:* Lyranus *maledic, & morere*: ſi ſurrexeris contra Deũ, ſi de Deo murmuraueris, tunc illud erit ad mortem: non potuit abſcondere, quod murmuratio mortem adducat. ſequitur: *ſi ſufflaueres, quaſi ignis exardebit:* ecce ollam ſuccenſam, exſufflante aquilone, ſi atteſtatus eris, quæ deblaterat ſuſurro, applaudes; ſi verum eſſe di- (Qui iucundat murmurationem.) xeris: *ignis exardebit*, fama, exiſtimatio, honor profecto, incendio murmuratoris in cinerem redigentur; ſi exſufflaueris: *quaſi ignis exardebit*: ſic ibi *lingua ignis eſt, et inflãmat rotã natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna:* cum inflammatur à gehenna, inflammat &c. ardorẽ, penirciemq; ignis deſumit à gehenna; ideſt cum ille os aperit; ſubridens, & plaudens, & excitans; videtur os habere, verbaq; gehennæ, quæ quidem inflammat os murmurantis, vnde tot mala procedunt, præcipuè, quod rota natiuitatis inflammatur: Pulchre hoc ita intellexeris (promiſſo ſupra ſenſu, qui ad litterã (Eſt Aſtrologus mur) magis pertinet) Aſtrologus qui futura ex ſiderum aſpectu coniectare videtur, & prærerita, rotam conſtituit, figuramque in qua, & quid expediat perquirere, deſcribit, diem horam, aſtrorum dominia, &c. tunc infert, quæ ſunt inferenda vere ne an falſe, (hoc quidem in præſentiarum minime diſputandum) itaque vitam illius adamuſſim diſquirit, & adnotat; rota dicitur, ſeu figura natiuitatis: Igitur lingua inflammata à gehenna, inflammat rotam natiuitatis; murmurator cum anſam, ex plaudentibus ſibi videt præſtitam, proximi rotam, figuram, ac natiuitatem deſcribit, annos, vitam, mores, ignominiam, vitia, ignorantiam: totum corpus commaculat, *& inflammat rotam natiuitatis noſtræ:* ſit quicumque quacumque laude excellens; attamen ſubtiliter lingua murmuratoris diſtinguit, denigrat, & damnat etiam quod virtuoſum eſt: ignis eſt, qui inflammat, & comburit, cum exardeſcit. Hoc igne pulchritudo omnis, & decor natiuitatis alicuius inflammatur: vel in fauillas redigitur. Ieremias hoc probat, dicens: *oliuam vberẽ fructiferam* (Ier. 11.16.) *vocauit nomen tuum Deus, ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis, & combuſta ſunt omnia fruteta eius*, qæ oliua eſt iſta, niſi iuſti anima, quæ vitam iuxta diuina præcepta ducit plenã fructibus bonorum operum? *ego autem* ait Dauid: *ſicut oliua fructifera in domo Dei*, atque (pſ. 51.x.) vox illa eſt, ad cuius ſonũ ignis exarſit præter vocem murmurationis? hoc quidem vitium arborem fructiferam, ſpecioſam combuſſit, & euulſit, & redegit in fauillas ignis. Eſt in vrbe vir, qui omni probitate conſpicuus eſt: creber in eleemoſinis, atque ieiunijs, miſericors, in loquendo tardus, profuſus in oratione, eſt quidem in exemplum, (Vis mur.) & cunctorum admirationem; at accedit ſuſurro, & in foro vitam illius criminatur: non hæc ſunt argumenta ſanctitatis, ſed hipocriſis inſtrumenta; ad publicam laudem captandam hæc agit, noui ego hominem, hæc, & hæc indigna, turpia patrantem: res credita quidem eſt, confirmata fabulis, iureiurando, ſupernam fidem obteſtando: Et ex hoc ille, qui oliua erat, penes omnes; ex omnium exſinua-

Digitized by Google

nuatione excidens, quidquid habebat ornamenti & laudis, omnia combuſta atque euulſa comperit; *ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis, & combuſta ſunt omnia fruteta eius:* hanc linguam, hanc loquelam orabat Dauid, eradicari, ac diſperdi: *vana loquuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum; labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt: diſperdat* Dominus *vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam; qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus &c.* hæc eſt loquela grandis. Alitibus pleriſque lingua non ineſt, vt eſt Ciconia, & Crocodillus; atque proinde Hieroglyfica erant apud veteres, Dei, teſte Pierio. Oſtendit hoc, eo aſſurgere aliquem ad ſimilitudinem Dei, quo linguam refrenat, ac cohibet: quod de religioſis dixit Iacobus: *ſi quis putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam, huius vana eſt religio:* religioſorum actus quã maximè, parco, dulciue colloquio condiendi ſunt; ſi quis autem tota die obloquitur, huic religio vana eſt: virtutes non cuſtoditæ ſilentio, effunduntur. Cum enim vrbs ſit Dei religioſus, virtutum omnium munimentis inſtructus; iuxta illud: *vrbs fortitudinis noſtræ Syon:* ſi vrbem hanc non cuſtodieris muro ſilentij; profectò inimicorum patebit inſidijs. ita enim in prou. *ſicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum:* quemadmodum fortitudo præcipua vrbis, non tantum conſiſtit in qualitate armorum, ac militum; ſed potius in tutela murorum, ita fere magis neceſſaria virtus ſilentium eſt, quo quidem ceteræ virtutes cuſtodiuntur; expanſis, namque clauſtris oris, quis neſciat, quæ intus reconduntur, inimicorũ inſidijs patere: Atq, hoc quod tunc dixi in præſenti verſiculo comprobatur: prius.n. obſeruas, murmurationem in olla ſuccenſa, & aquilone exſufflante, & deinde ſtatim: *quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis; ait Dominus, & venient & ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum in introitu portarum*

pſ.11.3.

Pier. lib. 17 tit. ciconia

c o. 3.2.

pro 25.28.

Anima vrbs.

Ieruſalem: vrbs hoſti traditur, & per eas portas, quas conſtituit murmuratio patẽtes, hoſtis ingreditur, regnatq; ibi &, vniuerſa ornamenta demetit, proripit, & depopulatur: & ne hoc alienum cenſeas à præallato ſenſu; ait.n. Dauid: *præcipita Domine, diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate:* ecce ollã ſuccenſam, & linguas extenſas ad murmurationem: ſequatur ergo neceſſe, vrbem cuſtodia murorum deſtitutam vitia ſuper muros hoſteſque admittere: *die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius, iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia; & non defecit de plateis eius vſura, & dolus:* abundat vitijs anima, cuius fores lingua non cauta, & muros, diripit murmuratio: *circũdabit eã ſuper muros eius iniquitas:* alios recipit cuſtodes qui excubias gerant: iniquitatem.

Oportet munire.

pſ. 54. x.

Quod autem dicit: *præcipita* Domine 228
diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate: oſtendit malum linguæ, ope diuina tantum, nullo remedio humano curabilem; innuit autem his verbis, linguas inuicem murmuratione bellantes, à Deo tantum poſſe ſeparari; Cum vulgus imbelle, ad arma ruit, ac vrbs dirè commota eſt, nullo modo comprimi poſſunt animi, niſi principis præſentia, qui iubeat alios cõprehendi & in carcerem trudi, alios ſuſpendio occidi; & ita irreparabile malum quieſcit. ſimile quid expreſſit Virg.

Deus domat linguã

Simile.

At veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio; ſæuitq; animis ignobile vulgus
Si forte virum quem
Cõſpexere ſilent, arrectiſq; auribus aſtãt.

Aen. 1.

Porro vulgus linguarum ſeditioſum nemo cõpeſcere põt: dicẽte Iacobo, linguã malum, & inquietũ, & ſeditioſum eſſe: *linguã aũt nullus hominũ domare põt inquietũ malũ, plena veneno mortifero:* tantũ cõpeſcit Deus; ſed quõ? flagello, tribulatione, ideo quaſi damno videns effrænæ linguæ Dauid, ad Dei opem accurrit, orans, ſoluendas eſſe omnes moras, & prouidendum vrbis incolumitati:

Iac. 3. 8.

præcipita Domine, diuide linguas eorum, diuide eos, linguas habentes, pro gladijs; certantes linguis: *quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate:* Magiſter is, qui docet artem bellãdi, cum duos videt, enſe licet contuſo, attamen dire agere, & magna cum ira ictus infligere; valida haſta vtrumque percuſſum diuidit: Diuide tu flagello, hos concertantes, murmuratione, niſi enim hoc præſtiteris, omnes percuſſi interibunt.

pugnant murmur. linguis.

229 teribunt.

Infra ſuo loco oſtendemus: ideo ab aquilone expanſum omne malum, quia ea parte muri vrbis debiles erant; debiliorem ergo vrbis partem, aggreſſus eſt inimicus, & direptis muris aditum ſibi ſtruxit; vnde ſtragi, atque ruinæ omnia patuere: quod ſi ibi munita vrbs extitiſſet, extitiſſet ſane militi Babylonico aduerſa, atq; obuia potentiæ: hoc poſito nunc quidem me arbitror intelligere, quare ſpeciem, formamque illius in gratia labiorum poſuerit Dauid tantum: dicens: *ſpecioſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus in æternum: accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſimè: ſpecie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere, procede, & regna:* Rogo pulchritudo ex omnium comparatione exurgit partium, atque ordine &, vt inquiunt, ſimmetria; ita enim nulla ſpecies in eo eſſe poteſt, qui oculos genas capillos vocem ad pulchritudinem habet efformata, niſi naſum etiam, ſtaturam, os quoque &c. ad proportionem illis adiungeret: forma igitur omnes fere partes requirit, ſibi reſpondere. At quare, inquit: *diffuſa eſt gratia in labijs tuis?* & etiam ſi gratia omnis in labia refuſa eſſet, vbi membrorum ceterorũ, ordo, & venuſtas? adeo laudabilis poteſt eſſe, atque digna pulchritudo, quæ ex labiorum gratia reſplendet? *diffuſa eſt gratia in labijs tuis:* quare non diffundit gratiam in ceteris partibus, quæ gratia indigent? At, vti diximus, in ore lingua reperitur; quæ quidem infirmiorem ſolet vrbis noſtræ partem conſtitue

Quare gratia in labijs fit refuſa.

Pſ 47.3.

Debilior pars eſt os

re. Ergo ars optimi ducis in hac gratiæ diffuſione intelligitur, corroborat, & cõfirmat, quæ confirmatione potiſſimum indigent: ſit os bene cuſtoditum, & vrbs erit munitiſſima; ſi gratia effundatur ſuper labia, & erit quoque ſuper ceteras partes diffuſa: ne inimicus, irruat in hanc vrbem, habeatque debilem locum, quem atterat, ſuperabundet robur oris, diffundatur, atque expandatur gratia. Atq; hoc profecto: *accingere gladio tuo &c. intende proſpere, procede, & regna:* pugna libenter; nam & victoriam habebis, & regnum ex bello: *accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè: ſpecie tua & pulchritudine tua, intende proſpere procede, & regna:* Regnum videtur parare ſilentium. At ex hoc illud inuenietur quod. Ait ſcriptura: *Dominus in cælo, & tu in terra, ideo ſint pauci ſermones tui:* ſenſum præter alios, hunc trado: ſi vis Dominus eſſe in terris, & quodammodo dominari, vt Deus in coelis; ſi vis aliqualem ſimilitudinem habere, ſint pauci ſermones tui; cum gratia ſuper labia tua expandetur, tunc proſpere procedes, & regnabis; vix loquaris: de Deo dicitur: *ſemel loquutus eſt Deus:* ſint pauca verba, multa complectentia: ecce verbum Dei: *ſemel loquutus eſt Deus, duo hæc audiui,* & deinde: tria etiam eſſe comprehenduntur, *quia poteſtas* Dei *eſt:* hoc primum: *tibi Domine miſericordia:* hoc aliud; vltimum: *tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.*

Os cuſtoditum præfert regnũ

Eccl 5.1.

In pſalmis habemus ſupra murmuratores hoſce regnum iuſti erectum eſſe, ſceptrũq; ex debellatione loquacium, & murmurantium aſſurgere: atque dirigi: ait ergo: *donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum: Virgam virtutis tuæ, emittet Dominus ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum.:* Syon autem *ſtrepitus:* interpretatur, eſtq; ſenſus: ipſi murmurando tibi regnum fecere, nam ſtatim in ſeruitutem traditur, & ſubijcitur ſuſurro: *emittet Dominus ex Syon; dominare in medio inimicorum tuorum:* virgam, ſceptrum, atque inſigne regale intellige, vt ſuo loco ſatis,

Pſ 109.

Murmuratio ſemper ſubiecta.

cx

ex Genebr. opinione probatum eſt: dominaberis tú in medio murmurantium &c. & ſupra ipſos ditionem extendes: eo enim augetur æqua Principis dominatio, quo feruent incendia murmurationis iniuſtæ: *Dominare in medio inimicorum tuorum.*

230 Enimuero, vt ſupra initio innuimus, verum eſt, quod ſtatim iudex, ſeu prælatus nulla culpa notandus apparet, accenditur murmurationis olla, ſicut hic poſt virgam vigilantem. Et ibi in Iſaia futuri Meſſiæ deſcribitur regnum, his verbis: *Egredietur virga de radice, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eũ ſpiritus Domini &c.* ſæpe enumerat virtutes, quibus eſſet ornandus: *& erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius &c.* quis iuſtior hoc Principe? at videmus, ex qua radice (moraliter) exurgat? vulgata verſio eſt: *egredietur virga de radice incendij*: virga ex incendio, iuſtus inter murmuratores: dominatur in medio inimicorum ſuorum murmurantium; ſceptrum ex ſtrepitu, ex incendio famã, vitãque, lacerantium: *ex radice incendij*: ſicque obſeruas vitam Chriſti continua ſcribarũ, & Phariſæorum criminatione appetitã, ſi peccatores miſericorditer recipit; ſi dimittit peccata; ſi Magdalenæ ſuſcipit pœnitentiam; ſtatim ſuccenditur olla; augentur incendia: *egredietur virga de radice incendij.* (Iſ. 11. 2.) (Stati murmur. vt apparet iuſt.)

231 Nota obiter, vitium hoc capitale ſuperioribus eſſe debere, nihil odioſum, atque pernicioſum magis, quam lingua ſuperiorum contra ſubditos extenſa, ſeu contra proximum: vnde S. Paulus admonet: *nemini dantes ullam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum*: Quin ſilentio, excuſatione, culpas ſubiectorum tegere debet, hoc enim faciens angeli præſtabit officium, ſimilis erit angelis, qui noxas illorũ, quorũ cuſtodiæ deſtinati ſunt, & tegũt, & abſcondũt, ne vnquam fœditas manifeſta peccati pœnam traheret, & flagellum: Cum enim videret veſtes ſordidas immundas, per quas iniquitas eius indicabatur, diaboli iram, & pœnas attraxiſſe; ſtatim iuſſit veſtes illas procul eſſe, indui quoque mutatorijs, & veſtibus mundis, ſacerdotem: *Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem angeli: qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe dicens: auferte veſtimenta ſordida ab eo*: Ne prætermittas obiter conſiderare, quod Ieſus indutus veſtibus ſordidis ante faciem angeli, illum ſignat, qui peccatorum noſtrorum commemoratione, in horto manauit ſanguine, & aliena ſorde apparebat indutus, nempe quia *iniquitates noſtras ipſe portauit*. ſtabat autem ante faciem angeli, cum ad eum angelus deſcendit, vt in angoniam coniectum maximam conſolaretur: *& Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem angeli*: ſed ad diligentiam, & ſollicitudinem angeli, quæ ſuperioribus exemplo eſſe debet: *auferte veſtimenta ſordida ab eo &c.* & dixit: *ponite cidarim mundam ſuper caput eius &c.* veſtibus mundis, immunditiam detergere videtur, operit quantum fas eſt: ita debet ſuperior maculas, ſilentio, prudentiaue contegere ſubiectorum; vt is, qui eſt ex aduerſo, etiam ex diligenti inquiſitione, nullo modo, quas ille ſordes ex defectu contraxerat, aduertat; neſciat culpam, etiam diligenter intuentibus nihil appareat; propterea in hoc eodem capite Zachar. legis, quod angelus, poſtquam vidit in ſordes culpæ prolapſum ſacerdotem illum, ita errores, defectum, & crimen obtexit, & cœlauit, vt ſeptem oculos prope ipſum ſupra lapidem conſtitueret: *quia ecce lapis, quẽ dedi coram Ieſu; ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*: adhibet oculos è contra vt ex ijs agnoſceret, tanquam ex ſpeculo, ſi aliquid maculæ ſacerdotis, quod latebat potuerat apparere, & conſpici ab his oculis: quaſi indicaret, etiamſi vniuerſitas oculorum, te diſquireret, nihil inueniet, ita ego mutatorijs hiſce, & mundis veſtibus ſordes tuas abſcondi. *Quia ecce lapis, quem dedi coram Ieſu; ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*. Neque hoc in angelo vnum extitit in ſcriptura; alibi etiam

(2. Cor. 6. 3) (Zach. 3.) (Angeli officium ſingulare.) (quomodo celat defectus.) (Exemplum ſuperior.)

iam hoc manifeſtatur; non tantum ad vtilitatem ſacerdotis, cuius defectus omnino tegendi ſunt, tanquam eorum, quorum exemplo vrbs tota mouetur, & regitur; ſed noxas occultat populi etiam in vitia, & errores omnes prolapſi. Apud eundem Zach. inuenies amphoram quamdam, in qua mulier ſedebat, quæ *impietas* vocabatur, eamque leuatam à duabus mulieribus inter coelum, & terram: *& ecce talentum plumbi portabatur; & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ, & dixit hæc impietas:* alibi diximus impietatem hanc idololatriam denotaſſe, vniuerſitatem malorum omnium, in menſura illa fictili ſignatam. Eam vero mulieres duæ deferunt, euehunt inter coelum, & terram; ex expoſitorum ſententia deferri hoc modo à mulieribus amphoram, denotat propalari vitium hoc, graue crimen, omnibus; ita vt non tantum Deo ſit notum, ſed hominibus; quod enim medium eſt inter coelum, & terram; id quidem ab omnibus videtur, & neminem latet: Hoc poſito, quid ageret cuſtos angelus, ſuperior prudens, quem fama, atque honor ſubditorum tenet? hæc quidem agit, cum certo ſciret, mulieres admodum loquaces eſſe, & vitiorum alterius facile promulgatrices, etſi non potuit fieri, quin amphora non eleuaretur in ſublime, ſtatuit prouidere ſaltem damno, quod garritu mulierum perturbatur, atque obtenebreſcit; quid igitur præſtare potuerat? hoc quidem: *& proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius:* licet, non poſſit omnium aſpectus amphora ſubterfugere, tamen huic damno prouidendum eſt, ne mulier ſedens in medio, impietatis mala perpandat: *miſit maſſā plumbeā in os eius.* clauſit os, obturauit os, ne, quod viſu cernebatur à cunctis, cunctis etiam manifeſtius murmuratione innoteſceret, muliere procaci omnia nudante, ac reuelante: *& miſit maſſam plumbeam in os eius:* quod ſi à vaniloquio, & garrulitate mulierum deſcendimus ad multiloquium; id quidem ex multis ſcri-

Zach. 9. 8

Eiuſdē Angeli factū preclarum

Studium angelorū erga nos

Clauſit os angelus mulieris.

pturæ locis palam eſſe teſtarer: experimēto porro didicimus cōtentioſas eſſe, procaces (eas ſcilicet: quæ nulla virtute, defectus caſtigauere) & cum paucis percūctatus eris aliqñ, multis reſpondent; cum vix verbum indignationis pertuleris tempeſtate verborum tonant, exaggerant: Binas & alteram, ad hoc probandum mihi ſcripturas adnoto.

In libro Regum Saul videntis domū quærebat, & aduena ſciſcitatus eſt à puellis quibuſdam: *cumque aſcenderent cliuium ciuitatis, inuenerunt puellas aſcendentes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hic eſt videns?* obſerua, quam paucis verbis interrogationem abſoluant: *num hic eſt videns:* non poterant arctius, & ſtrictius ſermonem tractare (vt adnotes, quam hìc homine mulier loquacior) *num hic eſt videns:* obſerua quoque, quibus verbis à puellis alioquin verecundis, ac modeſtis ſit reſponſum: quæ reſpondentes dixerunt illis: *hic eſt ante te feſtina nunc; hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie populi in excelſo: Ingredientes vrbem, ſtatim inuenietis eum, antequā aſcendat excelſum ad veſcendum: neque enim comeſturus eſt populus, donec ille veniat, quia ipſe bēdicet hoſtiæ, & deinceps comedent, qui vocati ſunt; nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum:* In vno reſponſo, ſacrificandi morem, populi reuerentiā, & vitam ipſius texuerūt: tribus verbulis, prodiga reſpondit oratio; lubrica enim lingua mulierum eſt, & facile obloquutionibus obnoxia:

232

1 Reg. 9. 11

Dicacitas mulierum.

Rurſum alio in loco ad vxorem Manue deſcendit angelus nuntians conceptum Sanſonis: *apparuit angelus Domini, & dixit ad eam: ſterilis es, & abſque liberis, ſed concipies, & paries filium: caue ergo, ne bibas vinum, ac ſiceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula; erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum:* venit deinde vxor, & quæ viderat, atque audierat, retulit viro, dicens

233

Iud. 13. 6.

Digitized by Google

Breuis fides mulier adhibẽda. cens : *vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. Quem, cum interrogaſſem, quis eſſet? & vnde veniſſet? & quo nomine vocaretur? noluit mihi dicere.* Iure *noluit mihi dicere* : vt quid enim congruit, nuntium, priuſquã rem exponat interrogare , quis eſſet, quo nomine vocaretur , & vnde veniſſet? quaſi illum interrogationum multiplicitate confunderet. Porro recte ab angelo dilata reſponſio eſt , quaſi diceret: pene nondum adueni, & tot, tantaq; percontaris ? permitte me prius, quod fero exponere: in ipſa enim oratione ſcies, quæ petis: *noluit mihi dicere*: petijt prius quis eſſet? & cum reſponſum non accepiſſet , non deſtitit interrogare : ſequitur, *& vnde venis* ? & ſimiliter fruſtrata reſponſo petit tertio; *& noluit mihi dicere :*

234 Enimuero inferius probatum mihi credo eſſe, quomodo aliquando loquacitas fidem adimit, & ex multiplicitate verborum , fœminarum fides non ſatis conſtet. Retulit omnia viro vxor, vt prædictum eſt; at non acquieuit animus Manue ; ſed petijt iterum ad ſe angelum, quem virum exiſtimabat, deſcendere : deſcendit , & apparuit iterum vxori, at illa virum vocauit ; & ipſemet didicit ab angelo , quæ de Samſone nuntiauerat. Verum, quod notandum eſt , illud quidem eſſe poteſt, videlicet : ſi omnia narrata ex vxore habuerat Manue ; cur iterum ſibi cupit ab angelo narrari? *Quando, inquit , ſermo tuus fuerit expletus , quod vis, vt faciat puer, aut à quo ſe obſeruare debebit?* Hæc quidem admonita, ab angelo, vxor nuntiauerat prius, dicens : *caue ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo; erit enim puer Nazaræus ab infãtia ſua.* cur interrogat iterum? At ſciebat , quæ confarcire ſolet mulier, & quomodo res ſerias mille commentationib. inuoluit: ergo edoctus ab vxore, iterum diſcere cupit ab angelo.

Cur iterũ deſcẽdat angelus ad Manue

235 Gen. 27. 7 Ibi quoque Rebecca, etſi Iſaac ſermonem non commutarit , attamen orationem auxit, vt Iacob ſuaderet, quæ animo conceperat: *Dixit Iſaac, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti , & affer vt comedam , & benedicat tibi anima mea, antequam moriar* : at Rebecca cum eadem verba ante repeteret , vt rem augeret, & magis exprimeret , retulit patris iuſſa hoc modo ; *Audiuit patrem loquentem cum Eſau fratre tuo , & dicentem ei ; affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam, & benedicam tibi coram Domino , antequam moriar &c.* aliquid digni exprimebat illud coram Domino: omiſit *vt benedicat tibi anima mea*: & melius eſſe duxit : *& benedicam tibi coram Domino* : ad ſuum ſenſum refert, & componit , quæ audit.

componit quæ dicit mulier.

236 Ergo ſanctarum mulierum fere præcipuum ornamentum ſilentium eſt; quid quid enim ſuauitatis ſeruant internæ virtutes, verba inutilia, & os pronum expandunt : ſicuti vas illud vnguenti ſuauitatem perdit , quod os non habet opertum: & ſane iſtud mihi videor ex verbis illis ſponſi coniectare, hæc dicente de ſponſa: *mel, & lac ſub lingua tua : & odor veſtimentorum tuorum , ſicut odor thuris:* qui lac habet ſub lingua , & mel, profecto ſi loquitur , lactis, & mellis liquores diffundit; aperto namque ore, quod in lingua ſeruabatur, ſpargitur. Ergo, cum aperis os , omnis ſuauitas euaneſcit , cum os habet ſilentio clauſum manet lac, & mel, ſub lingua inquit, quia lingua eſt, quæ , & ſeruat, & perdit dulcedinem virtutum: ſicuti enim ibi dicitur: *mors & vita in manu linguæ* . ita etiam hic in ſancta muliere , in manu linguæ dicitur eſſe ; deuotio , & ſpirituales deliciæ, vt hic Iſidor. in manu linguæ ſunt: ſi moueris linguam ad inania, liquores huiuſmodi ſpirituales ſpargentur, ſi lingua conſiſtet . fere immobilis, virtutes permanebunt: ſic etiam ibi : *ruina autem hæc in manu tua eſt*. cuius ſenſum, . etſi alio modo expendimus ſuperius literaliter: tamen ita intelligo, ex manu tua pendet, hæc ruina, ſi recte adminiſtraueris? nulla mala ad populum deſcendent, ſin autẽ vides, quæ connumerauimus ? hæc quidem ruinæ præſagia ſunt,

Can. 4. 11

Clauſum debet os habere.

Iſi. 1. Leu. 1.

Iſ 36.

Mors & vita in man. linguæ.

ſunt,& ſub manu tua erunt;id eſt,tu ruinæ author eris : Itaque mel, & lac ſub lingua tua, ex recto vſu linguæ deuotio pendet, & ſpiritualis conſolatio. At ſi omnino ſponſa tacere debet,& laudes diuinas quomodo perſoluet?& quæ canere conſuerat deuota carmina Deo?hæc quidem nulli vetita ſunt, quæ Deo magis vniunt,& fragrantiam,& ſuauitatem magis virtutum omnium ſeruant;ideo ſequitur*: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris:* ſi totam ſe oratione diffundat, quis prohibet? oret ſemper: oratio enim aſcendit ad cęlum,ſicut thus ex ore expoſita;at mel,& lac ſparguntur in terram; proinde emittatur oratio,claudatur deuotio, & delitiæ ſpirituales: iſtæ ſilentio condantur, illa mente,& ore exponatur. Oret exemplo.

237 Poſſem alio quoque modo ſcripturam interpretari,nempe : aduertas ſponſa,nunquam loquere; nam ſi hoc non præſtaueris, & quam ſuauitatem retines in lingua,amittes ſtatim;ne interna pandas; quod ſi obijcias ,id in proximorum ſalutem verti poſſe, vt admonitionibus ſodales ad bonum ſectandum conuertantur; vt quid præclarum fecerit Deus, omnibus ad ædificationem innoteſcat. id quidem non ita eſſe debet,oſtende hoc exemplo*: odor veſtimenterum tuorum ſicut odor thuris:*ſi in actibus tuis luceant exempla probatis, erit oratio hæc perfectiſſima Deo *: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.*

238 Adeo tamen parcendum linguæ eſt, vt noxia omnia, ſeu vana abſcindat,admittat autem diuina, cum opus eſt,cum loquitur adſit ſtatim ſermo diuinus,eructet coeleſtia. Ita ſponſus ſponſam,poſtquam hortatus eſt,vt caneret*:ſonet vox tua in auribus meis;vox enim tua dulcis, & facies tua decora* : expertus eſt,quid in animo haberet ſponſa,quæ ita reſpõdit*:dilectus meus mihi , & ego illi, qui paſcitur inter lilia,donec aſpiret dies,& inclinentur vmbræ.Reuertere*: ſponſi ſui præſentiam deſiderans, verba loquitur, quæ internum exprimant affectum, canoremque cordis oſtendant *: Dilectus meus mihi, & ego illi , qui paſcitur inter lilia , donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ :* ſemper meditor aduentum dilecti mei; ſemper cupio ſecum commorari;& quam ego præter hanc audire faciam cantilenam? Can.2.13. quid ſponſa eructet eam loquitur.

Quod quidem (ut infrequens ſolet eſſe in mulieribus,non ita ſanctitatis laude probatis) quaſi non credentes,ſodales, experimento hoc probari poterunt à ſponſo;præſtitit ipſe, & cum quadam die vna omnes adeſſent, iuſſit ſponſam canere:his verbis *: quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire vocem tuam:* vocat amicos, ſocios eiuſdem inſtituti,paſtores ſcilicet, ſocios, è quibus nonnullos habebat æmulos amorum ſuorum, vt exponit recte Luyſius Legionenſis: Ergo dum illi te audiunt,fac ꝙ ego dixi,ſit teſtatum: nempe, te nihil aliud loqui, niſi quod amorem mutuum inter me,& te commendet*: fac me audire vocem tuam:*reſpondit illa*:fuge dilecte mi ſimilis eſto capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum* : Idem author erudite,verbi iſtius vim ex proprietate Hebraici ſermonis oſtendit*: fuge*,id eſt,*feſtina:*apud Hebræos enim receptū eſt,alia verba ex alijs poni, cum res ſignificant,aut actiones affines,aut coniunctas,aut quarum vna ex alia ſequi ſolet; ſic cõſolari dicitur pro dolere; quoniam his,qui dolent, conſolatio adhibetur:ita ibi*:heu conſolabor de hoſtibus meis*: ſic mẽtiri pro ſubijcere ſe victori; quoniam qui ſe ita ſubijciunt adulantes, multa mentiuntur: quale eſt illud Pſalm. *mentientur tibi inimici tui* : Itemque illud: *filij alieni mentiti ſunt mibi* : Hic ergo ſumitur fugere pro feſtinare: is enim, qui fugit,feſtinat. Ergo eſt ſenſus, quanta celeritate fugam arripiunt hinnuli, tanta mi ſponſe, vtaris in redeundo: Hoc enim loquendi modo ſatis teſtatur mutuũ amorem,atq; ita ſe in amorẽ ſpõſi exardeſcere,vt,nullo pacto diuelli vnquam poſſe peroptet. Id autem gratum fuit ſponſo,dirum vero paſtoribus riualibus,atque moleſtum ; Atque ex ſententia Luyſij hic ſenſus eſto. 239 Can. 8.14 Mos ſcrip. in affinitate verbor. Iſ.1. Pſ 6 9.& 7 Cantus ſponſ.

Verum

240 Verum ſi ad materiam murmurationis redeundum nobis erit,& ſi non hæc explicatio additur verbo *fuge*, ſed idem prorſus ſenſus,& ſententia vt fugam ſignificet, & velocem ſequeſtrationem, optime probauerimus quare rogata ſponſa,vt caneret coram paſtoribus, in hæc verba ſit prolapſa : *fuge dilecte mi* : quid cum cantu,& melodia,fugæ? *fuge dilecte mi:* diximus paſtores illos riuales extitiſſe,ac ſuſurraſſe cõtra ſponſam, & experimenta probitatis illius quæſiſſe; vnde huc ventum fuit, vt ſponſus illam adigeret(vt hoc omnibus notum foret)ad manifeſtationem amoris,in cantu: ſed quæ canit ſponſa ? *fuge dilecte mi,similis eſto capreæ hinnuloq; ceruorũ, ſuper montes aromatum:* mi dilecte nulla vtilior hac,eſt cantilena, nempe vt fugias hoſce riuales tuos murmuratores, inuidoſque;eorum conſortia euita ; ſuſurrantium enim mores pernicioſi ſunt ; vita inops bonorum omnium , quamobrem de hoc te canendo admoneo, vt fugias,tam cito,vt videaris hinnulus ceruorum, qui velociſſimo curſu fertur , hoc quidem tibi proderit quammaximè , eorum ſodalitatem fugiens declinare .

Cantus ſpõſæ hic vt euitetur murmurator.

Conſilium ſponſæ.

241 Modum quoque ſtatui ſolet in ijs , qui inueniuntur in comitatu murmurantium,vt apud eos, qui ſpiritualibus præceptionibus vitijs occurrunt. Ordo autẽ prius hic eſt obſeruandus,nempe;oſtendere debet,qui audit: ſe inuite ibi ob murmurationẽ detineri; mõſtret proinde ex hac re triſtitiã.Vel etiam adhibeat reprehenſionem , quod ſi compererit fruſtra id factum eſſe,à noxio ipſorum conſortio diſcedat: Primũ quod dixi : nempe quod inuitè oſtendat audire infra probabo: nunc autem (quandoquidem in cantu ſponſæ hoc habemus) ſcilicet detrahentium ac ſuſurronum fugiendam eſſe ſocietatem, optime probari poteſt in Euangelio, in quo modus hic docetur: videlicet,is qui audit,detrahentem admoneat blande prius,& leuiter corrigat,ſed cum viderit nihil admonitione proficere,correptione, diſcedat ipſe,ſicque hoc monſtret graue eſſe omnino,quod à ſuſurrone fit . Igitur exceptus eſt à quodam phariſæo Chriſtus , conuiuio, & cum diſcumberet , acceſſit Maria Magdalenè , quam dum phariſæus inſpexiſſet , vidiſſetq; illuc irrupiſſe,atq; proſtratam oſcula pedibus Chriſti libaſſe,deinde abſterſiſſe pedes comis,cępit hæc intra ſe dicere : *hic si eſſet propheta ſciret vtique,quæ, & qualis eſt mulier,quæ tangit eum , quia peccatrix eſt:* quod agnoſcens Dominus,hiſtoriola quadam murmurantem admonuit,& rite id factum eſſe dixit ; leuiter corripuit,ita vt omnes aduerterent, qui conuiuio aderant,merito ſe Magdalenæ officia excepiſſe, nullum proinde murmurationi permittendum eſſe locum ; amanti namque nimium, & vitam ſuam emendare cupienti,quis modus præſcribendus eſt in abſolutione? proinde quiſquis eſſet ille non iuſte criminaretur : *propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit &c.* oportebat ergo hac Domini oratione,verbis ipſius,Simonem conuiuaſque quieſcere,& rem ita eſſe ſentire. At denuo murmuratio in promptu eſt, & detractionis cauſſas adinueniunt, dicentes: *quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit?* primo dubio ſoluta, ſtatim parit murmuratio, & alia dubia : criminantur Chriſtum , poſtquam non poſſunt Magdalenam , oratione Chriſti excuſatam. At vt hoc comperit Dominus quare non reſpondit,eos corrigens, & quare id dixerit Magdalenæ , quod ipſi reprehenderant edocens ? & vt prius parabola cogitationibus Simonis male de aduentu Magdalenæ ſentientis,ſatisfecerat,ita & nunc ijſdem conuiuis,de poteſtate ſua murmurantibus non ſatisfacit ? minime hic faciendum putauit , ſed addit Euangeliſta: *dixit autem ad mulierẽ fides tua te ſaluam fecit,vade in pace* : ideo hoc factum,quia primo ferẽdi sũt, atque admonendi murmuratores; deinde, cum quis videt nihil admonitione proficere,diſcedat , ne contagio morbi

Reprehẽdi debet ſuſurro.

Luc. 7. 17.

Luc. 7. 38.

Semper noua murmurationis eſca inuenitur.

Digitized by Google

illius,coinquinetur etiam ipſe. Itaque hoc modo videtur dixiſſe Dominus. Diſcede,atque vade in pace Maria; repreſſi primo murmurationem, ſed nihil correctio profuit,quin iterum mentem laxant detractioni; prius eſt arguendus laniator alterius famæ, euitandus deinde; quamobrem dum hi nil proficiunt, fuge eos: *vade in pace:* periculoſæ namque eſt contagionis morbus hic, me inficere non poteſt,te poteſt: Ergo nullo reſponſo dato conuiuis,te hortor,vt fugias: *dixit autem ad mulierem; fides tua te ſaluam fecit,vade in pace:* Atque hoc dictum ſit de præceptione, quomodo euitanda ſit murmuratio.

Debet fugi ſuſurro qui non corrigit.

242 Cæterum, ſi dignitas obloquentis id non patiatur, ſi indignatio,ſi circumſtantiæ,ſi tempus &c.non permittat audientem à conſortio diſcedere? monſtret tamen inuite id audire; & mentem alio diuertat,ita vt videatur ſomnians,quæ de fama alterius audit excipere: ecce Eccle. *Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo,quoniam cum ſubuerſione tua ambulas. audiens vero verba illa, quaſi in ſomnis vide, & vigilabis:* expendenda ſunt verba,& primo: *caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum ſubuerſione tua ambulas:* dum garritus audis,qui auditum mulcent, inſidiantur animæ;ſyrenes ſunt, quæ blandiuntur cãtilenis, ſed inter hæc audientem enecant: *caue tibi, & attende diligenter auditui tuo,quoniam cum ſubuerſione tua ambulas:* quia huiuſmodi homines nihil magis cogitant, quam blandiloquentia,virus tegere detractionis; ne offẽdãt aures audientis, mirum in modum zelo tegunt,qud deblaterant, quod ad commune beneficium annunciare videntur; quod cum fecerint, te ſubuertunt eandem de fama alterius habentem opinionem: igitur *ne audias eos,& caue diligenter auditui tuo.*

Qui ſuſurrones fugere non pot audiens mentem diuertat.

Ecc.13.16

243 Et hæc peſſima ſuſurronum conditio eſt, vt non tantum inimicum ſubuertant murmuratione.id eſt, à fama deturbent & deijciant à publica exiſtimatione,ſed eum,qui audit,deijciunt, aut dulciter ſibilo murmurationis,illum quem impetunt mendacio,& ſæpius,cum de iſtiuſmodi agitur in ſcriptura; mentio eſt de fouea,vt ibi: *in labijs ſuis indulcat inimicus,& in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat in foueam:* deijcit lingua,& labijs indulcoratis,inimicum in foueam; quod hunc ſenſum habet, ita dulce ſuſurrat,& canit; hoc illa modo ſpargit, colorat,atque figurat,vt dulcia labia, dulcem linguam videatur habere; ſed in hoc illum, de quo loquitur, in foueam proijcit; proiectus namque in foueam non poteſt ſibi ipſi, vt inde aſſurgat,auxilium præſtare; ita quoque reperitur in fouea malę opinionis percuſſus, & deiectus à lingua dulcis ſuſurronis, ita vt videatur non poſſe, illinc exurgere ad priſtinam dignitatem famæ,& æſtimationis: *In labijs ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur,vt ſubuertat te in foueam.*

Suſur. audienté dulcib. decipit verbis.

Eccl.12.15

Audiens murm. in foueam cadit.

244 Oſtendit hoc etiam Ieremias de ſuis contradicentibus: *venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones:* forſan percutiunt enſe? minime quidem,lingua feriunt, dulcedine illita mendacij, lingua compoſita, lingua concinnante dolos: *percutiamus eum lingua:* & in quod te diſcrimen coniecere Ieremia? ſeq: *Audiatur clamor de domibus eorum; adduces enim ſuper eos latronem repente, quia foderunt foueam animæ meæ:* lingua percutiunt & parant foueam; lingua, id eſt, murmuratione me in foueam proijcere ſtatuere in vltimam miſeriã; propterea, *redde eis domine &c.* indulcauerunt ſuper me in labijs, & in lingua inimici mei, ſed id non alia ratione, niſi vt me expellerent ad foueam miſeriæ. Recte ergo admonitum eſt,cauendum eſſe ab auditu verborum mellitorum a lingua dulcorata propter ſubuerſionem: *quoniam cum ſubuerſione tua ambulas:* Vnde verum comprobatur illud Danielis, cũ lingua percuſſum Prophetam, iniecerunt in foueam leonum: *tradidit eis Danielem, qui miſerunt eũ in lacũ leonũ:* quis extrahere po-

Ier.18.18

Iere.18.20

Da.13.30

Digitized by Google

Deus tñ eripit à foуea mur. poteſt hominem murmuratione ad foueam extremæ contumeliæ coniectũ? nemo quidem, miſericordia tantum, inquit Dauid, diuina veritas, ſicut ibi Daniel diuinitus ereptus eſt. Hoc Pſalmus exprimit ibi: *Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus*; ſed quæſo quare inter leones? *filij hominum dentes eorum arma, & ſagitta, & lingua eorum gladius acutus*; & quid lingua effecere? *foderunt ante faciem meã foueam:* verborum inuolucris, parant laqueos, & foueam, vt aliquem comprehendant, & ad miſeriam vſque perducant.

Pſ. 56. 5.

145 Sequitur Eccle. *audiens vero verba illa, quaſi in ſomnis vide*: quia nullam fidem præſtare ſolemus ſomnijs, ita obloquentium verbis nulla eſt fides præſtanda: ſomnia quoque irridemus. Præterea ſomnia exiſtimari debent, quæcunque inania, ac commentitia ille componit. *Quaſi in ſomnis vide:* ſomnus autem eſt, imago mortis: ſcias te in imagine mortis hæc conſpicere, ſeu audire, quæ funeſta ſunt, quæ exitium, mortemque parant, quæ non niſi cum diſcrimine magno vitæ effũdit is, qui murmurat; erit enim aliquando vltor Deus, ſeu vltor erit ex diuina permiſſione homo: ſic ad hunc ſenſum refert Pier. Siſinium contra omnes linguam male exercuiſſe, ac fedè cunctarum vitam carpſiſſe, præter vnius Marci Craſſi: interrogatus autem Siſinius, cur Marco lingua parceret, reſpondet: *fænum in cornu gerit*: quaſi diceret, metuo ego male à Craſſo; mortem habet in fortitudine; ſi reſciuerit me criminatione illum impetere actum erit de me, & hic ſuſurrones dire punit; quamobrem ab vſu linguæ excepit Craſſum, murmuratores ſeuere caſtigat, omnia bene de Craſſo: & Dauid: *detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar*: Perſequebatur murmuratores, vel vt Pagn. *hunc ad mortem reducebam*: ecce foenum in cornibus, & conſilium M. Craſſi contra detrahentes. Recte ergo dictũ: *quaſi in ſomnis vide*: morti enim affinis murmuratio eſt, pro qua toties vindex Deus in ſcriptura mortem aduocauit, vt in lib. num. & Ex. legitur.

Eccl. 13. 17

nulla fides verbis ſuſurronis adhibenda

pſ. 100. 5.

Foeno quoq; murmurationẽ Bern. 246 aſſimilat, atque murmuratorem plauſtrum eſſe ſtridens, onuſtum foeno, vt ibi dicitur: *ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno*. In vrbe frequenti, ſi tranſit plauſtrum onuſtum foeno, oportet, & currus, & homines, & equos expectare, omnia perturbantur, vt viam plauſtro aperiant; & deinde, quod vehitur, foenum eſt; atque hoc modo murmuratores dicit eſſe, cupiũt tacere omnes, ſilentia fieri, conſcientiam aliorum perturbant, & deinde foenum portant, vana dictitant apparentia, ſeu foenum, quod mortem indicat: mortem enim præſeferunt, vel ſibiipſis in anima, vel alijs in corpore, ſeu in fama, plauſtrum onuſtum foeno in eodem ſermone videtur poſſe colligi ex ſententia Bern. q huiuſmodi ſibilo, ſuſurro, atque ſtridore murmurationis, non ſolum pacem alijs adimere ſtudet, ſed diuinas voces, ſecretaſque Dei inſpirationes minime poteſt audire, Pſalmo hoc clarius indicante: *murmurauerunt in tabernaculis ſuis, & nõ exaudierũt vocem Domini*: quaſi enim non poſſent alterius vocem audire, qui ipſi clamant, & ſtrident.

Amos. 2. 3

Murmuratio fœno aſſimilat.

Pſ. 105. 25.

Seu plauſtrum onuſtum foeno dicitur, quia mortem omnino exquirit, 147 non mediocrem ruinam quærit, ſed vſ ad mortem, lingua innoxium inſectatur: onuſtum foeno: Similes ſunt medicis conciliantibus de aliquo, cuius morbum ignorant, & priuſquam cauſam nouerint, ſententiam ferunt, febrim malignam eſſe, ſeu pharmacum ad curam inſtituunt, quod ad malignitatem febrim inducit, & poſtquam hoc egerint, morbi cauſas ſtudentes inquirunt, interim moritur ægrotus, Ecce Dauid: *ſuper populum tuum malignauerunt conſiliũ, & cogitauerũt aduerſus ſanctos tuos*: prius malignauerunt conſilium, & de-

Suſurro ſtatũ mortem nuntiat.

pſ. 82. 4.

Digitized by Google

inde cogitauerunt; prius oportebat cogitare, & deinde malignare conſilium: prius ſtudere, grauis ſitne morbus, & deinde ſententiam proferre, malignauerunt, & cogitauerunt.

248 Palam hoc quoque in Ieremia inſcriptura toties adducta de impijs murmurantibus. *venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes, non enim peribit lex a ſacerdote neque conſilium à ſapiẽte*
Ier. 18. 18. *nec ſermo à propheta, venite & percutiamus eum lingua & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius:* vide quomodo ante quam ſententiam ferant. morti addicunt prophetam, vt ipſe infra, *tu autẽ Domine ſcis omne consilium eorum aduerſum me in mortẽ*: ſi conuocas ad cogitationem; quare ſententiam fers prius percutiandi eum lingua, & delendi prophetam; cuius morte, non deletur nec ſapientia nec prophetia? At in huiuſmodi collegio murmurantium hic vſus eſt malignare cõſilium, & deinde cogitare; ferre ſententiam & deinde diſquirere cauſſam: Aliquando quod neſcit, quod dubium, quod abſconditum eſt inconſulto id affert in graue damnum proximi. At de olla ſuccenſa & de murmuratione hæc dicta ſint.

Verſiculus. XIIII.

VVLGATA.

Et dixit Dominus *ad me*
Ab aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ.

SEPTVAGINTA.

Et dixit Dominus *ad me*
A facie Aquilonis exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ.

CHALDAEA.

Et dixit Dominus mihi
Ab Aquilone incipient venire mala ſuper omnes habitatores terræ.

VATABLVS.

Et dicebat ad me Dominus
Ab Aquilone aperietur malum ſuper omnes, qui habitant terram.

PAGNINVS.

Et dixit Dominus *ad me*
Ab Aquilone ſoluetur malum ſuper omnes habitatores terræ.

PARAPHRASIS.

Dominus autem Reſpondit. At nunc ſcito, quare militare Chaldæorum inſigne in vaſe figuli accenſo monſtratum, à facie ſit aquilonis; inde enim ſummum omnium malum, id eſt vaſtitas, & excidium erumpet contra Ieroſolimitas. Inuadet Babylonicus hoſtis vrbem & vaſtabit incendio.

Expoſitio.

AB Aquilonari plaga ſummum omnium aduentabit malorum, omne 1
malum epitoſis eſt, in ſcripturis frequẽs, his autem verbis exercitum deſignat Chal-

Chaldæorum,qui ex Aquilonari regione irrumpentes,vrbem,vi,rapina incendio,euerſuri erant,quod optime exponit Hieronymus hic,& in Zacc.cæt. poſt eum. Interim æternas tribulationes in olla ſpectatas à temporalibus virgæ vigilantis omnino diſtare ſcias,quando.n. iuſti in hac vita,vel patientiæ excolendę cauſſa, vel etiam virtutum omnium exercitia perficiendi,à Domino media tribulatione corripiuntur,tribulationis ipſius inſtrumentum diuina manu tractatur; virga namque vigilans in manu Dei eſt, quid enim non fructuoſum à diuina manu procedet, dum correptionem ſemper,merito, fructibus,exaltatione compenſat,dicente Dauid quod baculus & virga conſolatur, & menſam diuinam beneficiorum parat, quaſi Deus ipſe curet,vt nobiliſſimi profectus ex data tribulatione percipiantur, *virgam vigilantem ego video*, hæc tribulatio, at *vigilabo ego ſuper verbo meo:* quaſi dicat, quod ſi virga flagellat, ad vtilitatem demum ex virga capiendam ego vigilabo, Dominus ergo vigilat in dando bonum poſt flagella quæ propria manu geſtat, virgam in manu Domini.at hoc de fructuoſis ac temporalibus tribulationibus dici poteſt, cæterum ſi loquamur de æternis, & infructuoſis, hoc ſequitur: *ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie aquilonis*,in olla culinaria foeda flagella monſtrantur,quæ inutiliter damnatos æternùm torquent;non vigilat, vt infligat,ne tortor pæne videatur;ſed ab aquilone pandetur omne malum. Aquilo,dæmon hic tartari poenarum diriſſimus fores aperit, & æternis rebelles cruciabit incendijs, mihi nulla pars erit in emittendo poenas quas ſibi pariunt impij, diſpenſant dæmones cum agitur de poenis æternalibus,non ſum ego, à diabolo ſoluetur omne malum, Aquilo namque diabolum ſignat teſte Gregorio, & ſoluetur legit Pagninus. ſi autem per aquilonem regnum diaboli accipimus vt idem Gregorius,hic eſt'ſẽſus:malum quod ligaui, & concluſi in inferno,dum vos eſtis olla ſuperbiæ ac omnium malorum,ab inferno ſoluetur: & hoc pacto culpam oſtendit malum præſeferre: *ollam ſuccenſam ego video &c.ab aquilone pandetur omne malum*, hoc enim nos punit, malum quod geſſimus,peccatũ,eſt contra nos ſemper & hoc ipſo pauperes efficimur nimis.ideo Dominus gentis apoſtatricis volens oſtendere flagella,ollam oſtendit, quaſi diceret,in his quæ fecerunt punientur: omne malum in olla: ergo omne &c.

Zacc.c.1.

Deus flagella cõſolatione cõpenſat.

Summum malum cõtra ſummũ peccatum.

Aeternæ pænæ ſunt à diabolo.

2 In hac olla duo præcipuè vitia continebantur luxuria,& ſuperbia,quorũ primum ſupra explicauimus: ollam proinde aliqui luxuriantem legunt: Secundum, ſuperbiæ de quo Gregorius profecto teſtatur his verbis *ollam ſuccenſam ego video &c. olla namq; ſuccenſa,eſt cor humanum,ſecularĩu curarũ ardoribus acceſum,quæ à facie aquilonis ſuccenditur .i.diaboli ſuggeſtionibus inflãmatur; ipſe enim vocari nomine aquilonis ſolet,qui dixit ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis,aſcendam ſuper altitudinem nubium &c.* Auguſtinus cum multa præclare de ſuperbia dixiſſet,ſubdidit,*hæc eſt illa feruens olla, quã Ieremias vidit, in qua decoquuntur omnes principes,& paſtores tenebrarum, ſectatores bonorum temporalium, venatores diuitiarum, qui primas cathedras appetunt in ſynagogis,& ſalutari in foro, & vocari ab hominibus rabbi; hanc ollã ſuccendit* Diabolus *dum corda patrum inflat ad altiora*. Ita ergo plena luxuriæ, ac ſuperbiæ,olla omne malum continet; luxuria nimirum virtutes omnes propellit & mala omnia ſecum ducit, *ignis vſque ad conſummationem deuorans,omnia eradicans genimina*: Gregorius quoque: *vaſtator ſpiritus fornicationis dicitur,qui, quem inuaſerit,ei nulla virtutum dona derelinquit*: ſimile dicas de ſuperbia; initium omnis peccati eſt,ſcelerum omnium dux atq; comes, ita ibi in pſal. *emundabor à delicto maximo:* Auguſtinus ſuperbiam dicit eſſe hoc delictum, peccatorum maximum & fontem: ergo omne malum,ideſt ſũmum

Greg mor Iob.17.

Aug ad fratres in her. to.x ſer.12

Iob.31.12

Greg. Iob 1 Re.c.14.

Digitized by Google

mum omnium malorum ſuperbia regis aduentabat, & quia cor humanum adductis cæterorum flagitiorum ſocijs calcat ac dominatur, *veh* inquit Iſaias *coronæ ſuperbiæ*, quod cum ita ſit, & omnis abominatio, & peccatum in olla concludatur, quid mirum ſi in pœnam, malum omne panditur, ac mouetur? *ab aquilone pandetur omne malum*, iiſdem ergo iaculis ferimur, quæ peccatis noſtris acuimus, & eadem pœnæ menſura ac peccatorū eſt, vt tale pondus tormentorum damnatum ſeu peccantē maneat, quod peccando effinxit; ſemper enim mutuū poena ac peccatum reſpectum ac viciſſitudinem habent, & ollæ vitioſæ plenitudo, malorum aduocat plenitudinem. Eundem ſcimus vultum inducre florem eum quē vulgus[gira ſole] appellat, hic vel ſolis æmulus, vel amans, eius figurā continuo ſemper aſpectu fingit, motus quoque & affectus ſolares comitatur; vt ſi ex oriente ſol procedit, & coeleſtes viàs aurea luce colorat, emulum ipſe caput quaſi à ſe ipſo erigit exoriens; ſurſum tendit? ſequitur aſpectu; ſi ruit pallens in occaſum, occaſum exprimit in languore. Eum merito ſolem prati poetæ dixere, quidqud etenim in ſole amante eſt, totum depingit folijs ac figurat; quoquo ſe habet alter, alter ſe gerit. Illiuſmodi conditio peccati, ac mali eſt, mutuo proinde proſpectu ac viciſſitudine æmulantur quaſi, ac ſuccedunt, vt quo in ſtatu malum videris, peccatum in eo præceſſerit omnino; & ſi peccatum aſpicis, poenam ſubſequentē conſpecturus ſis. in hac quoque ſcriptura pulchre ſolis & floris intuemur aſpectus, in malis & ſceleribus: *ollam ſuccenſam ego video, & facies eius à facie aquilonis:* ecce ſceleris ollam æſtuantem, ad aquilonē facie conuerſam, & ecce malum: *ab aquilone pandetur omne malum*: malum ſemper aſpicit culpa, ideſt peccata poenam, tanquā flos ſolem: *& facies eius à facie* inquit *aquilonis:* quod ſi in olla luxuria, & ſuperbia eſt, vti prædiximus, idem inuenies in aquilone teſte Gregorio; quidquid enim ſol oſtendit; ſibi flos depingit.

Eadem pœnæ menſura ac peccatorū eſt.

Simile.

Reſpicit culpa pœnam.

3 Manium libri fabulabantur antiqui, ea oſtendebant, quæ damnati in præcedenti vita geſſerant, vt eos vel ſupplicio vel merito donarent; quemadmodum præcedentia geſta libris iudicantium exarata monſtrabant. vel etiam vrna illius, geſta eorū ante acta, reuoluebat in ſortes

Quæſitor Minos urnam mouet

4 es ergo olla ſuccenſa in hac vita? ſtatim inuenies in aquilone in regnò diaboli, in libro Minoi, omne malū: *ollam ſuccenſam ego video* hominē libidine fractum, æſtuantem ſuperbia, tabidum inuidia, luxu nimio mollē? quid deinde ſequitur? *ab aquilone pandetur omne malum*: congeris vitia? congerentur mala; vnis peccata? in aquilone cogentur poenæ *quæſitor Minos vrnam mouet.*

Hor. od. 1.

5 Sæpe vero eodem nos genere mali exitium parat, in quo ſcilicet deliquimus; vtpotę ſuperbos, ſuperbia ipſa conſumit ac perdit; olla ſuperbiam ſignificat, vt diximus ex Auguſtino, *& audiuimus ſuperbiam Moab* cū & olla Moab dicatur etiam *Moab olla ſpei meæ*: ſuperbi igitur puniendi, ab aquilone puniantur, cum ſuperbia ſit. Gregor. autē hæc habet: *ipſa namque vitiorum omnium, regina, ſuperbia eſt; cum deuictum plane cor cœperit mox illum ſeptem principalibus vitijs, quaſi ſuis ducibus deuaſtandū tradit.* Porro regina ſuperbia à rege ſuperbiſſimo, vt par noxa, pari malo eradicetur, remanet aboleta. Rex autem Nabucdonoſor, qui incendio vrbem deleturus erat omniū ferme extitit ſuperbiſſimus, cum eo elationis aduenit, ac demētiæ, vt ſui ipſius imaginē, cogeret ſubiectos venerari. Ieruſalē proinde ſuperba à rege ſuperbo confrigitur: inde dicit: *Regem ferueētem ſicut lebetem ego video:* olla feruens a rege feruente cōſumitur.

Iſa. 16. 6.

pſ. 107. 2.

Ieruſalem ſuperba à Rege ſuperbo capta.

Greg. 19. 6 Iob.

Hoc ēt dici pt ꝙ cū ollā nos ebulliētē credimus fortitudinē, morū comitatē, diuitias, pulchritudinē: *ab aquilone pādetur oē malū*: acquiſita, vel habita nr̄a nō ſine Dei offēſione cuſtodim⁹ tūc nobis ꝙ inutilia fuerint hæc omnia demōſtratur,

cum

Digitized by Google

cum peccata pernicioſiora ex his contracta, nobis ab aquilone infernali patefient, tunc vires tranſibunt in ægritudinem; honor in contumeliam; opes paupertate conſumentur, ſicut Ioannes hoc videt indicare: *quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus &c.* illle vires omnes patrimonij, faſtu, luxu, ac commeſſatione continua prodegit, dumq; ebullientem vitiorum ollam indiſcretis enutrit diſpendijs, pandetur ab aquilone malum; id. eſt, nimio preſſum ære alieno, creditores, depromptis ex curia obligatorijs ſcripturis vinciunt, ac in carcerem detrudunt, quo ſane facinore quis non videt ex aquilone omne malum ſequi? ſubſtantias omnes dilapidatas, iniuſte detētas fiſco addictas, natos, totamque familiam pauperie diuexari; ipſum vero carceribus intruſum macie, ac ſquallore conſumi, ſicque nimios pernicioſæ, & exitialis ollę calores glaciei aquilonis impetus extinxit.

Apoc. 3. 17

6 Quod ſi vacua olla eſt; vt plerique autumant nihil eſſe in olla, & Ezech. videtur conſentire: *pone quoque ſuper prunas vacuam, vt incaleſcat, & liquefiat æs eius, & confletur in medio eius inquinamentum eius, & conſumatur rubigo eius:* ſuperbiæ ibi conditiones inſpicimus, & plura ſuppetunt, quæ ſuperbiæ vitium execrabile depingunt. ollam ſuccenſam: græca verſio *ollam ebullientem:* nihil in olla dum ebullit. Huiuſmodi eſt ambitioſa ſuperborum elatio, qui nimio faſtu turgidi, nihil in ſe habent, & tanq̃ ſi haberent gloriātur. Præterea, quo magis ſuppoſitis ignibus lebes ebullit, eo magis humor reſoluitur in vaporem, & minus reperitur in olla; ſuperbus vero, quo magis eleuatur, in ſpumas reſoluitur, & euacuatur: Pſalm. *vidi impium exaltatum, & eleuatum &c. & tranſiui, & ecce non erat:* quod et. vt probes faciunt, quæ ſupra in principio capitis adnotauimus. Iſidorus legit. in bullas reſolutam: bulla eſt tenuis humor ſpiritu in ſphericam formā diſtentus, ac inflatus; leuis adeo, vt ſuper aera volitet, ceu pluma. Inſtar diaphani obiectorum oppoſitorum ſibi formas effingit, dumq; ſpecioſiſſimę, cryſtalli ſpectacula præbet, incluſus aer egrediens, muto crepitaculo fictam humoris machinam reſoluit, & euaneſcere facit; egregie ſuperbum bulla deſcribit, ſiue gloriæ inanis ſpiritu diſtentus, per ambitioſa honorum aera volitet, ſiue turres, & arces flectentes imaginatione, procaci verborum oſtenſione repræſentet, ſiue pulcherrimū ſtirpis decus, deducta genealogia, deſumpto familiæ ſtipite depingat; vacua leuis bulla eſt; interiori namque ſuperbiæ vento erumpente, dum ſe maiora ſuperbus cogitat, omnino illuſus, ruina debilitatur; ollam ergo merito cernit in bullas reſolutam, quia dum nihil in olla, atque in bullas eſt reſoluta, nihil eſſe præter auram oſtenditur. Nota poſtremo, minime ab ollæ ſtridore ſuperbi naturam effugere. Reſolutus in bullas humor in olla ſtrepit, & ſtridulo quodam ſaltu, vento, congeritur in bullas vnda; eo namque, quo ſuperbia elationis nutrimenta præbet; iactantiæ, & dicacitatis ſtrepitus edit; illum contumelijs afficit; hunc quaſi nobilitate poſtremum premit; cæteros obiurgat, domum omnem verbere, minis complet; faſtidit omnia; omnibus detrahit; ſibimet ipſi, ingentia de belli peritia, de prudentia, deque Republica bene gerenda tribuit; male de ſe merentem, vel inſulſis officijs non obſequentem carpit, & deducta maiorum memoria, vitiatæ ſobolis detrimenta decantat; continuo ſeruos, ac liberos flagello, vel linguæ, vel etiam verberum affligit, & ſuiipſius impatiens, ſeipſum plerumq; contumelijs afficit; vel, vt contemptu ſui admirationem captet, vel quia ad acquiſita munera minime peruenit; olla igitur ſuperbus, ebulliens eſt, in olla reſoluta, ſtridens. Vnde Sofocles in Aiace flagellifero:

Ez. 24. 15

Vacui omni laude ſunt ſuperbi.

Pſ. 36. 35.

Superbia inanis bulla.

Superbus ſtrepit vt olla ebulliens.

Video nos nihil eſſe prēter
ſimulacra quadā, quotquot viuimus
aut

Digitized by Google

Aut vmbram leuem.
His igitur conſideratis faſtuoſum
Nullum vnquam dixeris in Deos *verbum.*
Sofocles. *Nil aliquo modo ſuperbieris, ſi quippiam,*
Aut polles manibus, aut copia diuitiarum amplius: Sed poena.
Ser. Herc. fur. act. 1. *Dominare tumidos ſpiritus altus gere,*
Sequitur ſuperbos, victor à tergo Deus.

Et dixit Dominus ad me, ab aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ: quæ pertinent ad literam, & ad tropologiam, ſupra fuſius explicauimus, & quomodo malum ſoluit in Hieroſolymitana deſtructione Dominus per exercitum Chaldæorum. Dubium eſt, quomodo deſtructa Ieroſolyma, totum orbem inuaſurum malum deſcribitur: *ſuper omnes*, ait, *habitatores terræ*. Atqui ſcimus nequaquã hoc malum omnes mundi incolas tetigiſſe, ſed Ieroſolymitas, & Iudæos tantum. Itaque habitatores terræ, non incolas dicit, ſed amatores, & eos, qui terrenis rebus inhiant, & nimio affectu tenentur; ideoque malum panditur ſuper ipſos, quia habitatores ſunt terræ, atque hæc ipſa eſt Hieronymi ratio: *ſuper habitatores*, inquit, *quia ſancti ſunt aduenæ, in epiſt. Petri: aduenis Galatiæ Ponti, & Bithiniæ; & in Geneſ. 47. pauci ſunt dies mei, quibus peregrinor in terra. & Cap. 2. Ioel, cap. 4. Oſeæ iudicium Domino cum habitatoribus terræ: rectè qui habitatores terræ, & non incolæ ad iudicium prouocantur, quia à facie aquilonis exardeſcent mala ſuper habitatores terræ; & in Apoc. Ioannes: veh veh veh ſuper habitatores terræ:* Malum igitur malo compenſatur, vt agentes peruerſa, & per hoc rebus terrenis nimiũ diſtentos, malum capiat ignis, vel Babylonici Exercitus; & ad literam ad terrenos hos habitatores in via mundi abeuntes, exiſtentes in Ieruſalem minatur Deus malum hoc aquilonare, id eſt, incendia, quibus ciuitas tota, & indigenæ ſuccendendi erunt. Ierem. *auferte præputia cordium veſtrorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem, ne fortè egrediatur, vt ignis, indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit, qui extinguat propter malitiam cogitationum veſtrarum:* cogitatio verſa in malum malo punitur incendij, nec immeritò gens, qui ſerit ſuper ſpinas, qui incircumciſa Domino eſt, aquilonis malis punitur: *Aquilo enim*, vt ait Gulielmus, *frigidiſſimus ventus eſt, & ſiccus, & ſpiritualem nequitiam deſignat, qui & in ſemetipſo frigidus eſt, a calore ſanctæ deuotionis; ſiccus, à lachrymis purgatoriæ compunctionis, identidem ſiccos, frigidoſque facit, quos inficit:* idem approbat Grego. ſi enim frigidus animus neque peccata fugit, neque fructum Deo debitum reddit, quemadmodum arbores in frigidiſſimis temporibus fructus non pariunt, ita malis omnibus ab aquilone feriendi erant Hebræi. 7

Habitatores terræ terrena ſapientes.
Ser ſup Ez. 14.
Ier. 4. 4. Admonet de flagellis miſer.
Gulielm.
Anima torpens quid?

Nota hic, quod in torpore omne malum inuenitur. Porro olla mentis noſtræ cum vitijs feruet, torpore detinetur, qui mala omnia ſecum affert, cum n. in peccato exiſtens, minime per torporem aduenientia mala vitiorum expellit, quis dubitet, omne malum in torpore inuenire, cum ſit tanq̃ ciuitas non cuſtodita milite, quam inimicorum copiæ depopulantur?

8 Chaldæa translatio habet. *ab aquil. incipient venire mala:* hic obſerua Dei bonitatem, & peccatoris malitiam: *incipient*, inquit, *venire mala:* vt detur loc⁹ fugæ, quemadmodum explicauimus illum Pſ. *viã fecit ſemitæ iræ ſuæ:* ſup. exp. de miſ. incipit flagellis agere, vt ab inceptis propter pœnitẽtiã deſiſtat: *ſi reuerteris, ait Dominus, ad me, cõuertere, ſi abſtuleris offendicula à facie mea, non cõmoueberis:* & eod. capit. poſt terrores, quos minatur, quaſi verberare nõ poſſit, cum ad flagella venitur, eos excitant, vt fugiãt à facie vaſtatoris, his verbis: *annuntiate in Iuda, & in Hieruſal. auditum facite, loquimini, & canite tuba in terra, clamate fortiter, & dicite:*

Ier. 4. 1.

con-

cõgregamini, et ĩgrediamur ciuitates munitas, leuate ſignum in Syon, confortamini nolite ſtare, quia malũ ego adduco ab aquilone, & contritionẽ magnã. Simile quid eſſet, ſi coacta claſſe Rex vt traces offenderet, illos prius admoneret, vt ſaluti cõſulãt, & fuga periculũ oẽ euadãt: ita ergo, q̃a malũ ego adduco ab aquilone; cõfortamini, & nolite ſtare, ingredimini ciuitates munitas, quaſi malũ adducere cogatur, ſed percutere poeniteret, dat ergo cõſiliũ, vt auertãt fuga incẽdiũ, q̃n ꝓphetæ præcipit, vt Ieruſalem alloquatur, ſtet ĩperat cõtra aquilonẽ, vt vẽtura inde flagella mõſtrentur, & proxime ab illa plaga aduẽtare: *vade* inquit *loquere ſermones iſtos contra aquilonem, & dic reuertere auerſatrix &c.*

8 Alia trãslatio *vehã malũ ab aq̃lone* qua ſi per mare vehatur; ꝙ mare vehitur maris ſubiacet incõmodis, atq; periculis; ꝙ plauſtro, ſæpe infractũ, raro ducitur incolumẽ, ſeu loci diſtãtia ſeu viæ inæqualitas ſit cauſa. Ita malũ vehit De⁹. Interea malũ quod nauigat vt ad peccatorẽ perueniat, ſi turbidũ mare eſt, i. contritione cordis cõmotũ, ſtatim ſubmergitur malũ; contritio vero mari æquiparatur: *magna eſt velut mare contritio tua*: malũ ergo perit dũ cõtritione, ac dolore, ac poen.ª tẽpeſtas agitatur à peccatore. Si vero currui inſidẽs vehitur, ęque nõ pt̃ currus ſup cor contritum, & humiliatũ incedere; vnde ſẽper malũ qđ plauſtro vehitur, aut cimba, (ſi peccator itinera, vel equoreas vias cõtritione infecerit) periculũ ſentit; q̃nimò ſi fluctibus aq̃lonaribus oſtia ſubiret malorum nauis, ſi exaduerſo flatus ſpirauerint, ſuſpiria, poenit.ª lacrymę, nauis a ſtatione reijcitur. Nauis minarũ, & malorũ moderatore Natã, penè ad Dauidis portã appulerat, etiam iam portã tenuerat cũ dicebat Natan: *tu feciſti in abſcondito ego aũt faciam in conſpectu ſolis huius.* vix tñ capit exponere, quæ oneraria puppis gerebat, cũ ex aduerſo cõpunctionis flauit vẽtus: *peccaui Domino*: & illicò nauim impellit in altum atq; torquet, & per vndas transfert: *Dñs quoque tranſtulit peccatum tuũ, nõ morieris.*

Malum vehi quid.

Tren 2.17

2.Re.12.13

Tãta ergo vis eſt cõtritionis, vt nauis pęnarũ nõ deturbetur tm̃, fluctibus amaritudinis, & cõpunctionis, ſed altera nauis conſolationis adueniat; ſicut Ier. Tren. *vide Dñe q̃m tribulor, conturbatus eſt uẽter me⁹*, en maris cõturbationẽ: *ſubuerſũ eſt cor meũ in me metipſa*: en vndarũ agitationem, *q̃n amaritudine plena ſum*: en maris elationem: at vbi malũ eſt? ſeq̃t *amici mei audierũt malum meũ, lætati ſunt q̃n tu feciſti*: ſed ad talẽ cõpunctionẽ reuertatur nauis malorum, & lætitiæ ſuccedat *adduxiſti diẽ conſolationis: Aſcẽdunt* inquit Dauid *vſq; ad coelos, & deſcendunt vſq; ad abiſſos aĩa eorum in malis tabeſcebat &c. moti ſunt ſicut ebrius, & clamauerunt ad dñum, cum tribularentur, & ſtatuit procellam eius in aurã, & ſiluerunt fluctus eius.*

Tren. 1.20

pſ 106.19.

Hoc ergo malum vehit Dominus qđ confeſſione diſpergitur, & transfertur, & compunctione ſubmittitur; ideo poſt tot minas, ab aquilone inquit veham malum. 9

Ab aquilone pandetur omne malum. 10
quodue malum ſit hoc, ſubnectit, *loquar* inquit *iudicia mea cum eis*, alia deberent mala ſuccedere, quæ tot minis, & terroribus prænuntiantur; leue profecto eſſet vnica tantum colloquutione illos abſoluere, *pandetur oẽ malum: loquar iuditia mea cum eis.* Porro hoc manifeſtius inditiũ eſt clementiæ Dei, qua leuiter punit impios, atq; ex ijs colligere poteris, quod ſuccenſa dicitur olla, & plena carnibus, vt Ezech. & tamen olla dicitur in bullas reſoluta, vt actum eſſe demonſtret cum impijs, cum minis tantum feriuntur. Aſſerendum ergo eſt dum tropologiam ſequimur, omne malum dixiſſe, vt terreret, nulla namque ſi aliter eſſet poenarum acerbitas, & afflictio ab omni malo excluditur. relicta expoſitione quam in littera pręmiſimus, non collectionem malorũ oĩum ex aquilone aduentare, ſed malorũ oĩum ſummũ. Itaq; omne malum venturum eſſe contra Ieruſalẽ atqui eadẽ mala deſcribẽs Ezec. non oẽ, ſed ſtillã mali appellat: *Hæc dicit Dominus pone faciem tuam*

Quid ſit eſſe malum.

Bbbb con-

contra viam auſtri, & ſtilla ad Africum: vnam eamdemque hanc atq; ollam Ieremiæ, atque idem malum dicit Hieronymus: *His enim qui in Babylone ſunt, Ieruſalem ad auſtrum ſita eſt, quando olla in Iere. à facie aquilonis ideſt Babylonis accend.* niſi malis dicere, quod quādo agitur de Babylone, ideſt de flagellis diaboli, vt hic, gloſſa intelligit, *pandetur omne malum*, quando de flagellis Dei propheta ad Ieruſalem, *& ſtilla* dicitur *ad auſtrum*: de flagellis in hac vita intellige: ſed obiter Hier. alium ſenſum accomodat his verbis. *Pulchrè in principio ſtilla dicitur ad auſtrum, vt non tota Dei ira videatur effuſa, ſed ſtilla quædā, & pars; ſi autem ſtilla quædam ſæuitia eſt, quid in totis imbribus æſtimandū eſt?*

Differentia æternarum à temporalibus pœnis.

11 Igitur ad noſtram ſententiam vt metum incueret, *omne malum* dixit, quod poſtremo vno terrore abſoluit, *loquar iudicia mea cum eis; & ſtilla ad aphricum.* Mos Dei eſt ſæpe terrentis improbos, & vecordes, vt ad mētē reuertant̄, raro percutientis. Sunt pleriq; qui nullo metu excitātur, nec tribulatione frāguntur, quibus cum minis agi ſuperfluum eſt; ſunt vero multi, qui ad leuem diuinæ vltionis terrorem, conuertuntur, quorum, cum mens aliquando inclinat ad malum, eo modo ſe gerit Deus, ac matres cum inobedientes paruulos habēt ac diſcolos; natos, inquam, quos amant, & nullo adhibito damno volunt emendare; ſpectrum effingant ad eius aſpectū, puer, vt metu concuſſus, numquam ſe tale commiſſurum promittit, quò mali dæmonis ſæuitiam incurrat; atq; olim apud antiquos Dea metus dicabatur Meduſa, & omnis mali, quæ malorum infinitatem ſerpentinis crinibus gerebat; cuius Deæ ſimulachrum velo obtegebatur, ad puerorū metū reuelabat q̄libet mater in ſua domo, atq; hic erat earumdem mos, vti ſupra ſcripſimus: reuoluto amiculo faciē omnis mali vagientibus pueris nudare. Ita clementiſſimus Deus ollam minatur pœnarum, & ignē, & excidiū, & vaſtitatem; ſed in bullas incendia reſoluuntur, imbres in ſtillam, & poſt tot minas nihil aliud facit filijs contumacibus, & auerſis, niſi vultum Meduſæ detegit ad inſtar matris amantis, quæ filios terreat: omne malum in aquilone incluſum demōſtrat: *ab aquilone pandetur omne malum*: ita etiam otio tactos ciues Romanos, vt excitarent, atq; animos adderent, terrendo, pandebant oſtia Iani, & belli, vbi intus ſtabat furor impius:

Terret Deus peccatores.

Simile.

Pandētur belli portæ furor impius intus:
Sæua ſedens ſuper arma &
Centum uinctus abenis
—— fremet ore cruento

Virg. 7.

malum ergo panditur in aquilone ligatū, vt incertos ac obſtinatos, tacitos otio animos roboret & accenderet. Auerſus à Deo Dauid per adulterium, inſtar pueri vanitatem ſequebatur, turpi conſuetudini indulgebat, & liber, ac ſolutus animus vſque ad necem Vriæ ſit. At vero Dauid, etſi malitia ſenex, natura tamen, & ſimplicitate puer, ac omnino flexilis erat, aſpectu tn̄ omnis mali ſpectri prius, poterat emendari. Venit igitur Natan, & intentum operi libidinoſo Dauid offendens, vt terreret prorſus malum omne oſtendit: *non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, &c. ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius: tu feciſti in abſcondito ego autem faciam in conſpectu ſolis huius:* ecce Deam metus malorum omnium ſpectrum, at vero puer gemit territus, & nunquam talia patraturum ſpondet, dolet, ac pœnitet præteritorum: *peccaui Domino* tegatur igitur ſimulacrum: *Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum, non morieris*, metū non mortē intulit: & ipſe quoque hoc ſpectans dicebat *quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas &c.* q̄ ſi aliā verſionē ſequaris: *ab aquilone ſoluetur omne malū* cōſtat profectò aliq̄n ſolui hoc, propter ea, quæ infra ſubijciūtur, vid. *ab aquilone ſoluet oē malū, & loquar iudicia mea cū eis, quia dereliquerunt me & libauerunt dijs alienis.*

2. Re. 12. 10

Terruit Dauid Dominus.

Pſ. 70. 20.

In

12 In Apocalipſi hoc totum probatur furorem ligatũ in templo Iani infernalis; quaſi ſpectrum oſtendi, ſolui autem ad correctionem illorum, qui fidem, deſertores, amiſerãt, ad idola conuerſi; An-

Peccatum idololatriæ omne malum.

gelus ibi deſcribitur Satan circumligaſſe, catena magna, & collocaſſe in abiſsũ. Satan autem omne malum eſt, ideſt omnis mali pater, pater ſuperbiæ, quæ regina malorum eſt, vt ſupra diximus, hæc autem in aquilone ponitur, quia vt toties diximus infernũ aquilo ſignificat; ſequitur Ioannes ad modicũ poſt mille annos ſolui, idque non alia rationẽ, niſi vt idololatras affligeret: *Vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentẽ*

Apoc.20.5

clauem abiſſi, & catenam magnam in manu ſua, & apprehendit Draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & miſit eum in abiſſum, & clauſit donec conſumarentur mille anni, & cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo, & exibit & ſeducet gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ Gog, & Mogog, & congregabit eos in prælium. Si ad modicum ſoluetur Satanas eſt vt contra idololatras bellũ gerat, quod & hic Ieremias. dicendum eſt ergo, quod ſi omne malum ab aquilone ſoluetur, illud profecto eſt, *quia dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis:* Ab hoc regno malũ incluſum tunc ſoluetur, quando per idololatriam alieno libatur Deo; eo namque modo, quo fide amiſſa omnis boni amittitur ſtatus, omnis mali poenis puniendi ſunt idololatræ: Vnde ibi *quare fecit Dominus terræ huic? & reſpondebitur quoniam dereliquerunt Dominum Deum ſuum, ideo induxit ſuper eos omne malum,* & Ierem. *quare loquutus eſt Dominus ſuper nos omne malum grande iſtud, & quæ iniquitas noſtra, aut quod peccatum noſtrum, quod peccauimus Domino Deo noſtro? dices ad eos, quia dereliquerunt me patres veſtri dicit Dominus, & abierũt poſt Deos alios, & ſeruierunt eis.*

3.Reg.9.

Pœna idolatrantium.

13 Valde miſericordiam Dei commendat, quod omne malum: arma, ſcilicet iuſtitię Dei, in aquilone poſita ſunt: Aquilo ventus eſt frigidiſſimis vti Gregorius ait, Gulielmus ſupra citatus, & omnes expoſitores ex niuium plaga, & glacierum. Arma ergo niuea habet, qui ex aquilonari plaga malum minatur. Arma Dei niuea.

Nec hic tantum inſinuatur hoc, ſed niuea eſſe arma bellica Dei ipſemet Deus affirmat per Iob: *nunquid ingreſſus es theſauros niuis, quæ præparaui in tempus hoſtis in die pugnę, & belli?* arma glacialia expedit ad pugnam, idque miſericorditer facit, vt quoniã nix ardore liquefit, ſuſpirijs contriti cordis, indignatio, & ira niuea euaneſcat. Quoties vidimus imminentem Dei plagam, prece, ac eleemoſyna, ſeu deuotione auerti? quoties arma hæc bellica in occurſu peccatoris armis ceſſere lacrymarum? Ieiunia, cilicia, lacrymæ niniuitarum arma glacialia Dei deſtruxerunt: tale conſiliũ dat Ieremias populo cum dicit, iura iam irrumpere ad vltionem arma diuina, mala ſcilicet aquilonaria; quæ niuoſos facit theſauros armorum, fore vt victoriam reuehant ſi his armis, ieiunio, & cilicio, & feruore pœnitentia ſeſe opponãt, nullus ſit turpi fugæ locus, reſiſtant clamoribus ad Deum, & lacrymis: *quia malum ego adduco ab aquilone, & contritionem magnam:* ecce arma aquilonaria, quod ergo remediũ, vt pereat malum? *ſuper hoc* ſequitur: *accingite uos cilicijs, plangite, & vlulate &c.* conuerſionem ad Deũ mala omnia fugare poſſe dicit &c. *ſi forte audiant, & conuertatur vnuſquiſque à via ſua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam &c.* Iob 34.22 Ier.4.7

Denique manifeſtum eſt, hoc omne malum, quo nos ferit Dominus, malum eſſe ex niue compactum, quod vt populus auertat dat obuiantia remedia, quæ malum hoc poſſent reſoluere: *Hæc dicit Dominus ecce ego fingo contra vos malũ, & cogito contra vos cogitationem, reuertatur vnuſquiſque a via ſua mala, & dirigite vias, & ſtudia veſtra &c.* ideo *hæc dicit Dominus: interrogate gentes quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſrael? numquid deficiet de petra* 14 Ier 18

Digitized by Google

agri nix libani ? ecce quomodo fingit ex niue malum . Simile quid probari poteſt ex illis verbis Deut. *nonne hæc condita ſunt apud me , & ſignata in theſauris meis:* loquitur Deus de malis,de iuſtitia,de poenis erogandis ; hæc ergo dicit apud ſe conſeruare, & obſignata ſigillo habere,vt fuit Lacus in quo poſitus fuit Daniel propheta, vt nemini pateret aditus.illas eaſdem poenas in theſauris eſſe dicimus quas Iob commemoraſſe ſupra probauimus cum dixit: nunquid theſauros niuis aſpexiſti, quæ præparauit Deus in die pugnæ,& belli? ſolus etenim poenarum vult eſſe illator Dñus , ne quis plus æquo feriat miſericordia ipſa percutiat , non poteſt itaq; tribulatio ex obſignato egredi theſauro,vſque ad ſtatutũ tempus,cum ad correptionem peccatoris fuerit opportuna. *mea eſt vltio,& ego retribuam in tempore:condita*,dicit Agellius,ſumi metapho. ex frugibus,quæ reconduntur , & reponuntur in cellas, vnde Sept. *& collecta ſunt apud me*, ſignãtur ergo mala,& conduntur in aquilone,quæ ſoluit Dominus,ſeu pandit cum tempus adeſt vltionis*:* vide quæ diximus in expoſitione miſericordiæ,de theſauris , & antro Aeolico,ex quo venti recõditi,vt turbarum aliquod aduocarent emittebantur.

Vt ex luto vas efformatur. *De. 32. 34.* *Deus non committit alteri vltionem.*

15 Attamen prætereundum non eſt hos niuis theſauros aquilonaris,non Deum pandere ſed delictis ſuis ſibi fodere peccatorem,vt verum ſit,quod ipſe ſibi ſit cauſſa malorum , & a ſe ipſo lædatur*:* ideoque malum omne ab aquilone apparere,quia olla ſuccenſa viſa eſt.Sep. *ab aquilone* vertunt *exardeſcent mala:* mirum eſt,quod aquilo frigidiſſimus,ſit cauſſa ardoris , vt mala exardeſcant ab aquilone . Quare ergo ardor tribuitur aquiloni ? qui continuis ſemper niuibus riget,& ex ſopitis glaciebus frigora denſiſſima ſpargit ? ab aquilone ergo mala frigebunt,non exardeſcent ; magnũ hoc eſt atque omnino clementiam Dei commendans,& peccatoris malitiam exaggerans,frigidus eſſet aquilo infernalis,niſi olla iniquitatis accenderet,& mala,inter aquilonicas,grãdines,non exardeſcerẽt, niſi ardorem ex indurata atque accenſa in malum peccatoris voluntate captarẽt, & antipariſtaſi quadam,diabolica inſtrumenta vim ſumerent , *ecce Behemot quẽ feci tecum,foenum quaſi bos comedet* :diabolus eſt bos,qui comedit foenũ,nõ carnes tu te ipſi obijcere vis; malũ oĩno volũtas peccatoris ſibi expoſcit,vinctũq; Dęmonẽ,tanquam canem,vti dicit Auguſtinus,& ſupra probatum eſt,latrantem,nõ tantum ſoluit , ſed vt ſoluat aquilonem pandit.contra ſeipſum malus,doctor eſt aliquando diaboli,& ſuo igne, gelidam poenam inficit , vt ex aquilone exardeſcat,cum prorſus frigidiſſimo rigore , & aquilo ſit occluſus, & in theſauris niuis malum concretum ſit; ecce in prouerb. vtrumq; & ex olla ardorem , & exſuſcitationem mali abſconditi , à peccatore . *vir* inquit *inſipiens fodit malum* , quid inde ſequitur ? *in labijs eius ignis ardeſcit*.Nota quod inquit fodit malũ, vt in peccatis,& laborem agnoſcas , & in fodiendo malũ ærumnas , ſicut alius propheta *: vt inique agerent laborauerunt* : & Iere. *duo enim mala fecit populus meus:me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ,& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ non valent aquas continere* : vt ſibi ciſternas diſſipatas parent, fontem aquæ viuæ reliquunt , & ciſternas fodiunt.illud autem de Hereticis poteſt ſpecialiter intelligi,quia pulcherrimos , ac fertiliſſimos diuini eloquij cãpos, noxio linguæ ſuæ vomere rumpunt, vt de internis eorum finibus ſenſus impios , qui ibi non ſunt eruant:in cuius labijs ignis ardeſcit,quo ſe ſuoſque auditores in perpetuum perdãt,vnde , & Iacobus dicebat *: lingua conſtituitur in membris noſtris,quæ maculat totũ corpus,& inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna* : hoc autem obiter ſit dictum .

Iob.40.1. *Laborat in malo impius.* *pro.16.17.* *Iere.2.13.* *Iacob.3.*

Sed ad priora redeamus *: exardeſcẽt* dixerat *ab aquilone mala*, ideſt frigida eſſet diaboli ſuggeſtio, ac ieiuna,niſi calida olla,atque ſuccenſa,materiam miniſtraret; ideo Iob improbos,inquit , depaſce- 16

Digitized by Google

Depaſcunt diabolum impij. paſcere diabolum, beſtiamque vagantem Behemot; quam poſtquam longa verborum ſerie deſcripſit, *huic* inquit, *montes herbam ferunt*. Si ollam ſuccenſam ſicuti fuſius ſupra explicauimus pro luxuriantibus, & ſuperbientibus ſumimus recte ſuperbi huic herbam ferunt, eiuſque inualidum robur fulciunt, ac ſuſtentant, ſequitur: *omnes beſtiæ agri ludent ibi: ſub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus: protegunt vmbræ, vmbram eius, circumdabunt eum ſalices torrentis*. Hunc Iobi locum his verbis explicat D. Hier. Hier. ſſe *Hi montes in climate aquilonis cõſtituti ſunt:* (de quibus hic Hier, ſermo eſt:) *vbi ſuperbus diabolus ſedere ſe dicit, inquiens, aſcendam ſuper altitudinẽ montium &c. quos montes, ſuperbos quoſque, ac nimium elatos homines, ac tumorem cordis illius imitantes, non abſurde ſentimus: in his ergo habens temporariam iucunditatem, quæ herbarum vocabulo appellata eſt, in eis depaſcitur, & malo virentis, ac vigentis in eis voluptatis noxia delectatur*: Hæc Hier. at vero manifeſtius, cum de luxuria ſermo eſt: Iob 11. *ecce Behemot, quem feci tecum, fœnũ quaſi bos comedet, fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico eſt*: atque hæc ſic explicat Hier. *in lumbis, & vmbilico carnis voluptas, vel carnis luxuria intelligitur, quæ membris genitalibus poſt primi hominis lapſum inſerta eſt, vt ſupra modum legis naturalis illa membra, & quando non vult homo incentiuis libidinis titillentur, & ita voluptatum ſectatores diabolo proprijs vitijs miniſtrantes de parte illius, & conſortes efficiuntur, vt ſint membra eius, quorum tanquam corporis ſui ipſe eſt caput &c.* vtroque igitur modo, ſiue ſuperbiendo, aut luxuriando, improbi, vires præſtant dæmoni, vt olla ſuccenſa, plena abominationum, & corruptionum, faciem, ad ſe conuertat aquilonis.

17 Auocant pœnam pecc. Nota vlterius infernales haſce poenas procul eſſe; aduocatas vero à peccatoribus adeſſe, iuxta illud: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum &c. impij autem manibus, & verbis accerſiuerunt illam*: Sap. 1. 13 virga ſtatim cernitur, ſed bis aſpiciendum eſt, vt cernatur vltio; *quid tu vides? virgam vigilãtẽ ego video*: quæ enim leuiora ſunt in hac vita flagella, quis neſciat propriora eſſe; & à Domino inſcio peccatore immitti; *nonne hæc condita ſunt, in theſauris meis, etc. & ego retribuã in tempore*: at cum olla aſpicienda eſt, à longe cernitur in climate aquilonari. hoc ſatis in Apoc. probatur. plures Ioanni Ap. 6. 1 plagas in mundũ immittendas oſtendit, hoc tamen ordine, vt leuiorum argumẽta poenarum præcederent, grauiora ſequerentur, prius hominem vidit tenentem arcum in manu; alterum vero armatũ enſe; alterũ habentem ſtateram, mortem deinde; poſtremo infernum: *& ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum &c. & exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei, vt ſumeret pacem de terra &c. & datus eſt ei gladius magnus; & ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper eum, habebat ſtateram in manu ſua; & ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper illum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum*, Ap. 6. 2 procul vltima eſt tribulatio inferni, & tarda, ſicuti cæt. equitantibus ipſa pedes eſt; qui ergo ad ſe vocat infernum, & ſibi facit remotum appropinquare, ipſe vtique ſibi malum producit, & ſuæ author ruinæ eſt. Remota vero, cum ſit hæc inferni tribulatio ſibi humana malitia, propinquã fecit, nun illã, vt inueniat, menſem conſumit, non diem, non horam, ſed ad momentum adeſt, dũ voluptuoſis carnis indulget deſiderijs, ſicut dicit Iob: *ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt*.

18 *Ab aquilone pandetur omne malum &c.* ex eadem parte, qua nos Deum eijcimus, venit ad nos poena, vt Ezech. Ez. 9. 2 *& ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris*: Polidor. *quoniam in ea regione impietas viſebatur, atque ab eadem Babyloniorum calamitas ingruit*. Hier. di-

dicit ab aquilone pandetur omne malum. peccatum ergo pandit fores mortis,& poenæ, vt virtutum cuſtodia homo inuigilans,tunc toties à ſe repulſos calumniatores ſentiat,cum per conſenſum peccati fores recludit: *per peccatum enim mors intrauit in mundum. & in foribus peccatum aderit:* ſeu vt alij, *cubat*: vt paullatim oſtio aperto hoſtes intromittat.ſicuti enim impius ſaluti ſemper occludit; ita etiam ſanctus noxijs rebus, neque ſpiraculum aliquod relinquere debet.Corpus diaboli,vt Iob: *quaſi ſcuta fuſilia compactũ ſquamis ſe prementibus, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas, vna alteri adhærebit,& tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur:* quod de peccatoribus obduratis in flagitijs explicans S. Gregorius hæc habet: *iſtæ ſquamæ peccantium, ne ab ore prædicantium aliquo vitæ ſpiraculo penetrentur, & obduratæ ſunt, & coniunctæ &c. in iniquitatibus ſuis, dum ſuperba ſe defenſione protegunt, ſanctæ exhortationis ſpiracula ad ſe nullatenus intrare permittunt:* quod vero improbi ad damnationem faciunt, hoc ſancti deberent ad ſalutem,vt ne ſpiraculum quidem flammas diabolicæ ſuggeſtionis excipiat; inde enim, vbi tenuior vis,ac debilis murorum cuſtodia eſt, facile inimici panduntur inſidiæ. Adde pro litera ex parte aquilonari ruptũ murum extitiſſe,& ea tantum parte poterat arietibus concuti, cum à reliquis,rupibus præruptis,& altiſſimis cingeretur, vt ſcribit Ioſephus de antiqu. & de bello Iudaico.ſubtiliter obſeruat dæmon, qua ex parte arcem perfectionis in homine timente Deum inuadat; atque illuc ſe ingerit, & arma ad deſtructionem expedit,religioſo non objicit ſecularia, nec continenti immunditiam,nec ſobrio ebrietatem, nec deuoto blaſphemiam, multa enim videt arte machinamenta bellica ad ruinam conuenienter poſſe apponere,vbi omnia, repellentia vim conſpicit inimicã; at vero abditam aliquam rimulam cernit, ipſumque ſe contemplatione extollentem leui ſuperbiæ ſpiritu pulſari cernit,illud tentat,ad illud pectus dolis omnibus inſtructũ aduertit, & debilem arcis murum leuis ſpiritus penetrat, quamue fabricam toto penè tempore,& extruxit, & contutatus ille eſt,vnius debilitate partis debilitat,atque vno dæmon ſaltu ſcandit: *ab aquilone* igitur *pandetur omne malum*, ex cuius aſpectu mænia rupta, ventura expectabant incendia belli. Iudam priſtino miniſterio adegit ad ſuſpendium: neque enim infame pectus, alia tentatione concuſſit, nec famem alio cibo expleuit,niſi auro. cum enim erogator auri, aliquando ad proprios vſus communem Apoſtolorum pecuniam conuerteret, affectus auro toties pulſatus,auro deinde dirutus eſt, atque vſque adeo æquatus eſt ſolo impietatis, vt Dominum redemptorem,auariſſimo auro commutaret. non deſtitit arcem Iobi, religionem,fidem,patientiam, ariete tentationis concutere,atque illic doloſa deſtructionis admouit inſtrumenta, vbi credidit cõcuſſum toties cedere pectus; inſuperabilem namque ruinis,aduerſitatibus,morbo,iactura bonorum, mulierem tanquam baliſtam inſtruxit, quæ imperterritam oris portam ad blaſphemiam,mentemque ad deſperationem excitaret: *benedic Deo,& morere*: ſed omni tutus Iob ex parte, illuc repellentia munimenta admouit,& machinam diabolicam reſiſtendo ſuperauit: *quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es; ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala autem quare non ſuſtineamus?* irritamenta blaſphemiæ benedictionibus eiicit; *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala autem, quare non ſuſtineamus?*

19 Quoniam vero non incongruit,per aquilonem tempus illud ſumere, vel quo ætas occidit, vel quo iam finem reperit,vti obſeruat eruditus quidam, additque aquilonarem hanc portam Ieruſalem, quæ aditum Babylonico regi præſtitura erat, tempus eſſe decrepitudinis

Marginalia: Rom. 5.12 / Gen. 4.7 / Cap. vlt. / De anti. 14 c.8. / Debiliorẽ partem tẽtat. / Calliditas Diaboli. / Quomodo tentauit Iob. / Iob. 2.

dinis, ſeu timorem mortis, & iudicij diuini. Quamobrem pulchre hoc modo expendimus in hanc ſententiam Ieremiæ viſionem: vidiſti ollam feruidam calore vitiorum ſuccendi? at ſcito tunc apparere, quod hæc vita malum parturiat, cum ſpiritus frigida reliquerit oſſa, cum apparuerit aquilo mortis frigidiſſimus: ſicuti ibi dicitur: *in fine hominis denudatio operum illius*: quidquid geſſerit in vita, poſt mortem pãdetur; cum aquilo venerit frigidiſſimus, cũ mors ingruerit: tunc quid erit in olla, in vita paratum nudabitur; mortem frigidam, Virgilius appellat, quoniam deſtitutum colore naturali corpus in morte frigeſcit,

Eccli. 11. 6.

Virg. lib. 4. Æn.

Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus

Et vere (ſi de timore mortis id intelligitur) ſatis apparere poteſt, quomodo timor hic culpas anteactæ vitæ repreſentet, quam timidam faciat conſcientiam, quam graue eſſe cognoſcet, quod peccator cõmiſerit: Porro manifeſte liquet cur Dauid coegerit Ornan, vt pretium areæ ſolutum acciperet: Cum enim Ornan dono daret quidquid regi opus erat, numquam paſſus eſt id Dauid: *Dixit autem Ornan ad Dauid; tolle, & faciat Dominus meus Rex quodcumque ei placet, ſed, et boues do in holocauſtum, tribula in ligna, & triticum in ſacrificium: omnia libens prabebo*: abnuit id Dauid, & contendit volens omnia ſoluere: *dixit autem ei rex Dauid: nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet; neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita*: vnde quæſo hoc Dauid conſilium? non ne ipſe olim dono ſibi à Nabale Carmelo petijt dari cibaria, cumque ille votis quod petierat denegaſſet, abijt iratus, vt Nabalem e medio tolleret? quid ergo prohibet ſubiectum, breuem aream regi ob ſacrificium dari poſſe? prohibet hoc, timor mortis & vicini interitus ſuſpitio [era diuenuto ſcrupuloſo] quã ob cauſſam? iam ſecus manebat Angelus, euaginato gladio omnes vno interitu deleturus. *leuanſque Dauid oculos ſuos vidit Angelum Domini ſtantem inter cœlum, & terram, & euaginatum gladiũ in manu eius, & verſum contra Ieruſalem, & ceciderunt tam ipſi, quam maiores natu veſtiti cilicijs proni in terram*: mors imminet, & ego dono aream accipiam? abſit, tũc in meam ſubſtantiam cedet, cũ argentum ſoluetur pro ea. Timor enim magna repreſentat, ac monſtrat eſſe, etiam, quæ leuia ſunt: conſcientia in illo, periculum & malum comperit ſubtiliter diſquirendo, quod vacuum eſt à diſcrimine.

1. par. 21. 23.

Tempore mortis ſcrupuloſa cõſcientia.

20 Ita Iob, cum recoleret mortem his verbis: *quare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret, fuiſſem quaſi non eſſem de vtero translatus ad tumulum: nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui &c.* prius diſquiſierat atque luſtrauerat conſcientiam: his verbis: *reuerſuſque mirabiliter me crucias, inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduerſum me, & poenæ militant in me*: teſtis eſt, propria conſcientia, de qua Paulus, *teſtimonium mihi perhibente cõſcientia mea &c.* in perſcrutando conſcientiam, videndo quid noxæ admiſi, ita angor, vt iam videor videre poenas, quæ culpam ſequuntur aduerſum me militare: *reuerſuſque mirabiliter me crucias*: & antequam dies poenarum aduenerit, reuerteris vt me correptione, & afflictiua poenarum commemoratione affligas: Quod ſi Iob talis eſt cruciatus memoria delictorum, quæ grauia nulla commiſerat; qualis erit impio ætatem in peccatis abſumenti? Idem quoque Iob etiam inquirit alibi: *quantas habeo iniquitates, & peccata, ſcelera mea, & delicta mea oſtende mihi*, & quare hoc? infra concludit, *qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea*: dum ingruet aquilo frigidus mortis, oportet omne malum quidquid commiſi ante oculos reuocare.

Iob. 10. 18.

Rom. 9. 1.

Conſcientia teſtis.

Iob 13. 23.

21 Aquilo vero vti diximus Diabolum ſignificare poteſt, tunc autem aquilo om

ne

ne malum pandet, ideſt diabolus: *ab aquilone pandetur omne malum:* aduenieñte morte, peccata obijciet commiſſa, vt adigat ad diſperationem, qui morte imminente iam migraturus eſt.

22 Verum ita ſæpe fallimur, cum quis honeſta morte videmus oppetere; ſigna quoque ea dare, quæ argumenta faciant
Sæpe fallimur i morte malorũ. ſalutis: at nos latent mala, quaſi clauſa, atq; ſignata, pandetur autem poſt mortem, ſed à diabolo tortore in poenis: & ſane arbitramur, illum vita functum ad ſuprema coelorum ſcandere, ille vero detrahitur ad inferna, detrudente eum in carcere diabolo, oſtenſis malis, & debitis quæ contraxerat: *ab aquilone pandetur omne malum:* In illa hiſtoria Iudith expreſſum hoc eſt in ſcriptura. Accurrit miles ante cubiculum regis Holofernis, cum animaduertit ſonitus, & cla-
Iud. 13. 13 mores in vrbe. *Porro hi qui in tabernaculo erant vincentes, & ante egreſſum cubiculi perſtrepentes excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt nõ ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret*, nemo audebat regem excitare, credebant enim voluptuoſam noctem traducentem dormire. *Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis, ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire:* At quid reperit poſtquam ingreſſus eſt? reperit quidem: *cadauer abſque capite Holofernis ſuo ſanguine tabefactũ iacere ſuper terram &c.* credebat indulgere voluptati, & reperit obtruncatum proprio ſanguine obuolui; ſic quoque credit ille, qui ignorat, & quomodo res ſe habitura eſt, defunctum obdormire cum Iudit, *in pace in idipſum dormire*, *& requieſcere*; quod opus ſuffragio eſt ei, qui inter amplexus cum imagine Chriſti affixi expirauit? qui peccata vi-
Malorum mors ſus eſt deteſtari? qui amore æternæ vitæ rapiebatur? *cadauer abſque capite Holofernis ſuo ſanguine tabefactum iacere &c.* inter æterna tormẽta ꝑpetuo addictus volutatur ille, ſi minime vt opus erat proſpexit conſcientiæ, ſicq; expectationem omnem fallit illorum, qui verbis illum conantur tranſmittere ad ſalutem, cum incendio gehennæ abſorptus ſit.

Notandum quoque hic eſt, quod in- 23
quit: *inquietitudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus; ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorũ pulſando, aut intrando aperire:* applico Quam malum ſit nõ admonere ægrot.
nunc, quid mali ſecum ferat affectio, ſeu reſpectus; hoc illi aduocant male, qui reſpectu quodam, ne in timorem ægrotũ inducant, illum à culpa non excitant, nõ admonẽt æs alienum eſſe ſoluendum, dimittendum ei; nihil de confeſſione, nihil de Sacramentis admonent. Et quidem dum credunt amori id ducendum eſſe, ducitur odio; obſunt enim hoc reſpectu; ita vt poſterius reperiatur iacere ille, qui defunctus eſt, proprio peccatorum cruore volutatus: Proſpiciendum eſt ergo prius, antequam dicatur: *ab aquilone pandetur omne malum.*

Quammobrem nunc ſatis conſtat (ꝗ 24
alibi ad alium ſenſum expendimus), q̃d illud præſeferat, quod iuſſus ſit Ieremias Propheta in carcere detenctus anno ſuperiore, cũ vrbs tradita eſt regi Babylonico, agrum emere, pretiumque in vas fictile ponere: ait ergo Dominus: *Factũ* Ier. 32.
eſt verbum Domini ad me dicens: Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus, veniet ad te dicẽs: Eme tibi agrum meũ, qui eſt Anathoth, tibi enim competit ex propinquitate, vt emas: Tunc autem cõteſtatus eſt, tempus eſſe proximum capti- Bona opera liberãt in alia vita.
uitati, *ipſe eſt annus decimus octauus Nabucdonoſor. Tunc exercitus regis Babylonis obſidebat Ieruſalẽ:* poſtq̃ id perfecit, profeta hæc audiuit: *ſume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, & librum hunc, qui apertus eſt, & pone illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis &c.* Ager iſte ille eſt vt arbitror, quem vt emeret vendidit ille, quidquid habebat, coelorum regnum in quo eſt theſaurus æternitatis dicente Domino: *Simile eſt regnum coelorum theſauro abſcondito in agro, quem qui in-* Mat. 13.
uenit homo vadit & vendit omnia ſua,

&

& emit agrum illum, &c. Iubeat igitur Ieremias hunc agrum emere, ſed pretiũ, id eſt,merita operũ ponere in vaſe fictili:Vas fictile, vt toties dictum eſt,conditio eſt noſtrę carnis,quæ cõfringitur tandem : Ac ſi dixiſſet Dominus, vide, ſolueris tu morte, fac appareat pretium agri cœleſtis, cum morieris,non pandatur malum ex olla fictili, & vaſe teſteo, ſed opera bona te ſequantur, hæc pandantur,diebus multis,hoc pretium in vaſe illo fictili permanebit, donec puluis reuertatur in terram ſuam, & tu, quod emiſti,vigilijs, tribulatione, ærumnis,o-

25 peribus quibuſcunque,poſſideas.

Non prætereundum hic eſt, quid in hac ſcriptura dignum obſeruatione cenſeo ad plures ſenſus. & primo,pretium in vaſe fictili ponitur. Atque in hoc comprobatur, quod gloria mundana,quod magnificentia, quod opes permanẽtiam nullam habeãt, cũ à vaſe fictili ſeruentur; mox enim,vt frangitur vas, quod pretioſum erat ſoluitur, & conteritur : & ideo, vt hoc oſtenderet Ieremias, poſtquam hoc egit, dixit plorans: *heu heu heu,Domine Deus &c.* vere mortalis conditio continuo gemitu recolenda;probat hoc Pſalmus dicens: *Quoniam cum interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius. &c.* Quod autem ad ſummum ſperare poteris, erit, vt permaneant diu, vt longo tempore opes in familia perſeuerent, non ob id cenſeas diu permanſuras: *& pone illas in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis*: non adhuc ſecurum eſt, vtrum multis annis ſeruari poſſint;ita mundana opulentia fallax,atque

26 omnino incerta eſt.

Mundana magnific. duplex.

Pſ. 48.18

Opes non diu perſeuerant.

Vel etiam dicas:hoc ideo præceptum eſſe,vt perſpicuum haberetur, omnia in vaſe fictili terminum habere, vſque ad ſepulcrũ euaneſcere, ibi ꝙ dignitas omnis,omniſq. ſplẽdor finem inueniet,ꝙ ſi

3. *Omnes eodem cogimur,omnium*
Verſatur vrna,ſerius,ocius
Sors exitura, & nos in æternum
Exitium impoſitura Cymbe.

Nos vltima coget, comminuet vrna, quanto magis,quæ corpus circumſtant?

Sed pro obedientia hoc notari etiam poteſt; nempe agrum,quem iubetur emere Ieremias,eſſe in Anatoth: *Eme tibi agrum, qui eſt in Anatoth,tibi enim competit ex propinquitate, vt emas*:Anatoth, vti ſuo loco, initio capitis dictum eſt,obedientiam ſignificat : Porro, ſi verum hoc eſt, patet cur tam ardua, & rationi obuerſa præcipiat; nempe in carcere poſitum,agrum emere, ſequenti anno exercitu Chaldæorum, ſeu euellendum, ſeu proterendum: ergo ideo adiunctum eſt : *quod eſt in Anatoth*, in terra ſcilicet obedientiæ : ne diſquiras, quid præcipio, & quam ob cauſam id imperatum ſit: obedientis enim mens nulla eſſe debet, quæ conſilio, ac ratione vtatur;expediatne, quod præceptum eſt, abſoluere? qui enim agrum emit in in terra obentiæ:id eſt, in religione,deſinat indagare, ſi indiſcrete nimis iuſſa perſoluenda proponat ſuperior; ſufficit tantum hoc agnoſcere, ſe omnino debere obtemperare, vti Abraham,qui ad filij necẽ iubẽte Dño, lætus accurrit;nec vllo pacto dire imperatũ eſſe reſpondit.

Obediens paret etiã in aduerſis.

Adde, quod Ieremias,prius, quod 27
Dominus vult,exequitur, nec verbum quidem profert,memorans quam ſit aduerſum rationi, inter incendia belli agrum emere in Anatoth,& deinde,quid cogitauerat,expreſſit,dicens: *& oraui ad Dominum,poſtquam tradidi librum poſſeſſionis Baruch, filio Neri,dicens:heu heu heu Domine Deus, ecce tu feciſti cœlum, & terram in fortitudine tua magna &c.*de Angelis quoque hoc dictum eſt Pſ. 102.
à Dauid : *benedicite Domino omnes Angeli eius potẽtes virtute faciẽtes verbũ ipſius, ad audiendam vocẽ ſermonũ eius:* potius audientes vocẽ ipſius, ad faciẽdã vocem ſermonum eius: Interlin. *quia ſine ſtrepitu id præſtant*:quod illos arguit, qui faciunt verbum ſuperioris,ſed tanto cum ſtrepitu,ac murmuratione, vt in hoc ipſo non obſequi, ne obedire dicant;ſed faciẽtes ad audiendũ,ita celerit hoc pſtant,vt prius videantur exequi, ꝙ mandatũ eſt;deĩde audire mãdata, potiꝰ pes aurib.ꝗ pedi ſeruirent aures; libẽter perficiunt quęcunq; audierũt perficiẽda,

Velocitas obediẽtis.

 hila-

hilari vultu ab omni mora ſoluti: Deinde ita eis cordi eſt iuſſa diuina adimpleuiſſe, vt auidas quodammodo aures, arrectas, acutaſque videantur habere, ad noua mandata recipienda: quaſi nimio deſiderio teneantur muneris obedientiæ exercendi: poſtquam ſoluunt iuſſa, audiunt, vt iterum, quæ facienda ſunt addiſcant; habeant quid gerant, inuitāt iubentem, vt iterum iubeat, adeo enim aures porrigunt poſt opus obedientiæ.

Obediētia Ieremiæ.

Igitur & Angelicam penè obedientiam viſus eſt habere Ieremias, qui nec excuſationem protulit, nec mandati impedimenta obiecit.

28 Deinde (vt ſenſum vlterius huius ſcripturæ proſequamur) in vas figuli pretium agri mittitur, qui erat in Anatoth; vt inde monſtretur diuina omnia dona, ac coeleſtia beneficia, non niſi in figuli vaſe humilitatis ſeruanda eſſe; ſcias te pulucrem eſſe, & tanquam putredo conſumendum, qui dono coeleſti exaltaris:

Dona Dei meditatione mortis tegenda.

Et hoc modo patet illud Iobi: *auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te: idcirco ipſe me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla, & cinere:* agit poenitentiam, quia prius audiebat, nunc videt Dominum? poenitentia de culpis eſt, non de coeleſti dono: At hoc conſilium Iobi eſt, prius non adeo mecum beneficentiſſime agebas, vti nunc; videor enim videre te, ita mecum gratia, & beneficijs vniris: quamobrē ſapienter cenſeo, ne vnquam, quæ poſſideo amiſſa eſſe ſentiam, in vaſe figuli pretia tot donorum ſeruare, *& ago poenitentiā in fauilla, & cinere:* ideſt continua mortis meditatione poſſeſſa retinere, ita. n. ſecurius, quæ mihi ſunt conceſſa habebo: *ago poenitentiam in fauilla, & cinere.*

Iob 42.5.

29 Hac ferme ratione iuſſit Samuel Saulem vnctum in regem tranſire iuxta ſepulcrum Rachel, *cum abieris hodie à me inuenies duos viros iuxtà ſepulcrum Rachel in finibus Beniamin in meridie: dicentq; tibi: inuentæ ſunt aſinæ, quas ieras perquirendas:* Primum igitur dubium cur Rex ad ſepulcrum pergit Rachel iam quidem diſcuſſum eſt, nempe quia in vas fictile, quæcumque pretioſa ſunt inijci debeāt, ideſt dona coeleſtia iugi mortis contemplatione obtegenda: At, quod ſecundum eſt in hac ſcriptura, illud eſt: nempe: quid oportebat regem amplius de aſinis admoneri? *dicentque inuentæ ſunt aſinæ ad quas ieras perquirendas:* omnis quidem aſinarum commemoratio delenda erat, cum ad altiſſima regni faſtigia, ab humili hoc ſtatu euectus eſſet Saul: ergo potius admoneāt de regno, & populo, non de vili iumentorum genere. At hoc egregie quomodo ad mentem præteritæ conditionis incommoda, qui ex humili loco, & ſtatu ad regimen aliorum euocetur referre debet, explicat; cogitet quid extiterit, ſi rite quid eſt, velit eſſe. Ne ſupbias Saul, quod te elegerim, atque in regem conſtituerim; quin ſcito paullo ante te cuſtodem extitiſſe aſinarum; non demiſiſti quod eras, licet aſſumpſiſti quod nō eras: *inuentæ ſunt aſinæ ad quas ieras perquirendas,* ſemper recole te hoc animal nimis anxiè perquiſiuiſſe. Infra (& accommodatiſſimus ſenſus eſſe poteſt) valde miſericordia Dei in hoc efferri debet; agrum namque iubet Deus, feruente bello Babilonico, emere ibi Ieremiā, vt exercens iram contra populum, ſaltim à poſſeſſione viri probati Ieremiæ duntaxat, moueri potuiſſet, iuxta illud Ez. *& quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra ne diſſiparem eam, & non inueni, & effudi ſuper eos indignationem meam, in igne iræ meæ conſumpſi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus:* miſererer ſi vir ſtaret mihi oppoſitus: ſi, Ieremia, agrum tuum inuenirem, aliqualiter indignationem retardarem. Sicque dixit ad Loth: *feſtina, & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc:* retinet illum ab ira manus ad coelum expanſa, & quod miſericordiam infinitam eſſe oſtendas, parua probi viri poſſeſſio, ideo: *eme agrum.*

1. Reg. x. 2

Præteriti ſtatus debet eſſe memoria ꝑlato.

Humilitas cuſtos regiminis.

Miſericordia Dei.

Ez. 22.30

Ge 19.22.

Vltimo tandem (quod alibi in alium ſen- 30

ſenſum adnotaui) hoc eſſe poteſt, nempe ideo hanc agri præceptam eſſe emptionem, vt inter medias tribulationes euertendæ vrbis, ſolatium aliquod haberet propheta. pretium vero tanta cuſtodia ſeruatum, indicat tribulationis rationem habendam eſſe, nempe terræ illius inſultu Babylonico calcandæ pretium pro magno haberi debere; quid enim tribulatione pretioſius æſtimari debet? proinde agri iſtius pariter euellendi vaſtandi pretium, tuto repone, ac tanquam theſaurum habe[illegible]

Lætitia in tribulat.

31 Enimuero magnifaciendam eſſe tribulationem docuit Paulus, qui numerum earum rerum, quæ paſſus eſt optime retinebat mente; earum vero, quæ feliciter, ac ſummo cum honore, & incolumitate obierat, minime. Porro quæcunque magna ſunt, ea mente retinentur, & ſupputata numerum ſeruant; earum vero, quæ vilia, quæue aduerſa sũt, numerus negligitur. At inde quæ magna exiſtimabat Paulus, quæue negligebat: *à Iudæis* inquit *quinquies quatregenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſũ, ter naufragiũ pertuli &c.* ſunt mihi hæc cara; pretioſa eſt mihi tribulatio, ſupra quam aurum; ideo ego diligenti ſupputatione numerum plagarum, & afflictionum altè retineo, ne quidem illa à mẽte excludã: Verum fauores, &, qui, & quomodo extiterint, hos ad Dei prouidentiam ſtatuo. Non eſt mihi curæ horum numerus, & memoria. *Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit: & quoniam raptus eſt in paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui &c.* ſciat Deus, non hæc magno ſunt mihi emolumento.

1.Cor.11.24 — numerum retinet flagell. non don. Paul. — 1.Co.12.3

32 At cum agitur de tribulationibus, & poenis, atq; flagellis, quæ ego ſuſtinui; diligens ſcrutator, atque ſupputator ero, exinde namque merces magna conſurgit, quæ tribulationem compenſat iuxta illud: *ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam:* quemadmodum affligor, ita & exaltor, & conſolatione afficior; quin etiam ſuperabũdans eſt conſolationis menſura, quæ cõſequitur ærumnas: *id.n. quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis:* nõ vacua eſt retributione, tribulatio; imò quammaximam expectat, vt quid ego non attendam ad ſemen premij, i. ad tribulationem? vt ibi: *euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos,* & ſupra clarius: *qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent;* fauores vero non habent ſpem, vti tribulatio; ideo Paulus horum obliuiſcitur, illius tenaciter recordatur.

pſ. 93.19. — 2.Co.4.17 — Tribul. ſemen premij. — pſ.125.6.

Et Chriſtus Saluator noſter, ſe pari modo magnifacere paſſiones, angoreſq; oſtendit. Quod magnum eſt apud principes, id quidem ſecreto adhibetur in conſilium, alijs autem in ciferis panditur; ita res ad paſſionem pertinentes cõſiliarijs quodamodo ſuis aperit ſecreto Dominus, non aperit ceteris, niſi in ciferis, vti dicitur, per parabolas, equiuocè: *Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto, & ait illis; ecce aſcendimus Ieroſolymã, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte:* at ne putas hoc quod tanti refert apertum eſſe alteri, quin mulieri petenti dexteram in regno, & ſiniſtram, hæc reſpondit: *poteſtis bibere calicem, quem ego biburus ſum?* paſſionem appellat calicẽ: conſiliarijs nuda res detegitur, cæteris autem ſub velo metaphoræ (ſotto cifra) hinc illud probatur: *vobis datum eſt noſſe miſterium regni Dei; illis autẽ qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt:* tãti enim erat pati, vt alto ſilentio atque obſeruatione dignum Dominus exiſtimaret. 33

Magni fecit Chriſtus trib. — Mat.20.17 — Marc.4.16

Quando vero hùc defluxit oratio, breuiter, vt ad priora tranſeamus, dubium illud diluendum eſt, videlicet quare vindictam clamantes ſancti illi in Apocalypſi, iubeantur expectare, donec & ceteri 34

Digitized by Google

occidantur: *vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, q habebant, & clamabant voce magna, dicentes: vſq; quo Dñe ſanctus, & verus non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terris?* vindicari cupiunt de tyrãnis, à quibus trucidati ſunt; ſed obſeruemus, quomodo ſit reſponſum à Domino. *Et dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres, qui interficiendi ſunt ſicut & illi &c.* quieſcite, fiet quod petitis, occidentur etiam conſerui veſtri, & fratres: hoc dubium eſt quomõ, qui vindicari cupiunt, ex eo, quod ipſi gladio occiderunt, audiunt hoc perfectum eſſe; ſi reliquos fratres ſimili ſupplicio conſortes haberent: *& fratres eorum, qui interficiẽdi ſunt, ſicut & illi &c.* huic reſponſo ſenſus hic eſt: videte, in q, vos gloriam transtulit perſequutor, & gladius ? in eandem opus eſt, transferat fratres perſequutione, & morte: at poſtquam hoc egerit, ad extremũ ipſe dabit poenas; interim ne illos tanta felicitate priuetis, occidantur conſerui, & fratres ad præmium; perſequutor ad poenam.

Deus differt ſalutẽ ex trib. vt augeat merita.

35 Tribul. ſpẽ operatur.

Ergo cum tribulatio, cum anguſtia, cum dolor ingruit, ne dicatur: *ab aquilono pandetur omne malum:* ſed bonum omne, ſpes omnis: iuxta numerationem Pauli alibi à nobis obſeruatum, quod videlicet tribulatio patientiam operetur, patientia vero ſpem, &c. Ait autẽ Oſee. *& dabo eis uinitores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpem:* quid innuit vallis Achor? Achan ibi liquidatus eſt. Vallis ergo, vbi paſſus eſt ille, aperit ſpem: tribulatio enim ſpem operatur. igitur pandit ſpem, aperit; ab aquilone tribulationis, bonum omne pandetur. Alio quoque modo, hoc, quod dixit de valle Achor interpretare. Dixit Ioſue ad Achan, quod peccata penitus confiteretur, furtum quoque panderet &c. *Et ait Ioſue ad Achan: fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Reſponditque Achan Ioſue: & dixit ei: vere ego peccaui Domino Deo Iſrael, & ſic, & ſic feci.* Itaque confeſſus eſt hic, quod ſpolia de quibus præceptum erat, ne aliquis auferret, abſtulit; confeſſus eſt ore proprio: quid inde poſt confeſſionem? ſequitur poena delictorum: *duxerunt ad vallem Achor, vbi dixit Ioſue, quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac: lapidauitque eũ omnis Iſrael, & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.* ductus in vallem Achor, ibi poenas dedit; habemus confeſſionem, & poenam; quid ergo dicit de valle hac Oſee? *dabo vallem Achor ad aperiendam ſpem:* ſpes antea peccatori clauſa videbatur, clauſa à delictis, at poſtquam ſalutari confeſſionis ſacramento expiatus, pœnitet illum, & pœnas ſoluit reſpondẽtes quodã mõ culpæ, ſpem aperit, pandit, reſurgit ſpes, reuiuiſcit, refloret: *ad aperiendam ſpem.* Obiter vero pro confeſſione nota hic, quam blande Ioſue peccatorem interrogat: *fili mi da gloriam* Domino Deo *Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quid feceris, ne abſcondas.*

Oſe. 2. 15

Confeſſio quò aperit ſpem. Ioſ. 7. 25.

Hæc aduerſa ſunt ei, quæ turbato ſupercilio terret poenitentem, & potius ſe vltorem exhibet, quam patrem. Ergo interrogat, *fili mi*, ne putes me tui inimicum eſſe, ſum pater, qui nolo mortem, ſed conuerſionem: ergo qua confidentia miſerias proprias pandit fratri filius, eadem tu debes mihi: *fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael:* dediſti dedecus, & contumeliam peccando; nunc gloriam da confitendo: *confitere, atque indica mihi, quid feceris:* cui indicabis? mihi, qui pro Deo hic aſto, mihi non mundo, mihi hæc, quæ dicturus es arcto ſilentio prementi, ne dubites commiſſa præter me aliquem vnquam agniturum: *& ne abſcondas* fruſtra dicis, quæ mala commiſiſti, ſi ex his aliquid detrahas: *ne abſcondas:* in tui ruinam, & perniciem; nunquid enim poteris hæc ab oculo diuino abſcondere? *confitere, quid feceris, ne abſcondas:* Atque his blandimentis, & ſuaſionibus impius delinitus, atque commotus, quid fecerat, confeſſus eſt, dicens: *vere ego peccaui Domino Deo Iſrael.*

36 Quomõ ſe gerat cũ pœnitente confeſſar.

non æque blãde poſt confeſſ. quã ante.

Digitized by Google

rael: ſic, & ſic feci : Non æque ſe gerat confeſſarius ante, at debet poſt confeſſionem. Antea enim monſtret ſe patrem, iudicem poſtea; primo leniter inquirat, at tandem reprehendat, obiurget, minetur, & diuinam vltionem oſtendat. Lapidauit Ioſue Achan, & quæ Achan erant, igne combuſſit; hoc & is, qui eſt à confeſſionibus, præſtare debet; poſt confeſſionem lapidet, atrox mortis genus, petat vndique reum lapidibus, non illum vno feriat ictu, contundat ex parte diſtrictum obijciens iu-
Modus cõfeſſionis. pro.23.35 dicium, mortem imminentem, vltionem præſentem, mundum fallacem, diuitias euaneſcentes, amicos infideles, figuram mundi prætereuntem: ſuper omnia autem, quæ poſſederat male, igne vrenti gehennæ comburat, dicat paratum ignem peccantibus: purgat ergo minis, exhortatione, admonitione, terrore, præmiſſis: Nam ille querebatur, ideo ad deteriora vitia deſcendiſſe, & ad priſtinum malum iterato animum reuocaſſe, quia ita verbere affectus eſt à Confeſſario, vt vix ſenſerit: *verberauerunt me, & ego non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando euigilabo, & rurſus vina reperiam!*

37 Referri etiam poſſunt hæ voces ad illos, qui ebrietatibus, & luxui vacant;
Confeſſio abſque cõ tritione. confitentur peccata, & licet trahere pertentet Confeſſarius ad gratiam, licet verberet ore, reprehenſione; attamen non ſentiunt, nec dolent; hoc tantum in votis habentes, vt dies, verbi gratia, cinerum, vt dies paſſionis, cito peruolent; vnde liberior ipſis detur facultas, iterum ad vina, ad quælibet peccata redeundi: *quando euigilabo, & rurſus vina reperiam!* ſopitus videtur ad pœnitentiam; ad epotandum, vigil; in ſomnis hæc loquitur: quæ frequenti meditatione habet in mente, vel etiam in ſomnis repetit; eſt totus in vino; ergo cum ſomno corripitur, vel etiam operatione phantaſmatum redit ad vina. Deleat, quæ à confeſſionibus eſt mentem omnem præteritæ vitæ; verberet, vt doleat; & trahat ab illa vita, vt ſentiat: nam quomodo egreſſum à prioris vitæ ſentiet commoratione, ſi prohibet carnalem actum, occaſiones non prohibet? pungat cõ feſſarius pœnitẽté.
verberet obijciens mala, quæ ſecum ducit peccatum; trahat abſcindens omnia illa, quæ denuo oblectamenta eſſe poſſunt ad peccandum.

At quid ego probem tribulationem, 38
ſpem aperire? (vt repetam, quæ ſuperius obſeruabam pandere viam coeli) quin addo ego, quod ſit obuia domus illa coeli, expanſa, atque aperta, viam ipſius occurrit tribulatis gloria.
inter calamitates, & tribulationes incunti; quamobrem intelliges illud, quod in Apocal. Ioannis ſcriptum eſt: *& venit vnus de ſeptem angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis, & loquutus eſt mecum, dicens: veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem agni, & ſuſtulit me in ſpiritu, in montem magnum, & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de coelo à Deo &c.* montis alti cacumen aſcendit, quod quidem ſymbolum tribulationum, & arctæ viæ eſt, habet quoque ſocium, qui tribulationem in manu geſtat: *phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis*; ergo quid mirum, ſi procedat obuiam ciuitas illa Ieruſalem: *& oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cœlo à Deo:* dum tu tribulatione erigeris ad ſublimia; ad te coeleſtis patria deſcendit, & ita tibi aperitur, vt & quanta ſit altitudo, quanta latitudo, ſcire poſſis; Et portis ẽt incolas obuiam procedere eſt nimis expectantis, expectat tribulatos vrbs illa; & in portis nos expectant Angeli, quod eſt deſiderantium; *& in portis Angelos duodecim &c.* atque hoc indicat, quod deſcenderit Ieruſalem, alioquin, quomodo vrbs dicitur deſcẽdere? ita ibi in *Iſaia* imperatum eſt à Domino: Iſ.18.2.
ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam: occurrite genti afflictæ, deiectæ, ac tribulatione concuſſæ, obuiam ite.

Videndum eſt autem hic obiter (quã 39
do de Ieruſalem ſuperna mentio nobis eſt,) quid ſit, quod murus ciuitatis iſtius

ſit

Margin: Ap.21.9 — Angeli obuiam trib.

ſit menſura centum quadraginta quatuor cubitorum, *& menſus eſt murum* Apoc. 7. 4. *eius centum quadraginta quatuor cubitorum menſura hominis, quæ eſt Angeli &c.* hæc menſura huius numeri, numerum ęquat incolarum ſignatorum. *& audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael &c.* quod ſi numerum adijcis: *poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat &c.* vim habet dubium, quomodo tam breue paradiſi ſpatium, tot ſignatos, tot electos capiet: Ergo, anguſtia nulla loci, nulla alterius rei erit in paradiſo, in quo regnabunt ſancti; tantum anguſtia in inferno eſt, in quem proiecti ligatis manibus, & pedibus, comburantur, collecti in faſciculos, ſtatuuntur æternis ignibus, vorantur à flammis, arctati vinculis ad maiorem poenam. De paradiſo autem dictum eſt à Baruch: *ô Iſrael quam magna eſt domus* Dei, *& ingens locus poſſeſſionis eius! magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus:* ſed quid eſt quod tam breuis anguſtia muri deſcribitur hic habitatores coeleſtes concludere? non eſt anguſtia loci, non arctum ſpatium, propinquitas eſt voluntatis inter illos, vnit, & propriores facit charitas; ibidē, vinculo charitatis vinciūtur, non indiſtantia quæ loci dicat breuitatem; alioquin quomodo ſubaudiā quod de inferno dicitur: *ab aquilone ſoluetur omne malum?* ideſt omne quod malum eſt illic in aquilone ſoluetur omnino, ſolutum cuiuſque damnati velle eſt, diuerſum hic ſentit ab illo; nulla charitas, ſed viget diſcordia, quæ ibi coniectos diſſociat, ſoluetur omne malum; eſt anguſtia in loco, vnde *ligatis manibus & pedibus eius proijcite eum in tenebras exteriores:* ſed eſt amplitudo in diſcordia, vnde ſoluti dicuntur, *ſoluetur omne malum:* in coelo aūt anguſtiam afficit charitas vt ſimul vniantur; loci vere amplitudo libertatem.

Beati colligati à charitati.

Baruch. 3. 24.

Damnati ſoluti dicuntur & quare.

Matt. 22. 13.

Verſiculus. XV. & XVI.

VVLGATA.

Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, ait Dominus, *& venient, & ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda.*

Et loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum.

CHALDÆA.

Quoniam ecce ego conuoco omnes cognationes regnorum aquilonis, dicit Dominus; & venient, & proijcient vnusquiſque ſolium ſuum contra portas Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes domus Iudæ.

Et loquar vltionem iudiciorum meorum cum eis ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt cultum meum, & adoleuerunt aromata idolis populorum, & ſeruierunt operibus manuum ſuarũ.

SEPTVAGINTA.

Quia ecce ego conuoco omnia regna ab aquilone dicit Dominus, & venient, & ponent vnuſquiſque tronum ſuum ſuper veſtibula portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros, qui in circuitu eius, & ſuper omnes ciuitates Iuda.

Et loquar ad illos cum iudicio de omni malitia eorum, quomodo dereliquerunt me, & ſacrificauerunt dijs alienis, & adorauerunt opera manuum ſuarum.

VATABLVS.

Quoniam ecce ego vocabo omnes regnorum aquilonis familias, inquit Dominus, venientque, & ponent quiſque ſolium ſuum in ipſo oſtio portarum Ieruſalem, & in omnibus eius per circuitum muris, & in cunctis vrbibus Iuda.

Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnibus malis eorum, qui me deſeruerũt, & ſuffitum incenderunt dijs alienis, & adorauerunt opera manuum ſuarum.

PAGNINVS.

Quia ecce ego voco omnes familias regnorum aquilonis dixit Dominus, & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalaim, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iehudah.

Et loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & ſacrificauerunt dijs alienis, & incuruauerunt ſe operibus manuum ſuarum.

PARAPHRASIS.

Diſſidentes populos, & alioqui inter ſe ignotos cogam ego in Babylonico exercitu, vt contra Ieruſalem pugnent, qui ſane inuadent portas illius, vt nullus poſſit ingredi, vel egredi, ita ut capiatur; ponent ibi ſolium, vt tamquam victores ibi ſedeant, & vt iudicantes iura magiſtratus exerceant. Ibi enim ad iudicium vocabo Ieruſalem interrogans, quam ob cauſ-

Digitized by Google

cauſſam debitum mihi cultum lapidi reddiderit, & ligno; proinde malitiam eius duro ſcrutabor examine.

Expoſitio.

1 OMnes cognationes intelligit gentes regi ſubiectas: Nulli dubium eſt inquit Hieronymus, multas gentes, & ſingulorum gentium reges, Babylonico regi fuiſſe ſubiectos, qui obſeſſa Ieruſalem poſuerunt in circuitu, & maxime in exitibus portarum ſolium ſuũ, atque tentoria; nequis eorum, qui clauſi erant potuiſſet irrumpere; & non ſolum Ieruſalem, ſed & omnes vrbes Iuda ſimili obſidione vallatas &c. cognationes dicuntur, ſiue quia ab vno proditæ, ſiue religione cognatæ. Placet etiam ſenſus inter populos ſubiectos, reſpectu regis cognationes eſſe, & reges tributarios, qui Babyloniorum ditioni parebant, inſtar membrorum inferiorũ reſpectu capitis Nabucdonoſor habuiſſe cognationem. Porro, & quod ſubdita ſibi parauerit regum omnium regna, expoſuit Daniel. *Tu rex regum es, & Deus cœli, regnum, & fortitudinẽ, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, & beſtiæ agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit; tu es ergo caput aureum &c.*

Cognatio quid ſit.

Dan. 2. 37.

2 Cognatio vero non ſemper cognationem ex ſanguine ſignificat, ſed ſimilitudinem, & quandam coniunctionem, vt Cic. pro Archia: *omnes artes quæ ad humanitatem pertinent cognatione quadam inter ſe continentur.* litterarum quoque dicimus cognationem, & ſtudiorũ: & inter Peripat. & Oratores eſſe cognationem. Quint. *facile puto religionis eſſe cognationes.* Conſanguinei nempe ſunt, & affines in eadem fide geniti, & nutriti, vt in leui. explicat Ilych Nationes Intelligere poteris ſicuti Amos. *tantum modo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco viſitabo ſuper eos omnes iniquitates veſtras.*

Quint. lib. x

[illegible] ſup

Amos 3. 2

In eam tandem ſententiam venio: religionis, ac cultus cauſſa dici hic cognationes regnorum aquilonis, quippe quę quandam in idolorum cultura haberẽt affinitatem.

Quod vero ſcribitur hic, alibi etiam iiſdem quaſi verbis notatur: *Ecce ego* inquit *mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes aquilonis, ait Dominus, & Nabucdonoſorem regem Babylonis ſeruũ meum, et adducam eas ſuper terram iſtã & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt, & interdicam eos &c.* Quidã hanc cauſſam affert, quare omnes cognationes ad vrbem illam delendam coactæ ſint, quod videlicet talis de Iſraelitis percrebuerat fama, vt inſuperabiles exiſtimarentur, quos Deus Iſrael cuſtodiret, ac protectos haberet, quamobrem Philiſtæos ibi timor inuaſerat: *timueruntque Philiſtijm dicẽtes: venit Deus in caſtra, & ingemuerunt, dicentes: veh nobis non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: veh nobis, quis nos ſeruabit de manu deorum ſublimium iſtorum: confortamini, & eſtote viri Philiſtiim, ne ſeruiatis hebræis.* 3

Ier. 25. 9.

1. Reg. 4.

Quoniam vero littera, his præmiſſis, quæ ſupra adnotauimus, apertiſſima eſt; ad moralem ſensũ deſcendamus. *Conuocabo omnes gentes aquilonares*, inquit Dominus: *venient, & ponẽt ſolium ſuum in introitu portarum.* cogit Nabucdonoſor nationes, parabit, atque expediet arma *bellabunt &c.* & poſtea quam magna hæc, atque formidabilia credideris, nulla inſequitur mors, nullum deſcribitur exidium *ſed loquar iudicia mea cũ eis.* à minis, à flagellis, ad verba ventum eſt, vt vnica colloquutio iram omnem, minas abſorbeat, & terrorem. 4

Terret, ſed non conterit Deus

In hac vita verbis flagellat Deus, & cum præcedentia ſigna, mala prorſus in dicet inſuperabilia, nihil aliud eſſe ſcias, quam verborum indicium, non [illegible] in futura vero, nulla verborum erit [illegible], æterna puniet afflictio atque æternalis miſeria; non in ore [illegible] peccatorum, ſed in manu poena quantoque magis manus ferrea, eo tacita 5

ora ſilebunt. Ita in Apoc. ſcribitur Ioannis, quod, cum aperuiſſet angelus ſeptimum ſigillum, quo ſeuere iudex obſignabat arcana, *factū eſt*, inquit *ſilentium, quaſi media hora*. (Apoc.8.1.) De iudicio hic loquitur, ait enim in fine capitis: *in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient*: non verbis agetur, ſed vt inquiunt, factis. Silentium vero Dei non tantum erit vltoris, ſed militis eius, qui ad vltionem armabitur: coeleſtis namq; militia in manu enſes tenere deſcribitur, (Silent oēs cum iudicat Deus.) ac ne verba quidem aliquo modo validiora credantur, occluſo guture vindictam exercere deſcribit Dauid: *exaltationes*, inquit *Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorū*, licet inceſſabili laude diuina canant beneficia, adhuc tantum, dum iuſte agendum eſt, laudes vſque ad guttura dicuntur effundere: *exaltationes*, igitur *Dei in gutture eorum*: (Pſ.149.6) ne qualicūq; tempore, à qua licunque laude deſiſtant, adhuc tandem *gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis*: etſi enim tacent, reprimuntque verba inter fauces, adhuc dicit: *ad ſaciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis*: quoniam non verba ſunt hæc, ſed quæ facta concludant: ſequitur enim, *ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum &c.* (Ap.1.17.) & Io. Apocal. 1. vt ſupra in expoſitione miſer. vidit Dominum in hac vita degentem, ſed in alia iudicantem: *ego*, dicens: *ſum primus, & nouiſſimus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni*: iudicem ergo vidit poteſtatem habentem, & clauem tenentem; hunc vero iudicem vtraque parte acutum gladium ore habentem vidit; locus gladij vagina eſt in parte femoris: (pſ.44.4.) *accingere gladio ſuo ſuper femur tuum potentiſſime*: os autem non gladij, ſed verborum eſt; quid ergo gladius in ore portendit? aperta ex præcedentibus ſignificatio eſt; flagella Dei in hac vita; ac perinde tribulationis gladius: nihil aliud eſt niſi verbum, corrigit, dum corripit; ſed in alia pro verbis habet gladium; primis ſeſe obijcit aſpectibus temporalis hæc tribulatio, duram, aſperam, gladio ſæuiorem, ſed minime gladius eſt, qui in officina non armorum, ſed verborum collocatur; gladio terret verborum, & minis percutit; è conuerſo in alia vita pro verbis ferro vtitur, & ſicuti ſanctos interclusām vocem cædibus intentos habere diximus; ita, & tunc cum tempus aderit vltionum, vocem habet, ſed nullius ſolatij, magni tā tum terroris: *& vox* inquit *illius, tanquā vox aquarum multarum*: (Ap.1.16) vocem emittit inarticulatam, quæ ſonum excludit ſignificationis, ſonitum tantum retinens horroris, vt erūpentes ſupra ſaxa expræruptis montibus aquas aures perſtringere ſolent.

6 Hæc vox eſt omegæ Dei iudicantis; propterea Ioannes ipſe ad vocem iſtam dicit, *cecidi ad pedes eius tanquam mortuus*; cæterum munus verborum, gladius gerit, talis illa vox aquarum mltarum, id eſt, tonitrui: (Habet vocem tonitrui.) *vox*, inquit, *Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit*, (Pſ.28.3) vox in virtute, in magnificentia: confringet ergo cedros libani. tandē in hac vita manū habet in ore, vt cum credideris flagellis contundi, ac conteri, verbis te percuſſum agnoſcas; ſic Iſaias *percutiet terram virga oris ſui*: flagellum erit os ſuum, os ſuum erit virga; verbis puniet; terrebit minis, *loquar* ergo *iudicia mea cum eis*: & ſupra dixerat, conuocabo omnes &c.

7 *Ecce ego conuocabo omnia regna aquilonis dicit Dominus*: diuinæ hic vindictæ vim oſtendit, quæ armat creaturam ad vltionem: *conuocabit*, inquit *omnes cognationes regnorum aquilonis*: (Cōtra improbos extraneę creaturæ armantur.) regnum aquilonis diuiſum eſt, propterea ex Patrum expoſitione, diaboli regnum indicat. Quomodo ergo dicit cognationem inire inter ſe hæc regna, vt omnino diſſita, atque extranea cogantur ad vindictam, & in vltione affines inueniantur, & conſanguineæ? hoc modo difficultatem ſolue, quod dum agitur de vindicta contra improbos, vel etiam quantumcumque remotæ, atque inter ſe alie-

Digitized by Google

alienæ nationes, cognationes efficiuntur. quid enim magis diuiſum eſt quam mundus?& tamen Salomon ait: *quod pu-*
Sap. 5. 21. *gnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos*: affinitate igitur cognatæ prouinciæ ſociantur, vt in alienatum à Deo peccatorem vltum eant. Cognationes autem dicit exercitum Aſſyriorum, de quo in Iſaia: *& erunt electæ valles tuæ plenæ*
Iſ. 22. 7 *quadrigarum; & equites ponent ſedes ſuas in porta, & reuelabitur operimentum Iudæ, & videbunt in die illa armamentarium domus ſaltus.* Hanc etiam prophetaſſe calamitatem Iſaiam exponit Hier. *manifeſte*, inquit *captiuitatem deſcribit, quæ in regno Sedeciæ facta eſt, de qua Hieremias loquitur: ecce ego conuocabo omnes cogitationes, quod ne putemus voce prædictum. & opere non completum, idem Ierem. cap. 39. & vocabat Dominus captiuitatē, & obſeſſam Ieruſalem, cum ferrum, fames, ſitis vrgeret: Ierem. ad pœ-*
Triplex ſe qui pecc. *nitentiam populum vocabat; è contrario reges, & principes, vulgus miſerabile ſe tradebat epulis; nihil enim ſic offendit Deum, quam ſub peccata, erecta ceruix, ex deſpectione contemptus; quod Amos loquitur, ſuper tres, & quatuor iniquitates non auerſabor eum, quod & cogitauerit, & fecerit, & non egerit pœnitentiam, vt ſupra: & docuerit malum:*

8 *Et venient, & ponent thronum ſuum in circuitu portarum Hieruſ. &c.* Vrbis ſtatī ſubuerſio ſequitur, cum in portis dominatur hoſtis, erutis, atq. ſubuerſis portis, liber eſt aditus ad ruinam, quibus etiam ſuperatis, omne reijcitur alienum vrbis auxiliū; quamobrem plorans ciuitatis excidiū, Ier. aiebat. *portæ eius deſolatæ ſunt*: nemo ſtationem tenet ex ciuib. nemo ingreditur ad opē obſeſſis ferendā: & infr.
Thr. 1. 4. *defixæ ſunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius*: non ſolum portas fore conuulſas prædicit, ſed ablatas penitus, ita, vt iudicātibus hoſtibus in introitu portarum, oſtiū non ſit impedimento; Ac ex his apparet propheticæ robur loquutionis, ruinā vrbis omnimodam prophetantis ex deſolatione portarum, & troni inimicorum collocatione, vt ſit ſenſus; quod vbi robur inimici eſt, in portis duntaxat, quæ inſidias arcent inimicorum, ibi contritis ciuiū viribus, & milite ibi poſito, ac cōſtituto vis erigatur aduerſa; i. inimici potentia ſolium erigat, & decus hoſtile in contemptum ſplendeat: *ponent ſolium ſuum in introitu portarum &c.* quod cum vaticinio Iſaiæ Iſ. 22.
correſpondet, vt ſupra diximus. Porro ita contigit, vt prædictum eſt: *Venit Nabuchodonoſor rex, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam, anno Sedeciæ menſe quarto, nono menſe aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſunt omnes principes Babylonis, & ſederunt in porta media*: ſederunt, inquit, in pacifica poſſeſſione, incruentam, & perfectam victoriam retuliſſe demonſtrat Babyloniorum principes; quamobrem facillime præſidia vrbis, munitioneſq; ceſſiſſe arguimus. Inde & per metaphoram dictum ponere regni thronum in arce inimicorum, ſeu cum ſdebant in porta.

Tandem cum per teſtā figuli deſtru- 9
ctū legimus alibi imperiū, ac potentiam, vt toties probauimus, & per portā fortitudinē ciuitatis, & potentiam, cum prophetaret excidiū vrbis Ier. iuxta portā, fictilem ire iubetur: *ad vallē filii Emnon,* Ier. 19.
quæ eſt iuxta introitū portæ fictilis: egreſſus eſt, & prædicauit deſtructionē vrbis. iuxta portam fictilem deſtructio annunciatur, vt robur, & regnum tanq̄ figuli teſtam ſcindendum eſſe manifeſtet: *ponent ſolium ſuum in introitu portarum*: eadem Ieruſ. pœna punienda erat, qua delique- Eadem pœna puniti qua delinquit.
rat. *in introitu* portarum erat idolū zeli ad prouocandā æmulationem, ibiq; dijs libabant alienis; quid ergo mirū, ſi ibi ſoliū ſuū extollerent idololatræ contra ciuitatē? Dicit ergo Ez. *& adduxit me in Ieruſ. in viſione* Dei *iuxta oſtiū interius,* Ez. 8. 3
q̄ reſpicebat ad aquilonem, ubi erat ſtatutū idolū zeli ad prouocādā æmulationē. & leuaui oculos meos ad uiā aquilonis, & ecce ab aquilone portæ altaris idolū zeli in ipſo intritu. Obſeruandū eſt, quāta ſit cōuenientia diuinæ vltionis, cū culpa: Idolū zeli erexerat Ieruſal. ad æmulationē. i. vt à ce-

Deũ à ciuitate repellerent, & ſiſterent idolũ; ideo in introitu portarum, vt facilis alterius eſſet ingreſſus, alterius egreſſus; quare de hoc idolo loquens Dominus ad Ezech. ſubdit, *putas ne vides, quid faciunt iſti hic, vt procul recedam à ſanctuario meo?* pari ergo poena puniendi erãt; vt qui propter idolum reliquerunt Deum, atque expulerunt; in loco idoli ſententia lata eſſet excidij, & captiuitatis. Nota obiter inde poenam aduentaſſe, vbi cultus erat idoli; *iuxta oſtium interius* inquit, *qui reſpiciebat aquilonem, erat idolum zeli &c. & ab aquilone pandetur omne malum; & venient, & ponent ſolium ſuum in introitu portarum: quia dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis &c.* Hinc ad cætera: *ſuper muros tuos*: peccatum ſuper muros eſt, cum propulſa cordis cuſtodia, & aduertentia rationis, in arce conſcientiæ dominatur; ꝙ ſi ſuper muros, i. ſup ſenſus potentia regnantis eſt, habetque ſolium in introitu portarum, quid mirum, ſi iuſſus videre Propheta, virgam videt latronum; ollam luxuriantem, ſeu ebullientem, murmurantem; principanti enim peccato mala omnia famulantur. Hinc Pſalm. *circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas*: ſequatur ergo licet: *& labor in medio eius, & iniuſtitia.* Dicitur ergo, ſi hæc tria ponent ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem; in circuitu, ſuper muros, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda, manifeſto animæ deſtructio exprimitur. Ideo igĩ dæmon, vt ſupra diximus; ponit ſolium ſuum in introitu portarum; ſenſus deprædatur.

Pſ. 54. 11

10 Per portas enim, ſenſus intelligit Hieron. ſuper illud Thren. *portæ eius deſtructæ ſunt &c.* deſolatam reddit animam à frena rationis laxa tenentem; ponit ſolium ſuum ſuper muros; murus aĩæ modeſtia eſt, & verecundia, vt ait Bernardus. Ponere ergo peccatum ſuper muros, nihil aliud eſt, q̃ in verecundiam peccata committere, iuxta illud: *frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere* tandem: *ponent ſolium ſuum ſuper ciuitates Iuda*, id eſt, confeſſionem contemnere; Iuda enim interpretatur *confeſſio*: peccata in confeſſione retinentes, ſeu verecundiam habentes, & torporem. tunc n. diabolus ponit ſolium ſuum ſuper Iuda, quãdo captiuam facit animã in confeſſione; quod eſt, quando impudenter peccata committit, & abſq; erubeſcentia, & pudet confiteri, vel contemnit; quid ſupereſt ergo videre poſt tot, tantaq. mala, niſi diuinæ virgæ vltionis, & æterno ſemper igne feruentem ollam?

Thr. 2. 9. ſer. 3. dedi. Eccl.

quid ſit ponere pecc. ſup. mur.

Ier. 3. 3.

Peccat. impediẽs cõfeſſionem

11 *Conuocabo cognationes*, permittam, inquit, peccata: *ſed ponent ſolium ſuũ in introitu portarum*: Quædã peccata ſũt q̃ ſtant, quædam vero ſedent; fuit peccatũ, ꝙ ſtetit, nõ ſedit illud Dauid: non. n. in animo Dauid ita ſedit, vt obſtinationis laqueũ induceret, ſed breui, diſcuſſa culpa pęnituit; hinc Nathan: *cum aũt peregrinus quidam veniſſet ad diuitẽ*: peregrinũ peccatum huiuſmodi explicat Io. Chryſ. breui. n. peccatum tranſiturũ erat; ꝙ. n. ſtat, breui tranſit: *comedetis tenentes baculos in manibus*: eſt. n. phaſe. i. tranſitus. Aliud peccatũ eſt, ꝙ habitat, & ſedet in anima peccãtis; aliud vero, ꝙ ſtatim abit; ꝙ in Petro peccante legimus extitiſſe, ſtatim ac. n. gallus cantauit: *recordatus eſt Petr. & egreſſus foras, fleuit amare*: Hæc aũt 3. peccatorum genera in 1. Pſ. explicant: *Beatus* ait *vir, qui nõ abijt in conſilio impiorum, in via peccatorum nõ ſtetit, & in catedra peſtilẽtiæ non ſedit*: ſedit peccatum Saul, & Iudæ, ſtetit pecc. Dauid; culpa vero Petri morã habuit abeuntis. ſic ergo gratia triplex diſtingui poteſt, iuxta hanc peccatorum diuiſionem; tranſiens altera, quæ parum duratura iniuſtitia arcetur: *iuſtitia* inquit, *veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiẽs*; ad tempus namq. credunt, & in tempore tribulationis, ſeu cum vehemens ingruerit tentatio, ſtatim recedunt. Altera, quæ ſtetit in Iuda &c. Altera vero, quæ ſedit in Apoſtol. quando ſpiritus ſanctus ſedit ſupra ſingulos eorum, & ibi, *veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus.*

Quæ ſit culpa peregrina.

2. Reg. 12. 4.

Ex. 12. 11

Luc. 22. 2

Pſ. 1. 1.

Oſe. 6.

12 Poteſt etiam intelligi hoc: *ponent ſoliũ ſuum in introitu portarũ*: de conſciẽtia, q̃

factorum prauitate mordetur, & quaſi hoſtibus, id eſt, conſcientiæ ſtimulis ob-
Gen.6. ſeſſa confunditur; ita ibi: *ſtatim in foribus peccatum tuum aderit*, proprie ex Hebræo: *in foribus peccatum cubans*, ad inſtar moroſi canis: *continuo latrat*. & ſupra illud thr. *peccatum peccauit Ieruſalem: ideo inſtabilis facta eſt: inſtabilis* inquit Hier. *inſtar maris, nam mala conſcientia ſemper perturbationibus quaſi fluctibus, & procelloſum mare agitatur, nec conquieſcit*. Hinc Seneca,

Sen Hip. *Quid pœnas præſens pauidæ mentis pauor.*

Hic vero iudicandi modus in ſcripturis
Zach.8. frequenter ponitur: *iudicium pacis iudicate in portis veſtris*: & in prouerb. vir
Pro 31.23 illius, *nobilis* deſcribitur *in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ*: Fit autem in portis iudicium, vt iudicũ iudicandi monſtretur exemplum; vtque ſint coram omnibus egrediẽtibus, & ingredientibus manifeſta, non latentia iudicia. Ita enim iudex recta proferre debet, vt coram omnibus, ſi iudicaret, iudicij non puderet, Iſa. *lex à me exiet, &*
Iſ. 51.4 *iudicium meum in lucem populorum requieſcet*: quod ad literam explicatur: *& iudicium meum exit coram omnibus*: id eſt omnibus manifeſtum: Ponere thronum, quemque in introitu portarum, non eſt militem quempiam principari; ꝗ ſi quiſque rex eſſet, quis militis vices gereret? aut quæ ſolia, & regna exercitui ſufficerent? ſenſus igitur hic eſt, quod quilibet Princeps cognationum, quas dixerat in perniciem vrbis Ieruſ. coacturum, ſpolijs deberet inimicorum exaltari. Porro Principum non adeo magna multitudo eſt, vt non fuerint recenſiti, cum deſcribit vrbem captam: *vnde-*
4 Reg.14 18. *cimo*, inquit *anno Sedeciæ, menſe 4. & quinta menſis, aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederunt in porta media Neregel, Sereſer, Semegarnaba, Sarſachĩ, Rabſares &c*. hæc litera, ſed moraliter intelligi po-
Omnib. vilior eſt peccator teſt, quod omnibus peccator eſt vilior creaturis, ita vt tantum ſit inter eos diſ-

criminis, quantum inter reges eſt, & priuatos ſubditos; miles ergo reſpectu, Ieruſalem peccantis rex eſt. Vel ſi mauis hoc ad alium ſenſum traducere: oportebat idololatras, in idololatras etiã dominari, qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Vel, quod magis ad æqualem ſenſum eſt conſentaneum, anima, cum inimicis inſultantibus, ſeu inſidiantibus cordis cuſtodiam relaxat, & portas ſenſuum: ſtatim qui priuatus inimicus eſſe videbatur, cum ingreſſus, arcem cordis tenet, rex efficitur; id eſt, tanto animam premit imperio veluti rex, vt nutibus tantum imperet: *veniet vnuſquiſque, & ponet &c*.

Vel ſi Ieruſalem ſumis pro anima ſan- 13
cta, quiſque in ea militum imperat, quiſquis dominium animæ poſſidet, omnibus ſe ſubdit; paret omnibus, vti dicitur; *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ pro* 1.Pet.2.13 *pter Deum*.

Loquar iudicia mea cum eis &c. lo- 14
quitur iudicia Dominus, vt faciat: Ezec. Ez.16.38. ad literam de Ieruſalem: *& iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium* Ier.4. *ſanguinem, & dabo te in ſanguinem furoris, & zeli*: Hoc enim Dei exigit miſericordia, & iuſte, vt poſtquam iudicio contenderit, pũniat; ipſe enim dicit: *adhuc, & iudicio contendam vobiſcum*: ideo vtrumque Chaldæa verſio connectit: *vt loquar vltionem iudiciorum meorum cum eis*: vlciſcitur iudicia, qui recte iudicat pũnienda, nec quidquam diuino poteſt iudicio minui: *nunquid*, inquit ipſe, *vultis mecum iudicio contendere*? Neque hoc illi, quod ſupra diximus, contrarium eſt: contendam iudicio vobiſcum: ibi enim ipſe contendit, mala oſtendit ipſe, & pœnam culpæ: hic autem oſtenditur, velle homo cum Deo iudicio contendere: quis enim poterit contendere cum Deo, de quo dicitur in Iob: *vere ſcio, q̃ ita ſit,* Iob.9. *& quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo, ſi voluerit contendere cum eo: non poterit reſpondere vnum pro mille, quantum ego ſum, vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo; qui etiamſi habuero quidquam iuſtum, non reſpondebo, ſed*

meum

Digitized by Google

meum iudicem deprecabor: qui ergo contendit cum Deo, iudicis ſibi perſonam aſſumit, nec cum Deo contendere dicit, ſed ipſum prouocat, vt in Deuterono. *ex eo die, quo egreſſus es de Aegypto, vſque ad locum iſtum, ſemper aduerſus Dominum contendiſti*; ideo ſequitur, *nam in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit.*

Deut. 9.7

15 *De omni malitia &c.* omnis malitia idololatria eſt, vt ſupra probauimus; *ab aquilone namque pandetur omne malum*: aquilo, vt ſæpe admonuimus, regnum diaboli, atq; ipſum ſignificat diabolum: ſi omne malum pandetur à cultu diaboli, omnis malitia in corde idololatræ eſt, & omnis eius cogitatio malitia eſt. Accedit etiam, quod quanto magis obiectū pulchrum eſt, eo minus malitia in voluntate peccantis eſt, è contra: omnis adeſt malitia, vbi omni re turpius, atque foedius obiectum eſt: quid enim deformius idolo, diabolo? Tandem ſi nulla cogitatio ineſt idololatræ, quæ non ſit corrupta, & auerſa à Deo; ſuper omni malitia iudicatur, qui omne malum geſſit. Non poſſe ſe dicit Iere. indignationem extinguere, quia Ieruſalem cogitationes omnes malæ ſunt, quaſi aliqua bona cogitatio in peccatore iram Domini poſſit compeſcere, *ne forte*, inquit *egrediatur vt ignis indignatio mea, & non ſit, qui regnet ſuper malitiam cogitationum veſtrarum*: ideo lauare iubet malignū cor, propter noxias cogitationes: *laua* inquit *à malitia cor tuum Hieruſalem, vt ſalua fias: vſque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ?* eas vero cogitationes noxias, & cordis malitiam omnem parturit idololatria; ſequitur vero: *vſque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? vox enim annutiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.* Hinc obſerua cogitationes noxias, ſtatim idolum aduocare, ideſt, diabolum, ſeu vitiū aliquod, quod noxia cogitans veneretur.

Iere. 4.

Idololatr. quare omne malum

16 *De omni malitia eorum*: peccator aliquando de minoribus culpis non dat poenam, ſed in grauiores noxas prolapſus, poenas omnes pendit; ait enim: *loquar iudicia mea cum eis de omni malitia eorum*: & vnum tantum enumerat peccatum, *quia dereliquerunt me &c.* vel dic, quod de omni ſcelere iudex prius minatur inferre ſupplicium; tamen pauciora ſcelera punit, ne iuſtitię leges ſpernat.

Punit tandem oīa peccata Deus.

Dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis &c. & adorauerunt opus manuū ſuarum: hic tria dicit, denotat enim auerſionem à Deo; (in quo formalitas peccati conſiſtit) & conuerſionē ad creaturas atque etiam obſtinationē, ob quam iraſcitur Deus. Ratio vero potiſſima, cur iraſcatur Deus eſt, quia derelictus eſt; delectatur enim vniri cum anima, at ſi non separaretur per auerſionem ab anima, illam auerſam non caſtigaret. quod hic probari poteſt, quia omnem punitionis cauſam in id refundit, quod ipſum anima dereliquerat: *loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum, quia dereliquerunt me*: omnem autem malitiam ad id tantum reducit, quod ipſum dereliquerunt. Derelinquere Deū multorum, imo malorum omnium cauſa eſt; quapropter Dijs, non Deo dixit alieno ſacrificaſſe: *dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas*, in plurali. Moraliter autem intellige has minas intentare propter eos, qui alienos Deos adorant à cultu veri Dei ſe queſtrati, propter eos, inquam, qui peccata aliena committunt; ille autem adorat alienos Deos, qui in ijs peccat, quæ omnino ab eo diſtare debent, vt ſi religioſus ſeculari propemodum culpa implicetur. 17

quæritur cur ſit derelictus Deus.

Ier. 2.19

Pro tropologia vero iterum obſerua, quod dicit: *loquar iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me*: nihil malitiæ prætermittit, quin puniat; vnde Interlinearis: *quia nullum malum impunitum*: quod enim poenitentia minime deletum eſt, in ſuā aduocat vltionem, poenam ſibi trahit crimini reſpondentem, niſi poenitentia fuerit ablatum, & ideo *ſuper omnem malitiam*, vt quælibet noxa digna ſupplicio deſcri- 18

Simile describatur. Porro in ſequentibus hoc manifeſtum erit, quæ quidem hoc ſimili nota erunt. Qui diues eſſe cupit, & omnino multiplicata ſubſtantia theſauros replere, minuit diſpendia, nummoſque quos in dies habet, recondit in arca, at diſtinctè quidem aureos in ſacculo reponit, nummos argenteos in alio ſacculo, aliud nummorum genus in alio; monetæ pretium, ſacculorum diuerſitate diſtinguit; adnotat deinde in quolibet, & qualem pecuniam ſeruet, atque ſignat diligenter, vt ſtatim occurrat, quid ſit ibi reconditum; ſeruat autem hæc omnia vſque ad tempus, quo verbi gratia, ad meliorem vſum pecunia illa ſit commutanda. At quis neſciat iuſtitiam theſaurum eſſe Dei, dicente Iobo: *nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, in die pugnæ, & belli?* Et in Ierem: *aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ*; at quomodo inueniuntur populorum delicta, quæ iram excitant in theſauro Dei? ecce Iobum: *ſignaſti quaſi in ſacculo peccata mea*: delicta mea inſtar pecuniæ in theſauro iræ, ita repoſita ſunt, vt quid ferant, monſtrent, cuius ſint ponderis, & quam ſibi vltionem aduocent: *ſignaſti quaſi in ſacculo peccata mea*: vti ſacculus nummorum in theſauro diuitis, ita ſacculos peccatorum meorum obſignaſti, ſed quæſo, quare obſignantur peccata in theſauro diuitis? Moyſes declarauit ibi: *nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum:* ſignantur ideo, vt retribuat in tempore, ſequitur: *iudicabit Dominus populum ſuum*: in tempore iudicij, vt retribuat, aſpicit in theſaurum, & obijcitur ſtatim delictum, quod pœnam trahit: *mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore:* ſic quoque dicere poteris de præſenti tribulatione; videtur enim quodammodo oblitus Deus miſericors peccatorum, ſed inuenit in theſauro peccata, vnde, & pœnæ quoque recordatur, ſicuti etiam Aſſuerus oblitus videbatur premij, quod conſequi debuerat Mardochæus inſidias nuncians eorum, qui regis interitum moliebantur, at in libro annalium deinde inuenit rei ſeriem, & machinamenta. Hoc quod dixi, facile eruo ex reſponſione illa mulieris viduæ, quæ, vt comperit filium mortuum eſſe, videns Eliam, hæc ait: *quid mihi, & tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.* i. peccata mea in ſacculo ſignata, atque repoſita in theſauro iræ Dei, feciſti, vt rememorarentur aduentu tuo, & vt illa reſpiceret Dominus, quæ vt vidit, ſtatim filium meum interfecit: *ut interficeres filum meum.* i. vt ſis in cauſa, cur interficeret Dominus filium meum: ſcio enim, quod aduerſa ꝓpter peccata veniunt: at peccata mea quaſi occulta, atque abſcondita erant in ſacculo theſauri diuini, vt quid ergo rememoraſti illa, & reſuſcitaſti malum? *vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum?* Quamobrem quis neſciat impios malum expectare, vi enim ſua (vti dixi) calamitatem præfert culpa, quæ quidem calamitas licet aliquando videatur abeſſe, & Dominus obdormire in malis, attamen vt ille, *tarditatem iudicii grauitate compenſat*: eſtque illa ſententia Horatij

Deus quomò dicit ſignare peccata.

Iob. 38.22

Ier. 50.25

Iob 14.17

Deut. 32.34.

Eſth. 12.3

1. Reg 17.17.

Quomó memorat Deus peccata.

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede, pœna, claudo.

Val. Max. Horat.

Baruch explicat longanimitatem per ſomnium, animaduerſionem per vigiliam: *& vigilauit* inquit, *Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos, quia iuſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis*: & Ieremias: *vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo, infirmata eſt virtus mea*: videbatur Dominus obdormire in malis, per patientiam, at nunc vigilat in poenis. Itaque noxa poenam expectat, ſequiturque delictum poena. Quod ita verum eſt, vt non eſſe ſanæ mentis eum dixerit Dauid, qui putat impune peccatores delinquere, & immunes eſſe à malis ijs, quæ delicta parturiunt; quin addit, debet hic cenſeri mentis impos, & inſtar bru-

Bar. 3.9.

Thr. 4.

Digitized by Google

bruti,eſt tantum animal.Igitur improbo-borum deiectionem deſcribens,flagell.. atque ærumnas,hæc habet : *quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuã! velut ſomnium ſurgentium, Domine,in*

Pſ. 72.22

*ciuitate tua imaginem ipſorum ad nibilum rediges.*deſtrues eos, dies abſumentes in peccatis,indignos,quorum ſerues imagines, quas ſeruas iuſtorum;ſunt enim magni ante te; & ſicuti ille,qui ducum magnorum, & præclariſſimorum hominum ſeruat imagines domi,vel depingit alibi, ita tu iuſtorum figuram,atque imagines depictas habes in ciuitate tua; ſunt enim illuſtres,& præclari ante te. at horum peccatorum, qui te nihili fecerunt,omnino dele, & à picturis tuis amoue; quæ, cum dixiſſet,quid adiunxit? *quia inflammatum eſt cor meum,& renes mei commutati ſunt, & ego ad nibilum redactus ſum,& neſciui;vt iumentum factus ſum apud te,& ego ſemper tecum:* horum verborum ſenſus eſſe poteſt,quem Genebr. ſumpſit à Niceta de concupiſcentiæ ad continentiam mutatione, commutati ſunt renes,& lumbi: per lumbos enim,& renes concupiſcentia ſolet indicari, *& ego ad nihilum redactus ſum,& neſciui:*valde humiliatus ſum

Inſipiens eſt,qui ne ſcit malos pœnas dare.

Imagines habet Deus ss. & quô

35 in commemoratione meorum delictorum; ſed inde ad noſtram ſententiam omiſſa Rabbinorum expoſitione, quam idem Genebrardus adducit,altera valde arridet:Quoniam, inquit,exacerbabatur cor meum, & in renibus meis perturbabar,& ſtultus eram, & neſciebam iſta, quæ tandem accidunt impijs, nempe eorum exitum,non attendebam eos miſere perire, in vltimam calamitatem deuenire; non contemplabar eorum infelicem finem, vt iumentum fui apud te.i. ſine iudicio: caret enim iudicio,qui arbitratur noxios à poena vacuos remanere. Craſſiſſima eſt ignorantia, non cernere Domini iudicia de impijs, & de illorum momentanea proſperitate commoueri, cum tandem ſequuturum ſit ſupplicium euidens &c. ſicque his verbis habes expreſſum, quomodo effugere impij non poſſint iudicium Dei, eaque mala,quæ delictum aduocauit.

Oſe.13.

Deus punit malos.

Loquar iudicia mea cum eis ſuper om- 19
nem malitiam eorum, quia dereliquerũt me,& libauerunt diis alienis &c. libare etiam dicuntur diis alienis, ij,qui mundana colunt,& ex præſtantiſſimo, atque incommutabili bono, ad vana,atque commutabilia conuertuntur;ſuper quos iudicat Dominus: *& loquar iudicia mea cum eis:*Nota (quod etiam ſupra obſeruauimus)non dicit faciam, ſed loquar, iram monſtrat,& furorem, & indignationem in verbis: *loquar iudicia mea cum eis:*ſimile quid eſt in Iſaia:*in die illa proiiciet homo omnia idola argenti ſui,& ſimulacbra auri ſui,quæ fecerat ſibi,vt adoraret talpas,& veſpertiliones,& ingredietur in ſciſſuras petrarum, & cauernas ſaxorum,à facie formidinis Domini,& à gloria maieſtatis eius,cum ſurrexerit percutere terram*: at quomodo percuteret? ſequitur: *quieſcite ergo ab homine,cuius ſpiritus in naribus eius eſt, quia excelſus reputatus eſt iſte:*terrebit idololatras, percutiet terram,erit terribilis, ſed quis hic terror?prorſus vultus, & verborum: *quieſcite ergo ab homine,cuius ſpiritus in naribus eius eſt:* i. quieſcite à Deo,vt hic Lyranus. frequenter enim ſcriptura loquitur more humano, vt ibi *Dominus quaſi vir pugnator:*In Hebræo abſque *quaſi:Dominus vir pugnator:* & ſicut ibi vir pugnator,ita hic homo iratus: *cuius ſpiritus.* i. anhelitus in *naribus eius eſt:* homo enim iratus emittit anhelitum fumoſum per nares. Itaque cum ingentia credideris ex ira Dei miſericordis aduenire,præter verba terrifica, & iratum vultum obſeruas nihil: *cum ſurrexerit percutere terram:* & deinde, *cuius ſpiritus in naribus eius eſt:* ſimile quid ibi expreſſit *percutiet terram virga oris ſui:*ſola reprehenſione minas complebit: Et vide cohærentiam vtriuſque loci:iudicium dicit aduenire,hic in Ierem. ſuper idololatras,quos ſupra explicauerat, habitatores terræ,terrenos:*ab aquilone pãdetur omne malum, ſuper omnes habitatores terræ:* qui oculos vertunt à coeleſtibus,

In verbis oſtendit indigna.

Ex. 15.

percutit terriore.

Iſa 11.

bus, humi defixos fluxarum delectationum: *ſuper habitatores*, inquam *terrenos*, qui idola ſibi compegerunt vanorum obiectorum; ita ibi in Iſaia: *in die illa proiiciet homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat ſibi, vt adoraret talpas, & veſpertiliones*: ſimulacra illorum talpas eſſe dixit, & veſpertiliones. Talpa eſt animal muri ſimile, oculis captum, quod aiunt de terra ſimul, & pluuia creatū; corrupto luto ex pluuia ſuſcepta, vt hic habet Hier. in terra ſemper abſconditur, cæcum; illos deſignat, qui nunquam veritatis lucem aſpiciunt, & à terrenis deſiderijs exurgunt nunquam. hi quidem talpam adorant. Veſpertilio eſt nocturna volucris, mediæ, cuiuſdam naturæ inter auem, & murem, lucifuga eſt, & ſolem videre non patitur; quæ, cum circa terram volitet, eos deſignat, qui terrena quærunt, & fugiunt lucem cœleſtem, vt habet Origenes. de his dicitur: *qui male agit, odit lucem*: merito igitur panditur malum, & iudicia Dei ſuper illos, qui colunt terrena, Talpam, & veſpertilionem.

Euch forma ſpiritali.

Sup. Leu. hom. 7.

Ioan. 3.20

20 Ex his mihi deduco diſcrimen inter tentationes, quæ ex Deo ſunt, & illas, quæ ex diabolo, Deus enim, cum videtur tota ira commotus, & (vt more etiam humano loquamur, vt ſupra diximus) naribus exæſtuare ex indignatione contra peccatorem; attamen vide quid ſit in naribus: *cuius in naribus ſpiritus eſt?* quieſcit ſtatim, ira reſoluitur in ſpiritum. at de diabolo dictum eſt: *de naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ, atque feruentis; halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur*: indicat ignem fumus, ergo fumus indignationis ex igne exurgit odij, atque vindictæ. inflammat, quos tentat; fumum emittit, vt ignem deinde mittat, comburatque peccatores. Itaque in hac vita fumus apparet, vt in alia, ignis. Deus vero ſpiritum habet in indignatione, & niſi hoc velis intelligere, quod ſpiritum, & profectum præſeferat indignatio Dei, interpretare, quod mala nulla ſecum fert, *Deus* enim, ait Iacobus, *intentator malorum eſt*: tentauit autem Deus Abraham, ſed exinde non ignis aduenit calamitatis, ſed ſpiritus ſalutis; hinc enim repromiſſio facta eſt, & poſteritatis bona prodiere: tentauit Iob, & fecit *cum tentatione prouentum*.

Iob 41.9

Diſcrimen inter tent. Dei & diabo.i.

Sed *loquar iudicia mea cum eis* indeterminate *loquar*: quis enim cognouit 21
(vt de vniuerſali examine ſit ſermo) qñ loquetur Dominus iudicia cum habitatoribus terræ? Hæc ita explicem. Qui publicas concluſiones ſuſtinent, ipſas in ordine digeſtas prælo dant: vltimo tandem addunt: diſputabuntur publice in tali loco in ædibus v.g. S.Petri; menſe die, hora. non exprimunt typo, quis menſis erit, quæ dies, quæue hora; ne dilatis concluſionibus ad alium diem, ſiue menſem, error ſit impreſſus. igitur poſito die, hora & menſe, omittitur numerus, & quidquid his adiungi debet. Ita de vltimo examine dicas, in quo nos interrogans arguet Dominus, & peccatum; vt in ſecundo capite; *adhuc iudicio contendam vobiſcum*: vobiſcum iudicans diſputabo, & ibi etiam: *arguet te malitia tua*: tecum arguet etiam peccatum; ſed quomodo diſputabūtur publice? *cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes*, diſputabuntur autem in valle Ioſaphat: ecce quomodo clarius: *congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael &c.* & infra: *conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphath, quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu.* Denique in his concluſionibus, neque hora, neque dies apponitur; ait enim ipſemet Chriſtus, loquens de iudicis aduentu: *de die autem illa, & hora, nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus pater*: omnibus ignotum eſt, & quæ ſit hora illa, & dies; *nemo ſcit, niſi ſolus pater*: diſputabuntur quidem. at nemo ſcit quando, tantum pater ſcit.

Simile

Deus arguit contra impios

Ier. 2.9.19

Mat. 24.31.

Ioe. 3.2.12

Ignotus dies & hora iudicij.

In illis vero diſputationibus auxilia 22
fert

feret nemo; ſuccumbet profecto, qui nō pergit inſtructus: in vniuerſali examine, ex ſanctis nemo ſuppetias feret, opera tantum bona hæc ſequentur, & ad opē
Non aderit auxiliū ſanctorum præſtandam aderunt; ita in parabola illa virginum petentium oleum, dictum eſt:
Matt. 25. 4 *ite potius ad ementes, & emite vobis*: cur non mittite ſeruos, vt emant? at quis tūc ibit? tu te ipſum adiuuabis, niſi tu ieris, nemo ibit: *ite potius ad ementes, & emite vobis.*

22 *Loquar iudicia mea cum eis*: poſtquam dixit, *pandetur omne malum*, quod ſit malum, quod ingruet, explicat: *loquar iudicia mea cum eis*, magna cogitat contra peccatores, ſed tandem: *loquar iudicia*
Cogitat Deus ante quā punit *mea cum eis*; admonet, vt fugiant malum & euitent, quod ipſi cogitauerint. ſic ibi Amaſias adorat idola; cogitat vltionem
2. Par. 25. 16. Dominus, mittit Prophetam, qui rem aperiat; aitque ſcriptura: *quam ob rem iratus Dominus contra Amaſiam*: miſit ad illum Prophetam, qui diceret ei: *cur adoraſti Deos, qui non liberauerunt populū ſuum de manu tua?* &c. *ſcio*, inquit, *quod cogitauerit Deus occidere te, quia feciſti hoc malum, & inſuper non acquieuiſti conſilio meo &c.* auditis his verbis *iratus eſt Dñs*: videris ad ingentes minas deſcendere: *at ſcio, quod cogitauerit Deus occidere te* [vi penſa molto bene] antequam feriat
Pſ. 82. 4. cogitat prius, cogitata pandit, & deinde ſumit poenas: contra impij; *malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos*: poſtquam malignati ſunt, cogitant, vt explicatum eſt ſupra: Porro quod malum omne ſe dicat effuſurum, & deinde loquitur tantum iudicia ſuper malitiam idololatrantium, indicat, quod ad præſentia damna inuite deſcendit, miſericordia hoc admonente, Deus, illos imitatus, quorum omnis ſermo, de bello, de armis eſt, & re militari; at cum vident euaginatum gladium ſubito terrore corripiuntur, & rogant amoueri.

23 Plura dicit Chriſtus, quæ velata ſignificatione terrorem indicant, atque hæc tandem verba proſequutus eſt: *at nunc, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter, & peram; & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium; dico enim vobis &c.* diſcipuli vero hæc addidere: *Domine ecce gladij duo hic*, ſi oportet nos gladium habere, arma expedire, parare lethalia inſtrumenta: ecce gladij duo in promptu ſunt: *ecce gladij duo hic*, vtere in opere, quod intendis; cum hoc vidiſſet Chriſtus, memor miſericordiæ, quaſi poeniteret dictorum ſubdidit: *ſatis eſt*, ne vlterius ſermo iſte triſtis de vltione procedat, abſcondite ferrum, mihi nullus eſt in hoc vſus olim agam gladijs: nunc ad cętera ſermonem conuertamus *ſatis eſt.* Luc. 22. 33 refugit arma lethalia videre.

In alio loco habemus Chriſtum increpaſſe Iudam, atq. proditionē exprobraſſe ea charitate, ac blandiloquentia, vt qui aſtabant, Iudam non admonitum, correctum, atq. increpatum, ſed iuſſum eſſe, (vt qui loculos haberet) aliquid pecuniæ egenis impertire: *& poſt buccellas tunc introiuit in eum ſathanas, & dicit ei Ieſus: quod facis fac citius*: moliris impium facinus? comple improbe, quæ cogitas, fac citius, ſceleris tui appareant argumenta, *quod facis fac citius*: nunc tu mente conuoluis, me tradere Iudæis in mortem, vt quid protendis ſcelus indignum? fac citius: ſed licet ea protulerit Chriſtus, attamen ita hæc miſericorditer effudit, vt Apoſtoli hæc arbitrarentur: *quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus. Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis, vt aliquid daret*: ita neſcit iraſci, vt cum verba profert, quæ alioqui indignationem præferant, attamen in ijs miſericordiæ ſigna ſpargit. ita hæc ferme opinantur; viden', vt blande Dominus Iudam alloquatur? id equidem ita erit: iubet hominem deuotioni intentum, cui cura eſt egenis proſpiciendi, aliquid illis pecuniarum impertire, atque ſedulo homini opus miſericordiæ commendat. ita, quæcunque Dominus dixit increpando, videtur quaſi blandiendo dixiſſet. 24 Iob 13. Ioa. 13. 28

Eeee Nota

Or do correctionis à Christo

Nota modum, quo correxit, reſpondentem formæ illi, quam docuit de fra-
25 terna correctione. *corripe inter te & ipſum ſolum*: non enim hoc pertinere tantum poteſt ad numerum aſtantium, ſed poteſt etiam ad ea, quæ dicuntur; eo modo à reprehenſore obijciantur, vt agnoſcat tantum ipſe; cæteri vero minime; cōſcius enim ille delicti, ſtatim quid admiſit mali recolit: *hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei*: ſciuit autem Iudas. docet facto hic, quod docuit verbo; blande illum alloquutus, & ijs verbis, quæ valerent facinus obijcere, non vero alijs propalare, eo modo arguit, vt præſentes Apoſtoli, non crimen reprehenſum, ſed putarent probitatis, & ſanctimoniæ officia imperata eſſe. Hoc præcipue aduertat is, qui corrigit fratrē ſuum, cum inter eos verſantur, quorum etiam vita repræhenſibilis eſt, qui obiectum crimen & carpere poſſint, & cæteris denudare: habeat Domini ſaluatoris exemplum, qui nec Apoſtolis etiam ſanctis, voluit noxam Iudæ in ipſo correctionis exordio innoteſcere. Hæc obiter ſint dicta.

quō fiat inter te & ipſum ſolum

26 Tandem, vt etiam miſericordiam Dei demonſtrem, hoc vltimo adijciam, ita fere ſubterfugere, quod & vindex, & iratus appelletur, vt etiam contra eos, qui tale illi adſcribunt immerito, inuehatur. ſicq. interpretor ſcripturam illam: *maledictus, qui clam percuſſerit proximum ſuū, & dicet omnis populus, Amen*. ergo ne adeo iraſcitur contra eum, qui percutit clam proximum ſuum, vt ipſum ea maledictione feriat, qua ad æternos cruciatus repellendos: *maledictus homo, qui clam percuſſerit fratrem ſuum*: Ergo hac eum ratione maledictionis ſententiā mereri arbitratur; quoniam clam percutit: cauſaq. percuſſionis ignota eſt; & vere populus, cum percuſſorem ignorat, putat à Deo hoc factum eſſe, ipſumq. percuſſorē abſq. cauſa extitiſſe. Atqui Deus id aptè vult eſſe indignationis ſuæ occaſionem, nec fruſtra commotum eſſe ſciāt omnes. Porro cum id è contra accidat, cum quis percutitur clam, & occaſio refunditur ad Dominum maledictione concutit percuſſorem.

Deu. 27. 21

Deus non vult haberi vltor.

Similis huic eſt, q̄ ſcribitur in Iob: nempe patienter quidē ſermones Eliu, quos procaciter nimis effundebat ſuſtinuiſſe Dominum, nec vnquam ad correctionē os aperuiſſe, licet ille contra Iob multa inſulſe, & audacter dixiſſet, at cum vltimo ad iuſtitiam Dei deſcendit, Deumq. ipſum magnum iuſtitia dixit, & ita commoueri, vt cum quis eum iratum flectere pertentat, ſtatim ad peiora ruat, non tulit hoc Deus, ſed ſtatim ex nube reſpōdens, tam dura dictitantem increpauit. Ait ergo Eliu: *Oſtende nobis, quid dicamus illi; nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei, quæ loquor? etiam ſi loquutus fuerit, homo deuorabitur &c. digne eum inuenire non poſſumus, magnus fortitudine, & iudicio & iuſtitia, & enarrari non poteſt, ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari &c.* vide quomodo iuſtitiam extollat, & nec verbum vllum proferat de miſericordia, & quomodo dure animaduertere, & ſeuere, dicat. At quaſi hæc Deus ferre non poſſet, primo de turbine reſpondit. *Reſpondens autem Dominus Iob, de turbine dixit: quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & reſponde mihi: vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ, indica mihi, ſi habes intelligentiam &c.* falſa deblateras, me illum non exaudire, qui me licet iratum deprecatur. Atque ſecundo ſcias opera miſericordiæ meæ magna eſſe: obſerua quæ ego fecerim in conſtitutione mundi, in ordine, in adminiſtratione, in prouidentia &c. ergo magnum quoque ſapientia me debes appellare: *quis eſt iſte, qui loquitur ſententias ſermonibus imperitis?* 27

quare iraſcitur contra Eliu

Iob 37. 18

Iob 38.

vult miſericordiam commendari

Alia quoque ratione maledictionis ſententiam contra percuſſores infert Deus; atque hæc eſt. ignorat populus, quis illum contumelia, ac verbere affecerit, qui clam percuſſus eſt; quamobrem in varias ſuſpitiones, & ſententias ſcinditur; vt v.g. ſi noctu quis vulneratur, diuer- 28

Suſpitiones percuſſi quanti ſint.

uerſarum opinionum materiam præbet, & quare nocte obambulans vulnus acceperit; alius quidem ſtatim ſomniat, illum ad ſcortum deſcendentem ab aduerſarijs malo zelo vulnere impetitū, Alius ſuſpicatur, & dictitat, percuſſores illos extitiſſe, qui rem ſuam tutari voluerant ab inſidijs furis huius. Aliusquod vino madidus, offenſo pede, capite ſit comminutus; ſicque ex vno vulneris facinore, plura ſuſpitionum, & murmurationum pullulant mala; quamobrem maledictus ſit ille, qui tot malorum cauſa eſt.

Denique quis miſericordiæ laudes, & ingentia facta commemoret? in vſu eſt, alicuius prærogatiuas, quæ breuiter claudi non poſſunt eloquio, breui aliquo reſponſo concludi, vti laudes Virginis, quis digne recenſere poteſt? proinde compendio illas ſtrinxit eccleſia, & dicendi formula, quæ Lythania dicitur, in qua preces longas emittens, duobus tantum verbis, opem implorat. ſicque & laus, & oratio breui continetur, De ea quoque dictum eſt: *ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica drammatis*: vt quid nitimini æque ipſius virginitatem commendare, ſi laus hæc mentes tranſcendit? frequentate igitur eadem carmina drammatis. dicatis, quod ſit virgo virginum, quod thorum coniugalem immaculato ſeruauit pudore. Sic quoque, magna, atque inſcrutabilia miſericordiæ opera commemorans Dauid, cum vidit mentem quamlibet tantis laudibus imparem eſſe, breuiter compendio abſoluit omnia: *confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius &c. qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum, quoniā &c.* quomodo ergo tot effectus miſericordiæ diuinæ æquo pangam eloquio? quomodo illum, qui percuſſit Aegyptum, & traduxit Iſrael &c. minime id quidem potero, igitur oportet ſemper meminiſſe: *quoniam in æternum miſericordia eius*: digne explico quodlibet ex iſtis operibus, ſi adijcio *quoniam in æternum &c.* ſufficit dixiſſe hoc opus eſſe miſericordiæ; miſericordiæ præmia lythania quadam vti aiunt, decantat.

qua litania cantetur miſericordia.

Eccl. de B. V.

Pſ. 135.1.

Verſiculus. XVII.

Tu ergo accinge lumbos tuos,& ſurge, & loquere ad eos omnia, quæ præcipio tibi. Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.

SEPTVAGINTA.

Et tu præcinge lumbos tuos, & ſurge, & dic ad eos omnia, quæcunque præcepero tibi, ne timueris à facie eorum, neque terreri te faciam coram eis; quia tecum ego ſum, vt liberem te, dicit Dominus. Et factum eſt verbum Domini ad me dicens: vade, & lege in auribus filiorum Iſrael.

CHALDAEA.

Tu autem confortabis lumbos tuos, & ſurges, & prophetabis eis omnia, quæ præcipio tibi: ne deſinas corripere eos, ne forte conteram te coram eis.

VATABLVS.

Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge & loquaris ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi: ne paueas à conſpectu eorum, ne pauere te faciam à conſpectu eorùm.

PAGNINVS.

Tu autem accinges lumbos tuos, & ſurges, & loqueris ad eos omnia, quæ præcipio tibi. Ne paueas à facie eorum, ne forte conterere te faciam ante eos.

PARAPHRASIS.

Tu autem ſis promptus, atque paratus ad ea, quæcunque tibi commiſſa ſunt; humanum timorem abijce, nec verearis illos, qui correctionem non ſuſtinent; me enim duce tutus eris. ſcias vero te formidini relinqendum eſſe, ſi quoquo modo illos formidaueris.

Expoſitio.

1 NVLLA mora iubet profectionem parari: præcingimus lumbos, cum diligenter opus aggredimur; eſtq; hoc familiare in ſcripturis. *Eliſæus autem prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum, & ait illi: accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei, hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad* (4.Reg.9) i. feſtina, fac ſollicite eas, cum lenticula olei, in Ramoth &c. Refert quidam morem hunc eſſe orientalium, qui, vt omne à ſuſcepto itinere remouerent impedimentum, diffluentes lacinias cingulo retinebant: imperat ergo: Ieremia euigila, ſurge, atque quo cito mandata exequaris, iter para. Iuxta alium ſenſum ita hoc interpretare: *Iob quoque præcipitur, vt accingat lumbos, quos Helias, & Ioannes Baptiſta zonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manibus ſuis, euangelicæ ſcilicet prædicationis. Quicunque prædicaturus eſt verba Dei, dicitur præcingere lumbos ſuos; diaboli enim fortitudo in lumbis eſt, vnde: lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Accinctis lumbis audiat, quod ſcriptum eſt; ſurge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus, vt ſemper vigilans, & de ſomno conſurgens imperata faciat, & dicat &c.* (Hier.hic. — Prædicat' ſe præcingat caſtimonia.)

Scimus autem ex hoc, quam aduerſum ſit, religioſam, ſanctamque vitam profitentibus, lumbos minime reſtrictos habere; etenim Ieremias in vtero ſanctificatus, donis quibuslibet auctus, tamen, ne paſſionum diffluentium impedimenta ſentiret, iuſſus eſt illos cingulo mortificatio- 2

Digitized by Google

ficationis (ſicuti Dominus mortis Petri meminit in cingulo: *cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget*) ſuccingere: Prælatus quoque & iudex, qui lumbos reſtrictos non habet.i.affectus inordinatos non compeſcit; dignitatem, ne ſuſcipiat. Etſi ſanctificetur in vtero Propheta, & ſi in ſanctificato vitiatæ naturæ detrimenta reparata ſint, attamen priuſquam perficiat mandata, lumbos admonetur præcingere, id eſt, paſſionum omnium incentiua reſtinguere. Et vero, cum lumbi etiam, vt ſæpe dictum eſt, pro renibus ſumantur, pro re generatiua, & concupiſcentia; ij edocentur quid præſtare debent, qui ſanctificati ſunt.i.diuino cultui addicti, vt ſæpe hoc ſignificatur per hanc vocem in ſcriptura, vti in ſecundo capite dicemus, & approbat Ambroſius; *interdum enim, & conſecrare, vt ſanctificatio ſacerdotum, quæ typus erat ſanctificationis, & conſecrationis ſacerdotum: ſanctificauit autem inquit Deus, pimogenita in die, qua occidit primogenita Aegypti, quia cum renuntiatur improbitati. aſciſcitur virtus.* Itaque cum ij, qui religioſe viuunt, ſemoti à ſæcularibus turbis ſanctificati, ac ſancti dicantur; iuxta id, quo per Ieremiam ait Dominus: *recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſequuta es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Sanctus Iſrael Dño, primitiæ frugũ eius &c.*

Io.21.18.

Religioſ° eſt ſanctificatus.

Amb. 1. de Cain.

Iere.2.3.

3 Porro hoc probatum eſt, religioſos eſſe ſanctificatos, ideſt ſeparatos ad miniſterium Dei. Horum vero, & ſi tamen alta dignitas, ſtatus adeo immaculatus, attamen paſſionum ſuarum, cum accedunt ad prædicandum debent motus compeſcere, & cingulo caſtitatis continentiam perſtringere; non temere vagētur inter obiecta, quorum frequens conſuetudo mentem inquinare, atque incentiuis delectationum carnalium poſſit ad malum; neque confidētiam mutuent, ex ſtatu, ex ſanctificatione diſcrimen; nam & Ioannes ab omni macula purgatus in vtero, deſerta coluit, mulierũ aſpectus aufugit, præcinct⁹ zona pellicea. *ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet*. & Ieremias à materno adhuc ventre purus, non prius ad commercia mittitur, quam lumbos, in quibus carnis petulantia dira eſt, cingulo perſtringeret caſtimoniæ.

Nõ temere confidat de ſtatu.

Eccl.

At ſi de Prælatis ſermo eſt, & ſuperioribus, vti ſupra exponebamus, id quidem pulchre oſtendit ſcriptura in annuntiatione futuri regis iuſti. *egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.* Denique illius hic meminit, in quo ſeptiformis gratiæ donum pleniſſime inhabitauit; & ſpiritus ſancti virtute, pleno cumulo repletus eſt; qui etiam, etſi purus, etſi ita ſanctus, attamen ne quis putaret illum aliquo modo paſſionum, affectuumque aliquo ſtimulo punctum, aliquando beneplacito rectorum; additum eſt: *& erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius*: nihil æque volet, ac iuſtum, cingulo fidei affectiones omnes comprimet, nec lumbis illius erit carnalis vigor; ex his autem ſequitur, quod præualidus erit, & ita iniuſtos ſeparabit, ac proteret, vt ipſos occidere, difflareque poſſit: *& ſpiritu oris eius interficiet impium*: modus loquendi eſſe ſolet hiperbolicus, ad potentiam oſtendendam: ait ſeruus militis illius. 4

Iſa.11.1.

perfectus ſuperior arceat incontinentiam & paſſiones

Quoius tu legiones difflauiſti ſpiritu.

Plaut. in mil. glor. ſc.1.

Addunt ſeptuaginta: *Et factum eſt verbum Domini ad me dicens, vade, & lege in auribus filiorum Iſrael*: Hoc ſancti Prophetæ inſigne eſt, non enim prophetat de corde ſuo, ſicuti illi, in quos inuehitur Ezech. *væ prophetantibus de corde ſuo*: ſed *quæcunque mandauero*, inquit *loqueris ad eos*, & ſupra: *ecce dedi verba mea in ore tuo*, non ſequitur ſpiritum ſuum, ſed ſpiritum Dei, ſicuti quatuor illa animalia, quæ typum gerebant Prophetarum, *vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur &c. lege in auribus* ſecreto flagella, & iuſtitiam annuntia, ſed *lege*; nec quidquid addas, fac legas, nihil minuas, nec addas, quæcunque tibi commiſſa ſunt

quid ſit legere in auribus.

Ez.1.

ſunt, legas. fac tibi ſcripta ſint imperata, vt non videaris aliquid ex te componere ſed legere: *lege in auribus*. Ordo quoque hic correctionis manifeſtatur; prius enim ſecreto admoneat quiſq; delinquentem, quod ſi nil proficere compererit, arguat magis, zelum in verbis monſtret; vltimo tandem habeat illum à ſe alienum diris admonitum increpationibus: eſt hic exemplum: *lege in auribus*. dicas te conſcientiæ ſtimulis ad hoc munus deſcendiſſe, diuinæ præceptionis ſtudio adimplendæ; nil ex te addas, ſed ſecreto corripe, at cum videris nil illum proficere: *clama in auribus Ieruſalem*: clama, altiorem vocem extolle; ſed in auribus, ſecreto tamen, videaris charitate, & zelo commotus, reprehendas, obiurges, ne tamen pandas corrigendi peccatum, paucis tantum, vt ſint teſtes: *vade & clama in auribus Ieruſalem*. Tandem, vt hoc neq; ad ſalutem, & reſipiſcentiam videris ſufficere, crimen ad remedium prodas, defer ſuperioribus, clama ad coelos, & ipſos audire hoc iube: *obſtupeſcite coeli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer*, & refer errata: *duo enim mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*: reſpondent hæc verbis Euangelii: *ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum*: hoc eſt, *lege in auribus*: deinde ſequitur Chriſtus: *ſi te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, aut duos teſtes; vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum*: hoc eſt, aliquanto magis clamare; ſed adhuc ſecreto: *clama in auribus Ieruſalem*: vltimo concludit: *quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ*: ecce in Ierem. quomodo ſcelera defert ad coelos: *obſtupeſcite coeli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer: duo enim mala fecit populus meus*: ad ſpiritualia ſe conuertit.

Ordo correctionis. Quid ſit clamare in aurib. Ier.2.12. Mat.18.15.

5 *Lege in auribus*: quæ ad terrorem ſpectant; ſic cum de iudicio, atque vltimo diſtricto examine Dominus interrogaretur, ſecreto diſcipuli ad ipſum accedũt: *acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto*: & Dominus reſpondit: *de die illa nemo ſcit neque filius hominis*. In cantico Moyſis licet flagella nunciantur, & terror; ideo tamen clamat, & petit à coelis audiri: *audite coeli, quæ loquor*: quia tandem miſeri cordiæ promiſſione canticum claudit; *& propitius erit terræ populi ſui*.

quæ ad terrorem ſpectãt, denũtiat ſecreto. Deut.32.

6 *Lege in auribus*: prius legat qui prædicationis munus exercet, clamet deinde; non temere in ipſo exordio officij ſui, quæcunque mens ſuggerit, in promptu pronunciet, ſed memoriæ deſtinet, quæ dicturus eſt; ita fixus ſit verbo cuilibet, vt legere videatur, ne quando inaſſuetus, ad ineptias, & res friuolas dilabatur: *lege* prius. At permittitur, cum per aliquod tempus ſeſe prædicationis ordine, ac inſtitutione imbuerit, non adeo adamuſſim verba compoſita ſequi:

Prædicator dicat prius memoriter

7 *Surge, & loquere omnia, quæ præcipio tibi*: *ſurge* pertinet ad obedientiam: *loquere*, ad ſapientiam; ille enim ſapiens eſt, qui eſt obediens. per bouem, qui iugo premitur, denotatur obedientia, per cherubim, plenitudo ſcientiæ: ideo bos ille apud Ezech. apparuit cherubim; ideo apud Matth. hæc habes: *omnis enim, qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram*; ſic quoque in Exod. *perge igitur, & ero in ore tuo, doceboque quid loquaris*: & Bernard. *vis eſſe ſapiens? eſto obediens. Fili concupiſcens ſapientiam; ſerua mandata, & Dominus dabit tibi*.

qui obediens eſt, habet ſapientiam. Matt.7.24. Exod.4. Ser. de Ep.

8 *Quæcunque mandauero tibi, loqueris ad eos*: quicunque recte prædicationis officium vult obire, efficere non poteſt, quin omnia, quæ ei ſuggeſta ſunt à Domino, annunciet; ideo Balaam dicebat: *ſi dederit mihi domum plenam argenti, & auri Balac, non potero præterire ſermonem Dei mei, vt vel boni, vel quid mali proferam de corde meo*.

Nu.24.13.

9 *Ne timeas à facie eorum*: ſenſus literæ, ne abſtineas ab increpatione, & annuntiatione verborum meorum, ne forte &c. *ego quippe dedi te in ciuitatem munitam &c.* illorum vis, & impetus in Ie-

remiam

Digitized by Google

remiam in hoc poſitus erat, vt à prædicatione propheta m deterreret: *quæcunque* igitur *mandauero tibi*, *loqueris ad eos:ne timeas*,id eſt,ne ſileas: ex Chaldaica paraphr. *& erunt contemnentes,& bellantes aduerſum te, vt celent verba propheti æ tuæ, & non præualebunt tibi, quia in auxilium tuum erit verbum meũ dicit Dominus,vt eruam te:* liquet autem quid ſit,*ne timeas*, *ne forte* &c. id eſt,ſi non celas verba,erit in adiutorium tuum verbum meum, ſi vero celaueris,non erit: ergo præualebunt. Nota hic præpoſterum eſſe propter metum auditorum ſilere,& alio concedere: ait autem, *non præualebunt, quia in adiutorium tuum erit verbum meum.*

Verbũ Domini defendit Proph

10 *Nec enim timere te faciam vultum eorum:* non te faciam formidare;conſtanter enim Dei verbum, atque cognitio ingerenda eſt, eandem vero conſtantiam habebimus, quam ipſi nos habere volumus: vide quæ ſupra diximus; & Hier. hic in hoc verſiculo, cuius verbis monemur, vt quidquid in vobis eſt, totum Deo exhibeamus, ſi cupimus ab eo,quę volumus obtinere.i. ne a Deo hoc modo petas,vt petens, quod tu habes,non offeras.media enim, quantum in te eſt, proportionata ad illud obtinendum debes eligere: apud Matth. cum diuinam prouidentiam commendaret Deus; fidemque noſtram prouidentiæ affinem expoſceret, *reſpicite*,inquit,*volatilia cæli,quæ neque ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cæleſtis paſcit illa.* dicerem equidem hoc parum eſſe,neque ſerunt, neq; metunt, neque enim talis ſunt naturæ, vt munus hoc poſſint obire. Multum debebatur prouidentiæ,ſi nque volant, dixiſſet,& pater meus cœleſtis paſcit illa.Hoc ideo dictum eſſe ſcimus, vt oſtendat paratam inuenire debere recipientis voluntatem, adueniens beneficium, exhibentē quodcunque ex ſe poteſt; incongruum enim eſſet, ſi quæ neque ſerunt animalia,neque metunt, quoniam id quidem præſtare non poſſunt, à volatu quod poſſunt, prouidenia Dei regente, abſtinerent:auis namque naſcitur ad volatum, ſicut homo ad laborem, ideo *reſpicite volatilia cæli:* hæc quæ præſtare poteſt, debet; curam deinde omnem in Domino, quoniã ipſi eſt cura de nobis ponat.

Petens à Deo beneficiũ, quæ hēt media proportionata exhibere dēt.

Mat. 6.26.

Ne timeas, ne forte timere te faciam vultum eorum. ſi in dubium ponit homo diuinum auxilium,etiam nos Dominus timori ac dubio tradit,ſi non obtuleris,inquit,quod habes, vt deſinas timere,timori te tradam: pietatis ergo,& diuinæ commiſerationis menſura ſpes noſtra eſt:*fiat*,dicit Pſaltes, *miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te:*Agell.*vt ad confidentiæ rationem, miſericordiæ menſura redditur.* Itaque Paulus dicit: *adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur à Domino.* Atque etiam non obſcurum ſignum ſpes eſt prædeſtinationis,inter enim prædeſtinatorum merita virtutem ſpei, quã debemus in Chriſto reponere, enumerat his verbis: *prædeſtinauit ſecundum propoſitum eius,nos qui ſperauimus in eo:* quod ſi prædeſtinationis ſignum ſpes eſt,erit & gloriæ:vt apud Lucam loquēs Chriſtus de gloria:*menſuram*,inquit,*plenam confertam dabunt in ſinum veſtru:* quare in ſinum menſura datur? melius dixiſſet,ſuper humeros, quod fieri cernimus,cum pondus graue eſt. At in ſinu eſſe dicitur ſpes; *repoſita*,loquitur Iob: *eſt ſpes mea in ſinu meo*: ergo cum hic de gloria agatur,manifeſte liquet, quod in loco ſpei reponitur, hæc gloriæ menſura,& qualis ſpei menſura eſt,ita & pręmij coeleſtis. 11

Pſ.32.22.

Ad Heb.4.16.

Spes noſtra diuinæ miſericordię eſt menſura.

Luc. 6.38.

Iob.14.26.

Ne formides à facie eorum: qui enim propter formidinis cauſam à correctione deſiſtit:incidet in iram Dei; *Ne forte conteram te cum eis.* Alia verſio, & obſerua, quomodo hæc à Domino dicantur:cum agitur de beneficio; abſolute dicitur:*ne formides,neque enim te timere faciam:* cum vero de poenis ſermo eſt, ſub dubio minas intentat: *ne forte conteram te, ne forte timere te faciam vultum eorum &c.* Enimuero, quoniam ſupra verſ.8. quidquid hæc verba referant 12

mani-

inſidias ponat, quæ tunc apparent cum dies ſuccedit, cum ratio diſcurrit, tunc quod nox prætuliſſet, & in nocte inimici fraudes agnoſcit. Ad hanc fere ſentẽtiam de diabolo vt eſt omnium expoſitio dicit Iob; *poſt eum lucebit ſemita:* loquitur de diabolo admodum quaſi cetus ſit, piſcis leuiathan: cetus aũt dum in nocte perlabitur vndas, in cana ſpuma bullas quaſdam lucidas relinquit, quæ lucem quandam videntur efficere; littera hæc eſſe poteſt: at ad noſtrũ ſenſum; tranſit in obſcura nocte tentator: & poſtquam præterlapſus eſt lucem reliquit male patrati operis: *poſt eum lucebit ſemita:* non ante eum, non antea lumen portat; quis enim in iram incideret, ſi quæ mala naſcantur ex ira palam videret? quis in libidinem, ſi mala prius obijceret libidinis? *poſt eum lucebit ſemita:* poſtquam inciderit peccator in culpam noxæ, malum panditur: ſequitur tenebras lux, tentationem aduertentia. Vnde rectè Ieremiæ dictum: *ne formides a facie eorum:* cum in aperto venit, cum nulla nox inſidias operit, ne timeas, caue cum in occulto.

Iob.41.23

Poſt tentationẽ non antea eſt lumen rationis & aduertentiæ.

16 Quod ſupra diximus hoc ex imbecillitate diaboli prouenire, ſcilicet quod vim omnem non in aperta pugna, ſed habet in malitia, ſed habent ex conſenſu eorum, quos tentatione mordet. Vt ita eſſe monſtretur probo hoc modo. mos erat eorum, qui obſeſſam vrbem penè de victoria deſperantes vallabant vel per transfugam, vel etiam maiori inuento miſſili ſaggitta ſtatum vrbis explorare, quod ita fieri ſolebat: ſagitta recipiebatur ab eo qui erat in vrbe, cuius in extrema parte ſcriptum erat, & quod oportebat proditorem gerere intra mænia, vt facilis eſſet hoſtium ad ea acceſſus. accepta ſagitta eodem modo reſcribebat ille quidquid ad ſtatum, ſeu ad deditionem, ſeu ad deſtructionem pertineret, mox excuſſa cõſultò ſagitta hoſtem admonebat, ſicq; vrbs diripiebatur; notat hoc Gellius, & factum legimus in obſidione Rhodiana. Itaq; obſidet animam dæmon, ſed non audet niſi conſentiente voluntate ad illam accedere, excutit ergo ſagittam tentationis carnalis, odij, furti, &c. & tunc ea recepta voluntas ſi aſſentitur remittit eòdem, docetq; modum quomodo vrbs animę capiatur, ſicq; culpa omnis ipſius eſt applaudentis docentiſq; modum quomodo ad deſtructionem inimicus accedat: eſt huius rei figura in Eze. his verbis: *Stetit .n. rex Babilonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens commiſcens ſagittas: interrogauit idola, exta conſuluit. Ad dexteram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem vt ponat arietes vt aperiat os, in cæde, &c.* Explicat Lyranus quid hæc verba referant, atq; ait Biuium erat caput viæ procedendi ad ciuitatem metropolim Ammonitarum ſcilicet Rabbath, & ad ciuitatem Metropolim Iudæ, ſcilicet Ieruſalem; *ſtetit* autem, *Rex Babilonis in biuio:* quouſque completa eſſet ſua diuinatio: *commiſcens ſagittas:* dicunt .n. aliqui quod in vna ſaggitta ſcripſit nomen Rabbath, in alia nomen Ieruſalem, & proiecit ſimiliter in altum accipiens coniectura, quod deberet ire ad ciuitatem, cuius prius caderet ſagitta, quod contigit de illa, in qua erat ſcriptum nomen *Ieruſalem:* ſicque illuc admouens exercitum, vrbem diruit. Rex ergo Babylonis diabolus eſt, qui babylone imperat, prius quam accedat ad vrbem expedit ſaggittas tentationis, quod ſi per conſenſum ipſamet reuertitur, ſigna oſtendens ea, quæ inimicum inuitant; quid mirum ſi accedit ad ruinam? *Ad dexteram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, &c.* Licet autem inimicus aperta videat oſtia, tametſi omnia videt torpente hoſte, aduerſariorum copijs ſecurè expoſita, adhuc tamen timet ingredi, cauens inſidias, quæ latere poſſunt: exercitus enim circumſtans cum aduertit raro milite vrbem inimicam cuſtodiri, portaſque introeuntibus expoſitas metuit ab inſidijs. Itaque diabolus Iudam tentaturus, non auſit (etſi portas omnes viderit apertas) in ipſum intrare, niſi prius miſſis tentatio-

Simile.

Peccator animã ſuã conſentiẽdo tradit.

Eze.21.21

Diabolus expectat conſenſum.

Ffff nibus

nibus ſuis,qui referrent: eſſetne ciuitas
cordis illius deſtituta fortitudine gratiæ
& milite virtutum. aperuit portas Iudæ,
Ioa x.2. furtum *: ille fur eſt,& latro:* aperuit,am-
bitio,auaritia,& murmuratio,tunc quã-
Nõ audet ſubito aggredi hominem. do detraxit Domino,qui Magdalenę,ſu-
ſcepit officia*: potuit enim,* inquiens, *vn-*
Marc. 14. 5. *guentum iſtud venundari,multo, & dari*
pauperibus : Igitur hæc contemplatus eſt
Dæmon: attamen priuſquam in Iudam
ad omnimodam illius deſtructionem
fortis intraret,[mandò le ſpie]qui refer-
rent, eſſet ne facilis contra Iudam victo-
Ioa.13.2. ria*:* Ait ergo ſcriptura: *& cœna facta*
cum iam miſiſſet in cor, vt traderet eum
Iudas: miſiſſet: miſit prius,ſciſcitatus eſt:
miſit ſagittam tentationis. At aſſenſit
Iudas,ſignumq; oſtendit,ſe adhuc in tor
pore,& rigore eſſe peccati,vt neque ali-
quo pacto igne ſuſcepti Chriſti potuerit
calefieri:quamobrem ingrediatur diabo-
bus,tutus ab omni diſcrimine,& ſecurus
de victoria; infra.n.ſubdit*: & poſt buc-*
ibid. 27. *cellam tunc introiuit in eum ſathan:* vides
qua arte quaue cautela procedit inſidias
Superatur a tentatione qui longe e a charitate. timens: ergo nos tentationi locum pa-
ramus in quem ſathan ſuccedat; illos aũt
impetit tẽtatione,& in eos dominiũ exer
cet qui a charitate excidunt, & in culpa
ſordeſcũt;ſic vides ſathã iterum ſecus Ie-
ſum ſacerdotem magnum, cauſſamque
agnoſcis*: & Ieſus erat veſtitus veſtibus*
Zacch.3.3 *ſordidis,& ſatanas ſtetit,&c.* quid mirũ
ſi ſtetit ſathã, dum a charitate refrixerat
ille? fatetur id angelus defenſor dum
increpat dæmonem his verbis*: nunquid*
non iſte eſt torris, erutus ab incendio? nõ
amplius in igne charitatis eſt hic torris,
erutus ab igne, ſemiuiuus; paullo poſt
omnino extinguetur. Poſſunt etiam ver-
ba hæc alium habere ſenſum,quaſi dicat
angelus, hic modo ſepoſitus eſt ab igne
proinde accenſus torris eſt, tu autem ſi
in illum flatu tentationis inſufflaueris,
magis accendes, flatu .n. carbo accendi-
Tentatio proficua tur, & tentatione virtus augetur,& cha-
ritas: *Beatus vir qui ſuffert tentationem,*
Iac.1.12. *quoniam cum probatus fuerit, accipiet co-*
ronam vitæ, quam repromiſit Deus dili-
gentibus ſe: deluderis,ſubdit Angelus, ſi
illum tentas,ipſius namque virtus,tenta-
tione augetur.

Quod ſi hanc nacti occaſionem,de 17
ijs tentationibus ſermo eſt,quæ ad per-
fectos diriguntur; eos validiores,& acu-
tiores eſſe dico; ſuadet Eze. dum ait:
quod perierat requiram,& quod abiectũ Ez.34.16
erat, reducam, & quod fractum fuerat,
alligabo: & quod infirmum fuerat conſo-
lidabo. loquitur hic Dominus de quibuſ-
dam peccatorum generibus, quibus,au-
xilio, vult præſto eſſe,nempe de abiectis
otio,de fractis luxuria, de infirmis men-
te; quos quidem gratia ſua erecturum
promittit; at infra: *& quod pingue, &*
forte cuſtodiam: per pingues, & fortes,
iuſtos intelligit; vnde Dauid: *Sicut adi-* pſ. 62.3
pe,& pinguedine repleatur anima mea
& labijs exultationis laudabit os meum:
quid agam de his?cuſtodiam,ſcio huiuſ-
modi fortes, magis tentatione vrgeri; Tentat ſanctos.
cuſtodiam ergo ne in inſidijs vnquam
cadant hoſtiũ; *quod pingue,& forte cu-*
ſtodiam: vbi difficilis eſt ruina, eo con-
cedit ſathan, ad iuſtos, nam ad eos, qui
ad quælibet vitia, vel etiam non prouo-
cati deſcendunt, quid opus eſt accurre-
re? Optime Gregorius eruit hoc ex ver- Statim ad bonos accurrit.
bis illis ſcripturæ: *quadam autem die cũ*
veniſſent filij Dei,vt aſſiſterent corã Do- Iob. 1. 6.
mine aſſuit inter eos etiam ſathan: obſer-
uat ergo:Gregorius,diabolum aſſiſtenti-
bus filijs Dei coram Domino,adeſſe ſta-
tim*: aſſuit inter eos etiam ſathan*: per fi-
lios Dei cogitationes ſanctas intelligit;
igitur cum videt hominem alta de Deo
contemplari, cogitationes ſuas ad Deũ
dirigere,ſtatim adeſt exploraturus, ten-
taturus: *aſſuit inter eos etiam ſathan*:
poteris quoque hoc de ſanctis interpre-
tari*:* irrumpit dæmon in cætus iuſtorũ,
penetrat conuentus ſanctorum, inertes
homines,deſides, inter oblectamenta
mundi huius diſtentos, tanquam faciles
ad caſum omittit, adeſt ſanctis, & ab
hominum conſortio remotis in ſolitu-
dine,& coram Deo iuſtè vitam degenti-
bus.

Quod vt probẽ,obſeruo, illos tenta- 18
tione magis appeti, qui a turbis mundi
huius

Digitized by Google

huius abalienantur, vitam ſanctam inſtituunt,& honeſte,ac ſancte viuunt:quod ex his,quæ infra ſubnectam colligo. loquitur Dominus Iob de diabolo ſub nomine Behemoth,& Leuiathan. Ecce *Behemoth*,quem feci tecum,foenum,quaſi bos,comedet:& infra : *an extrahere poteris Leuiathan hamo?&c.* duo hæc animalia fraudes exprimunt diaboli,quorum primum Behemoth:Gloſſa dicit eſſe Elephantem,ſecundum vero cetum marinum;his verbis : *Ex quibus dictis ſatis patet, quod Deus ſub ſimilitudine illorum animalium, loquitur de dæmone,qui licet antequam caderet per peccatum eſſet ſuperior homine, deprauatus tamen per peccatum, factus eſt inferior, & cecidit quodammodo in beſtialem monſtruoſitatem &c. inter animalia autem terreſtria Elephas magis eſt monſtruoſus, & cetus inter marina &c.*Elephas ergo vocatur diabolus, qui terram colit :qui aquas, cetus. Quare hocdiſcrimen?qui inhabitat terrena, tentator ſagax eſt; oportet verſutiam omnem habere, ſicut Elephantus:de quo dicitur,*quod belluarum nulla prudentior eſt elephanto:*cuius etiam naturam proximam quodammodo humano ingenio deſcribit Elianus, Plinius,& poſtremo Iuſtus Lipſius in cantatiſſima illa epiſtola:*ſuaues heri conuiuas inter epulas habuimus elephantos:* igitur perſpicacis admodum naturæ eſt Elephas. Piſce vero illo nullum animal obtuſius, nullum magis inexpertum,cuius quanta eſt magnitudo, ea imbecillitas eſt;formam æquantis,inſulæ ; de quo dicit Plinius, approbatque Lyranus,quod *tantum ſpacium occupat, quantum quatuor iugera terræ; mediam autem partem iugeri.par boum arare conſueuit: vt habetur in libr.Reg.* Itaque elephas colit deſerta montium : *huic montes herbam ferunt &c ſub vmbra dormit,in ſecreto calami,in locis humentibus &c.* Leuiathan autem inter medias aquas:*nũquid extrahere poteris Leuiathan hamo?*Igitur quid per terram, & deſerta montium intelligitur, niſi loca illa, quæ inhabitant ſancti,& mentes illæ, quæ de deſerto penetrant ad ſuprẽma coelorum?ſit ergo dæmon ibi,adſit inter eos ſathan ad tentationes, ſed qualis eſt ſathan?non piger, non ſtultus,non leuiathan;ſed Elephans prudens, ſagax,aſtutus, qui locare ſciat inſidias,qui modos omnes nouerit,quibus ad oblectamenta homines compellat:tandem eſt elephas. ſic quoque habes in canticis:*quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum,ſicut virgula fumi,ex aromatibus myrrhæ,& thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* deſcribit hic ſponſam deſerta,& remota locorum colentem, & cogitationibus ſanctis crebro ad Deũ de deſerto aſcendẽtem, *quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum?*at vis ſcire,ſi inter filios Dei aſſiſtentes coram Deo,adſit ſathan? ſponſus iubet cuſtodiam firmari ſecus ſponſam,ipſoſque inimicos arceri. *En lectulum Salomonis, ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi,vniuſcunque enſis ſuper femur ſuum,propter timores nocturnos &c.*Gloſſa hoc ad tentationes vult referri, eſtque ſenſus : ſtatimac ſponſa in ſolitudine cum Deo conuerſatur, atque virtutum omnium ſuauitate referta, delicijs ſpiritualibus affluit,mente aſcendit ad Deum, obſeruabitis tentatores irrumpere ; ne permittatis eos,quin arceatis gladio orationis,& bene *tenentes gladios* : Goliath enim,dum manet in valle Goliath,gladio occidit orationis, & petra fidei,in petra namque fundata fides eſt,de qua : *tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.*

Cur diab. vocetur Behemoth & Leuiathan

Iob.40. x

Qui diabolus eſt verſutus.

Cent.1,

1.Reg.14.

Iob.40 10

imbellis tẽtator ſeculariũ.

Can.3.6.

Solita ij tentationẽ appetiti

Mat.27.51

Sed ad prædicta : callidus tentator eſt 19
religioſorum, & ſolitarie viuentium,vnde Elephans dictus eſt, at quare Leuiathan,qui degit in aquis ? per aquas populos intelligimus; *aquæ* namq; *multæ, populi multi:*per populos autem ij ſignificantur,qui ignobiles ſunt, vulgus imbelle, ſcilicet peccatorum, nam *qui contemnunt me*, inquit, *erunt ignobiles :* qui in ſeculo viuunt, peccatis, & continuis offenſionibus obnoxij : qui habent carnis incentiua, qui inter negocia ſecularia commorantes, dies va-

1.Re.2.30.

Ffff 2 rijs

Digitized by Google

rijs cogitationibus diſtracti abſumunt, qualis eſt iſtorũ tentator(ſe vna balenaccia)magnæ molis, ſed fere nullius malitiæ,quaſi inſenſitiua, non enim multo ingenio, laborat dæmon,ad diuitum,ad voluptuoſorum hominum tentationem; ſufficit obiecta proponere, commoditatem obijcere,delectationem,eſt imbecillis dæmon, nec tanta arte polleat neceſſe eſt, cum matrimonio copulatos tentat,quantam adhibere debet, cum religioſum. ſit ergo hic, cetus ; ille elephans.

Facile eſt ſecalares decipere

20 Et ad maiorem huius rei confirmationem obſeruo,quid cauſæ fuerit,cur primo dæmon in domo extiterit Raguelis, antequam filia nuberet; deinde iuncta viro,religatus fuerit ab angelo, in deſerto: *poſtquam vero cœnauerunt,introduxerunt iuuenem ad eã &c. tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Aegypti.* Igitur, priuſquam coniugium inter eos firmaretur, dæmonium ibi degebat;copulatis autem ijs matrimonio, dæmoniũ religatum eſt in deſerto:hæc mens angeli eſſe potuit, quid opus tentatione hic erit?ſtatus ipſe coniugalis continua tentatio videtur eſſe, ſufficit ergo ille,quæ coronam paret, quam repromiſit Deus diligentibus ſe; abſcedat diabolus,& ad ſalutem illorum pergat, & ad augenda merita eorum, qui in ſolitudine commorantur : *religauit illud in deſerto ſuperioris Aegypti* : deſerat vrbes, petat deſertum, religioſos tentet, deſerat ſeculares, qui tentantur à mundo,à concupiſcentia &c.hoc ad præmium eſt. Et quidem etiam ſathan vires ſuas exerit contra eos,qui ſeculum reliquerunt, iuxta illud: *omnes beſtiæ agri ludent ibi*: ſcilicet in ſolitudine contra ſanctos,contra religioſos.

Iob 8.3

Cur angelus religauit dæmonem in deſerto.

Iob 40.15.

21 At vero in alio ſenſu , ſi ſancti inter aquas etiam commorantur huius vitæ,vnde viciſſitudine rerum, quaſi fluctibus iactantur,& ſane vti piſces enatant:dicente Propheta:*facies homines ſicuti piſces maris*:hoc tñ inter eos,&cetũ dæmonem tentatorem diſcrimen eſt,ꝙ hic ad littus firmitatis æternæ vitæ peruenire non poteſt, corporis mole,ac magnitudine,quæ profunditatem exoptat; piſces autem reliqui, non ita;ait infra Iob de Leuiathan: *ecce ſpes eius fruſtrabitur eum,& videntibus cunctis præcipitabitur* : Gloſſa hæc habet : *in his verbis tangitur deiectio dæmonis ſub ſimilitudine ceti; cetus enim ſperans deuorare piſces,inſequitur eos fugientes ad littora maris, vbi aqua non eſt ita profunda,quod cetus poſſit ibi natare, & ſic impingit ad terram,de qua non poteſt ſe retrahere quod videntes homines, accurrunt vndique,& interficiunt ipſum .quod non poteſt ſe mouere,per hoc deſignatur,quod dæmon ſperans ſibi incorporare ſanctos, à ſua ſpe fruſtrabitur,quia ab eis , virtute Dei ſuperabitur &c.* in B.Andrea hoc comprobatum eſt, iam ad littus properabat B. ſenex,& ad ſtationem æternæ vitæ ex aquis mundi huius, cum Leuiathan dirus accurrit. at quomodo impegit ſathan oſtenſum eſt Iacobo Torno,viro, de cuius ſanctitate alibi mentio,vidit ergo dæmonem correctum ab angelo ad clauſtra præcipitatum ; Angelus Leuiathan repreſſit, atque præcipitauit inſequentem ad littus ,Andream, quia Angelus in ſoliditate manet iam ciuis patriæ, Andreas prope littus, morte aduentabat.

Sancti piſces vocãtur.

Hab.13.14

Iob.40.12

dæmon vt cetus & elephas per ſe ruitur B Andr.tempore mortis.

Vel etiam hæc verba ad ſuperiora refer,vt elephantum ſignificent præcipitio capi:ait namque eadem gloſſa ſuperius: *exprimitur modus capiendi elephantem, per hoc ,quod deſubtus cauatur terra, & ſuper illam cauationem ponitur pabulum, quod videns,illuc accedit : & terra frangitur ex pondere , & capitur,ſicut piſces hamo capiuntur, quia venator ſuperueniens,eum pungit lancea* : Caſus idem Andreæ expreſſus:ſuper lectum iacebat, mox ad coelum volaturus, eſca videbatur dæmoni elephanto, atque eſca electa:dicitur enim *eſca eius electa*: accurrit inſcius de præcipitio, ſed vix acceſſit, cum ſubito præcipitatus eſt à ſuperueniente milite,poteſtate ſuperiore,ab angelo,dicat ergo: *ecce ſpes eius fruſtrabitur* 22

Idem caſus alio modo expreſſus.

Hier ibi.

*tur eum:*ſpes, quam conceperat de præda: *& videntibus cunctis præcipitabitur:* aſtantibus cunctis patribus, orationi intentis, præcipitabitur. comprehenſus .n. ab angelo, catena alligatus, deiectus, atque à cubili vſq. ad inferiora clauſtri deturbatus eſt. Ecce viſus eſt victoriam

pſ.149.6.

ceciniſſe Dauid: *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum:* gladij orationis: *gladium ſpiritu, quod eſt verbum Dei:* ait Paulus, ſequitur ergo: *ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:* rex hic tunc alligatus eſt in compedibus, & in manicis ferreis ab angelo, cum cetus patrum canens, gladios orationis habebat in manibus &c. Igitur qui alios deijcere cupiebat ad tartara, ipſe deiectus eſt; nec nouum hoc dæmoni erat; Chriſto enim præcipitium ſuadens:

Mat. 4. 10.

ſi filius Dei es, mitte te deorſum, audijt ab ipſo: *vade Sathana, ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

23 Vt hanc ſcripturam commodius obſeruem, vtile duco, quid illa verba Iob

Iob. 1.7

referant adnotare: *circuiui terram, & per ambulaui eam: perambulaui* inquit, non transuolaui, quare non transuolaui? atq. hoc quidem magis aptum ſpiritui eſt,

Hab.3 6

dæmoni præcipue, de quo dictum eſt: *egredietur diabolus ante pedes eius, ſtetit, & menſus eſt terram:* vix ſtetit, & terram

quare dicatur dæmon perambulare.

omnem peragrauit; cur ergo perambulaui, inquit, quod eſt lente ambulantis, & tarde incedentis, ac animi cauſa gradientis? perambulat, non raptim ad vltima tentamenta deſcendit; ſed circuit, per ambulaui, circuit primo ſicuti ille, qui exploraturus arcem aliquam, illam ob-

quomodo dicatur circuire

ſeruat, & qua ex parte poſſit expugnari, quo conſiderato obambulat, tentationem immittit laſciuiæ, at ſi reſpueris, non tranſuolat, ſed iterum perambulat, ſuadetque, & abſque peccato etiam amor eſſe poteſt; quis prohibet præter il-

Non indignatur ſtatim tentator, cum videt nos

licita, illam amore proſequi? & cum hoc negaueris, iterum ambulat; ſaltim ne ſtultus videaris, ama: ſicque ambulando patienter, quæcunque ſuggerit, expectat.

Non ſtatim Iudam ad ſuſpendium, volans ſathan, impulit; ſed primo ad auaritiam, ad furtum deinde, ad murmurationem, ad ſacrilegium, ad deſperationem, vltimo ad necem; perambulaui terram, inquit, ideſt, terrenos; tentat prius, vt diebus feſtis ſacrum nō audias, renuis id præſtare, no refugit ille, ſed audiatur, vbi vanum aliquid ex curioſitate captes, vbi aliorum conſortio iunctus, miſſam tranſigas oblo quendo: *perambulaui terram:* ita quoque de iuſtis dicito; patienter expectat.

non aſſectiri.

Gregorius alium ſenſum tradit: *cumque ſe non tranſuolaſſe, ſed perambulaſſe inſinuat, quanto peccati pondere in ima prematur, demonſtrat: perambulans ergo terram circuit, quia ab illo ſpiritalis potentiæ volatu, corruēs malitiæ ſuæ preſſus grauedine, foras ad girum laborum venit; Hinc eſt enim, quod de eius membris, per Pſalmiſtam dicitur: in circuitu impij ambulant, quia dum interiora non appetunt, exteriorum labore fatigantur:* quadrat Scriptura illa, quam mox retulimus, nempe: *ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntib. cunctis præcipitabitur:* preſſus grauitate peccatorum, profundo excipietur; Nunc ad ea, quæ dicebamus: *perambulaui, inquit, eam;* excluſus primo, ſecundo redit, cumque aliquid infirmum conſpicit, circumiens vrbem animæ noſtræ, tūc accedit. probat hoc Euangeliſta, qui ait de Chriſto: *cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt:* credidit infirmum tentator Chriſtum, cum vidit eſurire, & tunc acceſſit, *& accedens ad eum tentator. Hoc non eſt infirmitatis ſignum,* inquit Chryſolog. *ſed eſt inſigne virtutis, quia cum dicit: poſtea eſuriit: quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, probat in illo, eſuriem non fuiſſe; eſuriem ſentire, & vincere, eſt laboris humani, diuinæ virtutis eſt, eſuriem non habere: ergo Chriſtus in ieiunio laſſeſcit, non eſurit fame, ſed eſuriuit Chriſtus, vt tentandi materiam, diabolus inueniret, quia ad ieiunium non audebat accedere, quia ſic ieiunantem Deum, non hominem ſentiebat: tunc ſentit hominem,* tunc

24 Dæmon pondere ſuo petit ima

circu. e in peccatis.

quomodo tentauit Chriſtum?

Matt 4.6

Chryſ ſer. 9.

Digitized by Google

tunc mortalem credidit, tunc eum putauit poſſe tentari, quando eum eſurire calidus explorator inſpexit &c. Simile quid eſt, *cum dormirent homines, venit inimicus:* ergo circuiuit obſeruans, quando, & qomodo in uictiſſimam vrbem, Chriſtum inuaderet. videamus nunc, quomodo perābulet; ambulat primo obijciens crimen gulæ: *ſi filius* Dei *es, dic, vt lapides iſti panes fiant;* repulit illum Dominus: *non in ſolo pane viuit homo, ſed &c.* non præteruolat ſathan, ſed obambulat, atque iterum: *tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei, ſi filius* Dei *es, mitte te deorſum &c.* & Ieſus: *non tentabis Dominum Deũ tuum:* neq; ob id fuga euaſit, ſed iterum perambulauit: *aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum:* tertia ambitionis pugna eſt, ſed tunc omnino tentator expellitur. his verbis: *vade ſathana: ſcriptum eſt enim, Dñm Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Igitur non primo cedit, non faſtidiens tranſit, ſed dat locum, ſed expectat obambulando, & cum videt impoſſibile eſſe fieri, ꝙ ſuggerit, illo ſublato tentat ad id, per ꝙ facile eſt peccatorem incedere. Explicat hoc egregie Chryſologus in hoc eodem euangelij loco, his verbis: *Dicit ergo diabolus: tempus nos modo ieiunij obſeruatione debellat per gulam, per crapulam, per ebrietatem, per luxuriam homines attentare non poſſumus: armate lites, ſeminate diſcordias, excitate odia, concitate iras, inſpirate mendacia, extorquete periuria, ſuggerite blaſphemias, vaniloquia diffundite, infundite dolos, conflate auaritiam, lucra turpia prouidete, vt quod neuter modo ad luxuriam non dependit vel ſacculus claudat, & dependat ad pœnam. Cauete ante omnia, ne miſericordia, ne eleemoſyna, ne humanitas præteritos labores veſtros deleat, præſentes afferat, tollat futuros:* hæc ille &c. ſed antequam triplicem hanc tentationem prætereamus, obſeruatione dignum cenſeo, quomodo, & in qualibet, præpoſterum aliquod dæmon obijciat, vt oſtendantur ij, qui tentatori aſſentiuntur, inconſideratum quidem, atque inſulſum aliquod agentes; quod ſuggerit, nunquam recta mente patraturos, quod inſipienter cæci commiſerunt.

Cum debellatur, non cedit dæmon.

Chryſol.

In triplici tentatione oſtendit ineptiam.

Prima igitur contentio eſt: *dic, vt lapides iſti panes fiant:* gulæ vitium vult 25
inducere, eſurientem compellere ad cibos, & panes offert? lapides eſurienti offert: humanitas talis eſt ſemper inimici: ſic paſcit mortis author, ſic ille fuit inuitus vitæ eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum. vide, quomodo illudat: ſcientes bonum præteriti ſtatus, & malum futuri, bonum innocentiæ, & malum culpæ: *dic, vt lapides iſti panes fiant:* ſic qui eſurit diuitias, lapides offert, diſcrimina, culpas, iter durum, omnia mala: meminit panis, ſed offert lapides, ſolum nomen eſt panis, ſubſtantia lapidis, votum eſt diuitiarum, ſed vere lapis offenſionis. de lapidibus iſtis auxilio, ac beneficio angelico, nos eripiendos eſſe annunciat Dauid: *Angelis ſuis,* inquit, *mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum &c.*

Eſurienti lapides offert.

Illudit tentatos.

Pſ.99.12.

Secunda tentatio: *ſi filius* Dei *es, mitte* 26
te deorſum: in his omnibus, nec oratorie ſuaſiſſe, nec dialectice concluſiſſe oſtendit: *ſi filius* Dei *es, mitte te deorſum:* quin imo oportuerat inferre: *ſi filius Dei es, aſcende ſurſum:* Domini enim domus, ſcabellum, coelum eſt, &: *Dominus in coelo parauit ſedem ſuam:* deorſum mittitur dæmon, qui præcipitatus eſt ad inferna: rationi ſemper contraria ſuadet, ſuggerit, quæ aduerſa, quæ nocua ſunt. ſimile quid illis accidit, qui ſancte vitam inſtituunt, ſpiritu ambulant, eos aũt plerũq; obſeruas, ſpiritu vanæ gloriæ, & ambitionis concuti; exiſtimant ſe cunctis præſtare, indignum eſſe, aliorum, qui viam ſpiritualem non ſectantur, commercio vti; arcto ſupercilio cuncta deſpiciunt, & vel etiam loqui dedignantur: ſecundum hoc genus tentationis: *ſi filius Dei es, mitte te deorſum.* imo ſi ſpirituale iter calcas, ſi vitam ſanctis inſtitutis moderaris,

Ineptia diaboli

Pſ.120.19.

Tentatio ſpiritualiũ

eſto

eſto humilis, compatere infirmioribus, te indignum, vel etiam conſortio ipſorum conſidera &c.

25 Tertia tentatio: *hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* quam male concludit! cōcludit Chriſtum, ſi vellet ſatha nam adorare, cadere oportere: à quo cadit? à maieſtate, à gloria, ab imperio ſuo. ergo ſi imperat, ſi rex eſt, ſi Deus, illa, q̄ obijciuntur, habet. i. omnia regna mūdi; cur ergo, quę habet principali dominio, cadens, à dæmone vult poſſidere? *ſi cadens adoraueris me.* Hinc erudimur, ꝙ quotieſcunque tentationibus acti ad illicita perpetranda deflectimus, toties à prominenti cadimus, nec quiſquam dona recipit diabolica, niſi poſt ruinam; maior ergo ſtatus eſt, à quo excidit, quam id, quod ſperat obtinere, nec tamē abſcondit malum, cum tentat, vt cum aſſenſeris maiori pręcipitio collidaris, hinc Iobum per vxorem tentat; *benedic Deo, & morere*; mortem maledictioni adiunxit, poſt labem, lapſum. vel etiam dicas, quod culpæ ita connexa poena eſt, vt vnum ab alio, nec quidem dæmon ſciat ſeparare: *benedic Deo, & morere.*

Cadit, qui aſſ ntitur dæmoni.

Iob 2.x

26 *Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum:* additq; quamobrem timorem deſerat; *ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnā ferream, & in murum æreum &c.* ille timeat, qui non procedit inſtructus contra legiones infernales, qui non munitur, qui armis omnibus tutus non eſt, tu autem, qui ciuitas es munita, cur timeas? te inimicus iſte pertimeſcit, cum audet inſolenter accedere, ruinam timet. & Dauid: *dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas &c. qui tribulant me inimici mei ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt, ſi exurgat aduerſus me prælium in hoc ego ſperabo:* & quare? *quia Dominus illuminatio mea. & ſalus mea: quem timebo?* nunquam dimouebor, nec vnquam formidabo dum modo mecum erit Dominus; quamobrem promittit ſe cum Ieremia affuturum Dominus dicens: *bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt liberem te:* optime quoque in alio Pſalm. *cadent à latere tuo mille,* ſcilicet à ſiniſtra, *& decem millia à dextris tuis:* Agell. *caſtrametabuntur,* figent caſtra contra te, potentias omnes infernales expedient. At vide, ſi eripiatur: *cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* certum eſt, ipſum ab omni moleſtia eripi, dum ego cum ipſo ſum in tribulatione, parcendum eſt timori, dum inimicus aggreditur illos, qui nulla culpa detinentur; timeant ij, quorum noxa aditus facit inimicis; tu autem Ieremia, qui virtutum omnium donis, cumulatus es, ornaris coeleſtibus beneficijs, deſine timere, nam virtutibus ijs, tanquam armis, præliaberis ad certam victoriam: præcinge lumbos tuos, fac, quod eſt ex te, ex me autem habes, quod ciuitas ſis munita &c. igitur læto animo dimica, munitus. Paulus hoc quoque videtur innuere, dicens: *Quoniam non eſt nobis colluctatio, aduerſus carnem, & ſanguinem: ſed aduerſus principes, & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum; contra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus:* ecce inimicos, & quibus oportet armis hos expugnare ac debellare? ſequitur, *propterea accipite armaturā Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere &c.* hoc eſt, aduerſus inimicos ſe expedire; nota quod dicit: *præcinge lumbos, & ego, quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam:* tu fac, quod ex te eſt, ſi vis auxilium diuinum experiri, liberaliter enim Deus non denegat ſuam gratiam facienti, quod in ſe eſt. Nota, quod inquit: *& in omnibus perfecti ſtare, & omnibus perfectis ſtare:* exponit Chryſoſtomus; quod innuit neminem debere poſt virtutes fere omnes quas aſſequi poteſt, torpere; confidens ſaltem comparatione virtutum inimicos deterrere, ſed *omnibus*

Cur iubeatur Ier. nō timere.

pſ. 26.3

Pſ. 90.9.

nil poſſunt contra iuſtos dæmones.

Eph. 6. 12.

Deus vult id quoque nos præſtare quod poſſumus.

Quomodo intelligatur quod facienti q̄ in ſe eſt Deus non denegat ſuam gratiam.

at malum quod ex tentatione videtur euenire, non eſt corruptiuum noſtræ virtutis, ne ego formidaueris eos, qui tentant; declarat rem noſtrã Apoſtolus, qui cum videret ſe propter continuas calamitates, ac ſollicitudines pro omnibus eccleſijs, colophizari tamen ab Angelo Sathanæ, qui illum diris imaginibus affli-ctabat, non timuit, ſed dixit, audacter: *libenter gloriabor in infirmitatibus meis*, & ſubdidit: *placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſequutionibus, in anguſtijs pro Chriſto*. Complacet & gloriatur, & hoc inde quia non erat malum illud boni corruptiuum, ſed conſeruatiuum humilitatis; Quare .n. data eſt tentatio, manifeſtat ipſe dicens: *ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mibi ſtimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet*, quare? *vt inhabitet in me virtus Chriſti*: Mundabat animam, vt reciperet Chriſto virtutem. Igitur, & ſi tamquam frumentum cribratur Apoſtolus, eam tamen ex inde munditiam acquirit, quæ mundam pararet ſpiritus habitatio nem Deo.

nô eſt malum corruptiuum.

2.Cor. 12 7.

30 Sic quoq; Tobias iuſtus ante Deum, tentatione vrgetur; eandem fatetur Angelus neceſſe eſt irruiſſe, vt iuſti animam magis, ac magis mundaret, & acceptam Deo redderet: Hæc autem ratio aſſignanda eſt: concuſſus tentatione animus; quo magis diſcrimen videt, eo ab illo fugere pertentat, arctatus namque calamitate, & mentis anguſtia, ad latitudinẽ, & libertatem accedere cupit; vnde quæ paſſus eſt intuens, feruentius ad Deum proſilit. Accedit, quod id quidem dilectionis experimentum eſt; namque non diſcedere in aduerſis, non cadere in euentibus, non declinare in ſecundis, in obiectis blandimentis animum non demittere propter Deum, ſummæ charitatis inditium eſt, quamobrem iure quodam, vt ita dicam, diuinam conſequitur pietatem: itaque purus è tentatione emergit, ſolutior, ac liberior, & feruidior in amando.

31 Ad Apoſtolum peruenerat, ex Corinthijs, quemdam, vxorem patris ſui habuiſſe; quamobrem egrè hoc ferens Apoſtolus; hæc ſcripſit. *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui, vt præſens, eum, qui ſic operatur &c, tradere huiuſmodi, ſathanæ*: at ſancte Apoſtole, vbi eſt charitas illa, quæ te compellebat ad dicendum, *cupio anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis; & omnia libenter ſuſtineo propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur*, & nunc quaſi deeſſet locus commiſerationi, ac patientiæ, morti traditur hic, & ſathanæ? reſpondet ipſe, cribretur à ſathana frumentum hoc, cui ſordes multæ admixtæ ſunt: *in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti*. vbi ſi ſpiritus intelligatur pro anima, vt vult Tertullianus, & videtur etiam Hier. remotis ſenſuum impedimentis ſanatur, & ad Deum erigitur; dum caro per poenitentiam afflicta, quemdam interitum patitur, ſpiritus conſeruatur. Si autem ſpiritus intelligatur pro dono gratuito Chriſti, vt vultum Chryſoſtomus, & Theodor. etiam caſtigata carne, quæ conatur obſiſtere diuinæ gratiæ, animæ conficitur ſalutare quoddam medicamentum, quo poſſit gratiam ſpiritus ſancti conſeruare. ſi autem intelligatur pro illa abolitione peccati ab anima, vt vult Ambroſius; anima enim illorum peccatorum, licet natura ſua eſſet ſpiritus, euaſerat quodammodo caro; quia (*quamuis omnia peccata carnalem hominem præſtent, hoc tamen ſpecialiter deſiderium carnis eſt, quo ſordibus maculata anima à libidine carnis, ſit caro; ſicuti & caro recte gubernata, ſpiritualis appellatur*. Poteſt intelligi, quod cribrata ipſa anima, ac expurgata ab omni malitia, & nequitia, ex carne, quam peccando contraxerat, liberetur. Hoc loco ad hoc probandum poteris obſeruare, quod non dixit Chriſtus: *Ego pro te oraui*, vt Sathan ad te non poſſit tentatione accedere, ſed vt non deficiat fides tua; tentet, dummodo non deficiat fides, ſalutare namque homini eſt, cum diabolo dimicare, vt

1 Cor 9 5

Prou. 9.3.

1.Tim. 1.

3. ſpiritus accep:.

Anima, quomodo ſit caro.

Gggg vt ex

vt ex pugna alacrior,& vegetior euadat, in via ſpirituali, vt inſidias, bellando, hoſtiles agnoſcat, & victoriā reuehat ex pugna.

32 Alius quoque ſcripturæ huius ſenſus eſſe poteſt: *ne formides à facie eorum*: ideſt ne formides, quia præter faciem nihil habent, horridi ſunt vultu, imbecilles sũt, & vultu quidem videntur timorem incutere, aſpectu terrorem, ſed: *ne timeas, &c.*& quidem hoc probatur; ſi.n. ſecurus ab incurſu hoſtili reddẽdus erat propheta, hæc debebat audire, ne timeas cōfigi ſagittis, confodi lanceis, trucidari gladio &c. ſed his omiſſis: *ne formides à facie eorum*: Itaq. vti diximus, eſt in eo quædam ſuperficies potentiæ. Hoc quoque probat Dauid, vbi virum iuſtum vndiq. inimicorum inſidijs ſeptum deſcribit: *cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*: & quis non timebit a turmis dæmonum, à quibus ſtrages huiuſmodi deſcendit? at ſequitur: *ad te autem non appropinquabit*: auſus diaboli contra iuſtum ad hoc tantum ſe extendit, quod videlicet contra hominem iuſtum figit tentoria, veretur accedere: *ad te autem nō appropinquabit*: Agellius [vel vnus ex commilitonibus dæmonibus, neque princeps illius nequitiæ audeat ad te appropinquare] imbelles adoritur, timet à ſanctis. Ob eam cauſſam dæmon vocatur Baſiliſcus, qui à latinis dicitur regulus, & ex eo quod omnium ſerpentium ſit Rex, corona quam in capite geſtat hoc monſtrante, nec reptat ſicut cæteri, ſed ex parte, & ex parte celſus incedit, de quo Lucanus.

Pſ. 90. 15.

Agell.

Dæmō adoritur imbelles.

Sibilum effundens cuncta terrentia pestes,
Ante venena nocens, late ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in vacua regnat baſiliſcus arena.

Regnat, inquit in vacua arena: arena, arida ſemper, licet vndis abluatur, apparet nec vllius rei ferax vnquam eſt, & ex eo quia ſtabilis eſt, & fundamentum nullum habet, probat Auguſtinus, malos ſignificare; in malis ergo regnat Baſiliſcus dæmon, qui nullo operum germine, nec virtutum ſoliditate, illum arcere ſtudent: de quo inquit Salomon: *quaſi à facie colubri fuge peccatum*, quidam *à facie Baſiliſci*. Cenſet autem Eugubinus, diabolum, cum Euam tentauit, vſum fuiſſe Baſiliſco, quem, cum non fugit Eua, victorem tādem ſentijt; & Dominus per Ieremiam propter peccata minitatur ſe permittere regulorum morſus infernalium. *Quia ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos*: ſed quo morſu? tali, *vt dolor ſit ſuper dolorem, & cor moerens.*

Augu. 12 cont. Faus.

Pallatius Ecc. 21. 2

Ier. 8. 7.

Verum contra ſerpentem huiuſmodi, duo ſunt remedia. primum hoc eſſe exiſtimat Belluacenſis, ſi nos prius ipſum ferimus aſpectu, quam ipſe nos: atque ita damna, quæ ex tentatione diabolici ſerpentis exurgunt, euitabimus, ſi prius, ſi ſollicite quaſcunque ſolet inſidias inferre, perſcrutabimur. Ita canit Petrus *ſobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tanquā leo rugiēs, circuit quærens, quem deuoret &c.* & D. Antonius dicere conſueuerat, quod pertimeſcit Sathanas ſanctorum vigilias; præuidentur machinamenta, unde ipſe primo loco aſpicitur. In gen. quoq. dicitur de muliere illa: *ipſa obſeruabit caput tuum, & tu calcaneum eius*: vnde Gregorius hic: *caput ſerpentis obſeruare, eſt initia ſuggeſtionis eius aſpicere, & manu ſollicitæ conſiderationis à cordis aditu funditus extirpare.* 33

Lib. de ſer

1 Pet. 5. 8.

Lib. 1 mor c. 38. ex ſept. inter.

Secundum remedium experimento conſtat, ſi homo veſte ſpeculis diſtincta appareat; inde enim fiet, vt virus retrocedens, ipſum ſerpentem interimat. Quicunque autem à veneno reguli infernalis ſaluus eſſe cupit, & in ipſius caput recidere fraudes, inducat ſpeculum ſine macula, id eſt, Chriſtum, de quo Apoſtolus: *ſed induite Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs*: vel induamur virtutibus ſanctorum, quæ ſpecula ſunt, vt probat Rupertus. 34

Duo remedia.

Rom. 13. 14.

Vido-

Digitized by Google

35 Videtur autem Apoſtolus contra Baſiliſcum ſpiritualem nos armare, his verbis: *induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniam non eſt nobis colluctatio, aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates; aduerſus mundi rectores, tenebrarum harum; contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*: ſequitur, *propterea accipite armaturam Dei*; atq. hoc ſpeculo retunditur vis infernalis, & virus.

Eph. 6. 10.

36 Quando hic ſumus, & fraudes diaboli detegere oportet, ex ijs nominibus quæ illi attribuuntur, & ex varijs effectibus calliditatem agnoſcamus.

Aliud ſerpentis genus ceraſtes appellatur κεράστης in græco, propter gemina cornua, quæ habet, ab Alberto Magno, & Olao dictus ceraſtes. Et hæc eſt natura ſerpentis vt colligitur ex Nicandro, & Solino: longitudo eſt duorum cubitorum, corpore arenoſus, deſquamatus; eminentias habet in capite duas cornu ſimilitudine; partes vero circa ventrem ſquamis obſitæ; editq; ſonum in ſerpendo ſimilem ſibilo. Solinus verò exiſtimat ceraſtes quadrigemina hæc cornicula, quorum oſtentatione, velut eſca, ſollicitatas aues perimunt; nam reliqua corporis de induſtria arenis contegunt, nec vllum indicium ſui præbent niſi ex ea parte, &c. Ceraſtes dæmonem ſignificat abſconditum in corde illorum, qui cæleſti rore non ſunt perfuſi, vanos ad ſe trahit ſub ſpecie eſcæ, at cum crediderint eſcam inuenire, cornua reperiunt; ſic Iudam pellexit, triginta nummos oſtendit, impij mercedem facinoris, at oſtendit poſtea laqueum, & ſuſpendium.. Hinc Sapiens hæc habet: *Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet*: Ianſenius, & Peltanus exiſtimat hinc nos edoceri ſub methaphora vini, quod illecebræ carnis, & ſenſuum omnium, quæ quidē eſcæ ſunt dæmonis, initio ſunt quidem dulces, ſed tandem deducunt miſeros ad mortem. Sept. vertunt: *Sicut a ceraſte diffunditur ei venenum*.

Dæmon ceraſtes.

Natura ceraſtes.

Prou. 23. 31.

Sept.

37 Eſt animal hoc præditum tali aſtu, vt dum latet ſub arenis, in ſemitis, videtq. ſolum contra pedeſtrem ſe poſſe venena diffundere, equitis tranſeuntis, vngulam equi, morſu inficit, vel vt ille ſeſſorem veneno efferatus eiiciat. Meminit huius rei Iacob cū prædicebat vētura filijs ſuis, loquens de Dan, hæc dicēs: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro*. At licet hoc litteraliter, iuxta expoſitionē Gennadij, & Emiſſeni intelligantur dolus, & fraudes Dalidæ contra Sanſonem, qui fuit de tribu Dan; D. Ambroſius intelligit allegoricè de diabolo, ſic etiam Procopius Nazeus.

Gen. 49. 17
Euſeb. & Genna in can.
D. Ambr. hic c. 7.
Proc. Nazeus hic.

38 At in hac ſcriptura poteris etiam, quæ ſupra adduximus ponderare, nempe eorum qui religioſe viuunt diabolum tentatorem, &c. calllidiorem eſſe, quam qui in ſeculo; ait enim coluber in via, ceraſtes in ſemita. Via latior eſt, quam ſemita; eſſe autem colubrum in via lata, ceraſtem in ſemita, indicat quod ſecularium in via lata nulla præceptorum, ſeù conſiliorum obſeruatione compreſſum, diabolus coluber, eſt naturæ non adeo doloſæ, ac calidæ; eſt quidem nocuus ſerpens, ſed tanta malitia non indiget: at incedentes per ſemitam, equites Chriſti, qui ſupra carnem obequitant, qui eleuantur ad coelum demonem habent omni vafritie præditum, qui etſi non eos, equos tamen vulnerat titillatione carnis, aduenas, & peregrinos ſupplantare ſtudet; corporis ergo iniuria, quos in anima lædere non poteſt, tentat auertere; *ceraſtes in ſemita*, ſequitur, *ſalutare tuum expectabo Domine*: dum adeſt coluber, & ceraſtes in via, in ſemita, tentator vndiq. ingruit, expecta Dominum, ipſe enim ſtatim adeſt; vel etiam dum expectas Dominum, per ſemitam eam incedis de qua Iſaias: *ſemita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum, & in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te, nomen tuum, &* memo-

Callidior diabolus, qui tentat religioſos.

Corpus [illegible] vt [illegible] [illegible].

Digitized by Google

memoriale tuum in deſiderio animæ: anima mea deſiderauit te in nocte, &c. hæc illa ſemita Dan, qui interpetratur *iudiciū &c.* ſtatim vides ceraſtem, & colubrum, dæmonem inſidiantem, nil æque perſequitur, ac iuſtos.

Iudex quomodo coluber, & Ceraſtes.

39 Quod ſi de iudicibus (vt eſt nomen Dan, ſicuti mox dictum eſt) intelligis ſemitam huiuſmodi, & viam; iam colligere poteris, quomodo fiat iudex iniquus, & nequam, in via coluber, & in ſemita ceraſtes. dum per latam viam incedit .i. dum eius poteſtas nulla cōpeſcitur aliena authoritate, coluber eſt, .i. inde per viam iudiciorum incedentes vulnerat, ſed quomodo? coluber horret nudos & dimittit, aggreditur veſte tectos, inueſtitum audacior, vt habet Plinius: Sic quoque huiuſmodi, quos bonis nudatos reperiunt, dimittunt, inuehuntur contra illos, qui veſtiti videntur ſubſtantijs, hoc in via, at in ſemita quid? cum hæc via euadit ſemita, coluber euadit ceraſtes. ſemita via breuis eſt, callis anguſtus: cum officium vel eo ſtipendio anguſtatur, quod ſolet a principibus adhiberi, cum ſit callis, ex eo quia iam appropinquat finis, tunc iudex efficitur ceraſtes, equum equitemque mordet, .i. vt ad te perueniat, amicum, coniunctum, ſeruos in iudicium vocat, morſu ille non extraneos pupugit, ſed te appetijt; extorquet a te quod cupit, illos in ius vocando; te precipitio interimit, alios ad præcipitium adigens. ſed quæ diximus, de murmuratoribus, quorum cum diabolo munus eſt affine, optime explicari poſſunt. Coluber namque ſolum nocet lingua, ipſa .n. tanquam inſtrumento venenum effundit; vnde, & detractoris, & diaboli ad detractionem incitantis typus eſſe poteſt; diabolus autem etiam in nomine cum detractione conuenit cum Ethimō ipſius murmur ſignificet, διαβάλλω .n. ſignificat *obtrecto*; oſtendit re ipſa, nam a principio murmurauit cum Eua contra Dominum. vides in via detractorem vt colubrum, ſed in ſemita ceraſtem. cū vides illum non ita libere loqui, ſed proximū excuſare, ſcias hoc fraudolenter factum; cum obſeruaueris illum parcere alicui de quo agitur, ſed murmuratione coniunctum impetere, ſcias hoc ideo factum ne detegatur malitia, & vt maiori caſu ille corruat, infirmato, & protracto ad terram ſocio; itaque dum ceraſtis equum ſauciat, detrahit equitem. Exemplum Ioannes ſcribit: ecce ceraſtes in via: *adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierē in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei. Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio; in lege autem Moyſes mandauit nobis, huiuſmodi lapidare:* vides quomodo abſconditus in arena ceraſtes, vngulam equi mordet, parcere videtur Chriſto, & lapidare vult adulteram. & Ioannes hæc ſubdit: *hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum &c.* Vt Chriſtum perderent Nota hic obiter vt miſericordiam Chriſti agnoſcas magis, quare *vt poſſint accuſare eum*? Quid accuſatione dignū eſt ſi iubebat lapidari eam, quæ præcepto Moyſis iubebatur lapidibus obrui propter adulterium? At ita eum miſericordem ac pium habebant, vt cum primo hoc excogitauerunt, pro certo habuerint, illum potius ad miſericordiam inclinari; proinde præcipere dimitti, vel leuiter corripi mulierem: vnde apparet quod malitia, quod calliditas, miſericordiam Chriſti commendat: ſed ad rem noſtram: vulnus aperiunt adulteræ, vt ſimul corruat Iudex Chriſtus. Linguas hos habere dixit Ieremias, & Oſee ad modum arcus mendacij, qui videtur alio dirigere ſagittas ſed alio dirigit. ait ergo Ieremias: *extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis* abſoluere hunc videntur a detractione, ſed ſagitta linguæ doloſæ hunc vulnerant, infra: *ſagitta vulnerans lingua eorum, dolum loquuta eſt, in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias, &c.* Clarius Oſee alludens ad ceraſtem, & ruinam equitantis *facti ſunt*, inquit, *quaſi arcus doloſus: cadent in gladio principes eorum a furore linguæ ſuæ* cadent inquit detrahente veneno linguæ,

Margin notes: Lib. 32. c. 4. — Iudex quomodo mordeat vngulas equi. — Murmurator coluber, & Ceraſtes. — Quomodo morde at vngulas equi. — Ioa. 8. 3. — Miſericordia, & clementia Chriſti. — Ier. 9. 3. — Oſ. 7. 16

guæ, glorioſi videntur incedere, fama præclari, & honeſtate, ſplendoribus, atque diuitijs? at arcus linguæ exerit venenum verborum mordens vngulas, ideſt equi, ea pars, quæ extrema, infima, & contemptibilior videtur, ſauciatur ab hac lingua, ſed ea infirmata ruina ſuccedit *cadent in gladio principes eorum à furore linguę ſuæ* gladius nempe linguæ eſt quem exerit detractor &c. cum talẽ ceraſtem agnoueris, qui ſecreto, & dolo ſe carpit, & lacerat, ſcias te nullius auxilio, niſi Dei poſſe erigi, atque ſaluari, propterea poſtquam hæc dixiſſet Iacob addidit, *ſalutare tuum expectabo Domine:* quaſi dixiſſet; & quis me eripiet à linguæ huiuſmodi infeſtiſſimæ malis? nemo remedium afferet; igitur ad te confugio: *ſalutare tuum expectabo Domine:* ſimilis illa vox Dauid, cupientis a lingua venenata eripi a Domino: *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa*; nempe ab illa lingua doloſa, de qua ſupra, quæ videtur parcere, & ferit: Probatur quod dixi ex loco illo Iobi *obſtreticante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus*. Et eſt ſenſus de eductione illius veternoſi colubri, qui auſus eſt linguam ſuam ponere in Cœlum, & dicere. aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Sed fœde de cœlo eiectus eſt, ad tartara: Nota vero (vt ſcias ſuperiora) quod coluber educitur obſtreticante manu Dei: Obſtreticatio hæc deſumitur, vt vult Lyranus, à ſtudio illo magno, quo ſolent obſtetrices fœtum mortuum, tanquã quid corruptum, ac putridum è uẽtre educere. Itaque ſi adſit ſpiritus murmurationis in aliquo, fœtus detractionis corruptiuus, diabolus ſuſurro, opus eſt vt manus Dei, ideſt poteſtas eius ipſum extrahat.

Lingua arcus mendacij doloſus. — Dei eſt liberare à lingua doloſa. — Pſ. 109. per totum. — Iob. 16. 13 — Murmuratio fœtus corruptiuus.

40 *Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum* monſtrat dæmones inſtar Lamiæ, quæ eſt ferociſſimũ animal vt Plinius, ſi vera hic ſcribit. Dio autem Chryſoſtomus hoc quidem animal inquit cetera viribus expugnare, homines vero fraude, & deceptione, dum faciem pectus & vbera oſtentat. Cum vero aliquos aſpexerint, veneficijs quibuſdam cogũt ad confabulationis deſiderium, & hi quidem veluti ad mulieres accedunt, illæ intrepidæ manent, deorſum humum ſemper reſpicientes, ornatum, ac pudorem mulierum imitantes; atque ita cum quis proprius acceſſerit, rapiunt, namque manus habent ferarum, quas occultant. ſignificat Lamia primo dæmones libidinis præſides, quod eæ dicuntur ad veneres & libidinis propenſæ, ſed ad mortem. probat hoc Ludouicus Cœlius.

Dæmon lamia. — Lamiarũ natura. — Lib. 29. c. 5

41 Gregorius vero huiuſmodi Lamias ait eſſe hypocritas, quia enim lamia faciem habet mulieris, pedes vero equinos, duplicitatem, & fictionem deſignat; *hipocritæ* inquit, *in facie, quod oſtendunt, ex ratione ſanctitatis eſt, ſed beſtiale eſt corpus quod ſequitur, quia valde iniqua ſunt, quæ ſub boni ſpecie moliuntur.*

Greg 19. mor 11. & 33 mor. 32.

42 Videtur Ieremias aperte declaraſſe hoc genus ſerpentum dum dixit: *ſed & lamiæ nudauerunt mammas ſuas*, en aſpectus oſtenſus, gratus, pelliciens intuentes: *lactauerunt catulos ſuos*, Olimp. homines qui illis adhibentur: en congreſſus, ſequitur propheta: *filia populi mei crudelis* Sept. *filiæ populi mei incurabiles*. .i. ita inualuit vulnus vt nullam admittat medicinam ad ſalutem.

Tren. 4. 3.

43 Secundum Originem nota, quod ideo dicuntur, filiæ, homines, qui ad illas ingrediuntur, quia effœminati ſunt. Contra hunc ſerpentem nullum efficacius remedium, fuga eſt, & quidem alibi ſatis probatum eſt, contra luxuriæ malum, medicinam eſſe fugam, non .n. reſiſtendo quis vincit, ſed fugiendo: aſpectus ſiquidem mulieris, quam ſit virulentus declarat queſtus illius.

Effœminati dicuntur mulieres.

Cinthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.
Contactum nullis ante cupidinibus.

Et Virgilius intuitum, ijs, inquit, ineſſe ignitum.

---- vritque videndo
Foemina.

At Aquila, & Theod. locum Ieremiæ ver-

vertunt *Erinnim*, ſeu *Furiam* vnde recte per lamiæ corpus fallax, dæmonis fraudes explicare poſſumus. Quæ obijcit primo tentator, non ſunt ſquamis cõſita membra, & eiuſdem volumina, Sibila dira, & tortuoſi corporis tractus .i. pericula, caſus omnes, & mala; ſed ſuadet, mentiens gaudium, & felicitatẽ, hinc primo panem, & honorem; & deinde lapides, & præcipitium Chriſto obtulit. hinc primo etiam deitatem repreſentauit Euæ, attulit deinde exitium.

Serpens, qui tentauit Euam quis fuerit?

44 Dicerem vero, Serpentem illum, qui tentauit Euam lamiam extitiſſe eiuſdem ſpeciei, eoſ ſi quos dracopotodes aliqui Ophiographi appellant. Moueor ad id, quia Beda, & Abulenſis exiſtimat, quod ſerpens ille, virginis vultum habebat, ſcriptum quoque alibi eſt, ꝙ Euę tantum vultum oſtentauit; ceteras vero partes corporis inter arboris folia abſcondit; denique ita pictorum conſuetudo eſt, recepta per poſteros memoria.

pſ. 121. 3.

45 His conſideratis quomodo ad perfectionem aſſurgere debeamus probat illud pſ. *Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas:* Si ædificatur vt ciuitas, cum munitione, & arce ad depellendos hoſtes; quia qui Deo parat habitationem, & ciuitas dr̃ regis magni, tunc munitionẽ inſtruat propter inſidias dæmonum. vnde Sponſæ dictum eſt.

Cant. 4. 4

Sicut Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium: collum plerumque in ſcriptura, mentem, vel animam ſignificat, vt probat Orig. ergo anima ædificatur cum propugnaculis, .i. in ſpirituali fabrica, cum creſcit in virtutibus, oportet ſemper propugnacula ſtruere contra inimicos; quo .n. creſcit ſanctitas, eo hoſtiles machinæ contra diriguntur. Ad hanc ſententiam Greg. hic addit. *Collum vero propter omnem ſpeculationem, turris vero dicuntur propter fortitudinem, & propter excelſam cæleſtium gaudiorum contemplationem; quæ recte turris Dauid eſſe dicitur, quia Dauid, manu fortis interpretatur, per quod Chriſtus ſignificatur &c.* Sed nota idem quod Greg. nempe quod Dauid dicitur, qui *manu fortis* interpretatur, qui .n. turrim condit perfectionis, manu fortis eſſe debet; eo .n. ipſo, quod ædificium ſtruit, tunc dimicare debet, ſicut ibi ſcriptum eſt: *& factum eſt in die illa media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceę, & ſcuta, & arcus, & loricæ, & principes poſt eos in omni domo Iuda &c vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium &c.* oportet ergo edificantem domum Domini, compage virtutum, gladium ex altera manu habere vt hinc ædificet, hinc hoſtes terreat. Amos vero in alium ſenſum hęc habet *qui ædificat in Cœlo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit.*

Perfectus bellat ſemper.

Orig ſup Eze hom. 10.

2. Eſdr. 4. 17.

Digitized by Google

Verſiculus. XVIII.

VVLGATA.

Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus, & populo terræ.

SEPTVAGINTA.

Ecce poſui te in hodierna die, ſicut ciuitatem munitam, & ſicut murum ęreum munitum, omnibus regibus Iuda, & principibus eorum & populo terræ.

CHALDÆA.

Et ego ecce dedi te hodie fortem, ſicut ciuitatem munitam, & ſicut murũ æreum ad propinandum calicem maledictionis omnibus habitatoribus terræ, & regibus domus Iuda, & principibus eius, & Sacerdotibus eius, & populo terræ.

VATABLVS.

Ecce .n. ego facio te hodie ciuitatem munitam, columnam ferream, & murũ æneum, contra omnem terram, contra reges Iuda, contra principes eius, contra Sacerdotes, & contra vniuerſum populũ terræ.

PAGNINVS.

Et ecce ego dedi te hodie, vt ciuitatem munitam, & columnã ferream, & murũ æreum ſuper omnem terram, regibus Iehudad, principibus eius, Sacerdotibus eius, & populo terræ.

PARAPHRASIS.

Atq; ne credas timere te contra iudicũ robora, & regum inſidias progreſſurum, odiaque omnia, imparatum, atq; inermẽ ſubiturum: ſcias nunc te parari vt ciuitas munita, quæ longe vim inimicam pellit: vt columna ferrea, quę ſubiecta pondere flectitur nunquam, & denique, vt murus aheneus, aduerſus quoſcumque iſtorum conatus; tantum dum illi te murum aereũ ariete fraudis appetunt, ſic ſonus prædicationis audiatur, & prophetiæ.

Expoſitio.

1 ADijcit cauſam, quare timorem omnẽ abijcere debebat, contra hoſtes bellũ initurus, *quia dedi te hodie in ciuitatẽ munitã, in columnã ferreã, & in murum æreum* fortem, conſtitui te contra hoſtes, nec ſi contra te vires omnes parabunt, commoueberis, ciuitas munita; nec ſi certabunt, te a propoſito dimouere, ſeu a predicatione verbi mei deterrere, flecteris columna ferrea, quin percuſſus magis, odio, & eorum indignatione, ingentes prædicationis, & maiores ſonos edes; eris namque murus aereus: Senſus itaque hic eſto: dedi te hodie fortem, ſicut ciuitas eſt munita, & ſicut columna ferrea, & ſicut murus ęreus, ad annunciandum excidium, & vaſtitatem venturam, calicemque maledictionis regibus Iuda, & principibus eius, & Sacerdotibus &c. quod facere iubetur capit. 25. & ſupra in principio capitis: Lyranus autem hoc modo interpretatur quod ſicut ciuitas munita, non poteſt capi, nec columna ferrea frangi, nec murus aeneus penetrari, ſic nec poteris à tuis aduerſarijs ſuperari &c. Quid ſit ciuitas munita columna ferrea, & murus æreus.

Datur Ieremias ſupra principes, & reges.

gregie præſtitit, columna ferrea, in patientia,in labore; at murus æneus ad tutelam,nec enim aduerſus hoſtes infernales oppoſitum protectionis murum obiecit, ſed etiam infeſtantes quodammodo gregem ſuum, (quem patrocinio,ac ſollicitudine cinxerat) voce, ac comminatione deterruit.

Perſeuer. neceſſaria

8 Verum alio modo hæc interpretare: quid eſſet ciuitas munita, id eſt,virtutes in anima comparatæ; niſi adeſſet etiam perſeuerantia? & quid hæc proficeret, niſi diſcretione expenderentur? ciuitas ergo munita; vti ſupra dictum eſt,animam ſignificat varijs coeleſtium donorum bonis ornatam,quæ quidem anima munita dicitur,quia contra potentes aduerſarios incolumitatẽ, animi, virtutẽq. ſeruat. poſtquam vero ciuitas eſt munita,habeat columnæ ferreæ firmitatem, & perſeuerantiam; niſi enim diu adepta perdurent, labor fruſtra in comparatione impenditur, & ſi ornamenta,quæ animam decorant adeptus eris, niſi fortiter ſuſtinueris, & ſtrenue dimicaueris cum hoſte, ſuccumbes. Denique diſcretio perficit omnia, & murus ambiens virtutes, & omnino machinationes aduerſariorũ deludens diſcretio eſt. Igitur prædicator habeat firmitatem, fortitudinem,& hæc complectentem diſcretionem; ſi ciuitas eſt munita virtutibus,fortis eſt;ſi columna ferrea, firmior eſt; & maturè incedet,& perſeueranter; ſi murus æneus, virtutes omnes diſcreta quadam prudentia cuſtodiet: agnoſcit Gregorius hæc tria in prædicatoribus, explicans verba illa Ezech. *planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli*; ait autem: *quia enim prædicatores ſancti boum nomine deſignantur, docet Paulus Apoſtolus, legis teſtimonium exponens: non obturabis os boui trituranti; in ſanctis ergo prædicatoribus planta pedis eſt vituli, ſcilicet mature incedens,& fortis,& diuiſa, quia vnuſquiſque prædicator,& venerationem habet in maturitate, & fortitudinem in opere, & diuiſionem vngulæ in diſcretione. Non enim facile prædicatio eius accipitur, ſi leuis in moribus eſſe videatur; & nulla erit maturitatis oſtenſio, ſi aduerſa cõtra oĩa nõ adſuerit operis fortitudo; virtutis autem meritum ipſa fortitudo operis amittit, ſi diſcretio in intellectu non fuerit, &c.*

Firmitas neceſſaria

Hom. 3. ſup. Ezech.

Et ab his tribus viſus eſt ſe Ieremias 9
excuſaſſe, dum dicit: *A a a Domine Deus, ecce neſcio loqui,quia puer ego ſum*: triplex nota, triplici defectui reſpondet; quam fortitudinem habebit is, qui puer eſt?quamue firmitatem,ac maturitatem? at quam diſcretionem, qui neſcit adhuc nectere verba? proinde alium iube Prophetam ad ea,quæ iubes, accedere.

Aduertendum vlterius, quod is,qui 10
datur in ciuitatem munitam, murum æneum habet: *bellabunt aduerſum te, & non præualebunt*:;licet non prçualebunt, tamen bellabunt, dum ſuperior eſt ciuitas in alto loco poſita, bella parata ſentit noxiorum; exemplum habemus Saulis in principio ſui regiminis; Domini noſtri præcipue Chriſti:vnde Demoſthenes: *omnium difficillimum eſt*,inquit, *vt hi, qui poteſtatem habent in multos, multis placeant*;ideo *bellabunt*, quia ciuitas es munita,es præfectus,Prælatus? odio habearis neceſſe eſt.vndeChryſippus: *ſi quis male rexerit,dijs poenas dabit, ſi bene,odio à ciuibus habetur.*

Verum ita munitur Prælatus, quia po- 11
ſitus eſt ſupra montem in ſublimi tuto loco,vnde timere poteſt caſus:ita virtutibus ornatur, vt ne quod altæ dignitatis eſt, illud quidem vertatur in ruinam; quapropter monet ſcriptura: *rectorem te poſuerunt,noli extolli*:& Chryſ. *ſemper grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt, ſicut ramum arborum in excelſo poſitarum,etiam ſi leuis aura flauerit mouet, ſic & ſublimes in culmine dignitatum exiſtentes, etiam leuis nuncij fama conturbat*:& ideo ciuitas munita, comparauit eum vrbi à milite præſidiario cuſtoditæ,quæ continuo metuit aduentum hoſtium, nec leuis eſt ſuſpitio parandi belli ignotus virorum globus adueniens, ſeu amica claſſis prætemauigans, vnde quilibet ruit ad arma,intẽtionemque tenet arcẽdi inimicum:ſemper ergo

Eccl. 31.1

Digitized by Google

Superior tutari eos debet, quos muris tutelæ cingit, quin vigilijs intentus, ſubiturus quælibet in commoda, vt incolæ, ſubditi videlicet, ſecuri, atq. incolumes permanere poſſint.

12 Aduerte tamen, quid dicat, eris ciuitas munita, ſed: *bellabunt, & non præualebunt*: non nihil ſi difficultatis eſt, quare voluerit Deus prophetā ſuum ex pugna, & tribulatione, victoriam reportare? quin ſatius erat illum ſupra tribulātes conſtituere. At vera illa eſt, atq. laudabilis victoria, quæ ex tribulatione con ſurgit. Neq. enim eſt ab hac expoſitione ieiunum, quod hactenus ſæpe dictū eſt; ideo datum eſſe prophetā cui nulla obeſſe poterit aduerſantium vis, in ciuitatem munitam, quot .n. laboribus? qua ſollicitudine? quo metu? ciuitas agitur, quæ hoſtē expectat, & omni bellico apparatu ciuium couſulit incolumitati? ad aſpectum ſemper, ruina, fames, armorum ſtrepitus, excubiæ, & imminen tia belli pericula, quibus ſemper dire vexatur: Hac ergo appellatione dum conatus fruſtra hoſtiles prænunciat, oſtendit tribulationibus debuiſſe prophetam aduerſis reſiſtere. Porro hoc intellexit vrbis munitæ appellatione Dauid, cum diceret: *quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vſq. in Idumæā?* & ſtatim adiunxit: *da nobis auxilium de tribulatione*: ſed inter has tribulationes, gaudium mihi, & ſpes ea ſuboritur, q̃ tu præſidium, atq. auxilium es, & fortitudo: fac contra me in ciuitate munita bellantes non præualere, eiectos a tua præſentia, & auxilio: *da nobis auxiliū de tribulatione, quia vana ſalus hominis*: vane ſperat homo ſalutem, niſi tu dederis auxilium; audiam: *bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecū ſū*.

Vera victoria ex tribulatione oritur.

Pſ 59.11.

13 Enimuerò vrbis huius præcipuū munimentum, ac cuſtodia, vigilia eſt, inde.n. quidquid hoſtis gerit, ſpeculatur. Atque hoc quidem prophetæ præſtandū oſtendit. Prius.n. virgam monſtrat, ſeu vigilantem, ſeu vigiliarum: *virgam vigilantem ego video*: quapropter hæc videtur innuere: hoc quidem remedium tuendæ vrbis maximum, vigilia, & id etiam efficere debes, ſi vrbem munitam contra hoſtes victricē ſeruare cupis, vt virga ſis vigilans, continuis indulgeas vigilijs, nec te vnq̃ deſes animus, & torpens demittat; & ſic vrbs pateat inimico, vnde illud eſt; *ſuper muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes tota die, ac nocte, non tacebunt laudare nomen Domini*: cantus autem vigilantium eſt: Ambroſius ideo vigilantes ait, anſeres eſſe, quia inter dormiendum quaſdam voces edere ſolent. Itaq. innuebat Dauid illam vigilantiam eſſe neceſſariā, quæ eſſet Dei quaſi ea hæc hominis non ſufficeret, tantum illa ſufficeret Dei; *niſi*, inquit, *Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eā*; vix ſufficit humana cuſtodia in re tam ingenti, Dei vigilantia, optimè ciuitas cuſtoditur. Porro quid mirū dum ciuitas munita ad repellendos hoſtes debebat conſtrui Ieremias, ſi Dominus dicit: *quid tu vides?* cui ſubiunxerit propheta: *virgam vigilantem ego video*: cui etiam ſub diderit Dominus: *vigilabo ego ſuper verbo meo*: maxime ad me ſpectat, tutam ab hominum fraude eſſe hanc ciuitatē, ideo mihi vigilandi onus indicabit, ne timeas eſto ciuitas tu munita diuino cuſtodieris oculo. *In columnam ferream.* columna totius pondus ſuſtinet ædificij: licet ergo magna ſit ſtructura domus, & labor ponderis ipſam præmat: hoc Sacerdotij munus deſignat, cuius eſt fideles, ac ſuæ curæ demandatos ſuſtinere, vnde & columnæ templi Dei dicuntur Epiſcopi; *faciam columnam in templo meo*: Licet ergo ferrea columna, nulli temporis cædit iniuriæ, nec ſerie annorum innumerabili, ponderi tamen templi indefeſſo ſubiecta præmit onere, ēt ſi victor extiterit, nec vlla malignitas aduerſantiū ſtabilis colūnæ propheticæ robur exederit, ab onere, ac labore nequaquā demōſtratur immunis: *in colūnā* ergo *ferream*.

Vigilia vrbis eſt cuſtodia.

Iſai.62.6.

Pſ.126.1.

Columna ferrea ſignat Sacerdotiū.

Apoc.3.12

In murum æneum: tunc graciles ſonus edit æs, cum valde percutitur; quod tipum dixerim tribulati: *laudate* inquit Dauid, *Dominum in tubis ductilibus*: inter anguſtias ductilis æris ſonum,

Digitized by Google

num, Dei laudes dicit efformari, tunc vocem tuba inflectit, cum prius æs ductile malleorum ictibus extenditur; proinde murus æneus, verbere excitante ſonus edit; æneus murus inexpugnabilem fortitudinem exponit; ſit igitur Propheta murus, ſed ęneus; vt inter aduerſātium ictus in laudes erumpat, tribulatus.

Tribulat⁹ in Dei laudes debet erumpere.

14 Hæc omnia vna admonitione comprehendit S. Paulus, cum prædicatoris, ac Prælati formā deſcribit *Tu vero* inqt, *uigila*, quod ad ciuitatem munitam pertinet, vt uigilantem ſeipſum contra hoſtilia conſeruet machinamenta, & fraudes: *in omnib⁹ labora*: cuius maior labor, q̃ qui totius in ſe populi curā ſuſcipit? qui colūnā templi regiminis onere ſubleuat, ac ſubſtētat, ſicuti etiam dicitur; *ſuſtinetis enim, ſi quis &c. opus* poſtremo *fac Euangeliſtæ*: quod ad æneum murum pertinet, vt quoties dignus ſit habitus contumeliam pati gaudeat, & exultet, & in voces gratiarum erumpat, *& exalta vocem, qui euangelizas Sion*: recte ergo triplicia *a a a*, ſe ſe excuſantem Ieremiā, triplici etiam dono confirmat, ciuitatis, muri, & columnæ. S. Th. & gl. & omnes pæne expoſitores triplex *a a a*, triplicem excuſationem continere autumant; defectū eruditionis, ſeu ſcientiæ; & ſuppletur per columnam ferream, vti ait Iſaias: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt verbo*: ne ſpūalis machinæ labaſcat pōdus datus ſum, vt verbo confirmē. Tertio, ſapientiam, vt nemo poſſit ex populo reſiſtere: *ego*, inquit, *dabo os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere: dabo os*, hic eſt ſonus muri ænei, & Ezech. *vt ſilicem, & adamantem poſui faciem tuam.*

1. Tim. 4. 4 — 1. Cor. 11. 10. — Iſa. 40. 9 — Iſ 50. 4 — Luc. 21. 15 — Ez. 3. 9.

15 Non ſufficit eos tantum in ciuitatem munitam ponere, niſi ēt in murum æneum, & columnam ferream, prædicatores ſuos conſtituat Dñs, qm̄ cū de charitate agitur, colūna debēt eſſe; cum loquuntur æs ſonans; & murus æris .i. firmi, & ſtabiles in doctrina, non taceant: ciuitas munita in exemplo, vt omnem ſe præbeat virtutem, munitamque ciuitatem: murus ęreus, vt magis in tribulatione ſit hilaris. Columna ferrea fuſci eſt coloris, & ædificia ſuſtentans, nec nutat pondere, nec tœdet tempore; Prædicator ergo eſto humilis in humilitate, feruens in charitatis officijs obeundis. Ciuitas munita ſemper hoſtes timet, & munitiones prę ſto habet; ita prædicator virtutes omnes præſto debet habere ad exemplū, quaſi ſemper in ſubiectos ſuos timeat dæmones fraudes. *In murum æneum*: murus ergo ad ſublimia conſurgit & tuto, quo profundius hēt fundamentum; prædicator ne ruinā ex ſuperbia timeat, fundamentū ſibi fodere debet humilitatis, & merito; dū murus ęreus, qui nomine græco terrā ſignificat: quo ēt inter metalla nullū vocalius eſt. in hoc monſtratur prophetæ humilitas, & recte ponitur in murum æneū q̃a humililate reges, populoſq; ſuperminet: *reſpexit*, inquit *humilitatem &c.* ſequit̄ *ecce enim ex hoc beatam. &c. In columnam ferream*, niſi actu columna fulciat ædificium, facile corruit; quid. n. prodeſt Prædicator, ſi quas docet animas, exemplo, ac pietatis ſtudio, nō ſuſtentet? ciuitatem munitam, niſi ſitus faueat inexpugnabilis, incurſui patebit inimicorū. ſitus ergo myſticæ ciuitatis huius ſecurus debet eſſe in cœlo: *fundamenta eius in montibus ſanctis*

Quid ſignificet colu. ferrea, murus æn. ciuitas mu

Luc. 1. 48 — Pſ. 86. 1.

Sed *in murum æneum*, murus eſt cuſtodia ciuitatis: hinc Superiores ponūtur in murū ęneum, & in columnā ferreā; mur⁹ quoq. cuſtodiæ locus eſt *ſuper muros tuos Ieruſalē poſui cuſtodes*: ita ergo ſubditos cuſtodiat, vt murus ęneus, clamet verbo, reſonet opere, vel nunquam à Dei laude ipſe ceſſare debet, cum vel magis aduerſis videt appeti ſubditos: *tota die ac nocte non ceſſabūt laudare nomē Dñi.* In *murū æneū*: recte ponitur in murū æn. qui aduerſaret̄ regib⁹, & filijs Iſrael, q pa tiēdo, & ſuſtinēdo, ēt clamet, *& auditā faciet vocē laudis eius.* 70. hēnt *munitū*: q̃ munitiones eſſe poſſunt in muro, niſi æneam fortitudinem adiūgas? quaſi oēs munitiones is habeat, q inter perſecutiones, etiam frontem habet hilarem, & ora laudibus laxat diuinis. Et aduertendū, quod nō meminit columnæ ferreæ, 16

Pſ. 61. 6. — Quare prę latus murus æneus — Pſ 56. 8.

ſed *poſui te sicut ciuitatem munitam, & ſicut murum æneum munitum*, quaſi omnis fortitudo, & munus columnæ, permanens, perfectum inueniatur in eo qui pro verbo Dei pugnat, & reſiſtit.

17 Hic aduerte, quod datur in columnam ferream ſacerdotibus, ſupra dixerat: *ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas*: hic vero ſacerdotes addit, hoc quidem non alia ratione factum puto, niſi quia conſtituitur ibi ſupra reges Ierem. at vero, vt oſtenderet, maioris eſſe ſacerdotes authoritatis, quam principes, dum de imperio agebatur, graue eſſet dicere: *conſtitui te ſuper ſacerdotes &c.* Porro hic in fine capitis, bellum, ait Ierem. ſcribendum eſſe cum ſacerdotibus, regibus, principibus, & populis: in ſubiectione non computantur ſacerdotes, in reſiſtentia, & belli ſuſceptione, adſcribantur: calcabis reges, eris tamen oppoſitus ſacerdotibus; hos enim licet impios, dignitas vetat proterere, & ideo: *ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, columnam ferream, & in murum æneum &c. ſacerdotibus eius*, illos autem prædicationis munere ſuperas, ideo: *ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna*: illos calca, his reſiſtendum tibi eſt. Noto hic robur omne Ieremiæ, non in offenſione, ſed in defenſione poſitum; ciuitas enim ipſa ſe tuetur ab hoſtibus, columna non cedit ponderi, murus ictibus arietis opponitur et baliſtæ, vnde innuit hoc etiam efficere debere eos, qui prædicatione præſunt, non enim libenter in alios animaduertunt, ſed cum irruit iniquitas, expellant; cum noxa aduerſus ingruit, irrumpant: *noli*, inquit, *fieri iudex, niſi valeas irrumpere iniquitates*: cuſtodi iuſtitiam ab improbis, at cum noueris eam impetitam fraude, remoue obſtantia, & contunde.

Maior ſacerdotis quam principis dignitas.

Prædicator debet tolerare.

Eccl. 7. 6.

18 Exiſtimo tandem verba hæc ad confirmationem Prophetæ dicta eſſe, vt ſciret multis ærumnis, ac calamitatibus læſum iri, ac contumelijs circumuentum; quaſi diceret: videberis quaſi murus trabe hoſtili percuſſus, ferreus quoque, ac æneus, ita principes, ac ſacerdotes te male afficient; at ſcias me tecum eſſe, non præualebunt: ad hunc ſenſum Iob queritur: *quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? nec fortitudo lapidu fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt: ecce non eſt auxilium mibi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me*, non eſt fortitudo, nec caro mihi ænea eſſe poteſt ab amicis derelicto, & Ieremiæ cui præſens eſt Dominus ad auxilium, qualis fortitudo, niſi ænea eſſe debet? fortitudinem quoque hoc ſignificat ex Horatio.

Iob. 6. 11.

Ter ſi reſurgat murus aeneus
Authore Phoebo, ter pereat meis
Exciſus Argiuis &c.

Aes quoque quod nulli cædit, nec tempori idem nius:

Exegi monumentum ære perennius:

Quod dixi nempe præſente Deo, id eſt, cum per gratiam adeſt Deus, ſanctos æneos eſſe patientia in tribulatione, nec trepidare, dum Dominus eſt protector, de ſeipſo cecinit Iſaias his verbis: *corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non ſum confuſus*: ſed ecce, quod ſubdit, nempe fortiſſimum ſe ad perferendas inimicorum irriſiones, & flagella exhibuiſſe: *ideo poſui faciem meam, ut petram duriſſimam, & ſcio, quoniam non confundar*: murus æneus, qui cedere neſcit, & petra duriſsima quibuſcunque calamitatibus patientia reſtiti inuictus.

Iſa. 50. 7.

Dei præſentia reddit ſanctos fortes.

Pulchre obſeruare poteris, quam ſit alienum ab eo, qui contemnitur ab inimico, & Chriſtum habet, & manet in feruore charitatis, vindictam ab eo ſumere: Dubium autem in prædictis Iſaiæ verbis hoc eſſe poteſt, inquit Iſaias: *corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, fatiem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*; corpus verberibus contunditur, & cum barbam euellerent, & ſputis ora fœdarent non refugi, ſed patiens omnia ſuſtinui: Quare ergo in conſequentibus ait, *quis contradicet mihi? quis eſt aduerſarius meus?* 19

Dei præſẽtia protectus nihili facit contumelias.

me us? flagellis corpus afficitur,& contumelia vultus perfunditur , cur quæris, quis eſt aduerſarius meus ? nempe aduerſarius non eſt , qui laxata ira inter flagella membra reſoluit? At ecce,quod dubium ſoluit : *iuxta eſt , qui iuſtificat me :* prope me eſt Deus , atque ideo ita nihili facio contumelias intentus Domino , vt licet adſtet tortor ſæuus membra dilanians , licet inimicus percuſſor aſsiſtat, non reputo aliquem mihi contradicere, ſeu aduerſari : *quis eſt aduerſarius meus* ? non ego mente plura conuoluens repeto , quid ſuſtinuerim mali , & quomodo vltor rependam vices,imo excidit memoria: *quis eſt aduerſarius meus* ? ſic etiam miles chriſtianus, qui Crucem,& ibi Chriſtum affixum intueatur, qui eiuſdem Saluatoris verba Matt. 5.44. rependit : *ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros* : vel adeo oblectatur in ærumnis , vel adeo iraſcitur de ijs quæ male contra Deum agit, vel ita mente à terrenis ſubmouetur , vt percuſſus , vt male habitus nullam ſentiat contumeliam,ita vt poſſit dicere : *quis eſt aduerſarius meus* ?

20 Interim vt hoc probem alterum ſcripturæ locum proferam,bis quærit ſponſa ſponſum ſuum,primo quærere dicitur : Cant. 3.1. *in lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea :* deinde , *anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus loquutus eſt, quæſiui,& non inueni illum :* ergo cū Cant. 5.6. primum quærit, reperit vigiles cuſtodiētes ciuitatem,quos interrogat, *numquid quē diligit anima mea vidiſtis* ? quibus prætermiſſis ſponſum reperit.Quærit ſecundò,vigiles reperit, & deinde dicunt, vigiles pro reſponſis vulnera dediſſe; *inuenerūt me cuſtodes, qui circūeūt ciuitatē,percuſſerunt me,& vulnerauerunt me, tulerūt pallium meum mihi*; cuſtodes murorum quare vapulant hic , incolumis tranſit ibi.

21 Primum potes dicere , ſemper inhumane gerere,qui male munus ſuum gerit: quæ enim fides ijs eſſe poteſt, qui ad tenendam ſtationem ſuper muros poſiti ſunt,& noctu obambulant, & circumeūt ciuitatem?ad quid enim à muris deſcendunt,niſi ad furta : *inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem* : & quæſo qui cuſtodes erant hi, *tulerunt pallium meum mihi* : cuſtodes murorum tanto cum vrbis diſcrimine , relictis excubijs vrbem circumcurſitant noctu,aliorum cuſtodum eſt hæc ſoluere ; porro ideo dictum eſt, hos quidem ſponſam vulneratam expoliaſſe . Verum illi qui furti minime alligantur officium rectum gerebant : *inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiūt ciuitatē*:hi quorū erat ciuitatē cuſtodire,nulla nota, vel furti, vel vitij cuiuſuis inuruntur,niſi malis hoc benefitio vigiliæ dictum eſſe. At hoc ſenſu prætermiſſo ad rem noſtram; ita ergo ſcripturæ hunc locum explico: Hic quæritur ſponſa,& vulnerantes agnoſcit,& lamētatur, quia ſponſus aberat ; & ille declinauerat,atque tranſierat ; *quæſiui,& non inueni illū : vocaui,& non reſpondit mihi*; Præſentia Chriſti tollit iniuriā. at primo prope erat ſponſus : *paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea ,tenui eum nec dimittam, &c.* ergo præſentia ſponſi delet iniuriā omnem, dicat itaq. ſponſa *iuxta eſt qui me iuſtificat , quis contradicet mihi, ſtemus ſimul quis eſt aduerſarius meus* ? at ibi longas texit quærimonias ſponſa , quia longe diſtabat ſponſus:quis recordatur malorū, quæ patitur ſi in imagine Chrī crucifixi,quæ ipſe pertulit,intuetur.

In pſalmis manifeſtò enumerat Dauid inimicorum ſuorum odia , & propter varios malignantium effectus, nunc tauros appellat,nunc canes:*circumdederūt me vituli multi ; tauri pingues obſederūt me;quoniā circumdederunt me canes multi : &c. erue à ſumea Deus animam meam,& de manu canis vnicam meam:* commemorat igitur teterrima ipſorum officia, animumq. ad mala exardeſcentē recolit inimicorum . At verò obſerua quæ ſequatur infra : *narrabo nomen tuū fratribus meis,in medio eccleſiæ laudabo te* : quęſo vnde tam ſubita mutatio , vt qui canes prius appellabantur & tauri , nunc fratres dicantur : *narrabo nomen tuum fratribus meis*: ex ijs quæ paulo ſupra 22

Pſ. 21.13. 17 & 21.

Præſentia Dei inimicos vertit in fratres.

pra

pra dicit res ſoluitur,ait ergo: *tu autem Domine,ne elongaueris auxilium tuum à me ad defenſionem meam conſpice*; hoc eſt,eſtne prope me auxilium tuum,gratia tua,es iuxta me, iam inimicorum obliuiſcor, & quos hoſtes habebam,nunc fratres nomino,*narrabo nomen tuum fratribus meis: quis eſt aduerſarius meus*; non illi quidem, qui circumdederunt me ſicuti canes contra me malignantes, nam hi ſunt fratres mei: *narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te*, non eſt amplius concilium malignantium, ſed Eccleſia laudantium te &c.

23 Sed his prætermiſſis in calce huius verſiculi conſideremus etiam, quare Superior detur in columnam ferream: *& in columnam ferream*:is, qui ſanctus eſt, qui electus eſt à Deo ad opus prædicationis,qui virga vigilans eſt, & ciuitas munita,fortis debet eſſe, & conſtans columna,ac ferrea, quæ nec flectitur,nec cædit vnquam:vtrumque denotat,& fortitudinem,& ſanctitatem;in Pſalm. quo-
Pſ.131.8 que dictum eſt: *ſurge Domine in requiem tuam,tu & arca ſanctificationis tuæ*.Hebræ *fortitudinis tuæ*: quorſum vero pertineat fortitudo arcæ, explicat Genebr. hac paraphraſi: *arca in qua nos ſanctificas, è qua ſanctitatem in nos deriuas, & diſtribuis,relinque* Dñe *Hebnon,teq.cum tua arca, per quam ſolitus es aduerſus*
prædicator & ſanctus & fortis eſſe debet. *hoſtes tuam vim, & robur declarare, recipe in hunc locum perpetuæ quieti tuæ deſtinatum*. fortitudinem oſtendit hoſtes deterrendo. S. Cyprian. *conſtituet dilectionem validam*. Editio Romana ex Hebr. *ibi confirmata eſt virtus gloriæ eius, expoſuit charitatem firmam fortitudinis ſuæ*. fortitudinem ergo vniat cũ ſanctitate, qui contra hoſtes procedit à Deo, vt nunquam aliqua ratione poſſit dimoueri: vnde ſancti Apoſtoli illi columnæ Eccleſiæ dicuntur: nec ſignificatione quidem vacat, quod columna dicitur Prælatus; ea enim,ſi fabricæ vnitur validior,atque ſolidior eſt, quam vel omnino ex ſe conſiſtens ſuſtineret;ita quidem Superiorem vnio cum ſubiectis ſuis fortiorem reddit, quam ſi ex re aliqua diuiſus pondera illorum vnione charitatis non ſuſtineret, firmitas ergo ex vnione pendet, & habetur incolumitas ex ſuſtentationis officio. Denique dicitur murus æneus,qui nullo modo,vel etiam æneo tormento cædat.i. Superior cuicunque potentiæ reſiſtat &c.

Regibus Iuda,principibus eius, & ſacerdotibus,& populo terræ: & hoc quidem conuenienter dici poteſt,nempe 24
ſacerdotium, & regnum pro eodem vſurpaſſe: vt ibi vulgata habet, *dedi te &c.Regibus Iuda,Principibus eius,& populo terræ*. Sacerdotium & regnum pro eodem ſumitur
Porro vtriuſque dignitatis vnionem probat ſcriptura, quæ Melchiſedech ſacerdotem, regemque appellat: Gen.14.18 *Melchiſedech rex ſalem protulit panem, & vinum,erat enim ſacerdos Dei altiſſimi*: Iobum quoque ſacerdotem extitiſſe,& regem teſtatur P.Pineda,& hæc quidem regni connexio cum ſacerdotio ex pluribus ſcripturæ locis colligi poteſt,in quibus & regnum dicitur ſacerdotale,& ſacerdotium regale,in Apocal.vbi vulgata: *& feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes*. Apoc.5.10 Græca lectio vertit, *fecit nos regnum & ſacerdotium*: ſane id ex eo coniectare licet, quia Reges, ac Sacerdotes eodem oleo conſecrabantur; ſicque Chriſti communi vocabulo ſunt appellati, de regibus namque habetur: *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*.& Eſa.45.1 de ſacerdotibus: *nolite tangere Chriſtos meos*.& alibi: *Ariſtobolo magiſtro Ptolomæi regis: qui eſt de ſemine Chriſtorum ſacerdotum*. Pſ.104.15 2.Mac.1.10.

Hoc quoque probatur ex prophanis; 25
Romani ſiquidẽ reges, vt Alexander ab Alex.author eſt, Alex lib 3 c.19. multa quæ ad Deorum religionem pertinebant obire conſueuerunt, cuius adeo erat præcipuus ad Deos cultus, vt ipſis ſacra facientibus, non ſolum aſtarent ſacerdotes, ſed eos in rebus dubijs ad religionem ſpectantibus conſulebant;quamobrem, vt quod regum erat omnino aboleretur, regem crearunt,qui ſacra, quæ reges faciebant, ac facere aſſueuerant, obiret: ita Feſtus Lib.17.c.63. Põpeius,& Plutarch.teſtatur hoc quoq.

Digitized by Google

Doc.li.1 Liuius. rex quoque ſacrorum appellabatur.

Seruius autem quem refert Tiraq. enarrans illud Virgilij.

Lib.7.Aen

------ Vigilas ne deum gens
Aenea vigila?

Verba inquit ſunt ſacrorum. Nam virgines Veſtæ certo die ibãt ad regem, & dicebant vigilansne Rex? vigila. Quod virgilius iure dat Aeneæ, quaſi & regi, quẽ vbiq. Pontificem, & ſacrorum peritum inducit.

26 Et quidem hoc recte dictum eſt, cum Princeps ſeu Rex, vt etiam probat, baſis dicitur, ille ergo hoc ita explicat, ipſi .n. orbem portant, qui curam præſentis ſæculi tolerant, tantorum quippe pondera vnuſquiſq. ſubſtinere cõpellitur, quãtis in hoc mundo principatur, vnde & terræ princeps non incongrue græco eloquio βασιλευς dicitur, λαος enim populus interpretatur βασιλεὺς igitur βασις λαοῦ vocatur, quod latina videlicet lingua baſis populi dicitur. Sacerdotes quoque baſes ſunt populi fundamentales quibus in altum ſpũalis machina conſurgit ædificij: *eſtis*, inquit Apoſtolus *ciues ſanctorum, & domeſtici Dei ſuperedificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu*. Porro hic cum probo tunc temporis idem eſſe Reges, & Sacerdotes omnino, vt vnus dumtaxat vtriuſque munera ſolueret, hoc tamen ſufficit expendiſſe, regni, ac ſacerdotij omnimodam eſſe ſimilitudinem, affinemque dignitatem: quamobrem inde factum eſt, vt vnico tantum nomine apud pleraſque nationes vtraq. ſignificatio veniret. Itaq. Prudentius vates in hymno de Chriſti miraculis Dauid quem nunquam ſacerdotio functũ legimus Sacerdotem, ac Regẽ appellat.

Tam Reges, quam Sacerdotes baſes ſunt Populorum.

Ephes 2. 20.

---- Chriſtus eſt
Quem Rex Sacerdos aſſuturum
Protinus, inſultans concinebat
Voce, corde, & timpano.

De his hactenus.

Ver-

Verſiculus . XIX.

VVLGATA.

Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum ait Dominus, *vt liberem te.*

SEPTVAGINTA.

Et debellabunt te, & non poterunt aduerſum te, quia tecum ſum ego, vt liberem te, dixit Dominus.

CHALDAEA.

Et erunt contendentes, & bellantes aduerſum te, vt cælent verba prophetiæ tuæ, & non præualebunt tibi, quia in auxiliũ tuum erit verbum meum, dicit Dominus, vt eruam te.

VATABLVS.

Pugnabunt contra te, ſed non poterunt te ſuperare, ego enim tecum ſum vt liberem te dicit Dominus.

PAGNINVS.

Et bellabunt contra te, & non præualebunt tibi, quia tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

PARAPHRASIS.

Quia etiam ne ignores ignobile vulgus, impios Sacerdotes, *Regesq. immanes in grauia diſcrimina te coniecturos, ſed viribus irritis prorſus, ac vano conatu, me enim ſemper comitem, adiutoremq. habebis, qui te ab omni periculo ſoluam, & victoriam ſupra hoſtes dirigam.*

Expoſitio.

PRæſentia ſua Dominus hoſtiles machinas, quas erecturus eſſet contra Ieremiam inimicus, promittit illudere, ne vnquam aliquo modo ſanctus Propheta immanitati eorum cedat: ex belli diſcrimine Ieremiæ victoria conſurgit, quantoq. ab impijs impugnatur, & patitur, tanto ſolutior de ipſis triumphat. Ad Eze. autem hæc dicuntur: *tu ergo fili hominis ne timeas eos, neq. ſermones eorũ metuas, quoniam increduli, & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas, uerba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exaſperans eſt:* docet ne timeat, additq. cauſſam eliminandi timoris, *quia domus exaperãs eſt*, quaſi dicat, hæc eſt domus exaſperãs, ideo inſidijs illius conſterneris, cum tamen te videris fraude appetitum, ne timeas, quoniam hæc quidem victoria eſt, inter tentationes mente non excidere, fortitudinemq. animi retinere, licet ſtratus, tamen victoriam habebis: ad hoc credo reſpexiſſe Sept. vertentes: *& debellabunt te, & non poterunt aduerſum te:* ſi debellabunt quare non poterunt, vel vnde vis eſt tanta prophetæ, vt victus tunc vincat, & non antea aduerſarij impotentes cedant, niſi poſtquam Ieremiam debellauerunt; & *debellabunt te, & non poterunt aduerſum te:* quia debellabunt te, ærumnis, tribulatione, malis omnibus te afficiendo, ideo non poterunt, quo .n. magis aduerſariorum vires creſcunt, eo victoria procul eſt, augẽtur .n. prophetæ inter calamitates præſſo animi vires: Quò .n. non aſſequitur tribulatio? hanc enim, poſtquam vias omnes tentaſſet Dauid ad impetrãdum à Domino, quod petierat, tanquam efficacius medium vltimo

Eze. 2. 6

Stratus ſeruus Dei vincit.

timo collocauit, & primo obijcit mortis memoriam; *memorare, quæ mea ſubſtā-tia, nunquid n. vane conſtituiſti omnes filios hominum:* ſed hoc comperiens nihil apud Deum obtinuiſſe, miſericordiam illam magnam obijcit: *vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?* tandem neque hoc tāti eſſe ad id quod cupiebat agnoſcens, ea proponit, quæ validiora cē ſet, nempe ludibria, & irriſiones, quas ab inimicis ſubſtinuerat: *memor eſto Domine opprobrij ſeruorum tuorum, quod continui in ſinu meo multarum gentiū, quod exprobauerunt inimici tui Domine, quod exprobauerunt commutationem Chriſti tui:* dum hæc memorat, & ſe afflictum ab inimicis profert, quaſi victoriam eſſet aſſequutus, & à Deo impetraſſet, quod minime prius aſſequi potuerat, canit: *benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat: Benedictus Dominum in æternum:* quia hac ſaltim calamitatis, & afflictionis meę quam pertuli ab inimicis, commemoratione dignatus eſt concedere, quod peto: vnde dicit: *fiat, fiat*: Alij, quod de tribulatione dixi hactenus, referunt de inimicorum iniurijs non vindicādis, ſed patienter ferendis, adduntque poſt ea media, quæ præmiſerat Dauid hac ſaltim recordatione potuiſſe ad ſe Deum conuertere: ſed quidquid ſit: *debellabunt*, inquit, *& non poterunt*: vel etiam ipſum Deum tribulati præces mouent, ſurgitq. alacrior, & robuſtior, is qui anguſtia coarctatur. Anthæum memorant gigantem fuiſſe in Libya proceri corporis, cui in Herculem terra mater augebat vires quotieſcunque eam attigerat: & Lucanus.

Pſ. 88. 48.

Quod non alia obtinent impetrat tribulatio.

Simile.

Lib. 4.

Hoc quoq. tam vaſtas cumulauit munere vires
Terra ſui foetus, quod cum tetigere parentem,
Iam defecta vigent renouato robore membra.

Quis autem ignoret ſimiliter ex terra tribulatum conſurgere fortiorem, igitur *debellabunt te*: quia cades oppoſitus eorum potentiæ, ſed *non poterunt:* quia inde ſurges victor: præcipuè cum ego tibi ſim præſens ſemper auxilio meo, obinde ſcias maiorem tibi ineſſe, me tantum præſente, fortitudinem, quam hoſtibus tuis, te enim tribulatio ſtrenuū reddet.

Tribulatus victus fortior ſurgit.

In canticis hoc egregiè probatur; queritur ſponſa ſe inter idolatras expoſitam, multorum irriſiones, & contumelias habere, inſinuet proinde quomodo poſſet tam graue exilium procul à ſponſo ſuo perferre: *indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne uagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum:* indica mihi ſponſe in hoc tribulationis ardore, quandoquidem me inter cruciatus conjectam videris dereliquiſſe: *ubi paſcas, ubi cubes, &c.* atque hæc eſt vna expoſitio ex gloſſa, & Hieronymo; reſpondit ſponſus: *ſi ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt ueſtigia gregum, & paſce hædos tuos, &c.* docet modum quomodo ſponſus ſponſam inueniat, ideſt ſequens veſtigia gregum aſſuetorum ad pabula, prona via ad me venies, ſicque inuenies. At nota quid adiungat poſt hæc: *equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea:* quomodo hoc fieri poteſt vt ſponſa cunctorum auxilio deſtituta mærens ſentiat: *equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te:* id quidem ſuadet, quod ſupra dixi, nempe tribulationem fortitudinem adaugere, ait itaque, dum tribulata Deum quæris, dum mecum afflicta moraris, quis neſciat te equitatui, ſtrenuo quoque exercitui aſſimilari? Obſeruandum hic eſt quod dicit: *equitatui meo in curribus Pharaonis:* hæc autem ita explicat gloſſa: *angelis meis, quos ualde diligo*: Angeli enim ſancti in multis locis ſacræ ſcripturæ dicuntur eius militia, & exercitus, & eodem modo dicuntur equitatus Dei: duo colligo hinc; primo, quod equitatui Dei ſimilis eſt, quā

2

Cant. 1. 7.

Tribulati robur ex Deo eſt.

enim virtutem habet, & robur totum ex Deo eſt: *bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt liberem te:* auxilium ex me experieris: deinde equitatui Dei, qui angeli ſunt aſſimilaui te; anima enim, quæ continua tribulatione affligitur in angeli quodãmodo conditionem tranſit; purior enim fit inter ignẽ anguſtiæ, & candidior: vnde
Anima tribulata in Angeli cõditionem tranſit. ibi Dauid perſequutionibus obnoxius, inſidijs Saulis, & ſatraparum appetitus angelus vocatur ab Achis: *reſpõdens aũt*
1.Reg. 29. 9 *Achis loquutus eſt ad Dauid: ſcio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei; ſed principes philiſtinorum dixerunt non aſcendet nobiſcum in prælium:* ſic ad tres pueros penè flãmis babilonicis vſtos angelus Domini deſcendit.

3 *Bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, &c.* ſtatim ac vides vrbem mu-
Eo augentur tentationes, quo virtutes. nitam, columnam ferream, murum æreum, obſeruabis calumniatores, & aduerſantes, & dæmones tentatores: ij namque, in quibus ineſt virtus, maiori quidem impetu oppugnantur, quod eſt in canticis videre:
Cãn.2.15. *capite,* inquit, *nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas:* vulpes intelligunt Patres vti ſupra pluries dictum eſt, vel malignos ſpiritus quorum impij ſunt partes vt ibi:
pſ 62.11. *partes vulpium erunt:* vel improbos:
Luc.13.32 *dicite vulpi illi:* ſubdit autem rõnem, quare iubeat vulpes paruulas capi; *nam vinea noſtra floruit:* anima virtutibus omnibus ornatur, vernat vinea, & flore rutilanti pingitur, quamobrem vulpes illuc irruentes capite, nã vinea nr̃a floruit.

Ideo in pſalmo dicitur: *multa tribula-*
pſ. 33. 20. *tiones iuſtorum:* eò .n. ventus tribulationis furentior ſpirat, quò ſolidioris inuenit impedimentum virtutis. Et Auguſtinus hunc pſalmi citatum locum explicãs
Aug. in pſ. 33. dicit; *ſi iniuſti ſunt, pauciores habent tribulationes; ſi iuſti ſunt, multas habẽt;* ſed ad iuſtorum conſolationem adiungit: *Iniuſti poſt paucas tribulationes, venient ad tribulationem ſempiternam: iuſti autem poſt multas tribulationes venient ad pacem ſempiternam.* Vnde Apoſtoli-

co Prophetæ Ioanni cognoſcere cupiẽti Multæ tribulationes iuſtorum.
qui nã eſſent illi, qui in conſpectu Agni amicti erant ſtolis albis, ideſt ſempiterna gloria, propter maxima eorum merita, Senior reſpondit: *hi ſunt, qui venerunt* Apoc.7.14
ex magna tribulatione: ſi magna eſt gloria, magna fuerũt merita, idcircò: *venerũt ex magna tribulatione:* tunc.n. vulpes irruunt tribulantium, cum Animę vinea floribus virtutum decoratur.

Et non præualebunt: ſi enim ſanctum 4
virum inſurgere voluerit vulgus ignobile, & turmæ ſacerdotum non præualebunt; habet enim Dei firmitatem, & eiuſdem præſentis auxilium: *& non præualebunt:* alibi quoque hæc iterum dixit prophetæ Dominus: *ſi conuerteris* Ier.15.19
conuertam te, & ante faciem meam ſtabis, &c. & dabo te populo huic in murum æreum fortem, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus, & liberabo te de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortiũ: non ſufficit eſſe murum, niſi nobiſcum adſit, & pugnet Dominus; enimuerò præſentanea Dei gratia indiget quiſquã, qui tentationes ſuperare contendit: &
Tribulatus nõ ſolum fortitudine, ſed & præſentia Dei indiget. licet: *dedi te in ciuitatem munitam, columnam ferream, & murum æreum:* attamen opus eſt addere: *ego tecum ſum:* quid poterat Saul, à quo receſſerat Deus? Niſi dicamus hoc nobis ſignare Spiritus ſancti dono perſeuerantiæ finalis victoriæ palmam eſſe tribuendam quando agitur de belli victoria; prædeſtinato namque Ieremiæ bona dat Deus Auxilia: *noui te:* ſcientia approbationis, & *ſanctificaui te:* ſed cum ventum eſt: ad: *bellabunt aduerſum te, & non præualebunt:* non reminiſcitur fauorum Deus præteritorum, ſed memorat præſentes: *ego,* inquit, *tecum ſum;* & ita: *non præualebunt:* ſeù dicas, quod vbicumq. de tentatione verbum eſt, nec Dei totum eſt, nec totum hominum, quod cõtra ipſam impẽditur, ſed vtrorumque: dicit itaque: *bellabunt, & non præualebunt, quia tecum ego ſum:* & Paulus:

non

1. Cor. 15. 10. *non ego ſed gratia Dei mecum .*

5 Nota quoque hic Deum poni in recto, hominem vero in obliquo : *ego ero tecum* : vt ipſe cauſſa principalis demonſtretur , minus autem principalis , & ſecunda liberum arbitrium, quod Deo adiuuante ad omne opus bonum præmouetur .

6 *Quia ego tecum ſum* : præſentia Dei munitum prophetam, & Spiritu ſancto ornatum improbi nullo modo poterunt ſuperare; quis enim ſpiritui ſancto reſiſtere poteſt ? Refert Herodotus quoſdam populos in Africa Pſyllos contra ventum præualidum illis moleſtiſſimum coniuraſſe, & ſimul coacto exercitu directis lanceis eò curſum cæpiſſe, vbi maior ſpiritus impetus erat . At vero mox ventus excitato puluere ex arena , quæ ibi multa erat, illorum ineptiam cæcitate multauit: Spiritus ſanctus ipſe ventus eſt: *veni auſter, & perfla ortum meum*: ventus hic vehementer improbis moleſtus eſt, quamobrem contendunt illum bellare : *dura ceruice , & incircumciſis cordibus vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis* : arenas ergo excitat Deus: *infirma mundi elegit Deus , vt confundat fortia* . elegit Ieremiam, verbi gratia , natum in viculo humili Anathot , nulla præditum eloquentia , ſed nec firmum ætate , qui reges, & ſacerdotes, & fortia quoque confundat : *bellabūt*, inquit, *contra te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum dicit Dominus* : inepte ambulantes inter errores idololatriæ cum aduerterint te contra ipſos loqui, me inſpirante , ac vehementer indignati: *bellabunt contra te, ſed non preualebunt, quia ego tecum ſum:* Atque adeo firma eſt diuina protectio , vt ea ipſa dicat Dauid poſſe inimicos debellare: *bonum eſt confidere in Domino : quam confidere in homine, bonum eſt ſperare in domino , quam ſperare in principibus:* verum hæc ideo canit, quia expertus erat in ſæuo diſcrimine auxilia diuina , quibus ereptus eſt à tribulatione , quam quidem non euaſiſſet munitus armis, & vallatus exercitu , vt paulo ſuperius dicit : *de tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus , Dominus mihi adiutor non timebo , quid faciat mihi homo :* parui pendo homines aduerſantes præ auxilio , ac fauore diuino adiuuante, namq. optimum quidem eſt, ac tutius ſperare, & confidere in Domino, quam in principibus; ſimilis illa ſententia pſalmi eſt *: hi in curribus , & hi in equis non autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus* : de curribus, & equis aduerſarij mentionem faciunt, in ipſis confidunt , at nos contra Dei inuocatione nitimur; *ipſi obligati ſunt, & ceciderunt , nos autem ſurreximus , & erecti ſumus :* Hebr. *incuruati ſunt , & ſuccubuerunt , nos autem ſurreximus, & erecti ſumus* .

Lib. 4. Gell. lib. 6. cap. 11. Sab. lib. 4. cap. 9. Simile. Can. 4. 19. Act. 7. 51. 1. Cor. 1. 27. pſ. 117. 8. In diuino auxilio debemus cōfidere. pſal. 19. 9.

7 Adeo autem proficuum eſt inter tentationes Deum inuocare , vt ea quidem inuocatio hoſtes perdat, ac proterat; efficacius autem remedium cū affligimur, & vndiq. ſeu tentatione, ſeu tribulatione afficimur , ad Deum confugere peccata confiteri, & ex corde dolere; Dauid hoc docet , qui ait: *inhabitabunt, & abſcondent, ipſi calcaneum meum obſeruabunt :* ideſt congregabuntur hoſtes , vt opera mea, vt actiones, vt greſſus diligēter inquirant, & ibi laqueos ponant , vti hic Geneb. *ſicut ſuſtinuerunt animam meam pro nihilo ſaluos facies illos: ſicut expectarunt animam meam, ſicut ſperarunt ſe eam mihi erepturos , ita iracundē deijcies:* ſed quare? *Deus vitam meam annunciaui tibi , poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo :* hæbreorum ſenſus eſt: *errorem meum* : cum hæc vidiſſem optimè factum duxi, ſi errores meos corde contrito proderem, lacrymaſque funderem, quæ Deum flecterent; ſequitur *: tunc cōuertentur inimici mei retrorſum:* me purgato per confeſſionem delictorum , ſtatim inimicus abſceſſit, aufugit, tanti eſt tentationibus, ſeu tribulationibus ſe mūdum opponere, ac amicum Dei . Valet hoc etiam ad ea flagella, quæ ad correctionem , & vtilitatem à Deo immiſſa ſunt , ea enim nos à terrenis abſtrahunt, & ita liberius iungunt Deo , ſi per poenitentiam animus mundetur, ita vt nullū

pſal. 55. 7. In tribulatione debemus peccata confiteri.

Digitized by Google

impedimentum ab hac vnione poſſit in-
Apoc.3.19 terponi: *Ego*, inquit Dominus in Apoc. *quos amo arguo, & caſtigo:* ecce afflictiones, quæ deſcendunt ex manu Dei paterna: ſequitur: *Aemulare ergo, & poenitentiam age*; vt mihi arctius vniaris, offendicula quædam pœnitentia remoue; ſequitur, *ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum:* poſt poenitentiam ianua cordis aperitur, & intrat Dominus & coenat cum anima: ſicq. poſtquam murus æneus ictibus ærumnarū percuſſus, poſtquam calcata columna, poſtquā etiam ciuitas munita inimicorum inſectatione præmitur: *ego tecum ſum:* Quod autem dicit coenabo cum illo, indicat poſt poenitentiam ſacramentalem præſentiam Saluatoris, qui à periculis eruit nos, & ſalus eſt animæ, à mundi, & dæmonis fraudibus oppreſſæ, tunc enim quaſi ſuum eſt te à periculis eruere aduocatus ad auxilium, ſicut ibi: *iacta ſu-*
Pſ. 54.23 *per Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet:* dat conſilium quomodo fugiat ab improbis inſidiantibus, ijs profecto de quibus immediatè ſuperius dictum eſt: *molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula:* quid ergo præſtandum in hoc? *iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet:* ideſt iacta ſuper dominum, qui te enutriet curam tuam, qui te paſcit, & tunc videbis, q *non dabit fluctuationem iuſto*: non ſinet mente huc illuc diſtrahi, aget ipſe iuſti cauſſam; ſacramentū nēpe hoc liberat aīam a malis, reddit pacatam recipientis mētem; ecce eundem Dauid dicentem: *nā*
Pſ. 22.4. *etſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es, virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt:* virga, & baculus, quibus me cecidiſti potius mihi gaudio, quam poenæ fuerunt: nam, *paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant*
Eucharistia eſt gladius. *me*. Scimus autem panem hunc coeleſtem gladio quoque ſimilitudinem habuiſſe alibi, *vidi ſomnium, & videbatur*
Iudic.7.13 *mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo uolui, & in caſtra Madian deſcendere: cumq. percuſſiſſet, ad tabernaculum percuſſit illum, atq. ſubuertit, & terræ funditus coequauit:* & qs fuerit iſte panis ſubditur: *Reſpondit is cui loquebatur, non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis*; panis, & gladius; panis: *quia te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationē iuſto*: gladius, *tu uero Deus deduces eos in puteū interitus: viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, &c.*

Illud autem, quod in pſalmo dicitur: 8
ipſi calcaneum meum obſeruabunt: ſic in- Pſ. 55.7.
tellige: ideſt ſpatium extremum mortis, vt vult Baſilius; expectant terminum vitæ, vt tendant, inſidias, & ſupra me fraudes explicent; & ego, *vitam meam annunciaui tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo; ſicut & in promiſſione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorſum:* ſtatim conſcientiam expugnant. Nota quod dicit: *obſeruabunt, & conuertentur:* non autem annuntiabo; non enim debet homo poenitentiam, & errorum confeſſionem vſq. ad id tempus reijcere: ſed: *annunciaui tibi*: faciam, vt iam ſint crimina mea annuntiata, nec tempus illud expectabo; tunc enim quis erit locus menti ad perſcrutandos lapſus, & errores inter anguſtias mortis deprehen ſæ.

Non debet ad mortem poenitentia diſtrahi.

Qui timet ne inimicus tunc inualeſcat, 9
& contra debacchetur, poterit contere re vires eius ſi annuntiat nunc errores Deo: *Deus uitam meam annunciaui tibi*, &c. Hoc de anima expurgata expectante Deum media poenitentia, ac debellante inimicos: Nunc autem aduertendum quoq. eſt frequentem Euchariſtiæ ſuſceptionem non ſolum adimere vires inimicas, ſed regnum parare, a quo reijcitur is, qui male ſumit, & ignorat qua puritate ſit recipiendum. Duo autem ſcire oportet antequam ad hoc probandum accedam; primum, rem huius ſacramenti ex D. Tho. vnitatem eſſe corporis myſtici, ſine qua non poteſt eſſe ſalus; nulli enim patet aditus ſalutis extra Eccleſiam, ſicut nec in diluuio abſq. arca Noe; poteſt autem homo habere ſalu-

D. Thom. 3.p.q.73. art.3.

Digitized by Google

ſalutem ante perceptionem ex voto percipiendi Sacramentum, de hoc ego nõ loquor. Quærens autem S.Tho. vtrũ peccator ſumens hoc Sacramentum peccet, alibi concludit ita eſſe, his verbis.

3.p.q.8 ar.4.

Et ideo manifeſtum eſt, quod quicumque cum peccato mortali hoc Sacramentum ſumit falſitatem in hoc Sacramento committit, & ideo incurrit ſacrilegium tãquam Sacramenti uiolator: Itaq. videamus quomodo puniatur hæc falſitas, quod ſequẽti figura apparebit: Iepte iratus contra Ephrathæos locum illum occupauit per quod erant ij tranſituri: *occupauerunt ergo Galaditæ vada Iordanis, per quæ Ephrahim reuerſurus erat: cumque veniſſet ad ea de Ephrahim numero, fugiens atq. dixiſſet, obſecro vt me tranſire permittas, dicebant ei Galaditæ numquid Ephrataeus es? quo dicente, non ſum; interrogabant eum: dic ergo Schibboleth, quod interpretatur ſpica, qui reſpondebat, Sibboleth, eadem littera ſpicam exprimere non valens, ſtatimque apprehenſum iugulabant in ipſo Iordanis tranſitu:* Iordanis ergo interpretatur fluuius iudicij, in Iordanis ergo tranſitu accedens ad tribunal Dei interrogatur, ſciat ne pronunciare Schibboleth.i.ſpicam, Sacramẽtum altaris: at vero tranſit ad beatitudinem ſi recte profert; ſin autem falſitatẽ committit, vt inquit S. Thomas; ſi non ſchibboleth, ſed ſibboleth pronũciat, in ipſo Iordanis tranſitu iugulatur, æternis cruciatibus addicitur, ſuccumbit in medio inimicorum. huic namq. Sacramento competit, quod cauſſet adeptionem vitæ æternæ, dum: illud *noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedẽte, &c. qui vocati ſunt accipiant repromiſſionem æternæ ueritatis*: & hoc eſt quod ſecundum adnoto: namq. ait Dominus: *ſi quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum*: ſed vita æterna eſt vita gloriæ, ergo eſſentia huius Sacramenti eſt adeptio gloriæ: *niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis*.

Iud.12.5.

Male ſumens Euchariſtiam condemnatur.

Heb.9.15.

Ioa.6.51.

10 Ex his mihi perſpicuum eſt, cur illud, quod ſcribitur apud Lucam nempe, Patremfamilias plures inuitaſſe ad cœnam, accerſitos vero ſeſe excuſaſſe: *Primus dixit ei: uillam emi, & neceſſe habeo exire, & uidere illam, rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit iuga boũ emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit uxorem duxi, & ideo non poſſum uenire*. Poſthæc iuſſit iratus Dominus, conuiuas claudos eſſe cæcos, & debiles, & eos, qui in plateis commorantur, atq. eos qui iuxta ſepes iacent; concluſit deinde hæc illis comminatus. *Dico autem vobis quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt guſtabit coenam meam*. Rogo, quæ verba indignationis ſunt iſta, nihil iræ cõtinent neq. enim graue eſſe poteſt ijs, qui abnuere ad coenam venire, illos inquam a coena prohibere: *nemo virorum illorum, qui uocati ſunt, guſtabit coenam meum*: oportebat iratum dicere, amen dico vobis quod poenas dabunt, quod, &c. illos a coena prædicit excludere, qui coenam ſpreuere. At duplex coena eſt vna hæc altaris, altera illa coelorũ, & hę quidem correſpondentiam quamdam habent inter ſe, hoc namq. conuiuiũ pignus eſſe æternæ gloriæ canit Eccleſia. Ipſe quoq. Dominus his verbis oſtendit: *Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis vſque in diem illum cum illud bibam (nouum) in regno Dei*. Conuiuium autem, quod in coelis eſt deſcribitur ab Iſaia ibi: *& faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuiũ uindemiæ; pinguium medullatorũ uindemiæ defoecatæ*. Sententia autem hæc eſt contemnitis conuiuiũ vbi cibus eſt Chriſtus, ergo neq. admittemini ad conuiuium illud vbi eſt vita æterna.

Luc. 14 17

Qui altaris cęnam non guſtãt non guſtabũ: ęternã

Matt. 14. 25.

Iſa 25. 6.

Pondera in hac parabola, quid iubeat Dominus coenæ, poſtquam inuitati ſe excuſarunt; nempe ſeruum eos introducere, qui in uicis ſunt, & plateis, & eos, qui in ſepibus; ſed cum hoc diſcrimine, namque dum agitur de ſtantibus in foro dicit, *introduc huc*: dum vero de illis: *compelle intrare ut impleatur domus mea*: qui in plateis, ac vijs ſunt, mundani in- 11

Digitized by Google

1. Pet. 5. Diabolus leo. Ioh. 8. 44. Greg. 5. mor. 16. 1. Ioh. 4. Amore Deũ præſentem habemus. Aug. epiſt. 52. Præſentia Dei diabolum fugat.

ſugere deſerti. Sic igitur ipſe diabolus qui: *tamquam leo rugiens circuit quærẽs, quem deuoret*; ac omnes reprobi, qui catuli leonum ſunt: *vos ex patre diabolo eſtis*; ad iniquam vitam malignorum ſpirituum errore generati, vt dicit Gregorius. Dñ ergo nos Deo, qui: *ignis conſumens eſt*: ſumus præmuniti aufugit; ac ipſum intra nos geſtantes per ardentem amorem; *Deus, enim, charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*, & vt dicit Auguſtinus: *Imus in illum non ambulando, ſed amando; quem tanto habebimus præſentiorem, quanto amorem habebimus puriorem*: & paulo poſt: *Ad eum ire licet: nõ pedibus, ſed moribus; nec faciunt bonos, vel malos mores, niſi boni, vel mali amores*. hunc inquam ignem, per amoris ignem nos habentes omnes aduerſarios, ac ipſum diabolicum leonem fugabimus; vt bene Sanctus ille Abbas Antonius diſcipulos docebat. *Mihi credite fratres: pertimeſcit Satanas priorũ vigilias, &c. maximè verò ardentem in Chriſtum amorem: cuius vnico ſanctiſſimæ crucis ſigno debilitatus aufugit*. ecce quomodo Satanas tamquam leo ignem amoris, ac ipſo Deo, qui ignis eſt, per amorem in nobis exiſtente valde perterritus fugit.

Pſ. 10. 1. Abſente Domino diabolus cõtra nos pugnat.

17 E contra verò ſi abeſt Dominus, ſtatim diabolus ſuis receptis viribus acerrime contra nos dimicat; vnde vox erat illius à diabolo oppreſſi in pſalmo; *Vt quid Domine receſsiſti lõge, &c.* & quando recedit, ecce, vt ſubditur; *ſuperbit impius*: ac diabolicæ ſuperbiæ ipſe cauſſam, inferius dicit, aliam non eſſe, niſi Domini abſentiam: *dixit enim in corde oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam*: quia enim diabolus dixit in corde ſuo; *oblitus eſt Deus auertit faciem ſuam, &c.* ideo ſuperbit.

Matt. 14. 24. Cur nauis Apoſtolorum periclitatur. Hieron. in Matt.

18 In Euangelio nauis illa Apoſtolorũ typum gerens Eccleſiæ Domino abſente, atq. in monte commorante, vento, ac mari differtur, & totis ſæculi motibus immundo ſpiritu aduerſante iactatur; ſed quare nauis Apoſtolorum cum ad quietem patriæ cæleſtis, quaſi ad fidã littoris ſtationem peruenire conatur immundorum flatibus ſpirituum affligitur? ſed audi Hieronymum hunc locum exponentem, ac tempeſtatis cauſſam adducentem. *Rectè quaſi inuiti, & retractãtes Apoſtoli à Domino receſſerunt, ne illo abſente naufragia ſuſtinerent. Denique Dominò in montis cacumine commorante, ſtatim uentus oritur, & turbat mare, & periclitantur Apoſtoli; & tamdiù imminens naufragium perſeuerat, quamdiù Ieſus veniat.* Domino in montis cacumine commorante, ſuam auertente faciem, ſuperbit impius, furit diabolus, & tentationum ventis Apoſtolorum nauim mare perturbando, exagitat. Cum autem Ieſus venit, qui ignis eſt, vt ſupra diximus, ipſe infernalis leo fugit, ceſsant tentationum venti, ac perturbatum mare ſedatur, &c.

Simile. Matt. 9. 12. Ioh. 8. 21. Ioh. 11. 4.

Tecum ego ſum, ideo, *ne timeas*. Tandem ſciendum eſt, præſente Domino 19
nihil debere nos, neq. ipſam mortem pertimeſcere; ſecus autem ipſo abſente; ſtatim .n. ipſa mors accedit. Infirmi nũquam deſperanda eſt ſalus, niſi quando Medicus petita venia recedit; cum autẽ medicus præſens eſt, ac de infirmi ſalute cogitat, tunc quidem ſpes certa ſalutis adeſt; ſic abſente Domino, qui medicũ ſe, noſque infirmos in Euangelio nominat: *nõ eſt opus bene habẽtibus medico, ſed male habentibus*: deſperata eſt ſalus, propinqua eſt mors, vnde infirmis illis ſcribis, & phariſæis, videns illorum nullam eſſe ſalutem, ſententiam mortis nuntiauit, & inde non amplius de ipſorum ſalute cogitans receſſit. *Ego uado*: ecce recedit medicus; ſed quare? quia infirmitas erat mortalis; *& in peccato veſtro moriemini*: Ille autem Lazarus laborabat morbo, ſed medicus morbum non eſſe mortiferum intelligebat: ideo ait: *infirmitas hac non eſt ad mortem*: ſed quare non erat ad mortem, quia ſua præſentia ad eum venturus eſt Dominus; *vado, ut a ſomno excitem eum*; ſi medicus accedit ad infirmum, quomodo infirmitas eſſe poteſt ad mortem. Ideo pro-

Digitized by Google

procul ſit mors ipſe Deus, qui charitas eſt foras mittat timorem: *ne timeas, quia ego tecum ſum*.

20 Deus igitur ſit nobiſcum, det nobis protectionem ſalutis ſuæ, dextera ſua nos fulciat lumine vultus ſui nos illuſtret, quatenus tali tantaq. protectione tuti, ac præſentia muniti, nil à nobis, nil ab inimicis noſtris timeamus; dextera manus ſua percutiat, & ad nihilum redigat inimicos noſtros, de qua ipſe Dominus dicit: *inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum*: ideſt vt dicit Lyranus: *ita faciliter eos debellaui, ſicut pulli exiſtentes in nido capiuntur*: & licet peccatores aduerſum nos pugnabunt, palmam tamen victoriæ reportabimus, quia faciliter ipſa Domini dextera fortitudinem populorum debellabit, ac nos timorum tenebris diſſipatis, de virtute in virtutem ambulantes, in arcana ſecretorum, & in theſauros abſconditos introducti, ipſo patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, perfruamur per infinita ſæcula, ſæculorum. Amen.

Iſai. 10.14 Dextera Domini vincit inimicos.

Finis expoſitionis moralis in Caput primum Ieremiæ Prophetæ.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Primus numerus paginam. Secundus numerum denotat.

A

A Littera, cur humilitatem ſignificet. 39. 10.
A, a, a, ter repetita, quid ſignificet. 40. 12. & 49. 28. & 154. 1.
Abnegare ſe, quid eſt. 44. 16. 17.
Abram cæca obedientia. 127. 43. 44.
Abſente Deo, diabolus contra nos pugnat. 639. 17.
Abſentia Dei. vide præſentia.
Abſtinentia, ciborum, quam neceſſaria ſit ad continentiā puritatēq. ſeruādā. 328. 264.
Accipitri comparatur dæmon, dum tentat peccatores carnales. 215. 32.
Actiua vita, contemplatiuuam præcedere debet. 93. 116.
Actiua vita licet quandoq. de humano puluere ſordeſcat, adhuc tamen vberiores fructus pro ſe aliiſq. colligit. 113. 20.
Actiua vitæ quātum Deus *honoris tribuat.* 114. 20.
Adam, & Eua, cur poſt peccatum inobedientia, oculos apertos fuiſſe, dicat ſcriptura. 127. 42.
